Euchariū Cervicorni

THEOPHY LACTI ARCHIEPISCOPI Bulgariæ, in omnes D. PAVLI epiſtolas enarrationes, dia ligenter recognitæ.

CHRISTOPHORO PORSE na Romano interprete.



Coloniæ, ex officina [redacted],
Anno M. D. XXXII.
menſe Martio.

F. CHRISTOPHORVS PORSENA ROMANVS, PRIOR ſanctæ Balbinæ, Sixto IIII. pontifici maximo S. P. D.

CVM MECVM animo uolutarem beatiſſime pater, cui potiſſimum id opus inſcriberē, quod ſuperioribus lucubratiunculis è Græco latinū feci, occurrit mox Alexandri reſponſum, qui ferme moriens cum quæreretur, cuinā tantū relinqueret principatū, ei reſpondit, qui optimus eſſet. Ipſe uero neminē habeo, quē tibi præponā: quippe qui ut dignitate cæteros ſuperas, ita moribus & doctrina excellis. Nam etſi uiri doctiſſimi ſacrarū te literarū & diuinæ ſcientiæ peritiſſimū iudicant, nō tamen negāt probatiores quiq; & ſapientes, ea etiā eſſe manſuetudine & in oēs clementia, ac tanta in deū pietate, ut nō minorē ex his, q̄ ex ſumma doctrina laudē aſſequaris. Nec dubitant plane id affirmare, iure te optimo ad id faſtigiŭ, tuis uirtutibus, & deo bene iuuāte fuiſſe euectū, non ambitione ulla uel arte: q̄ppe qui & oblatos ſæpe honores nō magnifeceris, & ita ſemp ab ineūte ætate te geſſeris, ut quouis amplitudinis gradu dignus ſis habitus: nō ut faciūt multi, ut de ſe male, ita & de deo peſſime meriti, qui ambiendo & pollicitando, per dolos ac fraudes, & cupidius longe quā cōſideratius ad dignitates nituntur, exiſtimantes fortaſſe nihil deo eſſe nos curæ, & idcirco prauis cupiditatibus ut faciāt ſatis, omni nixu cōtendunt: nec ſentiūt hi, capti haud dubie incredibili cæcitate, & præſentium bonorū auiditatē

præcipites acti, nil quippiā fieri ſine deo poſſe: qui & Aarō ultro ad ſummū ſacerdotiū euocauit, nō ſupplicantē uel ambientē admiſit. Ambitio nanq; pleroſq; hoīm ad uitia quæq; cōpellit, quippe qui ut primū adepti ſunt quod maxime cupierunt, cōfeſtim ſe in praua facinora effundūt, & haurien dis incumbunt uoluptatibus, cū ſibi licere oīa credūt, et peccare impune queant: uel ſi qui forte à ſcelere abſtinēt, ſuper uacaneis ſtudēt, ut paulo pòſt morituri, paucorū dierū fabulā aſſequātur. Quāto melius tu B. P. cui deus oīpotens Chriſtianæ reip. gubernaculū detulit, h1s mundi aſpernatus illecebras, & honores hoſce nō magnifaciēs, qui ꝓculdubio nō immerēti tibi & habētur & deferuntur, his ſolū rebus animū intēdiſti, quæ & ad cōe cōmodum faciunt, & ad ueri dei cōferunt cultū. ſiquidē pleraq; iā ipſe peregeris, quæ & ſummo uiro digniſsima ſunt, & in tui extabunt memoriā noīs ſempiternā. Quæ cū ipſe tacitus repeto, tāta animi afficior iucunditate, ut beatū noſtrum hoc ſeculum ducā, & Romanos nòs ipſòs beatiores, qui te pōtificē ſimus ſortiti, cuius ductu & illud prouidentia proſpere oīa cedunt: & ita ut nō immerito aſſeuerauerim, quod eſt à Platone dictū, & à multis iā uſurpatum, tunc beatā fore rempublicā cum uel regnare philoſophi cœperūt uel regesphiloſophari. Cui igitur beatiſsime pater, id opus uel rectius ipſe dicauerim, uel inſcripſerim dignius quā tibi, qui & princeps ſis, & philoſophus, & cæteris quidē eo præſtātior, quo & Chriſti uicē nunc geris, & ad philoſophiā accedat rerū diuinarū ſumma cognitio, & optimarū artium aliarum peritia non mēdiocris?

Vale.

BB

¶ Errata

Numero 145. nouissimo ṽsui addenda sunt hęc ṽba, vt hoc pacto legas, ciuitatis p̃fectus & moderator. Unde dat intelligi, neq; opes nec dignitates. Numero 147. nouissimum ṽsum expunge totum. Numero 709. ṽsu vl. lege Nam si eorum vita purior esset Num. 881 ṽsu.10. lege exemplaria.

ANNOTATA QVAEDAM ab interprete epistolarum Pauli, pro singulis epistolarũ argumentis.

AD Romanos ex Corintho scribit Apostolus quos nondum viderat, visendi tamẽ percupidus, quia de his multa acceperat, quorum & suscipit, & laudat fidem, vt quam sciret famæ & nomine celebrem, & vbiq; vulgatam, & vt cętera omittam, de gentium vocatione copiosius disserit. Nec secus ex Epheso ad Corinthios scribit epistolam, illos obiurgans, quod plurimum inter se dissiderẽt, & primarium quendam e suis rem cum nouerca habentem satis negligerent, vellentq; sub cęlibatus pretextu, nonnulli diuortiora facere, & vxores relinquere, & multi idolothytis vescerentur: et alij ceteris plane contemptis, eos duntaxat demirarentur, qui essent linguarum gratiam consecuti: & quod erat detestabilius, nequaquam crederent humana corpora post mortẽ resurrectura. Ad eosdem deinceps, & aliam ex Macedonia scribit, quandoquidem ex priore plurimum profecissent, quippe quos pœniteret tamdiu fornicantem illum tulisse, sed arrepti, deinde seditiosissimorum hominũ persuasu legis duntaxat literę inheserunt, indifferentem existimantes gratiam, quę a Christo esset in multos collata, quinetiam & pręceptores admodum iactitabant, & glorię ducebant, cum

Apollo vellent, vel Cephe partes tutari, id est, suum quisq; quem sectaretur extollere, vnde multa erant inter hos obor ta dissidia, alioqui in sanctorum alimoniam abunde, & libera liter conferebant. Ex Roma ad Galatas literas dedit. Hos enim cum antea ad fidem quamoptime instruxisset, & credidis sent eo prędicante in Christum Iesum, post eius discessum mox lapsi improborum hominum suggestione, vt se circunci derent, compulsi sunt. Quod vtiq; Paulus ęgreferens, quia pręter suam institutionem egissent, incusat acrius, q̄ se ce lerrime adeo immutassent. Ex vrbe pręterea, & ad Ephe sios scribit, haud dum tamen per se aditos, sed auditione so lum perceptos fideles esse, & Christum Iesum optime crede re, & mira quadam in sanctos omnes affici charitate, alioqui ab se percupere in fide hac stabiliri. Quocirca, & hos per lite ras instruit, aitque haudquaquam commentitium esse, aut nuper inuentum hoc Christi mysterium, sed perstare a secu lo, & alia multa, quę ad hos in fide firmādos maxime faciunt.

Ad Philippenses insuper literas mittit ex vrbe, q̄s adierat sane & ad fidem instruxerat. His itaque Paulo ipsi, & sanctis nonnullis ministrantibus necessaria, exorti sunt quidam, qui prauis persuasionibus, & sub legis vmbra & circuncisionis ob tentu simplicium quorundam corrumperent aures, asseren tes neminem posse sine lege iustificari. Quod Paulus audi ens Philippēsium primo fidem probat, & eorum se memoriam habere inter precandum fatetur, commemoratque quemad modum Romę sese, ac Christi fidem tutatus sit, & qui pręter ea molestissimi in vinculis fuerint. Colossensibus etiā ex vr be literas impertitur, quippe quos cerneret per homines ca ptiosos & subdolos falsis quibusdam argumentis circunuen tum iri, qui Christi fidem apertissime Grecis argutijs impu gnarent, cum legis vmbram, & escas vetitas sectarentur, & cir cuncisionē efferrent. Ex Athenis vero Thessalonicensibus scribit, apō quos antea fuerat diutius commoratus, & quoni am multa cum in Verria, tum Macedonię ciuitate Philippis, tum Corinthi, & Thessalonicę fuerat perpessus, veritus ne vel ex suis pressuris illi offensi, haud satis stabiles forent, vel moerore nimio ob suorum e vita discessum conficerentur, quo patrio more certe plurimum angebantur, Timotheum cum epistola ad eos dimisit, vt in fide obfirmarentur, ne quo quam pacto ab ea desciscerent, siue ipsi affictarentur, siue ali os cernerent affictari, hortaturque vt ducerent vitam quem admodum ab se accepissent. Commonefacit insuper, ne gra uiter ferant morientiū casum, & alia pleraq;. Ad eosdem id circo ex vrbe et aliam scribit epistolam, quia apud eos erant nonnulli segniores ad bonum, et nullius momenti viri, qui

alios mira arte fallebant, astruentes iamiam instare Christi aduentum, cuius et Paulum falso testabantur autorem, et se se idem cognouisse per spiritum affirmabant. Cuius rei certior factus Apostolus per literas, Thessalonicensium primo adauctam fidem collaudat, et glorię ducit quod Christi ob gratiam viriliter ferrent pressuras, solaturque asserens illatas his deum vindicaturum quandoque iniurias. Scribit & ad Timotheum ex Laodicea eam ob causam, quia Ephesi erant permulti, qui Iudaicos ritus seruarent, cum longe aliter ipse Ephesios instruxisset, doceretque, et fallere integriores quosque adniterentur. Quocirca Timotheum hortatur, vt Ephesi maneat, et corruptores illos castiget, et corrigat, vt tandem a suis erroribus resanescant. Ad eundē secundo ex vrbe conscribit epistolam, monetque vt ad se redeat. Erat enim Apostolus ab omnibus iam destitutus, qui secum Romam ex Asia commigrauerant, catenis absterriti, quibus erat deuinctus. Ex Nicopoli ad Titum lr̃as scribit, ibi nanque hyemauerat Paulus. In Creta autem Titum reliquerat, vt per vrbes institueret sacerdotes. Erant enim ibidem plerique qui sub legis pretextu seducere populū conabātur. Scribit ex vrbe ad Philemonem, cuius seruus Onesimus fugiēs Romā se ad Apostolum contulit, apud eumque habitauit coniectum in carcerem, et in vinculis detentum. Hunc itaque cum ei optime obsequeretur, et breui probus euasisset vt ei esset acceptior, Philemoni commendat per literas, hortaturque vt libertate donet, nec eo vt seruo, sed vt fratre vtat. Ad Hebręos demum ex Italia scribit. Qui etsi Christi acceperant fidem, haud tamen prorsus a lege defecerant, quod sane inique ferens Apostolus, etsi ad gentes erat, vt euangelium predicaret iam destinatus, non hos tamen ferebat legis vmbris obuolui, existimans haudquaquam credentibus his molestam hanc fore epistolam, in qua de Christi aduentu, lege ipsa vmbratili differat quam cessasse affirmat, & nihil in posterum valituram, quia Christus aduenerit, quem illa prefigurasset. His itaque epistolis Paulus tam valida fundamenta iecit, vt increscentis in posterum fidei, tanta posset moles imponi.

A R G V M E N T V M
in epistolam ad Romanos.

Romani sunt pars Italię. Hi preuenti sunt a falsis apostolis, & sub nomine domini nostri Iesu Christi erant in legem & prophetas inducti. Hos reuocat Apostolus ad veram & euangelicam fidem, scribens eis a Corintho.

IN EPISTOLAM PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS

Theophylacti enarratio.

CAPVT .I.

PAVLVS. Nec Moyses ipse, nec eius posteri pleriq;, neq; hi qui euãgeliũ scripserũt, suum nomen literarum primordijs adiecere. Hic vero vir perbeatus, suis epistolis suum nomen ꝑponit. Quippe q ad eos lr̃as daret, qui longe abessent, cum ꝓphetæ illi ad præsentes scriberent. Quod tñ haudquaq̃ agit, cum ad Hebræos lr̃as scribit, ne illi cum se infensum haberẽt, quia & præputium tolleret, & legem videret vt inanem contẽnere, initio statim nomine eius perlecto, & scripta simul respuerẽt. Quæret aliqs, cur ex Saulo sit Paulus appellatus? Ne forte apl'orum principe haberetur inferior, *Iohan.1.* qui & Cephas & Petrus sit dictus: vel Zebedæi liberis, q *Marci.3.* bus & Boanerges fuerit (id est, tonitrui filij) inditum nomen. **seruus.** Multiplex sane est & varia seruitus: Aut eñ creationis iure obuenit, qua oĩa dicunt deo esse subiecta: Aut ex fide, vt illud, Obedistis aũt ex corde in eã for *Roma.6.* mã doctrinæ, in qua traditi estis: aut ex vitæ moribus, qui

Nume.12. bus & Moyses dei seruus est nũcupatus. His oĩbus seruitu
Hebræ.3. tis modis, Paulus dictus est seruus. Jesu Christi, dispen
sationis ipsius nomẽ pręfert, ab inferioribus ad superiora
Isaiæ.61. contendens. Cõstat enim Christũ Iesum carne assumpta,
Lucæ. 4. fuisse non oleo, sed spũsancto perunctũ, qui oleo quouis
est efficacior. Quod aũt vel sine oleo cõstare vnctio q̃at,
Psal. 104. illud audi: Chr̃os meos (hoc est, vnctos meos) nequaq̃ at
tingite, q̃d sane dictũ ad ea pertinet, quæ añ cõditam legẽ
fuere, qñ nec nomen quidẽ extaret huiuscemodi ex oleo
vnctiõis. vocatus. Humilitatẽ pręfert hoc verbũ. Ostẽ
dit eñ non conquirendo se id reperisse, sed venisse accitũ.
apostolus. Ad reliquorũ qui & vocati sunt, differentiã
subinde dicit: Illi quidẽ ad fidem dũtaxat sunt acciti, mihi
vero ap͞ratus id muneris & creditũ est & demandatũ, q̃d
Chr̃o ipsi à patre misso est traditũ. segregatus in euangelium, Id est, deputatus ad euãgelij dispensationẽ.
Vel aliter: Segregatus. i. ad id prędestinatus. Quemadmo
Ierem.1. dum & Ieremiã alloquit̃ deus, Priusq̃ de vulua exires, san
Galat.1. ctificaui te. Et alio in loco Paulus: Cum aũt deo placitum
est me segregare de vtero matris meę. Nec sane frustra id
inq̃t, ꝙ & vocat⁹ sum & segregatus in euangeliũ. Cũ eñ
ad elatos q̃sdã (Romanos dico) & insolẽtes sermonẽ ha
beret, asserit diuinitus se quod esset existere, vt dictis suis
faciat fidẽ. Euangeliũ vero eo dicit, vt nõ solum bona per
illud effecta, sed & futura prætendat, cuius euangelij vel
nomine ipso auditores solatur. Qñquidem nõ insuauia
quędã & subobscura, qualia prophetaꝝ sunt dicta, cõple-
ctitur. Constat aũt dei id euãgelium esse. i. patris, qui no-
bis illud vt est elargitus, ita & ipse simul innotuit. Nã et si
in veteri haudquaq̃ erat lege obscurus, solis tñ Iudæis hic
noscebat. Neq; ab illis vt pater est cognitus. Demum per
euãgelium terraꝝ orbi sese ac filium patefecit, idipsumq;
& per prophetas suos prænũtiauit. Nã cum euangelium
tanq̃ nouum aliquod & insolens præconiũ homines de-
trectarent, arguit hoc multis seculis gentium nationẽ pręg

cessisse, fuisseq; à prophetis longe añ conscriptũ, siquidẽ apud Dauid id sit euãgelij nomẽ compertũ, cum inquit: Dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Et Isaias item: Quãpulchri sunt pedes euangelizantium pacẽ. in scripturis sanctis. Neq; eñ sermone solũ, sed scriptis etiam nitebant prophetæ, per eaq; & futura præfigurabant, quemadmodũ & per Isaac, Abraam, & per serpentem Moysi, & per manuum extensionem, & iugulationẽ agni ventura præcinuerãt. Cum enim magni aliquid molliturus est deus, longe añ prædicit. Emuero cũ multi, inquit, prophetæ cupierunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, sese in carne illos negat uidisse, nec signa quidẽ spectasse affirmat oĩm in cõspectu pse factitata. De filio eius, qui factus est ex semine Dauid secũdũ carnẽ. Liquido hoc loco duplicẽ filij ortum designat. Cum eñ de filio eius, inquit, i. dei, supernam creationẽ ostẽdit. Cum vero, qui ex Dauid semine factus est adijcit, inferiorẽ hanc & carnis originẽ exprimit. Secũdum vero carnẽ cum addit, eundẽ esse vel secundũ spiritum genitũ patefacit. Nequaq̃ ergo est de simplici homine euãgeliũ promulgatũ, cum de filio dei esse cõstet, neq; de simplici deo. Qñquidem ad eum etiã qui ex Dauid semine secundũ carnẽ sit procreatus, noscat spectare, ad eundem igit vtrunq; id proculdubio & dei & Dauid filium spectat. Pudeat ergo suarũ ineptiarũ Nestoriũ, tametsi de Christi carnis hac genitura haud secus faciat mentionem, q̃ & euangelistæ fecere, perinde ac ex ea velit ad supernam & cælestem illam originem auditores traducere. Siquidem dominus ipse primo visus est homo, deinde deus est cognitus. qui prædestinatus est filius dei, in virtute secũdum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorũ Jesu Christi domini nostri. Supius dixit quẽadmodum esset de filio dei euangeliũ promulgatũ, nũc vero confirmat & differit q̃ pacto sit ꝑ dei filio cognitus Iesus, cũ inquit, Qui prædestinatus est. i. ostensus, confirma

Psalm. 67
Isaie. 52.
Luce. 10.

tus,& iudicatus. Ab vniuersis nanque assertum est, hunc dei filiũ esse, quõ in virtute nimirum.i. ex signorum quæ factitabat potẽtia. Quinetiam per spm̃ sanctificationis, id est ex spũ per quem credẽtes sanctos efficeret, quod sane dei est munus. Insuper vel à mortuis resurgendo. Primus quippe & solus se suscitauit, qua ex resurrectione dei est filius iudicatus, & spectatus à plurimis, quod profecto haudquaq̃ parui existimandum est. Sic em̃ & ipse inquit,
Iohan.8. Cum autẽ assumptus fuero, tunc cognoscetis quia ego sum. **per quem accepimus gratiam & apostolatum.** Attende quã illud modeste narret. Nil inquit est nostra virtute actũ, sed per filium cũcta accepimus. Atqui per spm̃ & apostolatũ acceperat & gratiam Paulus:
2. Thes.3 Inquit em̃, iste vos diriget. Et spũs ipse sic loquitur, Segre
Actuũ.13. gate mihi Paulum & Barnabã. Insuper per spm̃ eundem datus est sermo sapientiæ. Quid multa? Sunt quidem &
1.Cor.12. filij q̃ spiritus sunt, & cõtra, quę filij, & spiritus sint necesse est. Gratiã, inquit, accepimus & apostolatũ, hoc est, haud quaq̃ nostra virtute effectũ est, vt apostoli fungeremur officio, sed gratia superna tributum, & qua vel persuadendi modus defluxit, siquidem circũuagari, & euangeliũ prædicare apostolorum est muneris: dei vero audientibus persuadere. **ad obediendum fidei.** Haud sane ad verborũ cõtentiones & quæstiunculas sumus, & ad inanes molitiones nos missi, sed vt fidei obtemperemus; vt & cæteri, inquit, à nobis instructi, nihil renitendo fidem accipiãt, **in omnibus gentibus pro nomine eius,** In cunctis nationibus gratiam, inquit, accepimus, nec ipsi modo, quin & cæteri apostoli. Neque enim nationes vniuersas adiuit Paulus, ni forte dixerit quispiam, & si minus cũ in humanis hic ageret, vita tamẽ perfunctus per suas epistolas gentes om̃es & nationes peruasit, vt tñ Christi nomine audito, nondũ tamẽ Christi percepta substantia crederẽt illi. Qñquidem ex signis q̃ factitaret, nomen est Christus apud mortales & famam adeptus. Vel id ꝓcul-

dubio fide & credulitate idiguit,quod sane nec capi pote rat animo. Aduerte tñ euãgelij donum. Neq; eñ vni cuipiam nationi,quemadmodũ & Iudæis lex illa vetustior, istiusmodi data est gr̃a. in quibus & vos vocati estis Iesu Christi. Hoc loco Romanorũ deprimit insolenti am. Neq; eñ inquit, qui rerum potiri videmini, plus cæte ris estis quippiã consecuti: Qñquidem reliquis, vt & vobis euangeliũ prædicamus. Ne itaq; insolescite. Vel aliter: Estis quidẽ & vos vocati, per gr̃am admissi, nõ vltro adeuntes. omnibus qui sunt in Roma dilectis deo vocatis sanctis. nec simpliciter Romæ manentibus vniuersis, sed deo dũtaxat dilectis. At vnde potest hmõi cõphendi dilectio? Nimirum ex sanctificatione ipsa. Sanctos nanq; appellat fideles, repetitq; vocatis secundo, vt diuinũ his beneficiũ cõmemoraret, aperiretq; per gratiã fuisse vocatos. Etsi ex patritiorũ estis & consularium numero, vocauit perinde acsi dicat, tñ vos deus vocatione eadem, qua & infimos & sine magistratu homines euocasset, nec secus vos atq; illos sanctificauit. Cum itaq; & amorẽ sitis & vocationẽ ac sanctimoniam cum cæteris parem sortiti, nequaq̃ erit vobis in tenuiores & infimos superbiendum. Gratia vobis & pax. Pacẽ hanc Christus & apostolis ipsis iniunxit alienas domos ingre dientibus præloqui. Pax vero nequaquã inimicitias soluet, quas nobis cum deo praua facinora pepererunt, ea tamen nullis nostris laboribus, sed diuina indulgẽtia nobis obuenit. Præcedit itaq; gratia pacẽ. Id vero vtrũq; bonum perpetuo Paulus mansurum precat̃, ne forte nobis rursum in peccata labentibus, aliud quoddã insurgat bellũ. a deo patre nostro & domini nostri Iesu Christi. O quantum inualuit diuinæ gratia charitatis, siquidẽ ipsi qui & viliores sumus, & honorũ expertes, deũ simus in patrẽ nacti. Sit igit̃, inquit à deo patre Christo Iesu dño gratia vobis firma & stabilis, qui eam & elargiri potest, & in longũ seruare. Primũ quidem gratias Matth. 10

ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. Decet hoc Pauli preces exordium, q̃ & ipsi ad gratiã deo habendam inseruimus. Nec solum pro ijs quæ in nosipsos, sed quæ in proximũ collata per eum sunt beneficijs. Quod vtiq; veræ est charitatis indicium. Agit aũt Paulus gratias haud sane pro terrenis hisce & labentibus bonis, sed ob eã quã Romani fidẽ susceperant. Deo vero meo cũ inquit, animi sui aperit affectũ, qñ cõmunẽ omnium deum suum hic facit, quemadmodum &
Exodi. 3. prophetæ solẽt. Quinetiam & deus ipse, Abraam, Isaac,
Matt. 22. & Iacob deum se nominat, vt suam erga illos patefaciat charitatem. Dicit aũt per Iesum Christum se gratias agere, quia pro nobis ille apud patrẽ ad impetranda beneficia intercedit. Nec solum nos ad gratias huiuscemodi agẽdas instituit, quin & patri has defert, cũ referunt. Enimuero vel eo gratias agit, q Romanorum sit fides in orbẽ vniuersum vulgata. Porro duo quædã in Romanis suo testimonio probat, & quia in Christum crediderint, & tãta cum gloria, vt eorum fides terrarum orbem peruaserit. Qua ex re ingentem cunctis mortalibus obuẽturam vtilitatem existimat, qui studio sint inflãmati regiam vrbẽ sectãdi. Dicit præterea & deo gratiã, q̃a & Petro discipulo credidissent, q id temporis euangelium prædicaret, quo cum omnia sibi communia duceret. Testis est mihi deus, cui seruio in spiritu meo in euangelio filij eius. Ne forte id dictũ minus videretur cum subsequentibus cõuenire, siquidẽ dicturus est se illorũ habere memoriã, præsertim quos antea nunq̃ vidisset, testẽ inuocat cordium cognitorẽ. Aduerte quanta insit Ap͞lo animi affectio, quãq; ardentissima in proximũ charitas, vt inter orandũ vel eorum reminiscat, & deo cõmendet, quos nusquã spectasset. Seruio autẽ deo. i. spiritui meo seruio, cuius nõ carnalis, sed spiritalis est cultus. Gentilis sane fallit, carnalis est: Iudaicus vero, & si nõ fallit, carnalis tñ & ille

est. At Christi seruitus cultusq́, & verus est & spiritalis. Si cuti & dñs ipse Samaritē alloquit: Veri (inquiens) orato res in spū & veritate adorant. Sed seruiendi quidē diuersus est modus: Alius em̄ deo inseruit, cū illi solū pro viribus vacat: Alius cum peregrinorū suscipit curā, vel viduas ipsas tutat, quales erant qui circa Stephanū versabant: Alius prætere a sermonem ministrat. Propterea Paulus inquit, ego seruio in euāgelio filij, quamuis superius patris illud esse dixisset. Quod sane nequaq̄ debet mirū videri. 2. Tim. 2.
Quæ em̄ sunt patris, & filij sunt: & quæ sunt filij, & patris erunt. Quod eo inquit, vt ostendat sibi necessariū esse, vt hanc pro eis curā suscipiat. Nā qui semel euangelij administrationē accepit, pro omnibus vt studium impendat & curā oportet, qui verbum exceperint. **obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in volūtate dei veniendi ad vos.** Nunc causam adijcit cur illorum memoriā habeat, ad vos scilicet inquit, vt veniam. Attende quāto illos honore prosequebat, quos visere & deo volente maturet. Nos vero vel afficimur nemini: vel si quē forte amamus, præter dei id agimus voluntatem. Paulus vero ex ingenti quadam charitate spectare illos assiduo precabat. Quod autem id omne dei arbitrio subiecisset, eius modestiam præferebat. Quocirca & nos, cum nil precando consequimur, haudq̄q̄ id ægre feramus. Neq; em̄ Paulo sumus nos potiores, qui pro carnis stimulo & libidinum incentiuis cū 2. Cor. 12.
tertio iam dño supplicasset, nequaq̄ voti cōpos effectus est, id em̄ illi conducere videbat, **vt aliquid vobis impertiar gratiæ spiritalis.** Solent plerīq; rei alterius gratia peregre proficisci. ipse vero ego sum ad vos profecturus, vt aliquid vobis impertiar. Id sane modeste locutus est: neq; em̄ vt vos instruā dixit, sed q̄d ipse acceperim vobis impertiar. Quodcūq; em̄ in discipulorū cōmodum preceptor imptit, muneris loco habendū est. Quinetiā & nr̄æ virtutes velut dona sunt opis diuinę egētia. **ad cōfir**

mandos vos. Id est, consolari in vobis per eã, quę inuicē est, fidem vestram ac meã. Tacite arguit non mediocri hos indigere correctione, quod tamen si apertius explicaret, admodum illis molestum foret. Dicerent enim, Quid inquis? Num ipsi vel loco moti sumus? vel longius iter emensi, te adiuimus supplices? vel tua opera indigemus vt obfirmemur in fide? Ad hæc Paulus subinde id modeste dicit: Causa meæ ad vos profectionis est qui dē futura, vt memetipsum ac vos tandem consoler, qui multis estis affecti molestijs. Quocirca visendi vos mihi incessit cupido, vt solamen dũtaxat afferrē mœrentibus. Vel potius, vt ipse consolatione afficerer. Id quidem erat in vtriusq; commodũ hauddubie concessurum, nam vt solent seruitia, dum inter se congregantur plurimũ recreari, sic & fideles malis multis & grauiorib⁹ afflictati, mutua adhortatione alleuant. Quæret aliquis, Num Paulus horum vel solamine vel societate indiguit? Nequaq̃. Verum id eo agebat, ne acerbiorem epistolã redderet, néve vt illos (vt diximus) lacesseret. Vnde se inquit opus habere vt ab his consoletur. Quod si quis hoc loco consolationem lætitiã dixerit, & eã præcipue quę ex illorum adaucta fide suscepta sit, eandemq; Paulo affirmet necessariã, recte dixerit. Quod vtiq; ex eo perspicuũ est quod postmodũ subdit, Per eam q̃ adinuicem est, fidē vestram ac meam, perinde ac si dicat: Ipse vero, qñquidem vestra mihi spectata est fides, & consolabor & afficiar iucunditate. Vos vero per meam cõfirmabimini, ex his consolatione accepta, in quibus fortasse ob animi pusillanimitatem, nutabundi estis & labãtes, quod tñ nec palam aperit, sed (vt dictum est) tacite infert. Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsq; adhuc. Quoniam superius dixerat, Obsecro si q̃ mõ ad vos iter habere queã, posset ne iniuria quispiã eũ hoc pacto cõmonefacere: Si em̃ ipse & votis & precibus sæpe deposcis & hos consolari, & te

consolationis huiusce facere non expertē, quid impedit quo minus conuenire hos queas? Id sane inquit, quia dei iussu prohibeor. Vides q̃ ille non prorsus causam diuinæ huius inhibitionis conquirat, sed paret nil hæsitās dei imperio, nos instructurus ne curiosius quæ deus gesserit exquiramus. Aperit itaq; Romanis, nec segnitie se, nec eorū cōtemptu quodā teneri, quin iter statim ad eos arripiat, adeoq; se illorum flagrare beneuolentia, vt quantū in se sit, neq; coercitus, quoquā pacto absistat, quin iterum atq; iterum proficisci ad eos tentaret. **vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut & in cæteris gentibus.** Cum enim insignis esset & conspicua ciuitas Romanorum, vniuersiq; ob admirationem & gloriā ad eam confluerent, ne quis Paulum crederet visendæ vrbis cupiditate, qua & cæteri, duci, sic inquit: Eam ob causam adire vos cupiebam, vt fructum aliquem consequar. Soluit prę terea occursuram forte suspicionem. Dicet aliquis, Ea ꝓpter ipse detentus es, quia pro dei voluntate haudquaq̃ Romā cōtendere animo tuo insederat, eoq; id subdit, vt fructum (inquiens) referrem: Neq; enim apertè vel prædicandi vel instruendi gratia se accessurum dixit, sed moderatius agens, Vt fructum assequar intulit, quemadmodū & illud superius, Vt gratiam vobis impertiar. Frenandi aūt hos gratia & corrigendi, Sicut & in cæteris gentibus dixit, proinde id inquit, Neq; enim etsi vobis sit terrarum orbis imperium, cæteris vos nationibus potiores existimauerim, quin pari apud me cum reliquis conditione vtamini. **Græcis ac barbaris, sapiētibus et insipiētibus debitor sum, ita quod in me promptum est, & vobis qui Romæ estis euangelizare.** Vel id Pauli præfert modestiā. Nihil enim vobis præ cęteris affero muneris, sed dn̄i mandatū adimpleo. Quin etiā vobis gr̃æ sunt deo agēdę. Est nanq; ille largitor, ipse vero debitor sum, & irrecusabile debitum habeo prædicandi, q̃d & ad Corinthios dicit, Væ mihi si non euāgeli- 1.Cor.9.

zauero. Sum itaq; promptior & vobis euangeliũ prædicare, etsi præuisa sint mihi discrimina, adeo hic ob Christi gratiam se exercẽdi studio incendebat. **Non enim erubesco euangelium. Virtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudæo primũ & Græco.** Cum eñ Romani magnopere Pauli opinionẽ obstupescerent, quippe qui Christũ esset Iesum prędicaturus, qui omnem ignominiã subijsset, & ob id forsitan eos saluatoris pudebat, idcirco nunc Paulus: Nequaq̃ (inquit) euangeliũ erubesco, & illos interea edocet minus Christi pudere, q̃nquidem & se nihil Christi pudeat crucis, sed hanc sibi decori ducat & ornamẽto. Cumq; & illi de sapientia iactarentur, ipse inquit, crucẽ venio prædicaturus, quã minime erubesco. Virtus eñ dei est in salutem, cum in perditionem hæc
Matt. 10. sæpe fit & interitum, vt illud: Timete eum qui potest in gehennam perdere. Quæ igitur Paulus ipse nunc prædico, non cruciatum, aut perniciem continent, sed salutem. Verum cui hæc futura est salus? Nimirum credenti. Neq; eñ cunctis salutiferũ est euangelium, sed his duntaxat qui illud exceperint, Iudæo primum & Græco. Primũ illud, honoris ordinem exprimit, nõ gratię abundantiã. Neq; plus aliquid Iudæus est iustitiæ consecutus, q; maiora acceperit, sed quia prior eam susceperit honoratur, & verbotenus honorem assequitur. **Iustitia enim dei in eo reuela-**
Habac. 2. **tur ex fide in fidem, sicut scriptũ est: Iustus autẽ ex fide viuet.** Asserens in salutẽ futurum euangelium, & modũ explicat, quo fieri id queat: videlicet dei iustitiam salutem nobis attulisse, non nostram. Quã enim ipsi iustitiam haberemus, qui abominationibus sumus & perditis facinoribus inquinati? Sed deus nos ipse non ex operibus, sed ex fide iustificauit, quæ debet vel in maioribus quandam & ampliorẽ fidem perficere. Nec eñ sat est, priores fidem, hãc excepisse, sed erit etiam fidei huius ductu ad perfectiorem credulitatẽ progrediẽdum, ad immotũ videlicet & stabile firmamentũ, quemadmodum & apři

his verbis sunt ad dñm vsi, Adde nobis fidem. Confirmat *Lucæ.17.*
autem eius dicta, cum inquit: Dico autẽ vobis qm̃ sumus
ex fide iustificati ex Abraam. Iustus em̃(inquit)ex fide vi
uet, cũ enim ea quibus à deo donati sumus, mortales ne-
queãt cogitatione cõplecti, merito nobis est fides hæc ne
cessaria, quã si scrutari hæsitãdo cœperimus, oĩm procul-
dubio patiemur iacturam. **Reuelatur enim ira dei de cælo super oẽm impietatem & iniustitiam hominum eo℞, qui veritatem in iniustitia detinent.**
A melioribus exorsus, inquiensq́ iustitiã dei in euãgelio
reuelari, infert, deinceps quæ possunt inferre formidinẽ,
nouerat em̃ multos mortaliũ timore ad virtutem induci.
Sic nãq; & deus post regnũ cæleste & gehennã cõminat.
Prophetæ insuper bonis propositis, & mala p̃nuntiant:
Quia illa dei præcedẽte sentẽtia, hæc nr̃a obueniãt negli
gẽtia. Aduerte ergo quã habeãt hæc dicta sequelã: Venit
(inqt)dñs, iustitiã tibi & errato℞ deferens remissionem.
Quas si haudquaquã exceperis, dei tũc ira è cælo retegit,
quæ scilicet in secũdo eius aduẽtu futura est. Cuiusmodi
iræ etsi in p̃senti participes sumus, ad castigatiõem tñ illa
infert, quã tunc ad suppliciũ dũtaxat experiemur, q etsi
in hac vita ab hoibus maxime diuexamur, tũc tñ p̃spicue
à deo cruciabimur. In oẽm impietatẽ: Verus cultus & pie
tas ipã, vnũ sunt, impietas vero diuersa & multiplex, eo℞
oẽm dixit impietatẽ, p inde ac si multis ad eã itineribꝰ ac-
cedat. Et iniustitiã hominum. Differt impietas ab iniusti-
tia: Illa enim in deum, hæc dici in homines potest: per illã
contemplatione delinqtur, hac opere & factis peccatur.
Multæ autem & huius sunt viæ: Infert enim quis iniuriã
proximo cũ alienã vxorem adulterauerit, cum pecuniã
subtraxerit, cum famam carpserit. Dicunt nonnulli iniu
stitiam Paulum pro adulterinis dogmatibus posuisse.
Quid vero illud sit. Qui veritatẽ in iniustitia detinent, au
di: Veritas ipsa, siue dei cognitio, fuere hominibus ab in-
itio indita. Hanc veritatẽ & notionẽ in iniustitia gentes

detinuere,id est,quantum in se erat deprauarunt,cum ad idola dei gloriam transtulissent. Nec secus egerũt ac qui acceptam pecuniã in impatoris laudem impendendam, vbi hanc omnem in prædones & scorta cõsumpserint, fatebuntur hi planè omnes inique se erga imperatoriã maiestatem gessisse. Gentiles igit veritatem in iniustitia detinebant.i.iniustius occultabãt, obscurabantq; dei cognitionẽ, qua sunt indecẽter vsi. quia quod notum est dei, manifestum est in illis. Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, siue sempiterna virtus eius & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. Quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, Dixit superius gẽtiles ipsos in dei cognitionem fuisse iniquos, siquidem ea abusi sunt. Vnde igitur liquet hanc illos habuisse cognitionẽ? Hinc sanè, quia quod notum est dei, erat & his manifestũ. Deinde idipsum confirmat dicens: Qm̃ ex optima hac creaturarũ dispositione, conditor ipse laudibus efferebat, sicuti & Dauid inquit:

Psalm.18. Cæli enarrant gloriam dei. Quid aũt dei sit notũ hoc pacto perdisces: In deo quidẽ nõnulla sunt, quę haudquaq̃ cognitiõe cõplecti possunt: Nõnulla quæ cognitu facilia. Insunt aũt quæ minus humanis sensibus innotescũt. Ea profecto quæ diuinę substantiæ sunt, bonitas scilicet, sapientia, virtus, diuinitas ipsa siue magnitudo, quæ inuisibilia dei Paulus nũcupat, noscuntur tñ ex hac mirabili rerũ structura. Gẽtibus itaq; vniuersa apparuere, quæ possunt in se cognosci. Et nota sunt dei.i.quæ circa eius substantiam sunt. Quæ etsi cerni oculis nequeunt, mente tñ ex hac conditarũ ab se rerum serie cõprehensibilia sunt. Pleriq; vero inuisibilia, nec recte (vt arbitror) angelos dicũt. Refert aũt è patribus quidã, æternam potẽtiam filiũ esse, diuinitatẽ vero spiritumsanctũ. Vt essent inexcusabiles. Aduerte hanc scriptorum proprietatem. Neq; enim hæc

deus effecit, vt excusari non possent gentiũ natiões, sed sacrarum literarum consuetudinẽ sectatus Apostolus. Frequẽter enim & multis in locis his similia perleguntur, quale illud est Dauid: Qm̃ malum corã te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas &c. Quod & si minus est, videtur tñ absurdum, perinde acsi dicat, & si tuis sum dñe obstrictus beneficijs, attñ pręter omnẽ spem meam in te deliqui. Quo fit vt iustificatus, ipse victor euadas. Tunc eñ deus iustificat, cum sumus ipsi in eũ de nobis bene merentẽ ingrati. Nec quicq̃ habemus quod excusare possimus. Atqui eo gentilibus nulla est errati excusatio, quia cũ dei notionem ex hac mũdi machina habuissent, haud tamen pro eius dignitate hunc sunt venerati. Nec tanq̃ omnium conditori gratias retulere: quin potius debitos illi honores in idola transtulerunt. **Sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.** Causam exponit qua illi in tantam sint vesaniam prolapsi. Opinationibus enim quibusdam omnia permiscuerunt, cum vellent in figura, qui caret figura, & in corpore, qui sit incorporeus mẽte cõcipere: sic fit, vt vani esse penitus arguantur. Quippe qui nequeant ad vllum cogitationũ suarum finem euadere. Insipiens aũt illorum cor eo appellat, quia nil prorsus voluerint fide percipere. Vnde & vani deprehensi sunt. Verum quis error eos induxit, vt cogitationibus omnia demandarent? Nimirum quia sapientes se crederent, ideo sunt ad insaniam redacti. Quid enim vesanius, q̃ lapides venerari & ligna? **& mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedum, & serpentum.** Ille commutat, qui alteri quod habet concedit, vt aliud quippiã assequat. Hi itaq; cum dei cognitionẽ haberent, hanc perdiderunt, vt aliquid vltra quãm habuissent sibimet vendicarẽt. Vnde ab eo quod nacti iã erant, exciderunt. Circũde-

Psalm. 50

dere aũt incorruptibilis dei gloriã non homini, sed imagi
ni corruptibilis hominis. Quodq́ deterius est, vel adusq́
reptãtia ipsa, vel horũ imagines potius delati sunt. Tam
liquido isti insaniũt. Siquidem mentẽ quam in eum inten
dere oportuisset, q omibus incõparabiliter est excellenti-
or, his applicarũt, quæ incõparabiliter sunt cæteris vilio-
ra. Deo aũt ad gloriã cedit, cum noscit & cõdidisse oĩa,
& vniuersis ꝓspicere, & reliqua quæ illũ decẽt, cogitatiõe
& anio admittunt. Errata aũt eiusmodi nõnulli vtiq́ cõ-
miserunt, & hi qdem q apud gẽtes sapiẽtiores sunt habi
ti, & Aegyptij ipsi. Hi nanq́ de reptiliũ disserũt imagini-
bus. Propter quod tradidit illos deus in deside-
ria cordis eorum in immunditiam, vt contume-
liis afficiant corpora sua in semetipsis, qui muta
uerunt veritatem dei in mẽdacium, & coluerunt
& seruierunt creaturæ potius q̃ creatori, qui est
benedictus in secula, Amen. Tradidit. i. pmisit, siuit,
nec secus q̃ medicus solet, q cum valetudine laboranti vt
resanescat medetur, deinde ingrauescẽti morbo, vt affli-
ctet eundẽ permittit, si incontinentẽ videat, & sibi minus
obtemperantem, laxatq́ illi habenas, vt suopte arbitrio
vsus, à morbo minime cõualescat. Nõnulli vero, tradidit
deus, sic capiũt. i. cõuitia in deũ illata, quemadmodũ huic
illive dicimus argẽtum fuisse exitio, cũ cõstet nequaq̃ ar
gentũ afferre interitũ, sed argẽti abusum. Saulẽ dicimus
& Salomonem pdidisse imperium. i. eo illos deperditos,
quia praue sint imperio vsi. Sunt igit ob innatã nequitiã
in immunditiem traditi, vt nihil indigeãt opera alioꝝ ad
contumeliam immũdities. Quid? cum ipsi sibi eam intule
rint. Immunditiem vero, vitia quæq́ impurissima dicit.
At si quæras vnde hi sint in immunditiam traditi, ex ea
dixerim, quam deo inferunt cõtumelia. Nam qui dei nul
lam habuerit rationem, nec illum attenderit, mox vitæ to
tius iacturam faciat necesse est, quemadmodũ inquit &
Psalm. 52 Dauid, Dixit insipiẽs in corde suo, non est deus. Et paulo

post, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis. Transtulerunt enim quæ dei sunt, & circumiecere cō mētitijs & fallacibus dijs. Coluerūt, id est, re ipsa & opere horū se seruituti addixere, quos colerent. Gratia vel latria enim, honor est, qui actu & opere exhibetur, quod cultū nos dicimus. Neq; id simpliciter dixit, sed plus q̄ creatori adiunxit, comparatione quadam crimen attollens. Verumtū ille (inquit) est in secula benedictus, id est, nil est isto rū offensus contumelijs, sed hauddubie in secula benedictus, quippe cui maledici nō potest. Amen vero idipsum cōfirmat. **Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerūt naturalem vsum, in eum qui est contra naturam. Similiter aūt & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipiētes.** Rursum dei destitutionē, traditionem appellat, nā queādmodum hi qui dei cultū ad idola transferunt, in perditionem tradunt, sic & in vita abominabiles fiunt, qui naturali voluptate relicta, quæ & facilior & suauior sit, in eam quæ contra naturam est collabunt, quæ & difficilior est, & insuauior, & prorsus abominanda, cum ēm Cōmutauerūt inquit, ostendit his omissis quæ sibi natura sunt insita, ad nefaria quædā traduci. Dixit de mulieribus, & tacite quidē turpe aliquid & obscœnū, quod nec dici fas est. Dixit supra & de viris, q; in se inuicē exarserint, incentiua libidinis & furias explicās. Neq; enim rei Venereæ dixit cupiditatē, sed turpitudinem intulit, arguens istiusmodi viros naturam ignominia affecisse, cum vero dixisset in desiderijs suis hos exarsisse, ne forte existimes libidinis esse hunc morbum. Operantes adiecit .i. immunditiæ operam dabant, opus id suum esse existimantes, recepta (q; à deo hi defecissent) mercede erroris sunt freti, quo ad idola desciuerūt. Quo fit, vt hac in

turpitudine & fœdissima voluptate pœnas luant, vtpote quæ præter naturam sit & plena impuritatis. Hæc autem Paulus infert, quia nondum quiuerat de gehenna quippi am istis persuadere. Proinde dicit: Etsi gehennā diffiten-tur & futura supplicia, his tamen hæc facta ad suppliciū sibi futura satsunt. **Et sicut non probauerunt deum habere in notitiā, tradidit illos deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ nō conueniunt.** Ecce iterato ac tertio eādem sententiam repetit, eo demq; vsus est verbo [tradidit] vbiq; causam afferēs, hoc ce scilicet homines deum ob ipsorū impietatem idcirco deseruisse, sicuti & hoc loco, quia non probauerunt deum habere in cognitionē, vnde & traditi sunt in via non igno rantiæ, sed meditationis atq; scientiæ, quod sane deo est contumeliæ. Neq; enim dixit ignorasse hos deum, sed im probasse. i. nō iudicasse deum se habere in notionē, sed vl tro sibi delegisse impietatē sectandam. Nō ergo per carnem (vt hæretici ferunt) delinquit, sed corrupti iudicij vi-tio peccat. Siquidē priores illi dei notitiā improbarunt, de inceps à deo permissi sunt in reprobum sensum deferri. Dei em̄ à quouis secessio siue destitutio, in sacris literis tra ditio nominat. Et lepido quidē patrū nonnulli exemplo sunt vsi, quo dictum id [tradidit eos deus] lenirent. Dicunt enim hoc se haud secus habere, ac siquis ne solem in tueat, oculos claudat, progressusq; parumper, in foueam collabatur. Est præterea tritum prouerbium: Nondum sol ipse inspectus, hūc illūmve in scrobem impegit. Nec ob id q̄ ira incensus sol hominem prostrasset, sed quia obstructis oculis lucem non vidisset. Cur autem lucem sol minus præbuerit si quæras, nimirum quia oculos ille occlusit ne lucem admitteret. Sic deus hos in ignominiæ tradidit passiōes, quibus ipse planè esset incognitus. Eius modi tn̄ dei ignoratio ab illis orta est, qui nequaq̄ ꝓbassent. i. nō iudicassent dei se habere notionem, **repletos omni iniquitate,** Aduerte quēadmodū ꝓgrediendo rē

augeat. Cum enim hos dicit iniquitate oppletos, arguit sane ad summam nequitiam peruenisse, infert deinceps & nequitiæ species. fornicatione, Omnem prorsus impuritatem hoc fornicationis nomine complexus est. malitia, id est, in proximum insidijs, auaritia, pecuniarium videlicet cupiditate, nequitia, odio scilicet, plenos inuidia, homicidio. Ex inuidia gignit̃ homicidiũ. Abel enim cum ei à fratre inuideret̃, enectus est, & ex liuore Ioseph morti fuit propinquus. contentione, dolo, Ex inuidia contentiones emanant & doli, vt ei noceat̃ cui iam inuidet̃. malignitate, Ea scilicet, quæ in profundo latet nequitiæ, & bonitatem mentit̃. susurrones, Qui clam alienæ derogant famę. detractores, qui palã, deo odibiles, Qui deum oderunt, vel deo sunt odio, contumeliosos, superbos, elatos, Iam malorum arcem conscendit, superbiã scilicet. Qui enim effert̃ superbia, vel bonum amittit quod egerit, quanto magis qui mala? Neq; enim poterit hic perpetrati facinoris ob insolentiam pœnitere. Veruntñ intelligas velim, superbos, dei esse cõtemptores: elatos vero, homines aspernari, vnde orit̃ contumelia. Qui enim homines paruifacit, diuina simul iura & humana conculcat. At si forte insolentia ipsa natura contumeliã añcedit, nobis tñ contumelia videt̃ prȩcedere, deinceps eius mater internosci elatio. inuẽtores malorum, Neq; enim erant superioribus contenti, nisi malis excogitandis studerẽt. parentibus non obedientes, Quin etiam (inquit) vel naturam ipsam impugnant, quippe qui vel genitoribus repugnãt. insipientes, & iure quidem: Quo enim pacto qui parentibus non obsequunt̃ bñ monentibus, ab alio possent sapientiã edoceri? incompositos, Id est, conuentis & pactionibus nõ stantes, infidos scilicet & nutabundos. absq; fœdere, sine affectione, sine misericordia, Vbi eñ charitas ipsa refrixerit, mala omnia procreat. Hinc est q; nec pacta seruamus, nec afficimur cuiquã, nec ad misericordiam flectimur. Quod sa-

Gene. 37.

Mat. 24.

Mat. 24. ne & Christus sic refert, Cum aũt abundauerit iniquitas, charitas ipsa refrigescet, tametsi nos natura ipsa, quemadmodum & cætera animantia, coniungit & copulat, hoc tamen hi prorsus non intellexerunt. qui cum dei iustitiam cognouissent, non intellexerunt. Qm̃ qui talia agunt, digni sunt morte: non solum qui faciunt ea, sed etiã qui cõsentiunt facientibus. Ostendit superius quemadmodum qui dei habere notionẽ noluissent, omni sint iniquitate oppleti. Nunc vero arguit, nec esse hos venia dignos, cũ dicere nequeant, Boni ignorantia tenebamur. Norunt eñ dei iustitiã, ergo id vltrò factitant & sponte cõmittunt. Quodq; deterius est, facientibus assentiunt, quod sane est insanabili morbo laborantium.

Caput .II.

PRopter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas &c. Cũ diuerse sentiant hoĩes, ideo fit vt mala plerũq; probemus, pſæpe etiã sedẽdo in alienã vitam feramus sententiã. Dixit de his qui improbis assentiunt, nunc vero de iudicio verba facit, inquitq;, Inexcusabilis es o homo. Quid ni? Nosti eñ dei iustitiam, nec illud ignoras, malos eẽ supplicio dignos, igit quod excuses nil habes qui tui similes iudices. Videt hoc loco ad primates ipsos verba intẽdere, & Romanos præcipue, tanq̃ ad terrarum orbis præfectos, vtpote quos iudicium deceat: cõgruit tñ id dictum vel hominibus cæteris. Ferre eñ sentẽtiam nequit, qui throno careat & magistratu. Itaq; q adulterum iudicat, seipsum iudicet necesse est quisit adulterio inuolutus. Scimus enim, quoniam iudicium dei est secũdum veritatem, in eos qui talia agũt. Ne forte dixerit quispiam, ipse equidem & sum adulter, & euasi id quod inquis iudicium: Et si alter quispiam ob id est affectus supplicio, ipse tamen nullas tuli pro adulterio pœnas, infert Paulus, vt hos acrius terreat, adulterij

cruciatum. Neq; enim (inquit) est apud deum quod apud homines esse deprehenditur in terris iudicium, vbi eiusdem criminis rei, alter plerunq; dat pœnas, abit alter innoxius. Cum deo vero haudquaq̃ sic ludit, cuius verum est in prauos iudiciũ. Existimas aũt o homo qui iudicas qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudiciũ dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & lõganimitatis contẽnis? ignorans quoniã benignitas dei ad pœnitentiã te adducit. Secũdum aũt duritiem tuam & impœnitẽs cor thesaurizas tibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; secundũ opera eius. Dixit superius erroris mercedẽ & cultus, q creaturæ defertur, his in rebus persolui vanis hominibus, in qbus se impie gesserint, cum immundities ipsa satis sit his ad supplicium. Nũc vero aperit eis & cruciatum. Est enim inquit, aliud tibi tormenti genus o homo, non enim effugies dei iudicium: qui eñ fieri id poterit, qui ne tuũ quidem effugeris cruciatũ? Qua enim in re alterũ iudicas, teipsum condemnas. Quod si dei bonitatẽ contemnis, quia nondũ sis tormenta perpessus, hoc sane tibi augebit, non imminuet pœnas. Est eñ his dei tolerantia, qui ad emendationem ea vtunt, salutaris: qui vero cõgestis sceleribus ea fuerint abusi, maiorem in se sæuiendi causam præbebunt, quod tñ non pro ipsius diuinæ tolerantiæ natura, sed pro ipsorum duritiæ futurũ est. Thesaurizas enim (inqt) tibi irã. Quo fit vt nõ deus, sed ipsemet te tormẽtis afficias. Quo pacto (inquies) fieri id potest? Quia cor impœnitens geris, & ad bonũ aliquod exequẽdum & durius sane & inflexibile. Cũ igitur nec dei bonitate ductus leniris, nec pœnæ formidine flecteris, quid dici te durius potest? Diem vero iudicij cum diceret, & reuelationis, & iusti dei iudicij adiecit. Et merito quidem, ne forte existimes dei iudicium in ira futurum, quod sane præter dei naturam foret. Reuelatio, inquit, omnium fiet, & ita, vt pro dignitate

reuelatorum futura sit & retributio, eoq́ & iustũ fiet dei iudicium. Apud nos vero, quoniam opera occuluntur, eo nec constans est æquitati locus. Ibi vero quia recta patebunt omnia, & rectum iudicium subsequatur necesse est. **His quidem qui secũdum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærentibus vitam æternam.** Cum inquit, dominum singulis æqua bonorum præmia imperiturum, rem clarius aperit. Cum vero per boni operis patientiam subdit, duo mox exprimit: Alterũ quod animo minime concidendum sit, nec planè desidiæ incumbendum, sed rectis facinoribus insistendũ perpetuo, nec in fide tm̃ spes omnis habenda, nisi & bonis operibus adnitamur. Incorruptionem vero cum inquit, resurrectionem indicat. Deinde infert: Postq̃ aũt resurgemus non omnes ad vnũ, sed hi quidem ad gloriam, hi vero in supplicium, eoq́ & gloriam dixit & honorem. Huius itaq; omnis diuina oratio eiusmodi est, vt planè affirmet deum ipsum futuram eius gloriam honoresq́ largiturum, qui eos & conquirunt & recordant̃, porro & incorruptionem daturum resurgentibus vitam scilicet sempiternam. Quærat aliquis quonã pacto hæc gloria & honor conquirit̃ & incorruptio? Nẽpe dum in rectis operibus permanet̃. Qui enim actionibus bonis insistit, stabilisq́ in aduersum fuerit & constãs, is sane & gloriam & honorẽ haud dubie quærit, id est, incorruptibili deo incorruptibilium bonorum fruitionem deposcit. **His aũt qui ex contentione nõ acquiescũt veritati, credunt aũt iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & angustia in oẽm animã hominis operantis malum, Iudæi primũ & Græci.** Contentio est mentis quidam sine ratione excessus. His itaq; qui ex contentione inquit, id est, contentiose, non ignorãtia, sed altercãdi studio nequiores reddunt̃, ideoq́ nec veniam merebuntur. Cum vero veritati diffidimus, & obsequimur iniustitiæ, sponte delinquimus. Non em̃ inuiti co

actiue id agimus, sed voluntarij. Aduerte aūt, vt deū afferat æternam vitā largiri, mœsta vero nequaq̄. Neq; enim iram, indignatiōem, tribulationemq́; & angustiam dixit à deo inferri: Erit aūt subintelligit, vt superiorem orationem concludat. Viuificandi igit deo inest facultas, nobis vero præ nostra ignauia supplicij & cruciatus. Cum vero omnem animam hominis inquit, Romanorū frenat elationem, perinde acsi dicat, vel si regia quis sit dignitate ornatus, & quæ mala sunt operet, id est, malis operandis intendat, nec demum pœniteat, haudquaq̄ est dei sententiam euasurus. Neq; enim hominis mala facietis intulit, sed operantis, vtpote qui præmeditatus & sciens quæ mala sunt, semper peragat. Nam & Iudęus vt plus diuinæ susceperat disciplinę, ita erit & maiori dignus supplicio. Nā & potentes potentius, & sapientiores acrius cruciabunt. **Gloria aūt & honor & pax omni operāti bonum, Iudæo primū & Græco. Non enim est personarum acceptio apud deum.** Sapie. 6. Nititur Paulus in his quæ subsequūtur ostendere, nec circuncisionem ipsam, neq; præputium efficere quippiam, aut fidē inducere qua homo iustificetur. Hoc cum illi animo insedisset, Iudæorū ritus & ceremonias confutat. Vt id agat, vide qua vtatur prudentia. Exordium ab his sumit orationis, qui Christi aduentum præcesserant, asserens mūdum malitia esse oppletum, & supplicijs esse mortales, Iudæum primo & Gręcum obnoxios, pro certo ducens, pœnas Græcum ob cōmissa daturum, proinde confirmat eosdem pro recte factis honorem assecuturos, si ita ab operibus ipsis & honor & decus maneat. Superuacanea ergo lex erit & circuncisio, nec superuacanea solum quin erit Iudæo acrioris tormenti occasio. Nam si Græcus neq; à creatura, neq; à naturali lege instructus damnabitur, longe magis Iudæus qui ab ipsa lege instructionem accepit. Cum igitur rei sensum perceperis, sequere & dictionem græcam, græcum significantem & gentilem. Vnde hoc nō idolorum,

sed dei cultores dicere,& qualis Melchisedec, qualis Iob, quales & Niniuitæ,qualis demum Cornelius ille.Sic præterea & Iudæos hos esse affirmat, qui ante Christi aduentum extitissent. Volens autem studiosius circuncisionem ipsam ostēdere nullius esse momenti, neq; aliquid posse, repetit tempora illa superiora, arguitq; nil prorsus differre Græcum deum colentem,& Iudæum recta operantē. Quod si ante Christi aduentum,cum maxime res Iudæorum florerent,nil ipsi plus quippiam essent præter cæteros consecuti,eo magis hoc tpe,quia vel eorum lex fuerit euacuata,& finē iam nacta,nemini præstant.Hæc autem ideo infert,vt Iudæorum deprimat insolentiam, qui gentilem nullum admitterēt,Gloria,inquit,& honor & pax. Et sane mundi hæc bona & obturbationes habent & bella,quippe quę & liuore petuntur & insidijs.Quinimo vel si nemo insidietur,is tamen qui illa possidet varie obturbatur. At illi cui apud deum est vel honor vel gloria, quietem affert & pacem. Quia nec agitari insidijs potest, nec curis offendi: Cumq; incredibile posset videri honorem, huiusmodi gentili cuipiam posse contingere, qui nec legem nec prophetas aliquos audisset,factu id facile assueuerat,cum inquit, nullam esse apud deum personarum acceptionem . Neq; enim,inquit, cuiusquā veretur personam deus,sed opera & facta disquirit.Cum Græcus itaq; nihil sit Iudæo actionum ratione dispar,nil impedit quin pari sit honore dignandus. Quapropter nihil erit tibi Iudęe post legis tuæ vacationē,aduersus gentilem quempiam gloriandum,siquidem cum tua florerent, vel gentilis aliquis qui bonis operibus inhæsisset, te haudquaq̄ fuerit honore inferior. **Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege et peribunt: & quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabūtur. Nō enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur.** Ostēdit superius Græcum æque ac Iudæum honore dignandos esse. Nunc vero

Iudæum infert grauius iudicandum. Græci siquidē siue gentiles, qui sine lege peccauerint, id est, sine vlla legis doctrina, sine lege cruciabūtur: hoc est, leuiorem cruciatum subibunt, vtpote qui lege caruerint, qua ligarentur. Sine lege enim illud prætendit, quasi sine illorum damnatiōe. Iudæus vero in legē deliquit, id est, in legis præcepta peccauit, propterea & lege iudicabiť, id est, condemnabitur. Quando lex ipsa acrius criminando hunc vrget, & maiorem in modum condemnat. Quo ergo pacto id iactas Iudæe, gratia te nō indigere, quia sis ex lege iustificatus? Ecce nunc plane argueris, nil tibi hanc quam iactitas legem profuisse. Habes itaq; longe magis gratia opus, q̄ Græcus ille, vtpote qui nihil fueris iustitiæ, sola legis auditione à deo promeritus. Possunt vtiq; apud mortales legis auditores æquitate præferre, quod facere apud deum non valent. Siquidem qui legem exequuntur & seruant, iusti habentur. **Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddente conscientia ipsorum.** Cum enim aliquid est de rebus Iudaicis asserturus, prudentius loquitur, ne in legem dicere videatur, quam vt extollat & magnifaciat, inquit: Cum enim gentes quæ legem non habent, mox illud quæ legis sunt faciunt, id est, naturali quodam instinctu admirationi sunt. Quia cum lege carerent, legem sunt executi, eorúmque cordibus non literas, sed opera insculpsere, & in testimonium bonitatis duce natura pro lege sunt vsi. Proinde tres legum species explicat, quæ scripto scilicet natura & operibus constant. Gentes itaq; lege carent, quæ scripta est: Natura, quæ legis sunt factitat. Cuius nam legis? eius scilicet quæ operibus constat. Legem vero non habent. Quam legem? Scriptam videlicet. Sed ipsi sibi loco sunt legis. Natura enim pro lege vtuntur, qui & legis opera

præ se ferunt. Cuius? eius nimirum quæ re & operibus adimpletur. Vide quàm modeste hæc dixerit, ne Iudæos videret incessere. Quo em̄ pacto non incessiuisset, si oīa effudisset apertius? eo enim ni reticuisset, recidebat oratio. Qui vero sine lege sunt, natura præuia quæ legis sunt faciunt, eóq; & præferri his debent, qui sunt à lege instructi. Abstinuit tamen id dicere, & lætius quiddam subiunxit, videlicet qui sibi pro lege essent. Vnde id planè argumēto est superioribus seculis & antequam lata lex esset, fuisse naturam humanā omni prouidentia fretā. Obstruit præterea & illis ora, q forte huiusmodi obiecissent: Cur enim ab initio deus non se huc ad nos contulit, homines ad bonū instructurus? Inquit igit̄ bonorum malorumq; illum à principio dedisse mortalibus cognitionē. Verum cum nihil se vel hoc pacto proficere præuidisset, ipse demum aduenit. **Et inter se inuicem cogitationum accusantium, aut defendentiū in die cum iudicabit deus occulta hominum secūdum euangelium meum per Iesum Christum.** Meminit hoc loco quē admodum vniuersi sumus dei iudicium subituri. Tūc em̄ cogitationes humanæ partim incusabunt̄, partim & excusabunt̄, quo in iudicio nec accusatore est opus, nec defensore. Vt aūt formidinem augeat, abscondita dixit, nō peccata: cum homines aperta & patentia iudicent male facta, de⁹ vero vel occulta sit iudicaturus: Per Iesum Christum secundum euangelium meum, id est, per Christum Iesum mihi demandatum. **Si autē tu Iudæus cognominaris, et requiescis in lege, et gloriaris in deo, et nosti voluntatem eius, et probas vtiliora instructus per legē.** Cū Græco dixerit legis opera facienti nihil ad salutem deesse, commemorat demum quę apud Iudæos sunt potiora, & quibus illi confisi & gloriantur maxime, & in gentes ipsas superbiunt, & primū Iudaicum nomen, quod haud secus hi magnificiunt, q̄ nos Christianum. Neq; enim dixit, Iudæus es, sed Iudæus co-

gnominaris. Iudæus enim cõfessus dicitur, & Iudas hebraice cõfessio interpretatur. Et acquiescis legi, id est, nihil laboris insumis vt circumuagus quæ fieri oporteat instruaris: sed legẽ habes te instituentẽ, deinde iactitas deũ tibi esse beneuolũ, quippe q te honoribus auxerit. Quod sane vltimæ dementiæ est, dei abuti beneuolentia in proximi tui contẽptum. Et eius nosti voluntatem, dei videlicet, & probas vtiliora, id est, magis decentia iudicas, scilicet quid fieri deceat, quidve factu sit indecorũ. **Confidis teipsum ducem esse cæcorũ, lumen eorũ qui in tenebris sunt, eruditorem insipientiũ, magistrum infantium, habentem formã scientiæ & veritatis in lege.** Dixerat supra legis auditionẽ nihil cõducere, nisi & opera prę sto sint, nec legis auditores tantũ esse apud deum iustificatos, sed & legis factores, id est, qui ea quę legis sunt exequuntur. Nunc vero quod maius est infert: Nam si vel præceptor sis, inquiẽs, quæ vero sunt legis nõ egeris, nil prodest, quin exhibet potius maioris cruciatus occasionem. Et cum plurimum hanc Iudæi præceptoriã dignitatem iactarent, ex ea magis eos ridiculos arguit. Quinetiam cum cæcorum duces, & insipientium eruditores appellat, illorũ obtrectat insolentiam. His enim nominibus illi se & duces, & aliorum lumen & eruditores profitebãtur: gentiles vero proselytos in tenebris degentes, insipientes & stolidos dictitabant. Habes igitur o Iudæe formam cognitionis & veritatis, non in operibus ipsis aut vllis officijs, sed sola in lege hac tua cõstitutam, tibiq́ ipsi & soli confidis, quasi virtutis formandæ sis facultatẽ adeptus. Nec secus agis ac solet, qui apud se imperatoris statuam habeat, nequeat tamẽ illi assimilem effigiare, cũ alter accedat quispiam qui nec visam ad verũ effingat & imitetur. Singuli itaq; præceptores discipulorũ mentibus figurãt boni cognitionem & veritatem. Qui si quid profuerint, perfectiores habentur: sin vero, tales existimabũtur, quales hi sunt quos nunc Apostolus improbat. Non

nulli vero formam accipiunt pro mentita aliqua & simu lata cognitionis imagine. Proinde dicit, Nondum Iudęe veram aliquam es dei notionem, religionem, pietatémve assecutus, sed fucatã potius adumbratamq́; tenes. **Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui doces non mœchandũ, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis, deum inhonoras. Nomen enĩ dei per vos blasphematur inter gẽtes, sicut**
Isaie.52 **scriptum est.** Sciscitando orationẽ ordit, Iudæos vitu-
Iezec.36. perans, q̃ de doctrina tãtopere iactarent. Dicit aũt sacrilegiũ, q̃dcunq; hi ex idolorũ oblationibus subtraxissent. Quæ etsi abominari sunt visi, victi tñ habẽdi cupiditate, immolatiões eiusmodi attrectabant. Deinde q̃d grauius est, supinducit, sic inqens: Qui enĩ in lege gloriaris, tanq̃ p legẽ sis honoribus à deo donatus, p legis trãsgressum, deũ honore fraudas, tribus hic modis delinquit: Primo, q̃a honorẽ nõ deferunt deo: Secundo, q̃a haudquaq̃ hũc venerant q̃ se sit honoribus ꝓsecutus: Tertio, q̃a legi qua sunt honores adepti, eandẽ trãsgrediendo ignominiã inferũt. Proinde ne vltro videatur hos criminari, Isaię dictũ ꝓducit, eosdẽ incusantis, q̃d sane debet intelligi, cum sicut scriptũ est, inquit apostolus, sic duplex illis obijcit crimẽ: Et q̃d non solũ ipsi deo contumeliã inferunt, sed alios in id scelus inducunt: Et ad ea quæ legis sunt nõ mõ nullos instituunt, sed quæ cõtra hãc faciunt, alios edocẽt, vt deũ (q̃d longe est à lege diuersum) gẽtes maledictis incessant, q̃ppe q̃s viderint corruptis moribus viuere, deum dixerint charitate cõplecti, ideoq; & hunc maledictis insectantur. **Circuncisio quidem prodest, si legem obserues: si autem prævaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est.** Q̃m circuncisionem Iudæi plurimi faciebãt, nõ statim initio superuacaneã hanc & inutilẽ dixit, sed verbis duntaxat videtur ꝓbare, cũ re

penitus tollat & improbet. Fateor (inqt) circuncisionem nō esse inutilē, si legem ipse seruaueris. Neq; hāc dixit mi nus ꝓdesse, ne illā & aspernari penitus & afficere ignomi nia videat. Exprimit aūt hic Iudæū hoīem, aperitq; cuius ille momēti sit, cū inqt circuncisionē factā esse præputiū, & eundē enudat corde esse incircūcisum. Porro circūcisio nis duas explicat species, & præputia duo: illas quidā appa rētes, & quæ sub aspectū veniunt, hæc quæ cognitione & mēte cōplecti possent. Quæret aliquis, Cuiusmodi ergo erit apparēs hæc circūcisio? Ipsa nēpe, quæ fiat in carne. Spiritu vero qualē dixeris? Talē nimiꝝ, qua vitia præcidant. Potest & alit spiritalis hęc circūcisio ita intelligi, vt eā dicamus inesse cuiq;, q gētilis sit animo, nec aliqd sustu lerit vitioꝝ. Inqt igit Paulus, cū fueris secundū carnē hanc circūcisus, nihil tn̄ eoꝝ egeris quæ lege iubent, spū eris incircuncisus, & ꝑputij præcisione carebis, queadmodū & q̄ carnis præputiū nō absciderit, legē tn̄ seruauerit, spū erit, ꝓculdubio circūcisus, qn̄ & carnis vitia sustulit, q̄d clarius in sequētibus explicat. **Si igitur præputium iustitiam legis custodit, nonne præputium illius in circuncisionem reputabitur?** Nō em̄ inqt præputiū circuncisionē longe ꝑstare. Graue em̄ id & molestū foret, sed ꝓ circuncisione id duci. Sit itaq; vt circuncisio recta sit actio quædā, præputiū vero prauum sit facinus. Aduerte aūt queadmodum nō illud intulit, Cū ꝑputium legē seruabit. Poterat em̄ qs illi his dictis occurrere: Quo em̄ pacto poterat ab eo q in ꝑputio esset, lex ipa seruari? Esse nā q; in ꝑputio, legis est plane ꝑuaricatio. At q̄ pacto iustitias legis dixit? nimiꝝ q̄ a iustificari ex illoꝝ vident opibus. Circūcisio em̄ haudquaq̄ operatio erat, qn̄ potius persua sio quædā, vt patient ferret circuncidēdus. Itaq; nec legis iustificatio dici circuncisio pōt. Erat em̄ in signum tradita, ne gentibus admiscerētur Iudæi. **Et iudicabit quod ex natura est præputium legem consummans, te qui per literam & circuncisionem præuaricator**

legis es. Non enim qui in manifesto Iudæus est, neq; quæ in manifesto in carne circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus, & circuncisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est. Hoc loco aperte duo ꝑputiorū gñа explicat, naturæ alterū, alterū voluntatꝭ, vt dictū est, cū nihil quispiā naturæ. i. ingenita resecuit vitia: & circuncisiones duas, carnis scilicet & spiritus. Inqt igitur: Naturale illud præputium, q̄d vitiorum circuncisionem iā tenet, q̄a legē adimpleat. i. legis (vt diximus) iustitiā, iudicabit, hoc est, condemnabit, nō circuncisionē: id ēm Iudæos nimis offenderet: sed te qui circūcisus secundum carnem videris, cum sis incircuncisus corde, q̄a legis transgressor factus es. Haudquaq̄ igit̄ circūcisionem vituperat, q̄ppe quā venerari videt̄ & laudibus summis extollere. Sed in eum inuehit̄, qui illi ignominiam irrogat. Post horū oīm perspicuam assertionē, definit etiā q̄d in se habeat Iudaicum nomen, arguitq; Iudæos oīa ad ostētationem moliri. Neq; ēm in propatulo, inqt Iudæus, sed qui in abscondito, q nil prorsus corporalit̄ agat, sed spiritalit̄, & sabbata, & sacrificia, & purgationes intelligat. Cum vero circūcisionem cordis, inqt, in spiritu, ecclesiasticæ vitæ iter ostēdit, & ad fidem inducit. Hæc nanq; & corde cōstat & spiritu, & laudem à deo assequit̄, q̄ corda scrutat̄. Nec secundum carnem sententiam profert. Summa aūt quæ ex his potest complecti, eo tendit, vt recte ducēda sit vita. Cum vero incircuncisum, siue Græcum, siue gentilem audieris, non idolorū cultorem intelligas, sed eū qui deū & colat, & virtute sit præditus, & nulli sit, vt ante diximus, legi obnoxius.

Caput III.

Quid ergo amplius est Iudæo, aut quæ vtilitas circūcisionis? Multum per oēm modum. Primū quidem, quia credita sunt illis eloquia dei. Quid ēm si quidam illorū non crediderunt? Nunquid incredulitas illorū fidē

dei euacuauit? Absit. Cum ex eo q̃d, nõ em̃ qui in manifesto Iudæus est dixit, quæ legis sunt penitus eiecisset, præuidẽs obiectionẽ aliquã imminere, in hãc se parat. Dicet aliqs, si prorsus est (vt inqs) circũcisio ista inutilis, cur ergo electa est gens Iudæorũ? Hunc in modũ obiecta dissoluit, asserens plurimũ adiutos esse Iudæos. Cũq; idipm affirmat, nullas Iudæorũ virtutes cõmemorat, sed dei duntaxat dona & gratiã. Nec Iudæos, inqt, cæteros superare, qa hæc illáve gesserint: sed qa credita sint illis dei eloqa, q̃d sane dei est beneficiũ, nõ illorũ officium. Quid em̃ illud (credita sunt) prætẽdit, nisi qa oblata accepint? Quippe q à deo dignati semp sint, vt oracula supne demissa exciperent. Rursus tñ & alia in mediũ pfert, ostẽditq; eos diuinis eloquijs, qbus sunt honorẽ emeriti, fidei nihil adhibuisse. Id tñ ex alio quodã inducit, pinde ac si dicat aliqs, q d em̃ dei eloqa pfuere minus credẽtibus? Quam obiectionẽ videt hic soluere, cũ nõ Iudæos, sed deum excusat hoc mõ: Si fidẽ hi nullã diuinis eloquijs præstiterunt, q̃d deo officit, num incredulitas illorũ fidẽ dei euacuauit? id est, credita dei eloqa & beneficiũ. Tm̃ em̃ abest vt illorũ infidelitas deo officiat, vt ex eo gloriã sibi potius vendicet, cũ in eos videt beneficus, q se affecerint ignominia. Vides quemadmodũ hos crimini fecit obnoxios, vel hisce ex rebus quas illi glorię ducerẽt. i. ex lege accepta. **Est aũt deus verax, omnis aũt homo mendax, sicut scriptum est, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.** Dixit superius, qd em̃, si quidã illorũ nõ crediderunt? Sed postq̃ nõ aliq, sed oẽs sunt visi ea incredulitate teneri, prudẽti oratione vsus, ne grauis appareat, q̃d re actũ est subdubiũ ponit, pinde ac si dicat, cõcedatur hos oẽs incredulos factos, qd tũ? num vel ex eo iustificat deus? id est, si res veniat in disceptationẽ, & dei in Iudęos beneficia supputent, & Iudęorũ in deũ merita discutiãtur, erit hauddubie penes deũ victoria, quẽadmodũ & Dauid testificatur: Est aũt deus verax. i. vt ma

Psalm. 115
Psalm. 50

nifestetur, ostēdatur. Si aūt iniquitas nostra iustitiam dei cōmendat, quid dicemus? Nunquid iniustus est deus qui infert irā? secūdum hominē dico. Absit. Alioqui quō iudicabit deus hūc mūdum? Obiectionem inducit huiusmodi: Deinde quærant nonnulli, si deus cū de nobis sit bene meritus, ingratos nos sentiat, iustus arguitur vel potius victor euadit, vtpote qui ob immensam eius clementiā, vel in indignos conferat beneficia, cur demum iram infert? id est, cur nos supplicio afficit? Qui illi & iustitiæ fuimus, & victoriç causa. Soluit itaq; obiectionem hanc Paulus, & sapiēter admodum: Sane, inquit, haudquaq̄ deo eris iustitiæ causa, cum te affecerit cruciatu. Esset nanq; iniquum, eum qui vincendi obtulerit causam, à victore pœnas subire. Deus vero nulli hoīm infert iniuriā. Nā q̄ pacto esset mundum iudicaturus, q nullā seruaret in alios æqtatem? Fit igitur vt deus nil sit cruciando iniustus, ergo nec tu illi victoriæ causam attulisti, q̄a in eum deliqueris. Fieri em̄ poterat, vt alit̄ sibi vel nulla tua perspecta improbitate, victoriam pareret. Hoc autē secundum hoīem dico, sic intelligitur: Istiusmodi ipse, p deo secundum cogitationē humanā respondeo, hoc est, quantum licet hoī, puebi cogitatu. Habet em̄ ineffabiles quasdā rationes, quodcunq; egerit deus, quæ vel supra humanos sunt sensus, & nr̄a nil indigēt responsione. Si enim veritas dei in meo mendacio excellit in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tanq̄ peccator iudicor? ac non vt blasphemamur, & sicut aiunt nos quidam dicere, Faciamus mala vt veniant bona? quorum damnatio iusta est. Repetit eadē vt clarius pateāt. Si em̄ deus (inqt) ex meo transgressu iustus apparuit & verax, qd ob id iudicor q̄d in dei gloriam egerim? Neq; em̄ dānatione, qn potius corona sum dignus, q̄d sane si vere deprehēditur. Quod ergo de me dixerint Græci, falso dicunt. Græci nāq; cum Paulum audissent, Vbi abundauit pc̄tū, superabū

dault & gr̃a, prædicantẽ, non sine irrisione iactabãt, dicere Christianos solere, faciamus mala vt veniant bona: & delinquamus plurimũ, vt abunde & gr̃am cõsequamur. Hæc igit̃ quæ Græci & maledictis in nos & obtrectatiõibus dictitabant, vel nunc cõtigisse videbunt̃, si deum asseri mus eo bonum videri, quia ipsi & improbi sumus & ingrati, q̃d tñ haud ita se habet. Græcorũ em̃ semp mendacium dicta sunt illa, q̃rum damnatio iusta est, hoc est, iuste cruciabunt̃, non ergo vel ipse iustitiæ deo præbeo causam delinquendo, quippe qui ideo iudicor quia commiserim, nec iudicarer equidem, si ad dei gloriã ipse delinquerem.

Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam. Causati em̃ sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse sicut scriptum est: Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens deum. Oẽs declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebãt, venenũ aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorũ ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt. Non est timor dei ante oculos eorum. Psalm. 13

Dixit superius aliquid fuisse Iudæis abundãtius datum, quia lex illis credita esset. Nunc vero ostendit nihil hos affatim habere, q̃ ad ꝓprias actiones; nã cum rẽ creditã minus seruassent, magnopere potius improbantur, abundantius tñ aliquid habere sunt præ cæteris visi, quia fuerant à deo electi. Sed postq̃ ex suis opibus deũ ignominia affecere, & eũ nequaq̃ sunt venerati, qui amplissimum illis honorẽ contulisset, non solũ nil habent q̃ cæteri abundantius, sed reiecti damnãtur. Inquit igit̃ tanq̃ ex Iudæorũ ꝑsona: Quid ergo præcellimus, id est, plus quippiã sumus ipsi q̃ cæteri consecuti, q̃ præstare videmur Iu-

dæi, & à deo ꝓbari? vtpote qui & legẽ & circuncisionẽ acceptimus, nequaq̃ inquit. Siquidẽ Iudęi ęquis criminibus, ne maioribus dixerim, sint cum Græcis obstricti. Vnde id liquet? si quæras, ex Dauid nimirum & Isaia ꝓphetis. Dauid em̃ dicta sunt illa: Non est iustus, nec vnus, & adusq; illud eius terminat̃ oratio, maledictiõe & amaritudine plenum est, deinceps Isaiæ sunt hæc: Veloces pedes eorũ ad
Isaie. 59. effundendũ sanguinẽ, ad viã vsq; pacis, & non cognouerunt, producit aũt & Iudæorũ criminatores ꝓphetarum clarissimos. Et quẽadmodum de Iudæis hi senserãt patefacit, eoq; & Isaiæ dictis explicitis, rursus & Dauid ꝓtulit. Isaias quidẽ liq̃do de Iudæis edisserit, & Dauid subsequit̃. Simulac em̃ quis à bono diuertit, ꝓrsus inutilis reddit̃: est em̃ neq̃tia aliud nihil, nisi ꝑuersio quædã naturalis cuiusdã ad malũ lapsus, ita vt ad q̃ ea cõtra naturã sunt, hoĩem traducat, eundemq; nullius vsus efficiat. Ita em̃ nõ vltra hoc viro vtitur ipsa natura, sicuti neq; ægrotãtem ad eius opera exercebit contritio & calamitas, id est, delictũ. Nil enim magis q̃ praua facinora ob ipsorum inæqualitatem animam conterunt. Virtus vero tanq̃ naturale quoddã inditum nobis est bonũ, quod nos leniter facit placideq; deferri. At malignitas ipsa & vitia longe se aliter habent: Siquidem homines diuerse & varijs modis exagitant, excessuq; quodam defectuq; innotescunt, vnde & nobis dispares quosdam & concisos animi pariunt motus, ne dicam futura supplicia. Per pacis aũt viam intelligas velim eam quæ pro dei voluntate degitur vitam: hæc quippe
Matth. 11. est quietudinis via. Tollite (inquit) iugum meum, & inuenietis requiẽ, id sane iter ad verã Christi pacẽ traducit.

Scimus autem quæcunq; lex loquitur, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo. Ne forte id dicãt Iudæi, nihil ad se hmõi dicta spectare, inquit Paulus, quodcunq; lex ipsa loquitur, illis iri denuntiatum, qui sint legi obnoxij. Cur enim necesse est, vt lex quę vobis sit tradita, instituat alios? Legem autem nõ

Moysi solum, sed vetus omē testamentum appellat, quēadmodum paulo superius Isaiæ & Dauid dicta legem nuncupauit. Per illud vero, vt omne os obstruatur, Iudæorum prætendit insolētiam & vanam dicacitatem. Hanc itaq; propheta obstruxit, quæ instar fluminis ferebatur. Neq; enim inquit illos ideo fuisse in peccata prolapsos, vt eorū ora occluderentur, sed propterea fuisse à prophetis correctos, ne cum imprudentes delinquerent, erratorum ignorantiā gloriæ ducerent: nec solū Iudęi, sed mundus omnis subditus fiat, id est, humilis, abiectus, inglorius, nec proprijs operibus iustificatus, & ope indigens alienæ, hoc est, dei gratia. Quid ergo Iudæe hanc tuam iactitas legem, qui sis vt cæteri omnes & noxius, & nil prorsus ex legis operibus iustificatus? Per legem enim cognitio peccati. Nūc aūt sine lege iustitia dei manifesta est, testificata a lege & prophetis. Si de lege gloriaris Iudæe, intellige illā tibi maioris supplicij causam fore, quippe quæ tibi peccata aperuit: qui eñ prudens & sciens deliquerit, acrius cruciat, verū id tibi tua negligentia contigit, qui cū ea quæ innotuere peccata non defugias, maiora tibi tormēta cōscīueris, è quibus eo te pacto poteris explicare, si iustitiā dei vel sine lege exceperis. Deus eñ quia omipotens est, vel nullis nr̄is operibus nos iustos efficiet. Recte aūt dixit, manifestā esse dei iustitiā, vt arguat illā fuisse perpetuo, & latuisse iādiu, & quia testificata est inquit. i. legis testimonio & prophetarum asserta, demonstrat haudquaq̄ nup esse cœpisse dei iustitiam, vtpote de qua Moysi lex & prophetæ mentionem fecissent: iure igitur suscipienda hæc est, quæ & si vel nullo legis ministerio cōstet, iuuat tñ q̄d diuinæ iustitiæ est, vel lege ipsa iustificari. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gratia dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ

est in Christo Iesu. Eiusmodi inquit iustitia, qua scilicet iustos nos deus efficit, ad vniuersos per fidem peruenit: fide enim illata iusti omnes redduntur Iudaei simul & Graeci. Non eñ est distinctio, quia & si legẽ accepit Iudaeus, haud tñ Graeco praefertur: quippe qui à lege peccati acceperit notionem, non libertatem. Quod si pari cum Graeco obstringitur scelere, priuat etiam aeque & gloria: quãdoquidẽ deum prorsus offendit, offensor aũt ignominiã sibi, non gloriam vendicat, nihil tñ est desperandum: vniuersi nanq; vel gratis dei gratia iustificant, cuiusmodi gratia per redemptionem conceditur. i. per libertatem perfectam, quam operatus est Christus: is enim nos cum sese in redemptionem dedisset, iustificauit. **quem proposuit deus reconciliatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionẽ iustitiae suae propter remissionem praecedentiũ delictorũ, in patiẽtia dei ad ostensionẽ iustitiae eius in hoc tẽpore, vt sit ipse iustus iustificans eũ qui ex fide est Iesu Christi.** Propitiationis hoc loco & sanguinis meminit, vt Iudaeo suadeat in Christo remissionẽ & iustitiã cõparari, ꝓinde dicit: si eñ ipsi beluarum sanguine aboleri peccata existimabas, longe magis Christi sanguine fieri id posse credẽdum est. Propitiatorium autẽ arcę operculum dicebatur, quod Cherubin vtrinq; obtegeret, praeferebat insuper & naturam ipsam humanam quae diuinitatis esset velamẽ. Laudibus praeterea ab angelorũ coetu & potestatibus efferebatur, qui illi subministrarent, propter eã quae ad deum verum est vnitatem. Proposuit autem dixit, quia fuerat per Iesu Christi sanguinem praedestinata redemptio, vt sanaretur rem: ssio, id est, praecedentium delictorum mortificatio, in sustẽtatione Christi dei. Nam etsi plurima Christi bonitate fruamur, sumus tñ paralyticis & mortuis ipsi persimiles. Hęc autem sunt ad dei iustitiae ostensionem effecta, ne solus ipse appareat iustus, quin & alios peccato demortuos suscitet, q̃ potest solus iustificare. Si deus itaq;

id facere demõstratur, id est, & decori ducit, & gloriæ nobis iustitiam hoc tẽpore elargiri, quo & peccata inualuissent, & nobis nil esset spei reliquum, tanq̃ qui morbo paralysi videremur correpti, & vita perfuncti, quo pacto tu Iudæus cum sis, istiusmodi dei gloriam erubescis? **Vbi ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legẽ? Factorum? Non, sed per legem fidei.** Ostendit nos fide iustificari, vnde & merito Iudæum, inquiens, rogat: Vbi nam tua est gloriatio & animi tumor? Neq; em̃ vbi est virtus inquit, quam certe nullam habebat, nisi solam iactantiam, subitoq; exclusa est & explosa, hoc est, nullũ habet temporis spatium. Fuerat enim vobis ante Christi aduentum in lege hac gloriandũ. Impræsentiarũ vero nulla est ad id oportunitas. Est em̃ lex vestra inutilis plane deprehensa. Si enim illa iustificandi vim habuisset, quid opus nobis Christo fuisset? Dicet forte aliquis: Qua lege fuit gloriatio ista exclusa? Num ab ipsis operibus lege iubente, qui hæc fecerit, viuet in eis? Hæc em̃ lex ipsa Mosaica imperabat: Nequaq̃, inqt: Sed à fidei lege, quæ ꝑ gratiam nõ ex operibus largit̃ iustitiam. Vides vt fidem, legẽ idcirco appellet, q̃a legis hoc nomẽ apud Iudæos venerationi habet̃. Est itaq; tibi ò Iudæe in fide manendum, quæ iustificari vel solari põt. **Arbitramur igitur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudæorum deus tm̃? Nonne & gentiũ? Imo & gentium. Q̃m̃ vnus est deus qui iustificabit circuncisionem ex fide, et præputiũ per fidem.** Postquam ostendit iustificationẽ in Christi sanguine, non in operibus legis constare, finẽ sermoni facit, inquitq;: Arbitramur sane ꝑ fidem cunctos iustificatũ iri mortales. Neq; id dictũ grauiter tuleris ò Iudæe, quasi absurdũ aliquid ex hoc subsequat̃. Non em̃ cuiusq̃ vnius duntaxat partes tutat̃ deus, vt te solũ saluum facturus sit, quin vniuersos est hoĩes donaturus salute. Hoc loco acerrime Iudæos impudentiæ arguit: vtpote q deũ audeant impugnare, cũ

Leuit. 18.

non existiment, vel gentes salutē assequi per fidem posse. Non eñ credunt cōmunem hunc esse cunctorū hoīm deum, curareq́ꝫ æque oīa. Vnus igitur est. i. idē Iudæorum & gētium deus, qui & circuncisum nō ex lege, sed fide iustificat: Et qui in præputio est, fidei intercessu admittit. Facta aūt circuncisionis & præputij mentione, repetit etiam quę pauloante dixerat, q̄bus significabat neq́ꝫ circuncisio nē neq́ꝫ prępuţiū sine operibus quicq̄ ꝓdesse, quin & obesse potius per se singulas, & vtrasq́ꝫ demū fide indigere. **Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus.** Cum fidē Paulus asserendo, legē destrueret, esset́ꝫ ꝓpterea Iudæis infestior, ꝓ sua prudentia rem lenit, inquiēs: Legē per fidē statuimus. Nam q̄d erat legi ꝓpositum, vt hoīem iustificaret, id nequit illa sine fide perficere. Siquidem vt primū quis credidit iustificatur. Non igitur legē destruit fides, sed statuit. Quo verbo iacere illam ostēdit, quam postmodum statuit erexitq́ꝫ.

Caput IIII.

QUid ergo dicemus inuenisse Abraam patrē nostrū secundū carnē? Si enim Abraā ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraā deo, ⁊ reputatū est ei ad iustitiā. Satiam de fide rationibus firmatis, eāq́ꝫ demum oībus necessariā fore, vel Abrææ exēplo (cuius maxima esset apud Iudæos autoritas) patefecit. Inquit nāq́ꝫ Abraam ille, qui tot rebus egregie gestis plurimū claruit, nō ex operibus est, sed fide iustitiā cōsecutus. Patrē aūt hunc secundū carnē appellat, vt Iudæos ab ea, prſus (quæ spū fit) cum Abraam ꝓpinquitate excludat. Quinetiā illos cōpellit vt Abraam oībus in rebus sectentur, aitq́ꝫ: Si eñ ex operibus iustificatus est ille, gloriā habet, sed nō apud deum, hoc est, gloriari hic potest qui suo labore aliquid egerit, sed non apud deū. Qui vero sit per fidē iustificationē adeptus, & hic gloriā apud deum assequit. Et ideo gloriatur, quia dei

gratia salutem ab eo & beneuolentiam est consecutus. Potest & aliter apud deum in fide quispiã gloriari, cum illum & laudibus effert, agitq; pro fide suscepta gratias, creditq; eidem factu fore facillima, quę fieri non possunt. Fidit itaq; in deo & gloriatur, qui nihil hæsitans de deo q̃ optime sentit, creditq; illi nihil factu esse difficile. **Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiã, sed secundum debitum. Ei vero qui nõ operatur, credẽti aũt in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiã, sicut & David dicit. Beatitudinẽ hominis cui deus in accepttũ refert iustitiã sine operibus. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt pctã. Beatus hõ cui non imputarit dñs peccatum.** Psalm. 31

Qui operat, inquit mercedem accipit. Quæ credenti cum deberetur, soluta est, tãetsi nihil operetur, & fidẽ præ se tulerit, quæ magni habetur. Vt aũt haberi ꝓ cõperto queat, posse hunc deũ, qui impie vixerit, non solũ à tormẽtis eximere, sed iustũ reddere, illud subdit: Credẽti aũt in eum q iustificat, & ideo credenti cui fides ad iustitiã reputabitur, videlicet illius fidẽ admittit deus, non ea propt vt mercedem ei depẽdat, sed vt faciat iustum. Num igitur est & hic quippiã allaturus? Fidẽ duntaxat. Cum itaq; abusq; Abraam per fidẽ iustificationem huiusmodi fluxisse ostenderit, & Dauid illã inducit, beatum appellãs cui dñs crimen non imputauerit, rẽq; vt augeat magnifacit. Nã si beatus est cui gratis remittuntur commissa, longe magis & qui fidẽ pertulerit, iustitiã asseqtur. Dicet aliquis: Haudquaq̃ id asseras velim. Permagnum est eñ gratis errata dimitti. Is quidẽ dicitq; & beatus haberi potest, cuius missa sint facta delicta. Neq; eñ beatum hunc faceret, ni gloria insignis esset & clarus. Est nãq; permagna beatitudo hæc, & iustificatione ipsa præstãtior: vtpote quæ ꝓ arce quadam bonorũ omium habeatur, quæ nobis à dño conferuntur. **Beatitudo ergo hæc in circuncisione manet, an**

etiam in præputio? Dicimus enim, quia reputata est Abraæ fides ad iustitiã, quomodo ergo reputatã est? in circũcisione an in præputio? Si beatitudo inq̃t, ei congruit, cui nil criminis ascripserit deus, id est, q̃ sit hauddubie iustificatus, iustior ergo factus est Abraam & plane beatitudinẽ consecutus. Spectandum igitur, qñ sit ille iustificationem adeptus, cũ in circuncisione maneret, an in præputio. Beatitudo ergo in præputiũ cadit, hoc est, præputio magis est q̃ circuncisioni accõmodata. Et signum accepit circuncisionis signaculũ iustitiã fidei, quæ in præputio ẽ, vt sit pater omium credẽtium per præputiũ, vt reputetur ꝛ illis ad iustitiã, ꝛ sit pater circuncisionis non his tm̃, qui sunt ex circũcisione, sed ꝛ his qui sectãtur vestigia fidei, quæ ẽ in præputio patris nostri Abraæ. Soluit q̃d posset inferri obiectũ. Dicet aliq̃s, si cum in præputio iustificatus est Abraam, cur ergo & circuncisus est? Inquit igit̃ circuncisionis signũ, ꝑ signaculo accepisse, quo & obsignaret & prædicaret suã ex fide iustificationẽ, quã fidẽ, vel dũ in præputio esset, præ se tulisset. Cũ aũt duo hæc Abraæ videant̃ inesse, ꝑputium scilicet & circuncisio, ꝑ ꝑputium quidẽ, eoꝵ qui in præputio sunt ostẽditur pater, qui tñ reddat ei creditos nil sui absimiles, & ita vt vel illis fides suscepta ad iustitiã computetur, hoc est vt iusti efficiantur. Ex circuncisione etiã pater esse monstrat̃ circuncisionis, hoc est eoꝵ, qui sunt circuncisi. Est itaq; Abraam non eoꝵ modo qui in circuncisione sunt, parẽs, sed omium plane qui suæ fidei, quã esse in præputio cõstat, insistũt vestigiis: hoc est, qui idem q̃d ille & credãt & sentiãt. Credidit em̃ ille resurrectura aliq̃n corpora morte confecta, habereq; & deũ ex se vel decrepito semen excitandi facultatem, & filium mox ꝓcreandi. Huc redit dictorum summa hæc omis: Abraam cũ in præputio esset, & credidit & iustificatus est, ita vt eorum qui in præputio commanerent pater sit habitus. Deinceps circuncisionem accepit in

signum eius, quæ in præputio esset fidei, quã hic etiã cum circuncisus esset, seruabat. Fit itaq; vt qñ in præputio non desit hæc fides, frustra Iudæi haud secus circuncisionẽ iactare hanc valeant, q̃ hi qui & si sacculũ aliquẽ obsignatum ostentent, vacuus tñ pecunijs deprehendat. Iudæus igitur marsupium gestat circuncisionis signo munitum, cum fidei nullam habeat notionem, cuius signaculum est circuncisio. **Non enim per legẽ promissio Abraæ aut semini eius, vt hæres esset mũdi, sed per iustitiam fidei. Si eñ qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolenda est promissio.** Ostendit iustificationem haudquaq̃ ex lege, sed ex fide fieri. Nunc vero asserit Abraæ promissionem non ex lege, sed ex fidei fuisse ęquitate effectam. At qualis fuit ista promissio? Nempe vt mundi hæres efficeretur, hoc est, vt in eo vniuersus benediceretur orbis terrarum in nationibus. Si eñ (inquit) lex fidem donaret, esset hæc fides exinanita, hoc est, inanis prorsus & inutilis esse conuinceret. Quis enim vltra illius consequendæ susciperet curam, si lex promissionem præberet? Nequaquam res ita se habet. Nã Abraam promissionis factus est hæres, non lege. Quippe quæ nulla tunc esset, sed fide, quemadmodum & scriptis proditum est, credidit Abraã deo. **Lex eñ irã operatur.** Gene.15. **Vbi eñ non est lex, nec præuaricatio.** Confirmat hoc loco promissionẽ ipsam p legẽ inanẽ reddi. Inqt eñ, legẽ sequit pũaricatio, legis vero transgressio irã opatur & maledictionẽ, & supplicium infert. Qui aũt supplicio fuerit adiudicatus, q̃ pacto poterit mundi hic hæres fieri? **Ideo ex fide vt secundũ gratiã firma sit promissio omi semini, non ei qui ex lege est solũ, sed ei qui ex fide est, Abraæ, qui est pater omium nostrũ, sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium** Gene.17 **posui te ante deum, cui credidisti.** Cum constet legem irãm inducere, ideo Abraam (inquit) fuisse iustitiam & hęreditatem adeptum, vt omia per gratiã cedãt. At

cui rei conducet hæc grã? nimirum vt promissionẽ cõfir met. Non em̃ in legis morẽ vllã habet in se præuaricationẽ, vt quæ semel effecerit, nihil habeãt firmitatis: verum cum vniuersa sint in dei cum grã, tum misericordia sita, ꝓfecto quæ ab eo conferũtur stabilia fore & certa omni semini. i. credẽtibus cunctis existimãda sunt. Neq; his solum qui ex lege fuerint. i. circuncisis, quinetiã & in præputio constitutis, q̃ semẽ Abraæ sunt, & ijdẽ ex fide: ita fit, vt qui fide caruerint, neq; eius ex semine arguantur, ꝓducti. Qui oĩm nostrum est parens, credẽtium. s. quemadmodum scriptum est, quia patrẽ multarum gentium te constitui coram deo cui credidit. Horũ talis est sensus: Abraã cunctorũ est pater ante deum, id est ad instar dei est pater. Et quemadmodum ille est oĩm parens, ita & is non naturali sanguinis nexu, sed fidei propinq̃tate cunctorum est genitor. Propterea & illud adiecit, cui credidit, vt arguat hunc pro præstita fide in præmium accepisse vt pater oĩum fieret. Quod si hunc Iudæus ipse haudquaq̃ admiseris, imminuisti proculdubio honorem, quem ille est ex fide promeritus. **qui viuificat mortuos, et vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.** Quod supra dixerat, hoc loco confirmat credidisse scilicet Abraam, posse deum & huius corpus demortuum excitare, reddereq; & illi seminis genitalis vigorem. Idcirco nunc inq̃t, q viuificat mortuos. Illud vero, qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, ideo intulit, vt ostendat deo nihil prorsus impossibile, vel eos Abraæ liberos facere, qui nõ essent Abraæ liberi: & senescentis demortuã vere naturã, ad filios procreandos habilem reddere. Nec sane qui deducit, inquit, sed qui vocat. Nam quemadmodum nobis difficile est, suis nominibus appellare quæ visuntur & cõstant, sic illi facile quæ nusquam sunt, constituere. **Qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium.** Nequaq̃ (inq̃t) existimes fuisse honoribus Abraam temere insignitum. Qui em̃ fieri aliter po-

terat, qui spem præter humanã diuinæ præstitit fidẽ, futu rum se multarũ gentium patrẽ, nec Ismaelitarum quidẽ, qui ex se non fide, sed natura fluxissent, sed eorum qui fide sui similes forent. secundum quod dictũ est ei: Sic erit semẽ tuum, sicut stellæ cæli, & sicut arena maris, & non est infirmatus fide, nec cõsiderauit corpus suum emortuum, cum fere centũ annorum esset, & emortuã Saræ vuluam: in repromissione etiam dei non hæsitauit diffidẽtia, sed cõfortatus est fide, dãs gloriã deo, plenissime sciẽs, quia quæcunque promisit deus, potens est & facere. Illud quod paulo ante dixit, spem præter oẽm humanã, diuinæ Abraam fuisse potestati confisum, hoc loco confirmat: videlicet, quod denuntiatũ illi fuisset, semen eius vt astra cęli futurũ, & vt maris arena. Ipseque nil fide infirmus, quin ea vel enixe seruata, nulla sui corporis ratione habita, quod esset ætate multa confectũ, nec Saræ vulua considerata, duplici mortificatiõe affecta. i. senio & sterilitate demortua. Non hęsitauit, hoc est, nil prorsus habuit quod ille ambigeret, quin statim per fidẽ fortior est effectus. Aduerte aũt quemadmodum afferat magnis animi viribus indigere credentem. Fuerẽt tñ nõnulli, qui fidẽ eo parui existimarent, quia nihil in se præferat difficultatis: opera vero ob id magnifaciant, quia plurimũ habent sudoris, firmitatemque & robur exposcunt. Necessarius (inquit) credenti erit excelsus & fortis animus, vt diffidentię repellat suggestiones. Siquidem Abraam vt fide inualuit, deo retulit gratias, nil humanis (inquit) fisus est verbis, quin ea quæ digna dei sunt gloria contẽplatus, credidit illum indubitanter facere posse quæ fieri nequirent: quod sane in dei gloriã cedit. Qui igit deo fidem non adhibuerit, sed hęrẽs & dubius pleraque animo versat, nullã refert gloriam deo. Ideo reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam, sed etiam propter nos,

quibus reputabitur credentibus in eũ qui susci tauit Iesum Christũ dominũ nostrũ a mortuis. qui traditus est propter delicta nostra, & resurre xit propter iustificationẽ nostrã. Cũ magna quædã de Abraã explicasset, ne qs forte occurrens inquiat: Quid nr̃a hoc interest? sic subdit, qm̃ nostri ob gratiam scripta hæc sunt, & ad iustitiã nobis fides ista concedet, hanc isto modo paremus in eum credentes, qui & Iesum à mortuis reuocauit. Quod si subdubius maneas, q̃ pacto poteris adipisci salutẽ: noscendus præterea, qui tua omnia aboleuit delicta, qui nullo suo facinore, sed ob mundi errata mortem oppetijt. Cum itaq; prorsus innoxius perfunctus est vita, merito etiã resurrexit. Quo enim pacto qui fit peccati immunis, detineri apud inferos potuit? Mortuus igitur est & excitatus à morte, vt à prauis nos facinoribus eximat, & iustos reddat. Vt igitur Abraam, cũ eius esset corpus demortuum, vigorem pristinum recuperaturum se credidit, sic ipse pro certo habeas velim, Iesum & mortem obijsse, & ad vitam fuisse à mortuis reuocatum, quod tibi hauddubie vt tuo progenitori iustitiæ tribuetur.

Caput .V.

IUstificati igitur ex fide, pacẽ habeamus ad deum, per dominum nostrũ Iesum Christũ, per quem accessum habemus per fidẽ in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ dei. De mõ viuendi hoc loco differit. Nã cum de fide magna quædam dixisset, & opera verbis extenuasset, ne desides forte efficiamur, & nihil agendo inhæsisse inerti otio videamur, refert demum quemadmodũ ducenda sit vita. Cum enim (inquit) iustitiam nobis attulit fides, nequaq̃ vltra peccandũ erit, quin potius pacẽ cum deo conciliemus, & vitam hanc ita degamus, vt illum oblectet. Quo pacto inqes fieri hoc licere? Nimirũ per Iesum Christum dñm nostrum. Is em̃ nobis (quos, cum delictis ob-

ftringeremur,iuftificauit)opē eft fimul & operā præftiturus,vt in iuftitia perfeueremus, eoq̃ ad illū acceffum habuimus. Quod fi longius nos aberrantes reduxit, longe magis adeuntes fe detinebit. Inuexit aūt nos in hanc gratiā. quo pacto? In fide fcilicet.i. cum fidē intuliffemus. Verum quæ ifta eft gratia? Bonorū inq̃ omnium quæ nobis per baptifmū obueniūt, affecutio. In q̃ ftamus, hoc eft, in qua obfirmati & ftabiles fumus. Permanent nanq̃ bona illa cæleftia, nec cafum aliquem patiunt, nec folum eorū quæ confecuti iā fumus, eft nobis firma poffeffio, fed alia capiendi fpes eft. Gloriamur em̄(inquit) in fpe bonorum, videlicet quæ in nos funt conferēda. Quæ cum ad dei gloriam faciant, nobis vt conferantur neceffe eft: & fi minus noftri ob gratiam, vt illi tn̄ gloria deferatur. **Non folū autem, fed gloriemur in tribulationibus, fcientes quoniam tribulatio patiētiam operatur, patiētia aūt probationē, probatio vero fpem, fpes aūt non confundit.** Non folum(inquit) futuris in bonis nos gloriamur, fed (quod præftantius eft) & in præfentibus hifce noftris anguftijs. Neq̃ enim id iniquo ferēdum eft animo, quod angimur ipfi & vrgemur, cū Chriftiani potius fit hæc gloriatio. Quo pacto? Nimirū quia preffura patientiam parit: patientia vero eū qui fuerit op preffus, probatiffimum reddit. Qui vero de fe experimētum dederit fuæ confcientiæ bonitati cōfifus, quia dei ob gratiam malis plurimis vrgeatur, fperat hauddubia pro his præmia fe recepturum, cuiufmodi fpes nec labitvnq̃, nec fperantem confundit, nec fallit. Siquidem rerum humanarum fpes omnis, cum exitum qui fperabatur nacta non fuerit, confufionē affert in fe confidentibus. Quod tamen haudquaq̃ ea fpe quæ in ea fit habita, poteft contingere. Ille nanq̃ nobis, cum immortalis & bonus fit, largiturus eft bona. Quæ vtiq̃ fe capientibus pariūt vitam, qua vel defuncti fruuntur. Quo fit, vt nihil impediat quo minus vobis ad vota fuccedat fpes ifta in deo fita.

quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Confirmat quæ nobis à charitate ipsa, quã erga nos deus ostẽdit, sunt obuentura. Quasi in huiusmodi (inquiat) nil diffidas, non enim bonorum cælestiũ spes ipsa cõcidet. Qui enim nos adeo est charitate complexus, vt per spiritũsanctum vel nulla nostra industria, dei filios fecerit, quo pacto post multos labores non palma & coronis donabit? Diffusa est itaq; charitas dei in cordibus nostris, hoc est, abundans & opulẽta est visa, spiritum nobis in corde habentibus, quem ipse immiserit. Accedat etiam quod Christus, cum infirmi essemus secũdum tẽpus, pro impiis mortuus est. Vix enim pro iusto quis moritur. Nã pro bono forsitan quis audeat mori. Commẽdat autem suam charitatem deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis igitur iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Dixerat dei charitatẽ in cordibus p spũmsanctũ præferri, quẽ ipse cõtulerat. Exprimit præterea charitatis ipsius diuinæ magnitudinẽ, ob eam quã Christus nostri grã, qui sumus infirmiores, hoc est, qui deliquimus, subiit mortẽ. Siquidẽ infirmitas ipsa peccata prætendit, quemadmodũ & iustitiã sanitas. Nec solũ pro peccatoribus ille, sed etiã pro impiis vltro mortem adiuit, quod sane debet maius videri, tametsi pro iusto vix quispiã morietur. Præfert itaq; amoris immensitas eius, q voluit pro delinquẽtibus nobis & impiis mortem obire. Secundum vero tempus, hoc est, tempore decenti & destinato. Cum enim oportunũ est visum, mortuus est. Quod si ex charitate mortem ille perpessus est, & per mortem iustificauit, longe magis hoc tempore ab ira nos tutabit: quippe quos iã iustificarit. Cõtulit enĩ quod præstantius videbat, iustificationẽ videlicet, & ab ira nos demũ vtrũ sit necne excẽpturus addubitamus? a qua ira

cum erimus liberi, & bona est ob ingentem suam in nos charitatem daturus. **Si enim cum inimici essemus recōciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis recōciliati salui erimus in vita ipsius.** Videt de rebus iisdē habere sermonē, tametsi diuersa sint sensa, quæ cōparationibus exprimunt. Superius nanque illud, esse nos scilicet peccatis obstrictos, proposuit, deinceps iustificari subiiciens per cōparationem intulit, cum peccatores essemus iustificauit per mortē, & longe magis iustificatos saluabit. Nunc vero & Christi vitā & mortem repetens, rursum cōparando explicat sensum hoc pacto, inquiens: Tunc quidē cōciliati per Christi sanguinem & mortem fuimus, nunc vero eius in vita haud salui efficiemur? Qui enim nec proprio filio pepercit, qui illū morti cōciliandi nos gratia obtulit, nonne vel impræsentiarū maxime illius in vita saluos nos reddet? **Non solum aūt, sed et gloriamur in deo per dñm nostrū Iesum Christū, per quem recōciliationem accepimus.** Non modo (inquit) salutē sumus iā consecuti, quinetiam gloriamur in deo, id solum, quia cum impii fuissemus, salui sumus iā redditi, & per vnigeniti sanguinē gloriamur, & per dñm Iesum, quippe cum ipse sit huiusce nobis gloriæ causa, qui & conciliatiōis fuerit. **Propterea sicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, et per peccatum mors, ita in oēs homines mors ipsa pertransiit in quo oēs peccauerunt.** Cum iustificauit nos dñs Iesus dixisset, ad ipsius mali radicem diuertit, peccatū videlicet & mortem, indicatque id vtrunque vnius hominis Adæ vitio inuasisse mūdum, abscessisseque item hominis vnius (.i. Christi) virtute. Quid vero illud sibi: In quo oēs peccauerunt velit, explicabo: In Adam scilicet oēs homines deliquerunt. Nā eo labēte, vel qui de ligno nihil edissent, suo crimine mortales sunt facti, perinde acsi ipsi forent peccato obnoxii, quia ille peccasset. **Usque enim ad legem peccatū erat in hoc**

mundo. Peccatũ aũt non imputabatur, cum lex non esset. Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, etiã in eos qui nõ peccauerũt, in similitudinẽ præuaricatiõis Adæ qui est forma futuri. Arguere nitit, q de ligno nec mãducassent, neq̃ pari cum Adã obstringi facinore, alioqui ob Adæ peccatũ habere pro peccatoribus, & fuisse mortales effectos, idipsum hoc pacto confirmans: Ad legis vsq; promulgatiõnem, regnauit peccatum, hoc est, anteq̃ lex ederetur. Quæret aliquis, quo ergo pacto committebatur? Nimirũ non ex legis præuaricatione, quod enim erat futurum peccandi genus lege non edita? Tunc enim delictum admitti existimatur, cum leges conduntur; quas homines aliqñ trãsgressi, dicuntur fuisse in crimen collapsi. Mors autem ad Moysen vsq; regnauit. i. anteq̃ lex vlla ferretur, nec profecto illa vnq̃ regnasset, ni aliquod extitisset, quod hanc cõfirmasset peccatum. Cum autem perspicuum sit, ex legis transgressu quæ nulla esset, nondum deriuasse peccatum, relinquitur sane Adæ fuisse præuaricationem, quæ occasionem attulerit, qua mors ipsa vel in eos regnaret, qui quantum in se esset nil deliquissent. Qui enim non legem accepit, neq; illam transgressus est, haudquaq̃ dicitur facinus commisisse. Veruntamen præuaricantis Adæ similitudine vel cæteri omnes crimine obstringũtur, & cũ Adã (q forma est Chri) tanq̃ progenitore fiũt peccati participes. Nam quemadmodũ Adam ille vetustior, cũctos vel immerentes, crimini suo fecit obnoxios, sic Christus oẽs iustificauit, vel si iustificationem minus essent commeriti, & Adã idcirco est forma futuri, hoc est, Christi. Sed non sicut delictum ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui sunt, longe magis gratia & donum in gratia vnius hominis in plures abundauit. Et non sicut per vnum peccatum, ita & donum. Nam iudicium ex vno in condẽnationem, gratia autem ex multis delictis in iusti-

ficationem. Non modo (inquit) tantum profuit Christus, quantum Adam offecit. Si enim peccati tanta vis fuit, vt delinquente vno, vel cæteri omnes nullo admisso crimine, quia ortum ex eo duntaxat habuissent, damnarentur, longe magis dei gratia & patris: nec huius solum, sed filij insuper in multos affatim defluxit. Nec tanti illud est dei munus, quanti ob vnius erratum damnatio, id est, addictum damnationi peccatum, quod ex Adam vno manauerit. In damnationem, id est, in mortem. Vel quia eius posteri, multum increscentibus vitijs, tantopere sunt euecti ad scelera, vt non solum delictis, verum & mortibus infecerint homines. Gratia autem ex multis delictis in iustificationem, hoc est, gratia non modo pristinum illud deleuit peccatum, quin & reliqua sustulit mala, quæ postmodum inuasere mortales, quippe cum crimina quę post præuaricationem sunt consecuta prorsus dissoluerit, nobis ad iustitiam cessit. **Si enim in vnius delicto, mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in vitam, regnabunt per vnum Iesum Christum. Igitur sicut per vnius delictū omnes homines in condemnationem vitæ.** Si enim (inquit) de ligno homine vno gustante, mors ipsa regnauit, longe magis & nos qui gratiæ sumus hubertatem & abundantiam nacti, & iustitiam consecuti per vnum Christum Iesum, & vita potiemur & regno, cuius & fratres sumus effecti, & vnius panis participes, nec secus illi inhæsimus q̃ capi i corpus. Neq; enim simplici aliquo & vnico bono affecti iam sumus, vt quicquam sit de futura gloria hæsitandum, sed gratiæ abundantia bona nobis impertit, qui haud secus habēdi sumus, ac alius quispiam qui æris alieni sit obstrictus magnitudine, vbi cum liberis & vxore in carcerem truditur, non solū carcere & debita pecunia liberetur, sed donetur etiam talentis mille, inuectusq; in regiā aulam, digneť honore amplissi-

Roma. 8. & 12.
1. Cor. 10. & 12.

mo,ficq; demum ab imperatore in filiū adoptet. Vt itaq; sensum concludat,sic inquit:Igit sicut per vnius delictum oēs homines pereunt, sic per vnius iustitiā,in oēs homines diffundit gratia, hisq; & iustificationem pro peccato condonat,& vitā pro morte. **Sicut em̄ per inobedientiā vnius hominis peccatores constituti sunt multi,ita & per vnius obedientiā iusti constituentur multi.** Non em̄ rei eiusdem repetitio est, vt apparet, sed cū diceret superius,sicut per vnius delictū, sic p vnius iustitiam. Nūc quid sit vnius delictum interpretat,exprimitq; quid inobediētia sit,per quā constituti sunt peccatores multi .i. hoīes supplicijs obnoxij & mortis rei. Quid ue sit vnius(.i.Christi)iustitia,aitq; hanc esse mortis obedientiā & crucis mortē,per quam obedientia,morte contrita ex morte sumus erepti damnatione. **Lex autem subintrauit,vt abundaret delictum. Vbi aūt abundauit delictum,superabūdauit & gratia.** Postq̄ Adæ culpa ostendit fuisse oēs damnationi adiudicatos, Christi vero iustitia salutem adeptos,iure quis posset ambigere quærereq;, Quid ergo tot seculis lex ipsa effecit, si iustitiā nobis impertitus est Christus? Inquit igit legē subintrasse,hoc est,ad tempus aliquod fuisse hanc traditā:nō vt prior ipsa iustificaret,quippe quæ subiens, peccatū potius accumulauit. Multa em̄ iniunxit, quæ cum homines transilirent,augebat delictū. Lex itaq; tradita est imminuendi gratia tollendiq; praua facinora. Habuit tn̄ longe diuersum rei euentū,hominum sane,non legis incuria. Cū itaq; per legem abundauit peccatū,superabundauit tn̄ p Christū & grā,quæ non solū à peccatis arceret,quin & iustitiā largiretur,cælestesq; faceret homines, & in dei filios adoptaret,ideoq; non abundasse,sed superabundasse dixit,vt eius grę exprimeret hubertatē. **Vt sicut regnauit peccatum in mortē,ita & gratia regnet per iustitiam in vitā æternam.** Cū superabundare gratiam diceret,& rei indicat rationem, ne diffidamus, inquitq;

ad instar regni alicuius se habere peccatum, mortem vero in militis armati morem. Si nobis igitur dñatur peccatum, q̄ mortem habeat sub se militantem, longe magis & gratia in nos imperium est habitura, quę iustitiã ducet delicti perniciem. Quod cũ perdiderit, & morti sit interitũ allatura, & vitã inductura sempiternã, & q̄si acie vtrinq̧ instructa, peccatũ quidem pro milite mortẽ habebat, gratia vero iniustitiã sustulit. Igit̃ iustitia quod regnaret peccatum, & mors vna cum peccato, ita effectum est, vt vita sit sempiterna inducta.

Caput VI.

QVid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. Qui eñ mortui peccato sumus, quo pacto adhuc viuemus in illo? Cum dixisset, vbi abundauit peccatũ, superabũdauit & gr̃a, dicturus est forsitan aliquis, Nil ergo cõmittere desinamus, vt increscente delicto, cõcrescat & gratia. Id igit̃ hunc in modum nunc soluit, Absit inquiens, quod prohibentis est. Idq̧ Paulus dictum in rebus solet absurde admodũ p̄ alios affirmatis, vsurpare. Ita mox subdit, quia peccato mortui sumus, id est, quantum in eo est morti adiudicamur, ergo nec vltra illi gerẽdus ẽ mos. Verum quo pacto in delicto viuemus, cum illi scilicet ita afficimur, vt ei obtẽperemus? Ex eo aũt nouimus fidelẽ oẽm esse baptismatis gratia peccato demortuũ, eundẽq̧ si negligentius agat, excitatum tandem & ad vitam redactum, vt cum delicto feratur in præceps, vt impiger contra & diligens apud se semper mortificatiõem huiusmodi seruat, peccatóque imperat, & illi non obsequitur. An ignoratis fratres, quia quicunq̧ baptizati sumus in Christo Jesu in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum ipso per baptismũ in mortem, vt quõ surrexit Christus a mortuis per gloriã patris, ꝛ nos in nouitate vitæ ambulemus. Confirmat quemadmodum peccato

&ipse qui sis baptismo perfusus & peccato demortuus
in hac morte persistas necesse est. **Siautē mortui su-
mus cum Christo, credimus quia simul etiā vi-
uemus cum eo. Scientes quia Christus resur-
gens a mortuis, iam nō moritur, mors illi vltra
non dominabitur. Quod enim mortuus est, pec
cato mortuus est semel: quod autem viuit, viuit
deo. Ita ⁊ ipsi existimate vos mortuos quidem
esse peccato, viuētes aūt deo in Christo Iesu do
mino nostro.** Videtur hoc loco Apostolus lōgiori ora-
tione prouectus, quod tamen haud ita se habet. Superius
nanq; disseruit oportere nos semper peccato esse demor-
tuos. Nunc vero vt in nobisipsis vitæ illius diuinæ haben
da sit resurrectio, Nā si cum Christo mortē per baptisma
obiuimus, credimus tamē nos vel vitæ ipsius nouitate re-
surrectionem assequi posse, nobis perpetuo affuturam.
Christus siquidem non amplius moriturus, viuit in sem-
piternū. Et quia mortuus sit, peccato dicit obisse, hoc est,
nostris erratis, tametsi morti non esset obnoxius. Quod
aūt viuit, viuit deo. i. diuinæ potentiæ. In dei enim & pa-
tris virtute vitam agit perpetuā. Et quoniā non iterato
moriturus est Christus, nec ipsi quidem secūdo mortem
baptismi ob gratiam patiemur, maneamus igitur in prio
ribus, hoc est, in morte quidem peccati, resurrectionē ve-
ro eius quæ secundū deum est vitæ, hoc est, in Christo Ie-
su adipiscemur. i. illius ope. Qui enim vel mortuos susci-
tauit, lōge magis & viuos in vita tutabit. **Non ergo re-
gnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obedi
atis illi in cōcupiscentijs eius.** Post q̄ sat patefecit,
nos nec violentia vlla, nec necessitate coercitos, sed volū-
tarios ab ipsa neq̄tia detineri, nequaq̄ hmōi intulit, Ne sci
licet tyrannidem in vos peccatū exerceat, sed minime re-
gnet. Rex siquidē volentibus p̄sidet. Cū vero in nr̄o mor
tali corpore (inquit) duo quædā prætendit, alterū q̄a mi-
nus stabiles sunt corporis voluptates, q̄ppe quod morta

le sit & non diuturnum. Quo fit, vt nihil illi quo diu lætandum sit possit accidere, neq; quæ laboriosa sunt tolerat. Vnde nec ei licebit tristia quæq; vel agonẽ defugere, quæ sunt plerunq; voluptatibus preuia. Altero aũt nos cõmonefacit mortalitatẽ hãc à delicto fuisse corpori inditam. Noli ergo morem ei amplius gerere, quod mortẽ inducit. At quale est peccati regnũ? Tunc quidem illud vĩ debit potiri imperio, cũ in his ei obtẽperabimus, quæ & voluptatis sunt & corporis concupiscentiæ. Fit itaq; vt nihil officiat corpus, sed id quod ad peccandũ præstat obsequiũ maxime noceat. Aduerte aũt quã simus ipsi à Christo gratiã consecuti. Deliquit vtiq; Adã immortale corpus sortitus: nos vero & si mortali obducimur, peccata simul & vitia superamus. Neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vosipsos deo tanq; ex mortuis viuentes, & mẽbra vestra arma iustitiæ deo. Vbi nã gentium sunt Manichæi, qui corpus suapte natura nequã & improbũ adstruebant, cũ constet armorũ loco id esse. Arma vero mediũ teneant, virtutẽ inter & vitia. Militi siquidem ad ciues tutandos sica concedit. A prædonibus vero ad ciues perdendos ferrũ arripit. Nolite ergo exhibere mẽbra vr̃a arma iniquitatis peccato (qui eñ deliquit, in proximũ sæpe, in seipsum semper nequiter agit) sed deo exhibete, plane discernentes, q̃tum inter deum & peccatũ intersit, vel quæ sit conditio potior: peccati ne, quod afferat mortẽ, iugũ subire, an dei, qui vitã. Cum vero arma iustitię membra ipsa appellat, & simul quod paulo añ dictum est patefacit, nõ esse corpus per se iniquũ: siquidem põt illud ad iustitiæ arma cõuerti, simul etiã vt ostendat imminere & bellum, ob id q; sub deo duce militiã exercendã, & arma fore in animæ defensionẽ exponenda. Non eñ sub lege estis, sed sub gratia. Corpus (inquit) hoc vestrum añ Christi aduentũ facile à delicto expugnabat. Neq; eñ spũs aderat opem laturus, neq; qui peccatũ vim trucidari

di haberet baptiſmus. Propterea neq; lex, quæ faciẽda in-
iungeret, quicq̃ proficiebat. Cũ vero Chriſtus in mundũ
prodiſſet, facilior facta ẽ colluctãdi poteſtas. Vnde eo a-
crius nobis ſunt illata certamina, q̃ maiora ſunt tranſmiſ
ſa ſubſidia. Nullum igit̃ in nos imperium habet peccatũ,
niſi enixius ipſi ſuccubuerimus: quippe qbus nulla ſit im-
poſita lex, quæ iubeat ſolum & nihil afferat opis. Sed gr̃a
contributa, quæ ſuperioribus delictis omiſſis, de bonis fu
turis faciat certiores. **Quid ergo? Peccabimus, qm̃
non ſumus ſub lege ſed ſub gratia? Abſit. Neſci
tis qm̃ cui exhibuiſtis vos ſeruos ad obedien-
dũ, ſerui eſtis eius cui obediſtis, ſiue peccati ad
mortẽ, ſiue obeditiõis ad iuſtitiã.** Vbiq; occurri poſ
ſe obiectionibus Paulus ſuſpicat̃, ideoq́; illas & inducit &
ſoluit. Quemadmodũ illud cũ, abſit, inquit, deinde perfa-
cilem nobis arguit eſſe peccandi abſtinentiam, pernoſcite
itaq; vtrũ ſit ſatius, peccati ne obſtringi nos ſeruitute, vl-
troq́; illud adire (Id em̃ cum exhibere inquit, prætendit, &
mortẽ lucrifacere. i. immortale ſuppliciũ nobis parare. Si
quidem Adæ peccatum mortem peperit corporis, præ-
ſens vero delictũ mortem intulit ſempiternã. i. perpetuis
homines ſuppliciis tradidit) An Chriſto obtemperare, iu
ſtitiamq́;, & quæ hanc conſequunt̃ bona adipiſci? **Gra-
tias autem deo quod fuiſtis ſerui peccati: obedi
ſtis aũt ex corde in eã formã doctrinæ in qua tra
diti eſtis.** Ideo inquit, deo habendæ ſunt gratiæ, qm̃ nõ
humanæ illud, ſed diuinæ potentiæ eſt, fuiſſe vos è tantis
erutos malis. Non em̃ coacti, ſed volũtarii & ex corde ob
temperaſtis. Non ergo vobis priſtina illa repetenda ſunt
mala, à quibus ſponte iam dudum defeceritis. Oſtendit
præterea cum fuerint non inuiti ad bonum traducti, eſſe
id omne diuinæ gratiæ aſcribendum. Traditi eſtis. i. à deo
deducti eſtis in formã doctrinæ. Qualis aũt ſit doctrinæ
hæc forma, ſi quæras, certe vitã, dixerim rectiorẽ, & bonis
operibus incumbentẽ. **Liberati aũt a peccato, ſerui**

facti estis iustitiæ. Humanũ dico propter infirmitatẽ carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis mẽbra vestra seruire immũditijs, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete mẽbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ. Duplici estis à deo affecti bñficio: & q̃ estis à tanta scelerũ fœditate erepti, tũ etiã quia vobis permissum est iustitiæ inseruire, quod sane vobis ad gloriã cedit non mediocrem. Cum vero esset illi dicendum, q̃diu peccato obtẽperastis, tãdiu & deo pręstare obsequium, anticipãs (inquit) humanũ dico. i. tenue quid & exiguũ & vestræ infirmitati conueniens: Nã & si lõge magis deo sit q̃ peccatis inseruiendũ, ob vestram tñ infirmitatem, vel parẽ eius quam delicto exhibuistis, deo pręstate nunc seruitutẽ. Videte q̃ perspicuũ id obsequium fecerit, quod vltro impendamus, cum inq̃t: Quemadmodum exhibuistis mẽbra vr̃a in seruitutẽ, tanq̃ vosipsi mãcipantes peccato immunditiæ iugũ subistis, incestus videlicet, adulterij, & rerum earũ quę nequeunt, cum obscœna sint, explicari, tametsi cũ de sola immunditia dixerim, de quouis scelere dictum velim, vtpote quæ ad om̃es per hunc ipsum sermonẽ commune q̃d habeat ad iniquitatẽ. i. cum nequitiæ plurimũ studeatis. Neq; cm̃ cum facinus aliquod vnũ admittebatis illo contenti, reliquis per vos finis imponebat, sed scelus vnũ aliud succedebat, vt vestra nequitia in maius excresceret, pari ergo mensura exhibete membra hæc vr̃a iustitiæ inseruire: hoc est, omni virtute contendite, vt contin ẽter & sancte pro pristina illa immunditia quod reliquum vobis est vitæ degatis. Cũ cm̃ essetis serui peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructũ habuistis tũc in illis, in quibus nũc erubescitis? Nã finis illoꝝ mors est. Cum in neq̃tia (inq̃t) versabamini, eratis à iustitia soluti & liberi, hoc est, non illi subiecti, eidemq; obsequi aberat omnino voluntas, sed procul ab ea ferebamini. Nunc vero iustitiæ huic seruientes, nil prorsus eritis peccati seruitute detẽti,

quē præterea ex ea cepistis immunditiæ fructum? Præter
pudorē profecto nullum. At quid illi erubescebāt? Olim
nimirum cōmissa & praua facinora, quorum finis mors
est. Quæ & si corporalis plerunq; esse deprehenditur, ani
mæ tñ ad perniciē semper est & interitum. Factum est tñ,
vt mortē huiusmodi euaseritis munere dei singulari. Pu-
dor vero ille perutilis & in vobis restiterit: quippe quos
præteritorum nunc pudeat scelerum. Nunc vero libe
ratia peccato, seruiaũt facti deo, habetis fructũ
vestrũ in sanctificationē, finem vero vitam æter-
nā. Stipēdia enim peccati mors. Gratia autem
dei, vita æterna in Christo Iesu dño nostro. Ex de
licti operibus, qui sequiť fructus erubescētia est: Ex iusti-
tiæ vero actionibus, sanctificatio, puritas & castimonia
in fructũ obuenient: illius finis mors est, huius vita perpe
tua. Delicti stipēdium mors est. Stipendiũ vero pecunia
diciť, quæ militibus à principe ad cōmeatum dependitur.
Peccatum igiť nobis quos seruos habuerat, seruitutis in
prēmiũ mortem retribuebat. Gratiā autem nō mercedem
dixit à deo futurā, pinde acsi inquiat: Non em̃ laborũ acci
pitis præmia, sed per gratiā fiunt hæc oïa in Chr̃o Iesu, q
hæc operať & factitat. Caput VII.

AN ignoratis fratres (scientibus em̃ legem
loquor) quia lex in homine dominatur quã
to tpe viuit. Nã quæ sub viro est mulier,
viuēti viro alligata est lege. Si aũt mortuus fue
rit vir eius, soluta est a lege viri. Igitur viuēte vi
ro, vocabitur adultera si fuerit cũ alio viro. Omis
sa moralitate, ad legũ sanctionem trãsgrediť. ostenditq;
non vltra debere hos esse legi obnoxios. Lex enim, inqui
ens cuius vos notionem habetis, in hominem dominať,
quamdiu vitã hanc duxerit: in mortuos vero, nullum ha
bet imperiũ. Fit itaq; vt ipsi legi mortui sitis, cum nihil illa
in vobis habeat potestatis, idipm̃ añ exēplis corroborat.
Viro enim (inquiens) mortuo, mulieri facultas ē alteri se

Si legi itaq; ipsi subijcimur, cũ minus liceat vitia nobis defugere, morti praua opa gignimus. Nũc aũt soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & nõ in vetustate literæ. Non eñ dixit legẽ fuisse irritam redditam & inanẽ, ne Iudæos lacesseret, sed ipsi (inq̃t) sumus à lege soluti. i. moriẽdo dimissi, & in libertatem redacti, & mortui & immobiles ad eam rẽ facti, q̃ antea tenebamur, pc̃tm̃ scilicet. In hoc eñ eram⁹ q̃si vinculis irretiti, mortui aũt illi sumus, vt deo seruiamus in nouitate spũs, nõ in lr̃ę vetustate. Olim nãq; haud facile virtus poterat vẽdicari, cũ Adã in corpore illo mortali pleraq; naturę vitia excepisset. Nũc vero Chr̃i munere in baptismi ablutiõe natura hęc nr̃a p spm̃ est obfirmata, q nos innouauit & iuniores effecit, & ab lr̃æ infirmitate liberauit. Propterea & in veteri lege p rarus erat hoĩm cælibatus. Nunc vero nr̃æ huius ecclesiæ hoĩes innumeri sunt, q non modo Veneris abstinentiam, sed etiã sibi mortis contemptũ pepererunt: Quid ergo dicemus? Lex peccatũ est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legẽ. Nã concupiscentiam nõ cognoscebã, nisi lex diceret, Nõ cõcupisces. Cum pleraq; attulisset quæ legẽ visa sunt obtrectasse, cuiusmodi illa sunt, peccatum vobis non dominetur, neque enim sub lege estis, sed sub gratia. &, lex subintrauit, vbi abundauit delictũ, & paulo añ, qm̃ passiones peccatorũ q̃ per legẽ proferunt & literæ vetustatẽ, vt istiusmodi oẽm mitiget suspicionẽ, quasi obiectionẽ quandã inducẽs, & deinde ea in re cõsulturus, sic inquit: Quid igit̃ dicemus de lege? num illam peccati insimulabimus? Mox'q; id soluẽs, primũ nitit̃ interdicto, absit inquiens, vt in his solet quæ absurdiora vident̃, deinde rationes quasdã proponit: Lex q dem (inquit) peccatũ nõ est, sed peccatũ apiens. Neq; eñ cõcupiscentiam cognouissem, si lege nõ esset concupiscẽtia interdicta. Verũ q̃ pacto vel extitisset diluuiũ, vel Sodoma cõflagrasset, nisi vel añ editam legẽ, mali notionẽ ha-

Exod. 20.
Deute. 5.
Roma. 6.
Roma. 5.

buisset hæc cupiditas? Noscebat sane peccatū, sed nondū erat concupiscētia interdicta. Neq; adeo illud cognitum erat, vt non magis in posterꝝ legis testimonio innotesceret. Supioribus eñi seculis naturali quadā lege literis post modū demandata, delicti habita est cognitio, q̄d ꝑfecto maioris vesaniæ causam p̄buit, nō legis vitio, quæ ad bonū instrueret, sed corꝝ neglectu, qui legi minus vacarent, q̄d in sequētibus ꝑspicuū facit. **Occasiōe aūt accepta, peccatum per mandatū operatū est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatū mortuum erat.** Non eñ legē dixit concupiscentiā peperisse, sed p̄ctm̄: quod dici scd̄m aliquos potest iners quędam & corrupta volūtas: vel dæmonē p peccatū designat, quod vtiq; sensere nonnulli, vel voluptatis est studiū. Impetuosus enim est quidā ad peiora prolapsus, qui legis doctrina ad ea vtat̃, quæ scd̄m se fuerint. Quemadmodū enim & medicus febricitāti cuiq̄, & gelidā potionē intēpestiue optanti, quo minus explere sitibundā illā permiserit auiditatem, eo magis augebit, non imminuetq; sitim, & medici officiū, sic potū eiusmodi interdicere, ægrotantis sine potiōe manere: sic & lex ipa hoīes instruebat, vt hos à cōcupiscendo abigeret, volūtas tñ peccati oblectatiōe detēta, prauā hāc ꝓpagauit cupiditatē: neq; vnū aliq̄d huiusce concupiscētiæ genus, sed multiplex & variū ꝓseminauit, malū enixe opata. Siq̄dem cū qs aliqd exeq (q̄d ferat animus) ꝓhibet̃, ilico insanit & furit maxime: & peccatū tū magis patebit, cū lex p̄terit. Nā sine lege delictū emorit̃ .i. nusq̄ eē existimat̃. Lege aūt extāte & decētia suggerēte, viuit peccatū .i. extat, & delictū esse cōuincit̃. Vnde scienter delinquūt, q legē transgrediunt̃. **Ego aūt viuebā sine lege aliqñ. Sed cū venisset mandatū, peccatum reuixit, ego autē mortuus sum.** Sub sua ꝑsona Apostolus humanā naturā p̄tendit, sic ingens: Ante traditam Moysi legem, viuebā eq̄dem sine lege, ꝓpterea nec vehemens erat in me cōdemnatio. Cū aūt mandatū venisset,

peccatũ apparuit delictũ esse. Em̃uero & prisci illi, si q̃d in crimẽ collaberent, vel imprudẽtes & nescij delinquebãt. Legi vero id boni inest, q̃ hoibus quæ praua sunt apit. Illud aũt mortuus erã, duplici mõ potest intelligi: vel qa deliquerim, vel qa acriori supplicio obnoxius sum effectus, q̃d sane non legis est crimẽ, sed eius q legẽ offenderit. Exempli gratia: Aegrotat quispiã, nec valetudine se affectũ intelligit, accedẽs medicus, laborare hunc morbo significat, iniungitq́ʒ hoc illo've cibo abstineat, q̃ minuere ægritudinẽ queat, sic ille cũ medico nihil obtẽperat, moritur. ꝛ inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad moꝛtem. Nam peccatum occasione accepta per mãdatum seduxit me, ꝛ per istud occidit. Neq́ʒ em̃ mandatũ mihi factũ est ad mortẽ dixit, sed inuentũ, vt hunc in modũ rei absurditatẽ exponat. Legi nanq́ʒ mẽs erat vt ad vitã traduceret, eoq́ʒ & tradita est, at si ex ea mors ipsa defluxit, nõ est, ꝓpterea illa culpanda, sed p̃ctm̃.i. impetus ille q ad malũ defert, & corruptus & uoluptuarius animus, qn potius vt ꝓprius loquar, voluptas me ipsa seduxit, occiditq́ʒ sub mãdati p̃textu. Quod profecto si nullam fuisset q̃d errata monstraret, neq́ʒ commisisse videret, nec forem tormentis obnoxius. Occidit vero, cum inquit, ad vtrunq́ʒ potest accõmodari, peccatũ videlicet & pœnam: vt illud est quod dictũ est supra, mortuus sum. Apostolus id demũ concludit & sentit, lege nõ existẽte, nec imputari peccatũ. Illa vero iã edita, nec tñ seruata, apparuisse delictũ & reuixisse, vnde qa fuerit mãdati facta trãsgressio, subsecutũ est crimẽ, hoc est, in aptum ꝓdijt, & peccati substantiã subijt, quæ antea nũq̃ cessante lege subijsset: nec mẽte sit & cogitatiõe cõprehensa, cũ nec lex quidẽ aliqua esset. Itaq́ʒ cũ neq́ʒ ad peccandũ, quantum in ea erat, lex ipsa causam nullã obtulerit, nec à peccato qdem hoies eximendi vim habet. Fit ergo vt legis ob impotentiã, dei gratia egeamus. Itaq́ʒ lex quidẽ sancta, ꝛ mandatum sanctum ꝛ iustum ꝛ bonũ. Ecce

apertiſſime hoc loco Marcioniſtarum, Manichæorumque & Simoginanorum vetus obtrectantiũ teſtamentum ora obſtruxit, ſanctam enim perſpicue prædicat legẽ, ſanctũ inſuper & mandatũ, æquũ, & rectum. Lex aũt ſancta à mandato hoc differt, tanq̃ à particulari q̃d vniuerſale ſit. Leges enim partim dogmata ſunt, partim mandata, vt quę legis ſunt dogmata ſanctiora: ſic & quæ in opibus verſant̃ mandata, & ſanctimoniã habent, & iuſtitiã & bonitatẽ, tametſi q̃s diximus, hmõi legẽ hæretici, tanq̃ ab improbo aliquo deo latã blaſphemẽt & criminent̃. **Quod ergo bonũ eſt, mihi factum ẽ mors? Abſit. Sed pecatum, vt appareat peccatũ, per bonũ mihi operatum eſt mortẽ.** Lex quidẽ haudquaq̃ (inquit) bona. Abſit, ſed peccatum me interemit, vt perſpicuum ſit, quantum illud ſit malum, quod ſane peccatum vel ſi à lege ip̃a medelam acceperit, deterius redditur. Peccatum autem (vt ante diximus) & voluptuoſum aminũ eſſe intelliges, peccãdique impetum, ſiue dæmonẽ ipſum, vel opa quæ à voluptate trahunt̃. Sint itaque deo & gr̃æ, q à tantis nos malis eruerit. **Vt fiat ſupra modum peccãs peccatũ per mandatũ.** Vt fiat, hoc eſt, vt appareat quãta ſit peccatum pernicies, quẽadmodum & illud, Fiat deus verax. i. appareat, innoteſcat. Hoc vero peccatũ patuit per mandatũ legis, videlicet quæ ad interitũ vtebat̃ mandato, nec ſecus ac morbus ſolet, q cum medicorum medelis & cura fiat deterior, malã ſui habitudinẽ dicat̃ p̃ferre, q̃nquidẽ medẽtis arte nihil pfecerit. **Scimus enim quod lex ſpiritalis eſt: ego autẽ carnalis ſum, venundatus ſub pctõ.** Cum per mandatũ dixiſſet patuiſſe peccatũ, ne forte exiſtimes legem huiuſmodi eſſe criminis cauſam, reſpondet plege, & eius patrociniũ ſuſcipit, pfertque cõmunem quãdam ſententiã: Nouimus (inq̃t) ſpiritalẽ hanc legem eſſe. Eſt nanque illud certiſſimũ & om̃ibus plane cõpertum, tantopere legẽ abeſſe, vt delicti ſit cauſa, vt ad virtutẽ erudiat, & neq̃tiæ aduerſet̃. Id enim ſpiritalis prætendit. At vnde

ergo peccatũ hoc ,pdijt? ẽ discipulorꝝ nimiꝝ vel negligen
tia,vel imbecillitate. Ego eñ carnalis sum,inquit,hoc est,
natura hæc nr̃a humana om̃is,siue añ editã legẽ,siue cum
esset in lege, om̃em in se vitiorꝝ turbã excepit: nec solũ ob
Adæ præuaricationẽ sumus mortales effecti, qn natura
hæc ipsa venundata & legi subiecta, tantopere vitia cun-
cta admisit,vt nequeat respirare. **Quod enim operor non intelligo.** Non om̃em hic ignorantiã prædicat. Si
enim per iustitiã delinquerent hoĩes,q̃ iure cruciarentur?
Sed qd(inquit) obducor? Quibusdã ipse & corripior te-
nebris,&nescius sum quemadmodũ rapiat me delictum,
vt q̃d ignorẽ id faciã. Fit itaq; vt nõ facti imprudentiam
præferat,sed angeli se potius & insidias perpeti & dolos,
&innitum arripi fateat. Hæc aũt oĩa, etsi de his diceret, q
añ Christi aduẽtum fuissent, illos tñ in sui persona expres
sit. **sed quod odi hoc facio.** Vides quẽadmodum neq;
violentiã indicat,neq; necessitatẽ. Adiecisset eñ & illud,
quod cogor facere id ago. Nunc haudquaq̃(inq̃t)huius-
modi aliq̃d,sed qd' odi. Volo itaq; illud,ita (vt diximus)
est capiendũ. Verꝝ quo pacto & praua hoĩes cõmiserũt?
qa & rapti ad malũ,& fragiles sint,&huiusmodi fragilita
tem ex Adæ trãsgressu exceperint. Quibus rebus nec vide
ri lex poterat, tametsi quæ facienda essent denũtiaret. At
Christus adueniẽs hæc cuncta sanauit. Hic eñ per hæc p̃
tendit Apostolus,quæ vel antea dixit, vel dicturus dein-
ceps est,vt arguat humanã naturã insanabilia quædã fu-
isse perpessam,nec potuisse nisi à Christo adiutam deniq;
resanescere. **Si autẽ quod nolo id facio, cõsentio legi quod bona sit.** Quod aũt bona sit lex,patet ex his,
q̃ ipe cognoui,inq̃t,nec corrupta sum mẽte,tãetsi mala p
tracto. **Nunc autem iam non ego operor istud, sed quod inhabitat in me peccatum. Scio enim quod non inhabitat in me(hoc est,in carne mea) bonum.** Nõ eñ carnẽ dixit id effecisse,sed peccatũ.i.pec
cati violẽtia quæ me arripuerit. Quid ergo deblaterant q

carnem obtrectant,& à dei ope faciunt alienã? Quærat aliquis,quõ id inqt Apostolus,Nõ in me habitat(hoc est, in carne mea)bonum? Dicã eqdem, cum constet hoiem ex duobus esse compositũ,anima scilicet & corpore, horum sane alter cæteris dominat & præsidet,alter vero .i. caro,vt serua obsequitur. Non igitur inhabitat in carne q̃d bonũ est,hoc est,nõ residet in corporis potestate , sed animę.Quicqd itaq; destinauerit anima faciẽdum,& corpus faciat necesse est, neq; id secus habet, q̃ si dixerit quispiã nõ in cithara esse,sed in citharœdo,vt pulcher aliqs & cõcinnus edatur sonus.Neq; id(inqens)citharam ille insimulabit,sed organo illũ & citharæ p̃stare monstrabit, q̃ hãc ex arte pulset. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonũ non inuenio. Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo istud facio, non ego operor istud,sed quod inhabitat in me peccatũ. Cum nõ inuenio,inq̃t,molestiã & insidias peccati ostendit. Liberat enim cum animæ,tum carnis substantiam crimine,& oĩm summã in prauas actiões & voluntatẽ ipsam cõuertit,Cũ eñ dicit,q̃d volo,animã eximit culpa:cũ vero,nõ ampli⁹ opor illud,carnẽ à detractiõe tutatur.Quis igitur malũ hoc opatur? Praua certe & peccatis assueta voluntas,quã nõ ex deo esse opifice cõstat, sed ex nostri animi motu quodã & impetu. Nã aliqd velle, simplicit dei est opus:velle aũt mala,nostræ mẽtis est vitiũ.Dictũ est supra quid sit peccatum, & quẽadmodum peccati violẽtia animum nostrum p voluptatẽ corripiat. Inuenio igitur legẽ volenti mihi facere bonum, quoniã mihi malum adiacet. Obscure dictum, q̃si aliquid desit. Sic eñ dici oportuit: Inuenio ergo legẽ fauentẽ,volenti mihi quidẽ q̃d bonum est facere,nõ autẽ faciẽti:qm̃ mihi adiacet malum,sed summa rei est hæc:Boni erã(inqt)cognitionẽ cõplexus,q̃d bonũ & legẽ inuenio iuuisse & extulisse,Et idẽ ipe q̃d bonum est exeq velim , cõprehẽdor

tamen à peccato, corripiorq́, ita fit, vt iuxta me iaceat malum. i. mali opatio nondum à me sublata sit. Est & aliorum eiusmodi in ea re sentẽtia: Primum q̃ impfecta sit hæc & manca oratio, deinde q̃ construi hoc pacto possit: Inuenio aũt legẽ nemini alteri esse impositã nisi mihi facere bonum volẽti: siquidẽ soli duntaxat recta agere cupiẽti hæc erit in legẽ, vtpote quæ idem sentiat q̃d ipse cupiat, vt in sequẽtibus patet. Condelector enim legi dei secundũ interiorem hominem, video aũt aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis. Nouerã equidẽ vel antehac q̃d dicimus bonum, q̃d cũ mandatũ literis cõperissem, & legẽ laudo, & cum ea scd̃m interiorẽ hoĩem sentio: vel scd̃m meũ hunc sensum, Video autẽ aliã legẽ. i. pct̃m, q̃d eo legẽ appellat, q̃ ĩj q ab ea fallunt, obtẽperant, verentq́ hãc legẽ deserere, tanq̃ lex sit quæ p̃teriri nõ liceat. Delictũ id igit mentis meæ legẽ oppugnat. i. naturalẽ. Verũ q̃d paulo añ, interiorẽ hoĩem dixit, hoc ipm̃ nuncupat mẽtem, & me (inq̃t) peruincit, q̃n potius captiuũ ducit, quod sane naturæ legẽ & scriptã superat. At quo pacto comprehendit & ducit in seruitutem? nimirum peccati lege. i. uiolentia & viribus. Non eñ dixit, carnis impetu aut natura, sed lege peccati, quod meis in membris dñatur, quod pfecto nihil ad carnis facit detractiõem. Nã quemadmodũ si inuaserit quispiã regiã domum, incolatq́, nihil aliud adscribitur ædibus cõtumeliæ: sic & pct̃m cum in nr̃is insederit membris, nõ ea pp̃ter caro neq̃tiæ arguetur: q̃ppe cuiuis fuerit illata. Nonnulli vero q̃tuor esse legum species asserunt: Priorẽ dei, q̃ nos instituat quid sit factu decorũ: Scd̃am, quæ plane impugnet, quæ nobis diaboli opera suggerit: Tertiã, q̃ mẽtis est lex. i. naturæ: Quartã, quæ in mẽbris cõsistat, hoc est, voluntatẽ ad pct̃ã pcliuẽ, & cõsuetudine quadã obfirmatã ad malam animi prõptitudinem. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

Lex naturalis insufficiens videbaẗ, per se scripta lex nil valuit. Sunt ergo vtræq; peccati tyrannide superatæ. Vnde igiẗ erit salutis spes aliqua? Quis me liberabit à corpore mortis huius? id est, morti subiecto. Nã postq̃ illud est ex Adę p̃uaricatione patibile redditũ, simul & eo redactũ est, vt facile queat à delicto cõprehendi. Sed dicet quispiã, si corpus tanta facilitate à peccato corrumpitur, cur ergo sunt tormentis affecti, q̃ añ Christi aduentũ deliquerant? Sane qa ea facere videbanẗ, quæ vel dominãte peccato p̃ficere potuissent. Gratias ago deo meo per Iesum Christum dñm nostrum. Cũ enim inops cõsilij esset & dubius, nec aliũ inuenisset q̃ sibi salutem afferret, necessario Christũ conuenit, eoq; deo & patri gr̃am refert per Iesum Christũ dñm nostrum, hoc est, q̃ vt patri gr̃æ haberenẗ p̃buit causam: qppe q̃ ea perfecerit, quæ exequi lex ip̃a neqret, & me hac corporis fragilitate exemerit, illudq; adeo roborauerit, vt nulla possit peccati violẽtia superari. Sed quemadmodum ob Adæ trãsgressum cũ mortale esset effectũ, facile poterat peccato cõuinci, sic per eius, q̃ & affixus est cruci & resurrexit, obedientiam pignore incorruptiõis accepto, peccato viriliẗ aduersaẗ. Ca. VIII.

IGitur ego ipsemet seruio legi dei, carni autem legi peccati. Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. Seruio, p̃ seruiebã, meminit enim præteritorũ. Nã cum dicendũ fuisset. Nulla ergo nunc relinquiẗ condẽnatio &c̃. & explicanda esset Christi ineffabilis gratia, recordatur tñ queãdmodum nobiscum prioribus seculis ageretur, vtq; & boni habuerimus notionẽ, sed carne .i. per carnis fragilitatẽ legi peccati subijciebamur. Nunc vero nihil dãnationis (inqt) hos manet q̃ sunt in Christo, hoc est, vt in baptismo eluerẽtur dignati, qn etiam illud adiecit, q̃ nõ secundũ carnẽ ambulant, vt arguat id omne nostra negligentia factũ, præsertim cum liceat in pręsentia, & facile sit

secundum carnem minus incedere, quod sane tunc graue omibus & perdifficile erat. Nec solum est (inquit) ab huiusmodi carnis incessu abstinendum, quin accedat oportet & quæ spū fiat, deãbulatio. Neq; eñ quenpiam magis nequitiæ abstinentia ipsa coronat, q̃ virtutis, & spiritualium operum participatio. **Lex enim spiritus vitæ in Jesu liberauit me a lege peccati & mortis.** Legem spūs, spiritum sanctum appellat, queadmodum & legem peccati ipsum delictum. Vitæ aũt legem eo intulit, vt hãc à peccati lege secernat, quæ mortẽ inuexit. Dei nanq; vel grã peccatum simul & mortem peremit, & certamen nobis cum leuius effecisset, mox & colluctationem induxit. Ausæ sunt iniquæ quorundã linguæ hoc loco vitæ legẽ, pro Moyse lege interpretari, quam tñ Apostolus haudquaq̃ hoc modo, sed sanctam appellat & spiritalem, si spiritalis inquiens Moysaica est lex, quid igit̃ differt à lege spiritus? Valde quidem, Moysi eñ per spiritum dẽta est lex, hæc vero spiritum subministrauit. **Nã quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudinẽ carnis peccati, et de peccato damnauit peccatum in carne.** Cũ spūs mentionem fecisset, nunc patrẽ commemorat & filiũ, & trinitatem nos edocet. Videtur aũt aduersus legem dixisse, quod tñ non ita se habet. Non enim legis nequitiam dixit, qua mali quippiam egerit, sed in q̃ erat infirmior. At quo pacto sit infirmior facta in carne, inquit, hoc est, quia quæ carnis sunt saperet. Oñium autẽ sensus quæ per Apostolũ dicta nunc sunt, in sequentibus explicantur. Inquit enim (quemadmodum supra diximus) legem ipsam instruendi habuisse facultatem, nõ tamẽ quiuisse ingenitã carnis sensibilem euincere. Pater itaq; filium suum demisit, in carnis peccati similitudinem.i. carnem habentẽ, etsi nostræ huic peccatis obnoxiæ similem q̃dem secundum substantiã, peccati tñ expertem. Et qm̃ peccati fecerat mentionem, adiecit similitudinẽ. Neq;

enim aliã Christus præt humanã hãc carnem assumpsit, quã & sanctificauit assumptã, & coronauit condẽnatio peccato, q̃d carni inesset quã susceperat, hanc ipsam osten dit nequaq̃ esse natura peccatis addictã. Nec secus Christus effecit, q̃ faceret quispiã qui muliere aliq̃ in foro vapulante conspecta, vt eã à verberantium manibus eruat, fœminæ illius se vel priuatæ & infimæ sortis filium fateatur, cum regius sit. Potest & de peccato supiori quodam modo intelligi, videlicet q pat filiũ de peccato transmiserit. i. expugnãdi gr̃a peccati: vel quia conuincit peccatum graue admodũ esse & exitiale. Quãdiu em̃ in facinus aliquod labentibus exitio erat peccatũ, iure his videbat mortẽ inferre: at vbi & Christi corpus, quod esse sine delicto dep̃henderat, morte affecit, qa inique egisset, cõmisissetq; grauit, dãnationem excepit. Misit itaq; suũ filiũ deus, cum vt peccatum iniqtatis & errati argueret, tum vt iustius id condẽnaret: ne forte illud iactaret diabolus, Christum vĩ & ꝓpria potẽtia supasse. **vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.** Dicet aliqs: Quid mea refert si in ea Chr̃us quã sumpserat carne victoriam retulit? qn potius tua (inquit) magnum in modum interest, nã legis iustificatio. i. exitus ipse & destinatio (hoĩem em̃ iustificare destinauerat deus) in nobis finẽ sunt nacta. Nã q̃ facere lex nitebatur, id Christus nostri est gr̃a executus: ille quidẽ certauit, nos vero victoria fruimur: eoq; nobis erit ne labamur cauendum, qui non scd̃m carnem incedimus, hoc est, q nequaq̃ quę carnis sunt sapimus, qn imo nec sat erit minus id sapere, nisi (vt dictum est supra)
Psalm. 36. & sp̃us adsit sapiẽtia, ꝓpterea scd̃m sp̃m addidit. Declina em̃ à malo, inqt, & bonum facito, tãetsi Chr̃m audimus victoria nos cõdonasse, haud tñ erit in pristinos relabendum errores, qn lauacri gr̃a tutãda: qñquidem leuior nobis hoc tpe futura sit, q̃ antea colluctatio. **Qui em̃ secũdum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui**

vero secundum spũm, quæ sunt spũs sentiunt. Qui eñ immoderatius carnis se addixerit seruituti, q̃ carnis sunt mẽte volutat, & nil prsus q̃d dei sit aĩo versat, qui vero spũi prsus subijciunt, q̃cunq; ad spm̃ attinẽt, & sentiunt & exequunt. **Nã prudẽtia carnis, mors est: prudẽtia aũt spũs, vita & pax.** Carnis prudentiã crassiorẽ mentẽ appellat: quã q̃a deterior sit, hũc in modũ denoĩat, nõ quidẽ q̃ p seipam aliq̃d sentiat caro, sed q̃a crassior q̃dã illi insideat mẽs ob carnis prudentiã, perinde ac si dicat aliq̃s: Mẽs est carnalia sapiẽs, queadmodũ & spũs prudentiã dicimus animũ, q sentiat spiritalia, q̃ prudẽtia vitã parit, vt lõge appareat à mẽte hac carnea disiũcta, q̃nõ vitã, sed mortẽ pgenuit. Pacẽ insup spũs prudẽtia procreat, vt differre ab his videat q̃ insequũt. **Qm̃ sapiẽtia carnis inimica ẽ deo: legi eñ dei nõ est subiecta: nec eñ põt.** Spiritalis vtiq; mẽs pacẽ gignit: q̃ vero carnea sentit, odiũ generat erga deum. Dicet aliq̃s, Ergo & manus illaturus ẽ deo, q carnis ẽ sapientiã nactus? Neq̃ q̃ inq̃t, sed q̃a diuinę legi non subdit, inimicitias fert hic exercere in deũ: neq; id q̃dẽ cũ audis expauescas, sed queadmodũ decet intellige. Nõ eñ valet carnis hęc sapiẽtia, q̃adusq; sic mãserit deo subesse: alioq̃ haud secus se illud haberet, q̃ si q̃s inquiat fœminã impudicã, fieri cõtinentẽ nõ posse: neq; eñ dixit, nõ poterit, sed nõ põt, interea dũ scilicet in carnis sapientia permanet. Nam quo pacto Paulus ipse & latro, & alij ferè innumeri, ex improbis fuissent pbi effecti, si istiusmodi fieri nõ poterat immutatio? Sic & in euãgelio dñs: Nõ põt arbor mala fructus bonos facere, q̃diu scilicet illa in sua malitia mãserit. Nil itaq; nobis q̃d carnis, sed quod spiritus sit, sapiendum, vt pacem ineamus cũ deo, qui spiritum nobis largit q̃ cuncta erũt factu facilia, quæ in lege vident difficultates habere plurimũ. **Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt: vos autem in carne non estis, sed in spiritu.** Hoc est, q carnis sapientiam sectantur, nequeunt deo gratificari quandiu con Matth. 7.

ditione in hac fuerint. Non enim ob id carnis substantiã exprimit, sed vitam ipsam, quæ per carnis instigationem crasse degatur, & hoiem (vt ita dixerim) totum carnificat, Gene.6 quemadmodum & in veteri testamento habetur, Non p manebit spiritus meus in hoĩbus istis, qa caro sunt. Et alibi, Vos autem non estis in carne. i. nõ operam datis carnali vitæ, sed spiritali. Verum cur non illud & intulit. Vos aũt non estis in peccatis, quod hauddubie exposcere oratio videbat, cũ in carne non esse dixisset? vt intelligas non modo per Christum extinctã fuisse peccati tyrannidem, sed carnẽ ipsam toleratu leuiorem, & spũi esse ꝓpinquiorem effectam. Nã quẽadmodum ferrũ cum in ignẽ & versatur & consuescit, ignis redditur, sic & illoꝝ caro, qui spiritum per baptismum exceperint, in spũs cõmutatur ardorem. **si tamẽ spiritus dei habitat in vobis. Si quis vero spiritum Christi non habet, hic non est eius.** Non enim dixit, si Christi spiritum non habetis ne molestius dictũ id videretur, sed spiritum (inquit) Christi si quis non habet, neminẽ notando, is Christi non est, & iure quidẽ. Habetur nanq; ꝓ signaculo spiritus: quo q caruerit, dñi non erit, qui per illud signaculum innotescit. **Si autem Christus in vobis est, corpus quidẽ mortuum est propter peccatum, spiritus vero viuit propter iustificationẽ.** Addit his dictis hilaritatem quandã auditoribus, si Christus in vobis est, inquiẽs, tametsi pleriq; hoc loco Christum, ꝓ spiritu ipso acceperint, quod tamen haud ita se habet. Sic eñ sentit Apostolus, q̃d qui Christum habet, & spm̃ habeat sit necesse. Nã vbi vnam constiterit esse sanctæ trinitatis substantiã, eodem & reliquæ consequuntur. Veꝝ quid nobis inde plus quippiã est obuentuꝝ, si Christus apud nos cõmoretur? Nimiꝝ, quia quo ad peccatum demortuum erit hoc corpus, & vitã spũs est largiturus, cum nobis inhæserit, hoc est, nõ solũ spũs ipse fruit vita, sed alijs hanc potest præstare. Est aũt vitæ spũs ipse per iustificationẽ, hac obseruata,

non erit delictum: delicto autẽ, prsus sublato, nec mors q dem futura est. Ergo id omẽ ad vitã concedet, si ætas hæc nr̃a secundum deum per nos transigat. Hæc eñ vera est vita, cum erimus peccato demortui, & in futurũ insolubilis illa manet & sempiterna. **Quod si spiritus eius qui suscitauit Jesum a mortuis, habitet in vobis: qui suscitauit Jesum Christum a mortuis, suscitabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis.** Iterato de resurrectione nunc differit, inq̃t q̃: Ne perturberis animo, q̃ mortali obductus sis corpore, habes nanq̃ dei spũm qui Christum à mortuis excitauit: vtq̃ & illũ eduxit ab inferis, sic plane & te suscitabit. Quinetiã cõdonabit & vitia. Resurgent præterea & qui hoc spiritu carent, sed in supplicium: qui vero spiritus fuerint, in vitã suscitabunt, eoq̃ Paulus non dixit, corpus suscitabit, sed viuificabit, ꝓpter inhabitantẽ in vobis spm̃. Nec qui inhabitasset intulit, sed inhabitantem: vtpote qui vobiscum ad finẽ vsq̃ sit permã surus, vt enim minime laturus est deus, si suum in vobis spiritum inesse prospexerit, quin suis in nuptijs vos simul admittat: sic si spiritus videbit esse immunes, omnino disperdet, etiamsi à mortuis reuocabit ad vitã. Mortificate igitur corpus hoc vestrum, vt spiritus in vobis inhabitet, vt huius ob gratiam & vita donemini. **Ergo fratres debitores sumus non carni, vt secundũ carnem viuamus.** Cum iã patefecerit quãtum spiritalis hæc vita afferat cõmodi (quippe quæ Christum nostri faciat inquilinum, cadauera ipsa excitantem) cõmonefacit demum & arguit nil nos esse carni, sed spiritui ipsi obnoxios. Nã dei in nos beneficia per gratiã conferunt: nostra vero benefacta ex debito exiguntur. Edifferens autẽ quare menti, nõ carni dixerit, ne id de carnis natura dictũ intelligas, secundum carnẽ viuere intulit, perinde acsi inqat: Non eñ penitus carnis curã ademerim, qppe cui plurimum sumus, qa fouet nutritq̃, bñficio hoc ipso obstricti, sed stu-

dium om͞e q̃d carni impendit, q̃d ad peccandũ inducit, ꝓr-
ſus ſuſtulerim. Viuere aũt ſcd̃m carnẽ is dr̃, q carnẽ vitæ
p̃fecerit ſempiternę, eandẽq́ꝫ & animę herã cõſtituat. **Si enĩ ſecundũ carnẽ vixeritis, morіemini: niſi aũt ſpũ facta corporis mortificaueritis, viuetis.** Mortẽ di-
cit, futurꝜ in gehẽna immortale ſuppliciũ: alias tñ & mor-
tẽ vitã appellat, q̃ in hoc ſeculo prauis facinoribus obuo-
luta degit: queẽadmodum cõtra ſpiritalẽ ducimus vitã, im-
proba corporis facta mortificamus, & vitã illam incorru-
ptibilẽ ſumus in futurꝜ victuri, & in p̃ſenti hãc ipam actu-
ri, cũ officio & virtute: ſiquidẽ q mundo emorit, is ſane vi-
uit. Aduerte aũt quemadmodũ, nõ corpus aſſerat morte
conficiendũ, q̃d ꝓculdubio ꝓ homicidio haberet, ſed cor-
poris opa mortificãda, & praua p̃ſertim. Nec viſum ſim-
plicit & auditũ, q naturales ſunt corporis actiones, necan-
dos indicit, ſed horꝜ abuſum. **Quicunq́ꝫ enim ſpũ dei aguntur, hi ſunt filij dei.** Dixit ſupius illos eſſe victu-
ros, ſi praua opa morte cõficerent: nunc vero mercedem
his & coronã ſupiori illa lõge maiorem ꝓmittit, q̃d à deo
videlicet in filiorꝜ ſint adoptionem recipiẽdi. Ideoq; haud
quaq̃ dixit, qcunq́ꝫ ſpũ viuunt, ſed qcunq́ꝫ agunt. i. guber-
nãtur & dirigunt: & ſpm̃ ipſum cum animæ, tũ corporis
conſtituunt dñm. Nã etſi baptiſmũ acceperis, & dei ſis fili-
us per baptiſmũ effectus, ſpm̃ vero nequaq̃ fueris ducem
ſortitus, feceris ſane donorꝜ huiuſmodi oĩm iacturã. Vni-
uerſi profecto per lauacrum accipimus ſpm̃: duci aũt per
om͞em vitã hoc ſpũ, quaſi nr̃o quodã iure, depoſcimus: &
ideo non illud dixit, quicunq́ꝫ acceperint ſpm̃, hi dei ſunt
filij, ſed q̃cunq́ꝫ ſpũ ducuntur. **Nõ enĩ accepiſtis ſpm̃ ſeruitutis iterũ in timore, ſed accepiſtis ſpm̃ adoptionis.** Dixit filios dei eſſe qui ſpũ agerentur: & qm̃ Iu-
Iſaiæ.1 dæi ſibi ſunt viſi adoptionem hãc vendicaſſe, vt illud: Fili-
Exodi.4 os & genui & exaltaui, & alibi: Filius me⁹ vnigenitus Iſra-
el. Oſtẽdit hoc loco quãtum noſtrã inter & illorꝜ interſit
adoptionem, inquitq́ꝫ ſpm̃ illos accepiſſe ſeruitutis, literã

ſcilicet legis,hoc mō appellans:quæ etſi fuerit à ſpũ,ꝓmul
gata,ſeruus tñ maxime congruit,vtpote quã & ſupplicia
& corpoꝝ lapidationes, vſtiones inſuper ſubſequãtur &
minæ,vt illud:Gladius vos deuorat.& ideo ingẽs eſt illis *Iſaiæ.1*
præ oculis obiectus timor,rurſumq́ & his æqua ſunt præ
mia.Nã & terræ ꝓmittuntur, & parui ſunt mandata mo
menti,& ſeruilia quædã.Fit itaq; vt illi,etſi filij dicebãtur,
ſeruoꝝ tñ loco ſint habiti.Nos vero ꝓ ingenuis ducamur
& liberis:quippe quibus et cæleſtia præmia ꝓponuntur,
& cæli regnũ.Non ꝓ tormentis,lapidibus ipſi obruimur,
neq; hmõi pœnis à ſacerdote afficimur.ſat habet, ſi ꝓ gra
ui facinore,à Chriſti menſa repellimur. Sunt præterea &
dei mãdata ingenuis nobis ſatis accommoda, cuiuſmodi
illa ſunt:Nil cupide reſpexeris alienũ:Nullũ feceris iuſiurã *Matth.5.*
dũ:Mitte quæ poſſides,non timore ſupplicij, ſed ſpũs po *Matth.19*
undi cupiditate, vnde & charitas comparat̃,quod ſane li
quet ex his,qui etſi mandata magnum in modum exceſ-
ſerint,non tamen acerrime cruciãtur.Cumq; à Iudæis ſpi
ritus ipſe abeſſet,in nos tamen gratia abunde defluxit,**in
quo clamamus,abba pater**.Iudaico vſus eſt verbo,
quod à pueris ſolet & filijs,cum patrem appellant,vſurpa
ri.Quid ergo?nõne & Iudæis mos erat deum patris hoc
nomine clamitandi?maxime.Deum(inquit)genitorẽ tuũ *Deute.32.*
dereliquiſti, & rurſum: Deus vnus nos effinxit, & pater *Corin.8*
vnus eſt omnium noſtrum. Quæ etſi dicta de illis fuiſſe
conſtat,eorum tamen eſt nemo inuentus,qui interpretã
dum deum dixerit patrem,quod ipſi in pręſentiarum faci
mus omnes baptiſmo accepto.Quod ſi forte Iudæorum
nonnullos id egiſſe comperimus,ſuopte ingenio,nõ vul-
gata quadam eorum conſuetudine feciſſe credendum
eſt,cum fideles ipſi ſpiritus ſancti ſuggeſtione id factitẽt.
Nam quemadmodum nouimus vaticinãdi ſpiritum ei in
eſſe qui illum exceperit,idq́ ex rebus futuris quæ illæ præ
dixerit coniectare ſolemus,ſic ſpũs adoptionis eo dinoſci
tur,ꝗa illius inſtinctu hũc ipm accepit,deũ dictitat,patrẽ,

est em̄ hoc vel vnum spiritus sancti inter cætera donum, queadmodũ Paulus idẽ in subsequẽtibus explicat. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij dei. Paracletus ipse suo testimonio grām adstruit q̄ nobis data est. Non em̄ vltro abba illud, sine alterius assertiõe ,pnuntiamus, sed paracleti illud est donũ, & ipẽ nos p spm̄ instruxit. i. per grām, vt ita precando loquamur, Abba pat. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidẽ dei, cohæredes aũt Christi. Cum cõstet non oẽs filios hæredes esse, arguit nos & filios esse & hæredes. Et qm̄ non oẽs ingẽtium rerũ sunt hæreditatẽ adepti, ostẽdit nos grãdes quosdã futuros hæredes: quippe qui dei sumus hæredes, rursus etiã, etsi dei hæredes fuerint plerique, haud tñ oẽs cum Christo hæreditatis participes videbunt. vnde & id Paulus sumus (inqt) iam assecuti, vt Christi simus cohæredes effecti. si tñ cõpatimur, vt & cõglorificemur. Cũ dixerit Chrĩ futuros nos cohæredes, ostendit nunc iure hãc nos esse adeptos hæreditatẽ. Nã si eos quorũ facinus nullum extat præclarũ, tanta beneficiorũ munificentia ,psecutus est Christus, nõne & illos qui rectis opibus plurimum insudarint, maiori mercede donabit? Qđ sane Paulus infert, ne eos pudeat, vel sine vllo labore accepisse & gratis q̊d adepti sunt munus. Aduerte tñ, queadmodũ hoc loco ptendat oportere eos qui tali sint dono affecti, vt intrepide discriminibus se & supplicijs offerãt. Existimo enim quod nõ sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis. Postq̄ asseruit eos comites passionis futuros, ne id reformident auditores (qppe q iã in mediũ essent discrimẽ cõiecti, & ad adeũda tormẽta cõpellebant) sic inqt: Haudquaq̄ tibi verendum est: non enim dignę sunt tẽporis huius passiones, hoc est, momentanea hæc & labẽtia, gloria illa futura, q̄ in nobis est reuelanda. Nec ad præsens otiũ dixit & quietẽ, sed gloriam, cuius vel nomen pergratum est multis. Nã vbi oti-

um fuerit, nil prorsus gloriæ residebit: At vbi gloria, & oti um insit necesse est. Cum aũt reuelabit, inquit, adstruit illã, & si interea delitescat, præsto esse, tum etiã reuelatum iri, hoc est, perfecte manifestam fore. Et qm̃ prægrãdis sit hmõi gloria, & tantopere excedat hoc seculum vt explicari satis nequeat, ideo in cælis recondit, & asseruat, vt cum temporum illa æternitate prouehat in longius. Cũ itaq; cõpertum iam habeatis temporis huius passiones esse ad breue mansuras, seculi vero illius futuri & sempiterni glo riã fore perpetuã, contemnendæ vobis erũt passiones huiusmodi, & gloria hæc vendicãda. **Nã expectatio creaturæ, reuelationẽ filiorũ dei expectat.** Velim inquit, iam patefacere q̃tum simul gloriæ vẽdicaturi. Nam si mundi hæc machina & creata oĩa immutabunt in melius, longe magis & ipsi, quæ potiora sunt, assequemur. Eñ uero quod & prophetæ assolẽt, vt flumina manibus plaudentes, & montes ipsos inducant saltantes, & rebus demũ insensibilibus, & inanimatis viuentium personas imponant, itidẽ & Paulus faciẽs inquit, creaturæ oĩs magna est expectatio, videlicet vt ipsa in id quod potius est immutetur, operiaturq; gloriæ nobis futuræ reuelationem, qui dei filij sumus. Tunc eñ & hæc ob incorruptionem glorificabit, cum eandem & nos assequemur. **Vanitati aũt creatura subiecta est non volens, sed propter eũ qui subiecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorũ dei.** Vanitati .i. corruptioni subiecta est creatura, videlicet corruptibilis reddita propter te o homo. Nã cum mortale & patibile corpus susceperis, ideo terra & sentes & tribulos protulit, & cælum vetustate confectum immutatione indiget. At cur alterius gratia corruptibilis facta est creatura? Quia propter hominẽ om̃em prorsus subijt seruitutẽ. Non volens autẽ, cum inquit, di uina prouidentia id omne effectum demonstrat, & nulla terræ ipsius virtute. Factum præterea est, vt in cõmo-

dum cedat, vt scilicet cũ hanc corruptibilem noueris, contemptui habeas, & cælum ipsum suspiciens demireris. Liberabit igitur hæc mundi structura, nec ipe solum libertate potieris, quinetiã quod te inferius est, hac perfruet, inanimatum dico & insensibile aliqd, tecum bona hæc sortietur. Nec iã correptionẽ, sed te imitabitur: & queẽadmodum ipse cum corruptibilitatẽ iã excepisses, effecta est & structura hæc corruptibilis, sic & te incorruptibili permanente, seruabit & illa incorruptionem. Si itaq; id q̃d creatum est tui ob gratiã patitur, debes & ipse ob deum q̃d pateris æquo animo ferre. Cunq; & creatura hæc glorificãda sit, longe magis & tibi debetur hæc gloria. Nã vt assolet pater in liberorũ gloriã seruos ornare, sic deus hãc terræ machinã in vestrã laudem decorabit. **Scimus em̃ quod omnis creatura ingemiscit & parturit vsq; adhuc. Nõ solũ aũt illa, sed & nosipsi primitias spũs habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorũ dei, expectantes redemptiõem corporis nostri.** Cogit his dictis auditorem p̃sentia hęc aspernari, perinde acsi hunc in modum commonefaciat, Noli esse creatis rebus inferior, nec te p̃sentibus hisce immerseris, sed potius ingemisce, q̃a nondum futurã sis gloriã assecutus. Nã si idipsum vel hæc terræ machina deflet, longe magis & ipse debes dolore angi. Infert deinceps & nobis ingemiscendum spũs primitias nactis, qui cum futura iã degustarimus, nondũ carne simus hæc consecuti. Ex his nanq; spiritalia dona accepimus, q̃ ipsas prætendunt primitias. Per hæc em̃ & futura nos contemplamur. Verũ ne occasionẽ hæreticis p̃beat obiectãdi ob mundi huius prauitatẽ nos gemere, q̃a adoptionẽ subdit accepimus. Verũ quo pacto? Nũ cum semel fuerimus in adoptionẽ admissi, alterã opperimur? Etiã inquit: Non em̃ hãc dixerim adoptionẽ, q̃ sumus iã per baptismum potiti, sed gloriã illã vndiq; absolutã, quæ in corporis incorruptione cõsistit, idq; per redemptiõem p̃tendit. Est em̃ λύτρωσις perfecta

quędā & expedita mortis & passionum liberatio, qn̄ nō amplius nobis sit ab ipsa adoptiōe ad seruitutē peccati diuertendum. **Spe enī salui facti sumus. Spes aūt quæ videtur, nō est spes. Nā quod videt quis, quid sperat? Si aūt quod non videmus speramus, p patientiā expectamus.** Qm̄ de futuris differuit, q̄ apud plerosq; fidē nec sortiunt̄, sic inquit, Noli fidelis ipse cū sis, quoq̄ pacto dictis his meis diffidere, q̄n potius vel hoꝝ q̄ iam es adeptus, experimēto, & futuris fidē præstiteris. Vtq; & añhac p̄ter fidem cū nihil attuleris, magna tñ à deo in p̄mium accepisti, sic velim pari nunc fide vtaris ad futuroꝝ spem assequendam. Tunc em̄ vera spes erit & certior, cū ea sperant̄ q̄ humanis obtutibus minus patescūt. Quod em̄ quis videt, q̄d sperat? hoc est, non em̄ dicimus q̄ visunt̄, sperari. Nō igit̄ oīa in hac vita nobis q̄renda sunt: siquidē per patientiā speramus futura. Cū aūt proponi patientiā audis, certamina & sudores intelligas designari iniungiq;. Debet itaq; Christianus vir tolerāter oīa ferre, ea opperiens, q̄ etsi sub aspectum non veniunt, fide tñ sperant̄. **Similiter aūt & spūs adiuuat infirmitatē nostrā.** Paulus ideo patientiæ meminit, vt auditorem faciat fidentiorem. Inquit enim, & spm̄ opem nobis laturum. Noli ergo tolerando, & futura sperando deficere. Spiritus nanq; tibi opitulabit̄, spē duntaxat & tolerantiā inferēti. **Nā quid oremus sicut oportet, nescimus.** Ostendit quēadmodum nostræ faueat spūs fragilitati, inquitq;: Adeo ipi fragiles sumus & infirmi, vt nulli hominum teneant, nec ipsi nos, quid votis sit & precibus deposcendum. Orabat enim & ipse pro carnis stimulo à se demendo, vtq; & Romam concederet. Precabatur & Moyses ne Palæstinam videret, pro Iudæis & Ieremias ignorantibus plane q̄ expedirent. Hæc aūt Paulus infert, quia non iniuria qui Romæ essent ex Christianis, cum fuissent persecutiones ppessi, & plurimum affligerent̄, erāt tandē remissionēm laboribus & quietem postulaturi. fu

2.Cor.12. Roma.1. Deu.32. & 34. Iere.14. & 24.

turumq́ vt si minus id impetrarent, obturbarent animo & grauiter ferrent. Propterea dicit, neminē posse q̄ expediat postulare. Sunt itaq́ vobis cuncta ferēda: solus nãq́ spiritus nouit quæ vobis cōducant, eoq́ & eiusmodi subdit: **sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.** Quēadmodum eñ & olim his deus dona plurima largiebat, qui baptismum susciperēt, quæ & spiritalia vocabantur, vt alius esset prophetiæ spiritum nactus, alius sapientiæ, & alius aliud quidpiam affecutus, sic deus orationis gratiã condonabat, quæ spiritus dicebatur. Et qm̄ quæ nobis profutura sunt, ignoramus, & inutilia sæpe deposcimus, conferebat spiritus donum in vnum aliquem ex illis, qui tunc adessent, qui stãs quod videbatur conducere in medium precabatur, & alios idē vt peterent edocebat. Spirituum itaq́ hoc loco donum appellat, & animã ipsam quæ orationis excipiat donum, ideoq́ obuersēt & ingemiscat. Astabat eñ spiritalis vir ille gemebundus & dolens, cuius hoc tpe diaconus p̄fert figuram, & assiduas pro populo preces fundebat. **Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spūs, quia secūdum deum postulat pro sanctis.** Haud sane deo ignaro adstat homo supplicaturus, quippe qn corda disquirat, teneatq́ quid spiritus sentiat .i. spiritalis homo, qui oĩa pro dei nutu exposcit, oratq́ pro his qui in ecclesia & fide & sanctimonia pollent. Quod eo fit sane, vt perdiscamus & ipsi quæ secundum deum sunt postulare .i. quæ illa placita sunt & grata: Cum igit̄ pro nobis spiritus & precetur & intercedat, nil doleas necesse est, cum aduersis opprimeris. **Scimus aūt qm̄ diligentibus deū omnia cooperantur in bonum, his qui secūdum propositum vocati sunt sancti.** Quod dictum est añ, & creatura vanitati subdita est, & iterato corruptionē subibit, illud vero vt diximus, quod quid petendum sit ignoramus, vt qui Romæ essent acrius afflictati commonefaceret & solaret, intulit, quod & in præsenti clarius

explicat. His em̃ (inquit) dei charitate tenent, vel ea quæ difficilia sunt & vrgentia ad bonum cooperant. Non em̃ dixit, nihil molestum aut graue deum colentibus accidisse, sed accidunt quidem, & in eorum vtilitatem qui affli-ctantur, deum (inquit) vt ingerantur hæc mala permittere. Deinde cum parum id credibile videretur, prǽteritis ex rebus idipsum confirmat, his dico qui secundum prædestinationẽ vocati sunt sancti. Te em̃ si vel longius abeuntem vocauit, & sibiipsi familiaritate coniunxit deus, quãto enixius & vocatum iuuabit? Accit autẽ homo secundum prædestinatiõem. i. voluntate propria. Nec sat habet hęc euocatio. Nã si omnes essent habituri salutem, vocarent & oẽs: sed omnino nostra accedat voluntas necesse est. **Nam quos præsciuit, hos & prædestinauit conformes fieri imaginis filij eius, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos aũt prædestinauit, hos & vocauit.** Præscius vtique deus est, prǽuidetque qui sint vocatione digni, deinceps prædestinat. Præcedit itaque prædestinationem agnitio. Prǽdestinationem aũt velim intelligas optimã dei & immutabilem voluntatem. Nouerat itaque Paulum euangelio dignum, & ita prædestinauit. i. immutabiliter definiuit & statuit ad euãgelicum id munus vocare. Cõformes præterea facit imaginis filij sui, quos dignos prænouerit. Quod em̃ natura est primogenitus, hi per gratiã sunt adepti, qui & dei filij nuncupantur. Est igitur ille inter fratres multos primogenitus per dispensationem denominatus, vnigenitus vero per diuinitatem. Nã vbi caro assumpta in omnium conspectu, & propalam baptismo abluta, & nobis primitiæ est effecta, & natura illa humana peccato obnoxia in eo sanctificata est, iure hic & primogenitus est, & fratres nos huius appellamur. **Quos aũt vocauit, hos & iustificauit.** Per lauacri scilicet regenerationẽ, & à peccatis exemit & iustos reddidit. **Quos autem iustificauit, hos & magnificauit.** Quia adoptione hos dignos effecit, &

donis alijs cōdonauit. Quid ergo dicemus ad hæc, si deus pro nobis, quis cōtra nos? Vides quēadmodum apertissime hoc ostendat ad oppressos se habere sermonē, cū subinde id inquat, si nos cū hostes essemus post iustificationē acceptam & gloriā, tot bonis dignatus est deus, q̄nto magis cū nos ille tutabit, quis tum poterit aduersari? Quinetiā vel si terrarū in nos orbis insurgat, in nostrā diuina sapientia gloriam, hunc oēm vertet insultum. Qui etiā proprio filio suo non pepcit, sed pro nobis omnibus tradidit illū, quō non etiā cum illo omnia nobis donabit? Vt reliqua omittā q̄ dixerā, videlicet q̄ iustitiā nobis & gloriā dederit, attēdas id velim quemadmodū nec filio suo proprio, hoc est, vnigenito & amantissimo, qui ex se natura sit genitus (cū cæteri sint p̄ baptismū in adoptionē admissi) pepercit deus, sed p̄ nobis hunc obtulit, siue ingenui & conspicui gloria, siue minus generosi & inglorij fuerimus. Neq̄ id mō nostri grā egit, quin & occidendū hunc tradidit. Cur ergo qui tātis nos affecerit bñficijs, non cuncta est nobis hoc tpe largiturus? Qui eñ pro nobis filium dedit, nōne & creata hæc cōferet? Si itaq̄ votis ille minus argueritt, arguit sane haud quaq̄ profutura q̄ poscimus. Noli ergo tantopere otium & quietē percupere, qui pressuris & malis pro Chr̄o exagitaris. Eris nanq̄ & voti cōpos, si cōducere arguet quod flagitas. Quis accusabit aduersus electos dei? Cū post tentationes alias & illud à Iudæis Christianis obijceret, q̄ instabiles essent & nutabūdi, & gregatim sese in Christi fidem proriperent, ideo nunc Paulus inquit: Cum nos deus elegerit, quis poterit electionis huiusce nos incusare? Opificem sane quod seorsum selegerit quidpiam, nemo insimulabit: Deum vero si quid secreuerit, quis criminabitur? Deus qui iustificat, quis est qui condēnet? Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit. Non deum dixit qui peccata dimittit, sed q̄d præstantius est, qui iustificat. Non itaq̄ timendi sunt qui

vel molestiam inferunt, vel iniuriã & probra ingesserint. Q̃ñquidem elegit nos deus & iustos effecit, qui ve nostri ob gratiam mortẽ subiuit & resurrexit, Christus est dei filius, quis ergo quos deus tot bonis dignatus sit dãnabit? **Qui est ad dexterã dei qui interpellat pro nobis.** Interpellare illum pro nobis dixit, vt Christi erga nos explicet charitatem, qui etsi carnis assumptæ dispensationẽ perfecit, haud tñ suam in nos clementissimam sustulit animi affectionem, sed intercedit pro nobis. Non eñ intercessio hęc vnigeniti ipsius imminuit gloriam, cum dixerit prius qui est ad dexterã dei, quod plane magnitudinem pręfert, & filij maiestatẽ. deinceps intercedit adiecit, nil ex eo aliud indicaturus (vt diximus) q̃ summã huius in nos charitatẽ. Dicet aliquis, cum eñ p̃ris facta sit mẽtio, vt potè cui à deo nostri ob gratiã supplicetur, imminuitur ergo gloria dei & autoritas, quia supplex precet, quin potius id vel ineffabilẽ dei in nos prouidentiã patefacit. Nonnulli vero (interpellat) sic capiũt, videlicet inquãtũ corpus hoc filius gestat, nec deposuit, vt garriunt Manichæi, perinde acsi corpus ipsum sit apud patrem interpellator. Nã cum intuet hoc inquit deus, charitatis tũ reminiscitur, quã erga genus humanũ ostenderit. sic plane & ad misericordiã flectitur. Hęc aũt eo Paulus (vt sæpe diximus, explicat, vt Christianos oppressos mitiget & consolet, cum aperit & spm̃ pro nobis intercessisse, nec nostri causa pepercisse filio patrẽ, quin iustificasse nos & gloria condonasse. supplicare prætcrea pro nobis & patri filium. Cum itaq; tam multiplex fiat apud patrẽ intercessio, optime vobis sperandũ erit, nec quoq̃ pacto aĩo concidendũ. **Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an persecutio, an nuditas, an periculũ, an gladius?** Postq̃ ineffabilẽ patefecit patris & filij & sancti spiritus in ños charitatem, spiritu, ceu arreptus sic fatur, Quis nos segregabit ab amore Christi? Eũ namq; qui tanto sit charitatis ardore affectus, nihil est q̃d

disiungere possit à deo: quippe cui tã egregie diuinitus sit prouisum. Hoc vero tribulationis & angustiæ nomine, cõplexus est Paulus quæcunque possunt nos malis afficere, & si minus hæc sigillatim enumerat. **Sicut scriptũ est, Quia propter te mortificamur tota die, & existimati sumus sicut oues occisionis:** Ne forte ob id videant, quia fuerint à deo hi destituti, malis his afflictari, prophetam inducit huiusmodi proclamantem agẽtemq́ue, consolationis plurimũ illa habere, quæ dei ob gratiam toleramus. Vel si quotidie mors ipsa sit subeunda, quod fieri voluntate põt, natura non potest. Mortificari aũt illud, immolare est & sacrificium deo offerre. Id enim prætendit cum inquit, Tanq̃ oues occisionis, vt quẽadmodum illæ cum occiduntur nihil repugnant, sic nobis cum malis afficimur, erit æquo id animo tolerandũ. **Sed in his omnibus superamus propter eũ qui nos dilexit.** Cum mortificamur dixisset, mox & consolationem adiecit, ne quis humanitatis sectatus fragilitatẽ desperet. Nec simpliciter vincimus, inquit, sed maxime superamus, hoc est, summa facilitate sine labore ac sudore: vel in his ipsis victores euadimus, in quibus & insidias patimur. Hæc enim perfectior est & summa victoria, cũ exagitati persecutores ipsos & afflictantes tolerando euincimus. Neque his dictis ipse diffidas: deus enim tecum vna in hostem decertat. Accedit etiam quod amore nos ille prosequitur, vnde nec mirum videri debet, si in malis medijs victoriã reportamus. **Certus sum enim quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque fortitudo, neque præsentia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei, que est in Christo Iesu dño nostro.** Primum de dei in nos charitate disseruit, nunc suum in deum exponit beneuolentiæ ardorem: vtque magni aliquid dicere de se videatur, sic inquit: Eo em̃ magnitudinis sumus ex nostro

hoc flagrantissimo in deum amore prouecti, vt non modo quæ in hac vita sortiri mala solemus, q̃ant nos ab eiusmodi charitate distrahere, quinetiã vel si quis mortẽ futurã illam in æternis supplicijs comminet̃, vel vitã polliceat̃ immortalem, id dũtaxat, vt à Chr̃o diuellat, is nunq̃ suis bonis fecerit satis. Verũ quid mihi vel imperatores vł tyrannos protuleris, qñ nec angeli ipsi, nec potestates sup̃ nẽ oẽs poterunt nos à deo eruere: quinetiã me nec præsentia hæc, nec futura, nec altitudo .i. cælestia, neq; profundũ .i. quæ in terris sunt, non gloria, non ignominia cõmouebunt. nonnulli aũt altitudinem pro cælorũ imperio accepere, profundũ vero pro imperij huiusce iactura. Si alia præterea esset creatura, siue visibilis, siue q̃ mente, nõ obtutu cõprehenditur, nunq̃ à Christi me charitate auertet, neq; eo hęc intulit, p̃inde acsi angeli hoĩes à deo disiungãt, sed sui erga deũ amoris vt exprimat magnitudinẽ: nec eũ quidẽ quem se Iudęi profitent̃ habere, sed quẽ in Christo Iesu adeptus est quispiã. Iudæi quidẽ, & si deũ se colere iactitent, non tñ in Chr̃o hunc colunt, q̃ppe cui nec fidẽ adhibeant.

Caput IX.

VEritatẽ dico in Christo Jesu, & nõ mẽtior, testimoniũ mihi perhibẽte conscientia mea in spiritusancto, q̃m tristitia est mihi magna & continuus dolor cordi meo. Futurũ est, vt in orationis progressu ostendat non oẽs qui ex Abraam sunt, Abraæ fuisse ex semine procreatos. Et ne ex animi passione aliqua videat̃ id dicere, præueniens, Iudæorũ prædicat bona, suspicionẽ huiusmodi sublaturus, fatet́q; se vel summa erga hos teneri bñuolentia. Vt aũt dictis suis non abroget fidẽ, Veritatem (inquit) dico, & Christo non mẽtior, producit́q; testes tres numero, Christum, propriã cõscientiam, & sp̃m sanctum, inquit́q;: Ingẽs me inuasit mœror, qui cor meũ pro Iudæis obrodit, qui de gratia sunt eiecti: id enim erat, etsi minus expressit, dicturus. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro

fratribus meis qui sunt cognati mei secũdũ carnẽ. Perdiscendũ est tibi prius, quid anathema sit. Est sane seiũctio quædã & alienatio. Anathema p̃terea græce, potest latine oblatio dici & sacrificiũ. Et quẽadmodum quæ deo & offerunt & dedicantur, attrectare audet nemo, sic eũ, qui anathema sit, ratiõe quadã nullus cõueniet, aut cũ eo versabit. Nam sacris oblatis, honoris gratia tanq̃ deo dicatis, appropinquare nulli hoĩm audebunt. Ab hoc vero qui maledictioni fuerit obnoxius, non secus ac à prophano & ab ipsa diuinitate alieno, secedunt oẽs. Quid igitur sibi vult quod Paulus dicit? Videt nanq; dictis suis superioribus aduersari. Nã supra id clamitans profitebat,
Roma.8. Quis nos separabit ab amore dei? Nũc vero optat à deo seiungi. Videtur itaq; dicta hæc inter se esse contraria. At non ita se habet. Illud nanq; vehementissima quadam in deũ charitate dictabat incensus: hoc vero vt cum deo perpetuo maneat. Cum eñ vniuersi deũ criminarẽtur, q̃ Hebræos, quos antea adoptione & gloria dignissimos iudicasset, fuissentq; Christi progenitores, eiecerit & affecerit ignominia, & his postmodũ gentes suffecerit, qui sui nullã habuissent antea notionem, eoq; & diuinã prouidentiã obtrectarent pleriq;, & maledictis insectarẽtur, tanq̃ nullam in hos æquitatẽ seruasset deus, vtpote qui suos fefellisset maiores, quos suis ornare beneficijs promisisset. Dolens itaq; Paulus, & pro dei gloria tutanda, & istorũ maledictis perculsus, optabat se anathema fore, dummodo detractores huiusmodi salutẽ assequerent, & abolerent eorũ in deum conuitia. Vides vt Paulus pro sua in deũ ardentissima charitate cupientissimus sit, & (si fieri liceret) sese vel à cœtu sanctorum qui deo assistunt, sepositũ iri, & gloriæ illius æternæ fruitione. Non tñ à dei amore seiungi, quemadmodũ plerunq; consueuere parentes, qui dulcissimo sese liberorũ commercio abdicãt, vt absentes gloriam pariant, cũ nihil interea illi omittant pristinæ in liberos charitatis. Quinetiam abiectos se & inglorios haberi

perpetiuntur,vt illi prouehantur honoribus. Ipſe igitur
(inquit) q res innumeras geſſerim,& deũ vltra q̃ fert hu-
mana natura coluerim,cupiditate teneor & ingenti, deo
ob gloriã(ſi dici fas eſt)vel à dei excidere gloria. Quod ſa
ne dictũ non gloriã tollit,ſed vendicat potius. Cum vero
cum fratribus meis qui cognati mei ſunt ſecũdum carnẽ,
inquit,ſuæ in illos charitatis pręcordia patefacit, apit'q; q̃
illoꝝ ſit ſalutis percupidus. **qui ſunt Iſraelitæ,quoꝝ
adoptio eſt filiorũ,⁊ gloria,⁊ teſtamentũ, ⁊ legiſ-
latio,⁊ obſequiũ, ⁊ promiſſa,quorũ patres ⁊ ex
quibus Chriſtus ſecundũ carnẽ,qui eſt ſup oĩa
deus bñdictus in ſecula, Amen.** Hoc loco Iudæos
laudat & magnificat,ne videat(vt diximus)ex animi paſ
ſione hæc dicere. Tacite aũt oſtendit diuinę voluntatis fu
iſſe,vt ſalui redderent Iudæi,q̊d patet ex his, tũ quia illos
ſit adoptione dignatus & gloria,tum etiã qa & p̃ribus ſit
multa pollicitus:tum demũ qa alia cõplura his ſit ꝑpetua
ſane & egregia imꝑtitus,placuit'q; vt ab his & Chr̃us ori-
ginẽ duceret. Hi tñ hmõi dei in ſe bñficia repudiarunt. Ob
id'q; dei charitatẽ magnum in modũ obſtupeſcẽs Paulus,
agit vnigenito gr̃as,qui eſt ſuper oĩa(inquiens) bñdictus
deus. Si em̃ alij(inquit)maledictis deum inceſſiuerũt,exi-
ſtimantes haud merito excepiſſe hũc ad ſe gentes,nos ta-
men qui dei myſteria nouimus,ſcimus hũc & gloria eſſe
& laude dignum. Ex his hauddubie verecundia & pudo-
re obruitur Arrius,cum Paulus Chriſtum vbiq; prædicet
& adſtruat deum. **Non autem quod exciderit ver-
bum dei.** Vror equidem(inquit)ob hanc in deum blaſ-
phemiam,cuperem'q;,etſi haudquaquã ſint omnes habi-
turi ſalutem, vniuerſos tamen ſaluos futuros, non enim
mentitus eſt deus, aut factas patribus promiſſiones fefel
lit,tametſi maledici aſſerant deum, quæ alijs promiſiſſet,
contuliſſe in alios. ſed aduerte quæ ſubſequuntur: **Non
enim omnes qui ſunt ex Iſrael, hi ſunt Iſrae-
litæ: neq; quod ſemen ſunt Abraæ, omnes filij.**

Gene. 15. Quod eñ pollicitus est deus, inquit, & executus est. Dixit vtiq;, tibi & semini tuo dabo hanc terrã. Videamus ergo quod illud sit semen. Non enim oẽs qui ex Abraam prodiere, sunt Abraæ semen: neq; qui ex Israele, item & Israelitæ. Sed qui secundum Isaac geniti sunt, qui ue & Israelis sunt digni virtute, qua deum ille videre promeruit. Neq; enim ex Iacob dixit, sed Israel, venerãdum illud cõmemorans nomen. Si itaq;, qui hoĩm ex Iacob oriant̃ didiceris, cõperies sane dei promissa nil esse mẽtita. His nanq; sunt promissiones factæ. Quo fit vt haudquaq̃ dignus videat̃ conuitio deus, quia perfecerat quod fuerat pollicitus, tã etsi id plerosq; clam habeat, nec multis sit cognitum. **sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis, hi filij dei existimantur, sed qui filij sunt**
Gene. 18 **promissionis, hi deputantur in semen. Promissionis eñ verbũ hoc est, Secundum hoc tẽpus veniã, & erit Saræ filius.** Nil ipse (inqt) interpretor, quod verũ sit Abraæ semen, sed vetus id testamentũ edisserit, in Isaac tibi semen vocabit̃ asserens. Quicunq; itaq; secundum Isaac fuerint progeniti, ex promissione videlicet certiores sunt Abraę filij, vel dei potius: quippe cum id omne verbo sit diuino effectũ, nec enim Isaac vel legis ẽ ortus, vel naturę potentia, sed promissionis virtute. Secũdum tempus hoc veniam, inquit, & erit Saræ filius. Dei itaq; verbum Isaac illi formam & ortum dedit. Haud secus & in nosipsos qui & dei filij sumus, cũ in baptismi eluimur lauacro, tanq̃ in vulua quadam materiali diuina dicta pronuntiant̃, quæ nos iterato & effingunt & pariũt. Nã in patris & filij & sancti spiritus noĩe baptizati, renascimur. Et quemadmodũ tunc promiserat deus Isaac nasciturum, & res ipsa hũc est euentum sortita, sic & nostrã quam per prophetas fuisset pollicitus genituram cõpleuit, quæ per baptismum constaret. Illud itaq;, In Isaac vocabitur tibi nomen, sic intelligit̃, videlicet eos esse Abraæ filios, qui eodẽ quo ortus est Isaac mõ, sunt geniti, i. laua-

cro illo diuino. Non ergo frustra dei excidit verbū, sed vero semini .i. his qui ex gentibus Christi fidem cepere, & dei sunt filij facti, promissa seruauit, quēadmodum & in Isaac egit, qui horum præfert figurā. Non solum aūt illi, sed & Rebecca ex vno concubitu habens duos filios, Isaac patris nostri. Ostēdit etsi multos haberet & varios Abraā liberos, Isaac solum id seminis nomen fuisse sortitum. vnde & qui haud absimilem illi ortū haberent, eandem esse appellationem adeptos. Nunc igitur (inquit) non in Isaac solum idipsum poteris contēplari, sed quod maius est in fratribus ipsis, ex parētibus vnis susceptis, vel gemellis & partu vnico editis, Esau & Iacob videlicet. hi nanq; haudquaq̄ pari sunt sorte vsi, cū alter electus sit, alter odio habitus, Nulla itaq; erit per te ratio exigenda, cur gentes elegerit deus, & Abraæ semē vel diuinum potius, illas effecerit, propulerit vero Iudæos & prorsus eiecerit. Cum nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, vt secundū electionem propositū dei maneret, non ex operibus, sed *Gene.25.*
ex vocante dictū est ei, quia maior seruiet mino- *Mala.1.*
ri, sicut dictū est. Iacob dilexi, Esau aūt odio habui. Necessario mihi hoc loco vel eorū explicādus est sensus, quæ longe post dicturus est Paulus. Et qm̄ quærebāt plerique, cur deus gentes prætulisset Iudæis, auxeritq; amplissimis semp honoribus, præsertim cū constet proprijs nullis virtutibus diuina bñficia fuisse promeritas, quippe cū æque essent & ipsę peccatis obnoxię, colligit Apl̄us pleraq; quæ in dubiū veniunt, nec comprehendi à nobis sat possunt, & soli deo sunt cognita. Et primū ex geminis illis demonstrat, neq; alterū fuisse ob virtutē electum, neq; ob nequitiā alterū odio habitum, cū nondum aut prauis facinoribus essent infecti, aut bonis imbuti: vtpote q materno adhuc vtero conderent̄. Sed diuina prædestinatiōe .i. præscientia, illum amorē promeruisse, hunc odium: sicuti & propheta testat̄, Aliū amaui, alium odio habui, vt

perſpicuũ ſit, omnia dei nutu & pręſcientia fieri. Sed quid iſtos cõmemorem, cum & Iſraelitæ oẽs vitulum effinxerint quem colerent? quorum nonnulli ſunt affecti ſupplicijs, nonnulli euaſere impunes. Et Pharao certe obſtinatus erat, ſuiq; ſimiles habebat multos, ſolus tñ quo iure excruciat? vides vt hæc mortalibus incõprehenſibilia ſint, & ſoli pateant deo: ſic vobis q; electæ ſunt gentes, & reiecti Iudæi, abſurdum videt, deo vero ęquiſſimum. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Abſit. Moyſi enĩ dicit, Miſerebor, cuius miſereor, & miſericordiã præſtabo, cuius miſerebor. Addit inſuper (vt añ dictum eſt) & aliud quiddam ex veteri teſtamento, oſtenſurus ſoli deo cognitos fuiſſe Iudęos, q & partim amore eſſent, partim tormentis digni, tametſi vniuerſi in vitulo illo conflando pariter deliquiſſent. Iſtorum tñ nonnullos miſeratus eſt deus, nonnullos vero Leuitis tradidit morte multandos. Cuius cõmiſerationis & ſęuitię cauſa vel Moyſen latuit, qui tantũ apud deũ autoritate valeret. At ipſe rationẽ depoſcis, cur gẽtes, pręſertim cũ eſſent delictis obſtrictæ, Iudæis honoribus præferant. Poterat aũt Apl'us quã alibi cauſam attuliſſet, vel hoc loco afferre, cum diceret Iſraelitas extimaſſe ex operibus ſe iuſtificatũ iri, gentiles vero fide & gratia, quod tñ enunciare in præſenti abſtinuit, cũ vnum illud præcipue adnitat, vt hmõi homines diuinorũ operum indagatores coerceat, perſuaſurus nihil eſſe dei facta à mortalibus perſcrutãda. Igitur non volentis neq; currentis, ſed miſerentis eſt dei. Voluit Iſaac Eſau benedicere, iuſtus ille in cãpum contendit, vt ex venatione, patri cũ aliquid obtuliſſet, benedictiõem acciperet. Deus vero iuſto iudicio benedictionẽ hãc Iacob, quia dignior eſſet, vt aſſeq̃retur, effecit. Dicet aliquis, videt ſane liberũ hoc loco arbitrium ſuſtuliſſe Apoſtolus, nequaq̃ hoc tollit. Nã quemadmodum cũ condenda eſt domus, in opifice pẽdere omnia dicimus, tãetſi ille id opus per ſe exequi nequeat, ſed & ma-

teria est ad structuram necessaria, & iuuantũ ministrorũ indiget opera, sed qm̃ illi absoluenda est domus, fatemur illius esse omne id opus, sic itẽ dicere de deo solemus, & in eius potestate cuncta consistere, qui nihil à nobis nisi animi exigat promptitudinẽ. Et qm̃ finem ille rebus imponit, & benemerentes coronat, damnatq; sontes, dicimus vniuersa in eius potestate cõsistere. **Dicit enim scriptura Pharaoni, quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annũtietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cui vult miseretur, & quem uult indurat.** Perorat iam & decernit, nullas esse à deo in quenpiã pœnas efflagitandas, cum ipse cui velit ignoscat, & quẽ velit obduret. Cui rei Israelitæ sunt argumẽto, qui vitulũ excitarunt, & Pharao ille, cuius & cor est obduratum. Tunc vero deus mortalium corda obdurat, cum illos pro sua magnitudine tolerat diu, cuius deinceps ob tolerantiam reddunt iidẽ obstinatiores ad malũ. Nec secus deus se habet, q̃ herus aliquis q seruum nactus sit improbum: quẽ, vbi humaniter & clementer vtat, facit deteriorẽ. Quod qdem non eo fit q dñs seruum malignitate imbuerit, sed quia seruus domini placabilitate fit ad augendã improbitatem & nequitiã abusus, vtpote qui herilẽ hmõi in se benignitatẽ contẽpserit. **Dices itaq; mihi, Quid adhuc quæritur? Voluntati eñi eius quis resistit?** Omni studio nitit (vt sæpe diximus) patefacere Paulus dispensationes hmõi oẽs & iudicia soli deo innotuisse. Ideoq; ambiguitates vndequaq; colligit multas: nec tñ soluit, vt auditorem vrgeat magis, suadeatq; ab hoĩe hæc cõphendi non posse, nec plane cognitiõe vlla teneri. Quærat aliqs, Si itaq; quẽ velit deus obdurat, qd ergo delinquens culpãdus est? qs eñ poterit eius voluntati obsistere? Voluit ille & obdurauit, eo nec illud iniuria fit, si obduratus aliquis in aliquod prolabitur facinus: hunc ergo quo iure vel culpat, vel cruciat deus? Hæc itaq; obiectio idcirco inducta est,

vt arguant quæ diximus hoībus esse obscura, & deo duntaxat cōprehensibilia: propterea neq; Apl'us ea soluit, sed hæsitantes & dubios obstruit, inquiens: **O homo, tu quis es vt respondeas deo?** Vides q̃ reprimat intēpestiuā hanc & superuacaneā hoīm curam, & frenos imponat hæc conquirentibus, erudiatq; ad diuinā cognitionem, vt intelligant quanti sit deus, & quid videat hō. Tu quis es? num is, qui cum eo habeas partiri imperiū? An tibi licet decernere quid illi agendū sit, q due minime? Scrutari nanq; virū hoc illud ve deceat nec ne, eius est sane qui in faciem deo respondeat, & iudex sit in hunc cōstitutus. Nequaq̃ erit hoc pacto agendum. Sed rebus ipsis parendum est & fides præstāda, vtcunq; p eum sint gestæ. **Nunquid dicit figmentū ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An nō habet potestatem figulus luti ex eadē massa facere aliud quidē vas in honorem, aliud in contumeliam?** Istiusmodi exemplo vsus est Paulus, non vt liberum nobis demat arbitrium, neq; vt otiosos & desides arguat, sed vt instruat quemadmodū deo sit obsequendum, vtq; intentio & quædam taciturnitas ad obsequendum sit præferenda. Nā quemadmodum figulus (inquit) eodē ex luto, nihil fictilibus ipsis contradicentibus, effingit, quod animus tulerit: sic tibi, cur deus qui ex vno eodēq; hoīm genere tormentis hos cruciet, illos honoribus augeat, indagādum nil erit: quin potius ceruice submissa hunc ꝑnus adora, & lutum quod fingit imitare: vtq; illud figuli manum subsequit, sic & ipse disponentis dei voluntatē sectare. Velim tñ intelligas, ꝙ quemadmodū non ficti ratione, sed vtētium partim hæc vasa ꝓtiosa reddunt, partim vilia, cū ex vno eodēq; luto conficta sint, sic in hoībus nō natura, quippe q̃ mater sit omniū, sed volūtas hos facit supplicio dignos, corona illos & præmijs. **Quod si volens deus ostendere irā suā, & notā facere potentiā suā, sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitū, vt ostenderet diuitias**

gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, quos & vocauit non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus. Postq̃ illorũ ora obstruxit, qui diuina iudicia inuestigare adniterent, demum obiecta dissoluit. Est tñ hæc rei totius sententia: Iræ vas Pharao erat, hoc est, homo ob innatã duritiem, dei irã succendens: hunc sustinuit deus & tolerauit, & mira in eum longanimitate est vsus. Qua tñ ille abutens, in animi duritiẽ vertit, & factus est iræ susceptibile vasculum, & ad pditionem idoneum, quã scilicet sponte adierit. Nihil eñ deerat q̃d ad eius perniciẽ faceret, sed cuncta presto fuere, apta, pfecto & accõmoda, quæ illum ad interitũ ferrent. Vt igit hunc furentem, & iracundiæ vasculũ sponte sua effectum, excruciãs deus, suã præ se tulit potentiã: sic & his deus, q plurimũ ex gentibus deliquissent, & suæ gloriæ diuitias patefecit, & ideo tãdem est illos cõmiseratus, q̃a illi se cõmiseratione dignos fecissent. Nec eñ clementiæ dixit, sed gloriæ, nã venia quæ peccantibus datur, in summã cedit deo gloriã. Quæ aũt præparauit.i. quæ ille præsciuit, nec gẽtiles dixit saluos esse per eum oẽs effectos, sed ex gentibus, aliq̃s scilicet. Noli ergo Iudæe id ferre molestius, ecce ex gẽtibus, etsi plerisq; ignoscit, tñ non oẽs sunt veniã cõsecuti. sicut in Osea dicit, Vocabo non plebẽ meam, plebem meam: & non misericordiam consecutam, misericordiã consecutam: & non dilectã, dilectam. Et erit in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij dei viui. Ne forte id dicãt Iudæi, q̃d nos fallis ô Paule talia prædicãs? inducit Oseã clamantẽ dicentemq;: Vocabo, qui non est populus meus, populũ meum. Verũ q̃s erat hic populus? Gẽtes nimirũ: quæ illa dilecta? Ecclesia gẽtium: quorũ alij in populum concesserunt, adamatiq; sunt, & viuentis dei filij redditi, quod pculdubio videtur præstãtius. At si dixerit quispiã de Iudæis hæc dicta fuisse: qui etsi fuerint ingrati, admissos tandem in gratiã rediisse, non erit ei fides

Osee.2
Osee.1

pręstanda. Nam & si de illis dicta hæc esse constaret, quid impediret, q̃ minus vel in gentes idipsum cadere videat?
Isaiæ. 10 Isaias autem clamat pro Israel, Si fuerit numerus filiorum Israel tanq̃ arena maris, reliquiæ saluæ fient. Non vno cõtentus Osea, quinetiam & Isaiam inducit clamantẽ, hoc est, vocẽ libere edentẽ, & nihil repressum, qa non omes Israelitæ salui essent futuri, nisi qui digni salute forent. Reliquiæ aũt saluæ fient, cũ inquit, electos prætendit, q̃s scilicet reliquerit deus, seiunxeritq́; vt dignos videlicet. Cũ vero dicit, scd̃m maris arenã, admonet eos promissionis, quæ sit in veteri testamẽto cõscripta, cuius indignos se fecerint, pinde acsi inq̃at, nolite animo obturbari, si mentita esse videat̃ hæc repromissio, cum constet ꝓphetas oẽs clamitando præcinuisse, non eẽ oẽs salute dignos. Verbum enim consummans & abbreuiãs in æquitate, quia verbum breuiatũ faciet dominus super terram. Ostẽdit hoc loco quẽadmodum reliquum illud Israeli saluabit, inq̃tq́;: Nec laboribus opus esse ad illoꝝ salutẽ, nec terræ ob id longius sunt obeundæ, nec misera quæq́; & calamitosa sunt tolleranda, quæ legis operibus insunt, sed deus ipse consummans abbreuiansq́; fidei verbum in oẽs terras, id quidem in æquitate faciet, & iustitia, hoc est, vt iustificet oẽs q̃ verbum illud sunt suscepturi. Nam si Iesum dñm tuo ore fa-
Roma. 10 teberis, credideris q́; corde & animo hũc ip̃m fuisse à mortuis excitatum, saluus hauddubie fies. Hoc sane breuiatũ est verbum, hęc inquam cõpendiosa & breuia fidei dicta. Et sicut prædixit Isaias, Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus. Dixit saluas fore reliquias illas, nunc vero cur sit illud effectum interp̃tatur, inq̃tq́; semen illud electũ, & fermentũ ip̃m reliquit iã deus. Quod em̃ elegit dixerat, reliq̃t nunc dixit, pinde acsi inquiat, nisi nos deus ipse tutet, vniuersi haud secus q̃ Gomorra ipsa & Sodoma in perniciem ibimus, vt-

pote qui ob praua facinora simus damnationi obnoxij. **Quid ergo dicemus? quod gentes quæ non sectabantur iustitiã apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est. Israel vero sectando legem iustitiæ in legem iustitiæ non peruenit.** Hoc loco aptissime causam refert, qua & susceptæ à deo sunt gẽtes, & reiecti Iudæi, inquiens gentes ideo iustificatas esse, qa ex fide tenerent iustitiã: Israelitas vero, qa iustitiæ legẽ.i. quæ ex operibus tota cõstaret, sequẽtes conquirerent. Nõdum tñ eo ꝓuectos vt iustificari potuerint: neq; eñ tanti lex erat, vt exactionibus ipsis iustos redderet homines. **Quare? Quia nõ ex fide, sed quasi ex operibus legis.** Quæris quãobrem non sunt Israelitæ iustitiam assecuti, & si enixissime vt assequerent incumberent. Edisse ergo nõ ex fide illos iustitiam, sed ex legis opibus conquisisse. Ex legis vero operibus inqt, non iustificabitur oĩs caro. *Roma. 3.* Attende aũt non ex operibus dixisse simpliciter, sed q̃si ex operibus: vt arguat non veris illos incubuisse operibus, sed fucata potius quædã præ se tulisse. **Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidẽ offensionis & petram scãdali, & omnis qui crediderit in eum non cõfundetur.** *Isaie.28* Qui offendit idcirco, illidit, qa rebus alijs vacet, neq; ea quæ corã sunt videat. Igit & Iudæi cum legi inhiarent, ad Christum offenderunt.i. illi nõ crediderunt. Nã & ab eorũ euentu qui minime credidissent, Christus est offendiculi lapis, & petra scandali dictus. Ipse nanq; quantum in se erat, ꝓ fundamento fuerat, & firmamento impositus. *1. Petri. 2* Inquit eñ, Et oĩs qui crediderit in eum, non confundet, siue gentilis sit ille, siue Iudæus. Fides itaq; sola est, non opera ipsa, quæ & operatur oĩa & iustificat.

Caput X.

FRatres voluntas quidẽ cordis mei, & obsecratio apud deũ pro Israel est ad salutem. Cũ Iudæos sit ꝑfidiæ incusaturus, demulcet hos pri

us,ne ex odio dicere quæ dicturus est videatur, inquitq́ꝫ: Voluntas mea & vehemẽs desiderium. Neq; id mõ, quin etiã & preces meæ ꝓ vobis maxime connitunt, non solũ vt tormenta illa futura euadatis innoxij, sed vt salutẽ etiam conseqũmini. Qui ergo possum vobis videri infensus, quibus sim ipse cõprecatus salutẽ? Testimonium enim perhibeo illis quod æmulationem dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti. Videt initio quidem illis gratificari demulcens. Inquit eñ hos dei zelum habere, non tñ secundum scientiã. Vnde cõmiseratione dignos potius eos q̃ supplicio arguit. Legis siquidẽ hi zelo tuent, quæ à deo tradita. Zelus tñ huiusmodi haud quidẽ secundũ scientiã est. Neq; eñ scire volunt quẽadmodum lex illis cessauerit, nec vltra vim habeat. In sequẽtibus vero ostendit contentiosos hos esse, cupidos principatus. Quippe qui cum propriã queant obfirmare iustitiã, eã videlicet quæ legis fit, & labore ꝓprio & opibus parta, quæve & plane collapsa est, nec queat consistere, neq; hãc statuisse coarguunt, nec diuinæ se iustitiæ subiecisse, q̃d sane horꝝ & superbiã retegit, & mentem ꝑfecturæ percupidã, vel insanã potius patefacit. Qñquidem id quærat statuere, q̃d instabile sit, & ea in re frustra versetur. At dei iustitia ex fide constat, qppe quæ nihil exigat, q̃d nobis onerosum sit aut graue, sed oĩs spes sit diuina in grã sita. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Postq̃ & legis iustitiã dixit, ne forte qui ex Iudæis crediderãt, dicerent: Ergo & ipsi hac omissa iustitia legẽ transgressi sumus: & itẽ qui ꝓrsus nil crederẽt, id forsan obijcerent. Cum constet igitur in lege inesse iustitiã, & si minus nos ad id tẽporis hãc adimpleuimus, oĩno tñ sumus hãc obituri. Vtrũq; itaq; confutans Paulus, inquit, legis finẽ Christum esse. Quod eñ lex ipa volebat, vt hoĩem iustificaret, nec tñ est q̃d voluit executa, id Christus ꝑfecit, & hoĩem iustificauit. Nec dixe

ris qui ex Iudaicis institutis ad Christi te fidē contuleris, legē te fuisse trāsgressum, cum videas potius legis hāc voluntatem, fuisse in te finē iā nactā, quia in Christum credideris, Nec contra tibi quidē Iudæe nondum fide suscepta ad sperādum est in te pfectum iri legis iustitiā, cuius perfector est Christus. Si iustitiā igitur vendicare hāc cupis, Christus est tibi per fidem suscipiendus, hoc pacto, oīm fa ctus es compos. Moyses eīm scribit, Quoniam iustitiam quæ ex lege est qui fecerit homo, viuet in ea. Leuiti.18. Confirmat quod dixit Christum fuisse, quod lex minus impleslet, iā executum, & Moysen asserit dixisse hominem posse ex operibus iustificari, neminem tñ inuentum esse qui legis opera ista perficeret, eo nec licere quidē per legē iustificari. Quæ autem ex fide est iustitia sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cælum? id est Christum deducere, Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo, hoc est verbum fidei quod prædicamus. Quod si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod deus illum excitauit a mortuis, saluus eris. Deute.30 Audisti legis opera non posse hoī iustitiā impartiri, perdiscē dū tibi insuper erit, q̄ facile liceat, & nullo labore in Christo iustitiā comparare. Qñquidem perspicuum sit fidem Apostolum in corde fundatā, vel solā oris confessionem exigere, necessarium aūt erit id dictū latius explicare. Et quisnā ille cælos sit conscensurus, qui ve in pfundum descensurus ad inferos, q̄d Paulus à Moyse sumēs, longe aliter q̄ litera habeat, interp̄tatur. Moyses interea quantum ad literā attinet exteriorem, sic inquit: Dei mādatum Iudæe iacet tibi sub oculos, nec tibi vt hoc ipm inuenias & potiaris, vel cælum est inscendendū, vel subeūdus abyssus, sed præsto est illud, & tibi ppinquius: Ecce tuo scilicet in ore & mente adest. Nā cuncta tibi per legē aperuit deus.

Hæc quidē secundum literā disseruit Moyses, aliť tñ lōge Apostolus: Nihil hęsites, inquit, neq; id aio subdubius verses, quēadmodum è cælo Christus descenderit, & cruci affixus sit, vel ex abysso cum mortem obisset. i. ex abditissimo & ꝓfundissimo loco emerserit, quin potius crede carnē sumptum descendisse de cælo, q̃d itē à mortuis suscitatus ascēdit, deus em̄ hunc suscitauit. Potes itaq; vel ob suscitationis dignitatē Christo fidē præstare. Quid ergo hac re facilius? Cum in ore salutis vis oīs consistat, & ne ob facilitatē hmōi contēptibile appareat fidei verbum, ostendit fidei aduersari incredulitatē, quæ mente & cogitatione voluat, eoq; his viriliť obsistendum, ne dixeris (inquit) in corde tuo, hæc illa ve. i. nihil aio agites q̃d ambigas: vel siquid occurrat, q̃d te in dubium vertat, ꝓpelle. **Corde enim creditur ad iustitiā, ore aūt cōfessio fit ad salutem.** Opus habet & cor oris ministerio. Quid em̄ ꝓdesset aio duntaxat credere, nisi in hoīm conspectu & verbis

Rom. 4. 5 ꝓfiteremur, q̃d credimus? Iustificat em̄ quę menti insidet fides: perfecta autē salus in confessiōe versatur. Ex ea nāq; & fides splendescit, & plurimos iuuat. Eget præterea & os ipsum cordis officio. Nam plerique veritate mentita & si Christum ore fatentur, corde tñ ab eo sunt longius.

Isaie. 82. **Dicit enim scriptura, omnis qui credit in illū nō confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omnium, diues in omnibus qui inuocant illū. Omnis enim qui in-**

Ioel. 2 **uocauerit nomen domini, saluus erit.** Cum diceret corde p̄stari credulitatē, & ore confessionē, producit sacris ex literis testimonia: vt quēadmodum fidei, ita & cōfessionis & inuocationis ipsius necessitatē nobis commēdet: Quia omnis qui credit, & fidem præ se ferat necesse est, quia iusti non confundentur. Cum vero omnis qui inuocauerit, inquit, confessionē designat, quæ operatur salutē, vnusquisq; igitur siue Iudæus sit ille, siue Græcus, acceptus est deo. quippe qui sit oīm dñs, & diues in oibus q

inuocant illum,hoc est,opes in his possidet sempiternas, qui eius inuocauerint nomē, perinde acsi dixerit quispiam imperatorē in auro argentóve amplissimas habere fortunas.Cū itaq; credētes deus ꝑ diuitijs habeat,nequaꝗ̃ ipse, & si quauis venia indigna admiseris,desperes. Est enim ille vel te suscepturus,vt suarū opum in partē locet. **Quō ergo inuocabunt in quē non crediderunt? Aut quō credent ei quem non audierunt? Quomodo aūt audient sine prædicante? quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur, sicut scriptū est: Quam speciosi pedes annuntiantium pacem, annuntiantium bona.** Dixit superius,quicunque inuocauerit eum saluabitur,coarguit itaq; negligentię & incredulitatis hoc loco, quia non inuocauerint. Cur eñ (inquit)nō inuocauerunt? Quia nō crediderūt. Quāobrem nō crediderunt? Num qa non audierunt? neq̃q̃. Audierūt quidem & persępe. Mox obiectionem hāc subdit: At ꝗ pacto poterāt sine ꝑdicante audire? ꝑinde hāc soluit,dicēs, Atqui multi sunt ad eos,qui ꝑdicarent transmissi. Ad vnde id liquet(dicet aliquis)fuisse hos ad illos dimissos? Ad id demum prophetā producit dicētem: Quā pulchri sunt pedes annuntiātiū pacem,annuntiātium bona. Nihil eñ circunacti ꝑdicabant apostoli, prætͤ bona illa ineffabilia & pacem,quæ esset iam deo cum hoībus ipsis conciliata. Fit ergo vt fidei non susceptæ crimen ascribaƚ Iudæis, ꝗa non ceperint prædicantes. **Sed non oēs obediunt euāgelio. Isaias enim dicit, Domine quis credidit auditui nostro?** Cum prędicatores dixisset prophetarū fuisse testimonio comprobatos,ꝙ diuinitus essent in mundum trāsmissi,eo ꝙ oportuisset vt audirenƚ ab omnibus,hauddubie(inquit)nō oēs euāgelio paruerunt,nihil tñ ob id iacturæ patiƚ veritas. Illud vero iāpridem Isaias prędixit,Quis credidit auditui nr̃o,perinde acsi dicat,per pauci auditui nr̃o obtemperarunt. **Ergo fides ex auditu,auditus aūt per verbū Christi.** Hoc dictum à

Isaiæ. 52.

Isaiæ. 53.

superioribus pēdet, ac veluti perorat, & terminat quæ su perius dixerat, prætenditq́ aliud quiddā se dicturū. Nam cum Iudæis per singula tēpora postulantibus signa, & re surrectionē quærentibus pene oculis intueri. Fidem dicit ex auditu constare, quinetiā auditu esse præstātiorē, eoq́ pter hanc non esse aliud quippiā expetendū: siquidem au ditio hæc non in dictis quibusdā simplicibus, sed diuinis consistat. Itaq́ si miracula q̄ à deo ꝓdeunt flagitas, erit ti bi & verbis, vt ab eo enuntiatis, fides præstāda. Sed di co nunquid non audierunt? quidem, in omnem
Psalm. 18 terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorū. Haud secus respondet, q̄ si quispiā diceret, quid ad Iudęos illud si missi sunt qui euāgelium p̄dicarēt, hi tñ horū neminem intellexerunt. Inquit igitur terrarū or bis hos audiuit, & hi dūtaxat sunt auditionis huius exper tes, apud quos tādiu sunt prædicantes apostoli diuersati, essentq́ & eorū ex gñe oriundi. Quo ergo pacto rationis quippiā habere in se videbuntur hæc dicta? Sed dico, Nunquid Israel non cognouit? Alia rursum obie ctio. Si constat (inquiet aliquis) prędicasse apostolos, hos vero istorū dicta nihil exaudisse, ergo nec veniā merebun tur. Primus Moyses dicit, Ego ad æmulatio-
Deute. 32 nem vos adducam in nō gentem in gentem insi- pientem, in iram vos mittam. Et si nō aliunde, ex ho nore saltē, qui gentilibus ipsis impensus est, sapere debuis sent. Nā cum eos spectarent qui idolis inseruissent, fuisse tot bonis repente donatos, oportuit eos vel zelo ductos pernoscere, has gentes de q̄bus Moyses p̄cinuisset. Non eñ solum honoris im̄mēsitas hæc satis iā videbatur, vt se se ad gentes sectādas impelleret, quin illud etiā quod ab iecti, & viles adeo haberent, qui tātis essent affecti hono- ribus, vt nec ꝓ gētibus quidem credi apud alios possent. Id eñ designat quod inquit, qui gentes non sunt & insi-
Isaie. 65. pientes. Nā quid dari gentibus ipsis potest insultius, qui li gnis & lapidibus inhiarent? Isaias aūt audet dicitq́,

Inuentus sum a non quærentibus me, palā ap-
parui his qui me non interrogabant. Moysen cū
dixisset priorem fuisse de gentibus vaticinatum, mox ali
um inducit prophetā eadem illa apertus asserentē, Isaias,
inquiens, audet & dicit .i. visus est quæ vera sunt nudius
explicare, & potius discrimen subire, q̄ obticere. Inuentus
aūt sum (inqt) à gentibus qui minus me quærerēt, nec pla
ne rogarent. Quos aūt Moyses gentē insipientē appellat,
hos Isaias non quærentes neq; rogātes dicit, tanq̄ indoci-
les & rationes expertes, & quibus essent dei verba insen-
sa. Oportuit itaq; vel ex his oībus Iudæos non ignorare
sese fuisse depulsos & esse alienos, & gētes inductas. Ad
Israel autem dicit, Tota die expandi manus me *Isaiæ.65*
as ad populum non credentem, sed contradicē-
tem mihi. Ne causam habeāt excusandi, ꝙ se gentibus de
us inuentu facilē præbuisset, sui vero conuersationē desu
gerit, sic inquit: Tota die .i. per om̄e tempus, manus meas
expandi, vt vos ad me traherem. At vos populus incredu
lus quidem & cōtumax obstitistis: vobis itaq; id crimini
datur nō mihi. Ipse nāq; distentis brachijs, ad me vt iretis
hortatus sum, vos tn̄ minime paruistis: vn̄ patet sane Isra
elitas & prædicantes audiuisse apostolos, & cognouisse,
haud tn̄ voluisse illoꝝ dictis obtēperare. Cap. XI.

DIco ergo, nūquid repulit deus populum
suum? Absit. Nam & ego Israelita sum ex
semine Abraam, de tribu Beniamin. Non repu
lit deus plebem suam, quam præsciuit. Cū Israeli-
tas affirmet populum contumacem, p̄inde acsi dubitans
inqt, num ꝙ populus sit inobediēs, eo & falsæ sunt repro
missiones? Minime. Neq; em̄ qui præsciuit populum de-
us reiecit .i. q̄ nouerat esse ad fidem suscipiendā idoneū.
Sum etenim & ipse Israelita. Deinde, ne illi obijcerent, te
ergo solum pro populo ducis, rursum infert, non reiecisse
deū populum suum, cum constet videlicet ad hoīm tria
milia extitisse, sicuti patet in Actis apostoloꝝ, & alijs infi- *Act.2*

nitis, qui in Christũ crediderint. An ignoratis in Eliá
5.Reg.19 quid dicit scriptura,quemadmodum interpellat deum aduersum Israel? Domine,prophetas tu os occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus,& quærũt animam meam. Sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem millia virorũ,qui non curuauerũt genua ante Baal. Ne forte id dixerint,qd ais Paule? tribus mil
Actu.2.4 libus,aut millibus qnq;,vel innumera multitudine tm̃ populi terminabis,q arenæ & stellis assimilet? Inqt igit Elię
Gene.22. tẽporibus millia hoĩm septem superfuisse,quibus erat de salute sperandũ,quod tñ nec Eliæ ipsi innotuit. Nunc vero nõ iniuria dixerim, q̃ plurimos esse q Christi fidem exceperint. Quod si vos latet,nil mirũ, q̃nquidem & Elias ille suæ ætatis hoĩes ignoraret,qui salui essent futuri. Tacite autẽ cum rẽ aliã videt tractare,& Christi mortẽ interserit,cuius se cæde hi inquinassent iãpridem & ab initio prędicatã. Verũ ne afferãt illi Christũ sese occidisse vt seductorem,q̃ pacto (inquit) & priscos illos pphetas maiores vestri è medio sustulerunt? num & illi seductores fuere? At nobis dicturi sunt, p eorũ licentia & molesti erant & graues. Verũ cur illi & altaria disturbabãt, num illa poterant improbare? Cur prętera & Eliã q pro eorũ salute intercederet,factitaretq; admiratiõe quæq; dignissima,vt morte afficerent conquirebãt? Cum itaq; tãtus esset improborũ hoĩm numerus,septẽ millia duntaxat sibi elegit dñs,sicuti responsum diuinum dicit .i. apparens deus & loquens. Haud igit est quoq̃ mõ mirãdum,si vel gentes & quos dignos præsciuerit,se legerit deus,q̃d clarius in sequentibus demonstrabit. Sic ergo in hoc tẽpore reliquiæ secundum electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt. Quẽadmodum eñ frumẽtum contusis eiectisq; paleis purius residet,sic malos reprobãs deus,sibi digniores reliqt. Cũ aũt scdm electionẽ inqt,gentiũ studiũ patefacit,q̃ sibi sint electionis huiusce dignitatẽ adepti. Cum vero gr̃æ dicit,

dei dono id factũ prætendit. Si aũt gratia, iam nõ ex operibus. Alioqui gratia iam non est gratia. Maximum sane in modũ excusabiles fore hos asserit, qui ex Iudęis Christi fidẽ nõ exceperint, pinde ac si dicat, Nec eñ excusare illud potestis, negotia deũ & labores exactuꝝ ab his, q se & sectent & colãt, qppe qui oĩa fit per gratiã elargitus. Cur ergo salutẽ respuitis? pfertim cũ id boni possit tã facile vendicari. Volentes itaq; oẽs salui sunt facti, q̃s dei ex populo esse constaret. Nequaq̃ ergo populũ suum repudiat deus, q dign⁹ salute sit. Si aũt ex operibus, nõ vltra est gratia. Qm̃ opus non amplius est opus. Si ex opibus deo grati efficeremur, vacaret grã: si vero gratia vacet & superuacanea sit, vel opa ipsa tollant necesse est: vbi eñ gratia inerit, nulla requiritur operatio: & vbi operatio, gratia nulla exigit. Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus. Electio aũt consecuta est. Cũ aperuit qd gratia sit, eã'q; dei donũ sine vllis opibus hoĩm esse mõstrasset, asserit demum Israelitas cũ iustificationẽ conqrerent, neq̃q̃ fuisse hãc cõsecutos: q̃a nec recte quæsissent, & ex opibus ipsis, q̃d fieri nõ poterat, iustitiã se habituros sperarẽt. Electio aũt, hoc est, qui electi fuissent, illã sunt nacti. Ostẽdit itaq; per hãc electionis appellationẽ, futuroꝝ bonoꝝ magnitudinẽ, & dei munere cuncta euenire mortalibus. Est & illud huiusmodi apud nos sermone vernaculo vsurpatum, consecutus est ille quod cordi habebat, hoc est, sine labore, oblatũ aliquid vltro, inuenit. cæteri vero excæcati sunt, sicut scriptum est, Dedit illis deus spiritum cõpũctionis: oculos vt non videãt, & aures vt non audiant, vsq; in hodiernum diem. Isaiã huiusce cæcitatis testem pducit, ne sua videatur narrare & propria. Dedit aũt deus, id est, siuit, permisit'q; vt spiritum compunctionis haberent. Compunctionem aũt dicit animi habitum quendam pertinacem ad malum & immutabilem. Hoꝝ itaq; insanabilẽ mentem & in malo cõstantem, cõ- Isaie. 6

punctionem appellat. Quandoquidem hi & oculos haberent, quibus possent miracula intueri: & aures, quibus domini doctrinam perciperent. His tamen vtriusq; nihil opportune sunt vsi, neq; hos mō sensus Christo dño, sed ne apostolis quidem accōmodarunt. Et Dauid dicit, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem & in scādalum & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorū ne videant, & dorsum eorum incurua. Qui em̄ perseuerant in malo, nec immutant, extremis supplicijs diuexabunt. Et mēsa eorum, id est, vniuersa fortunæ bona, & deliciæ om̄es his ipsis in contrarium cedent. Capiant insuper & cōphendantur, & cunctis sint in capturā perfaciles, in oēm'q; suam vitā & scandalum habeant, & præ cæcitate offendant. Hæc aūt cum ex prauis actionibus & peccatis perpeti Iudæos mō strasset, & mercedem simul exponit. His em̄ (inqt) & oculi sunt ne videant obtenebrati, & mentis prius cæcutiūt oculi: vel sensibiles quidē & corporei exterioresq; calamitatibus obscurant: & illorum incuruatum est dorsum, qppe q̄ Romanorum seruitute & iugo pmunt, à q̄ nūq̄ soluētur. Dico ergo, nunqnid sic offenderunt vt caderēt? Absit. Cum satis iā eos carpsisset, quemadmodum cōsolet nunc quærit, rogatq; num hi deliquerunt vt caderent? id est, num facinus insanabile aliquod commiserunt? Absit. Offenderunt em̄. i. illisi sunt, nec tn̄ adeo, vt prius acti pcipites videantur: vel ita collapsi, vt se, cum velint, neque ant aliqn̄ attollere. Sunt nanq; & hi vel in seculi comsummatione habituri salutem, ita vt salui fiant, sicuti & in orationis pcessu asserturus est Paulus. Sed illorum delicto salus gentibus, vt illos æmulentur. Duo quędā hic nitit Paulus, vt Iudæos soletur, & gentium tumorem & insolentiā frenet; inquitq; Iudæorum ex lapsu & diffidentia, nec Christo præstita fide, salutem obuenisse gentilibus. Erat sane id consequens, & res ipā identidem videbatur exposcere, vt horum salus gentium præueniret salu

Psalm. 68

tem. Sed qm̃ minus hi paruissent, vocatæ sunt gentes, quod multis in locis in euangelio demonstratur. Saluati sunt quidẽ gentiles, vt illos æmulent̃.i. gentibus collati honores, cum Iudæos momorderint, vel harũ æmulatione sese vt ad fidẽ conferant persuadebunt. **Quod si delictum illorũ diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorũ diuitiæ gẽtium, quanto magis plenitudo eorũ?** Si cum offendissent (inquit) Iudæi, tã multis peperere salutẽ, vt ipsis eiectis admissæ sint gentes, & illorũ peccatũ diuitiarũ loco gentibus cesserit, quãto magis plenitudo ipsorum?.i. cum & ipsi salutẽ fuerint pœnitendo adepti, hęc quidem eo nunc differit, vt Iudæis gratificet̃, & solamen his aliqd afferat. Non enĩ gẽtiles si fide caruissent, idcirco salui fuissent effecti, q̃ offendissent Iudæi. **Vobis enĩ dico gentibus, q̃diu quidem ego sum gentiũ apostolus. Ministerium enĩ meũ honorifico, si quo modo ad æmulandũ prouocem carnẽ meã, & saluos faciam aliquos ex illis.** Rursum cum Iudæorũ demulcet animos, gentiles coercet, inquitq̃: Laudo vos o gentes duabus de causis: Primum q̃a necesse est mihi, vtpote q vos instituendos susceperim, honorificare ministerium meũ.i. vos: secundo, vt ad æmulationẽ ꝓuocem carnẽ meã, hoc est, Iudæos sanguine mihi scd̃m carnẽ coniũctos, & saluos faciã. Nec vniuersos dixit, sed aliquos, tacite etiã illorũ duritiã patefacit, & eorundẽ nonnullos æmulatione q̃dam inductos & contentione, suspicat̃ gentiles imitaturos & suscepturos fidẽ. **Si enĩ amissio eorũ reconciliatio mũdi, quæ assumptio nisi vita ex mortuis?** Si cum Iudæis (inqt) succenseret deus, tãtis alios donauit bonis, & cũ inimicis amicitiã cõciliauit, qbus nõ ille largitionibus Iudæos est ornaturus, si illos susceperit? Erit enĩ tunc ex mortuis vita.i. bona innumera, id enĩ pfert per vitã. Simul etiã nescio q d ꝓfundius aperit, videlicet queadmodũ à mortuis resurrectio, vt nõ Iudæorũ grã futura est, sic nec illorũ respectu alijs obuctura est salus, ni

si fidem habuerint. Quæcunque aũt dicere pro Iudæis nitit, lenta q̃dam gratificatione & frigida ad illorũ gratiã loq-tur, nec secus ac solent medici ægrotãtibus plerunque gratificari. **Quod si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami.** Delibationẽ & radicẽ patriarchas appellat: fermentũ vero & ramos, q illorum psuasu credi derint. Consolat itaque infideles Iudæos, & vos inqens cre dentes, sanctimoniã cõparabitis. Est eñ necesse vt deliba tioni .i. fermẽto & massa psimilis sit, & radicibus rami. Qđ si & vos nõ hãc fueritis similitudinẽ nacti, & summæ erit in vobis & pertinacis neqtiæ argumentũ. **Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu aũt cũ oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos.** Infideles Iudæos, ramos appellat confractos: sunt eñ sanctiori hac indigni radice redditi. Et recte, cõfracti, sunt, dixit. Siquidẽ nunq̃ antea cõstat pdidisse hos deũ vel grauit delinquẽtes, vt impñsentiarũ sunt pditi. Pro his itaque insert' est (inqt) gẽtilis. Nõ tñ plãtatus dixit, sed insertus, oñdens Iudæũ p arbore. Quinetiã vel eadẽ in arbore .i. in patriarchis ipsis, gentiũ cõsistere nationẽ, participemque & radicis esse & q̃litatis effectã .i. eiusdẽ sortitã esse à deo cũ illis & ingenuitatis & gloriæ portiõem. Haudq̃q̃ ergo in ramos iactabũdus ipe insurgas. **Quod si gloriaris, non tu radicẽ portas, sed radix te.** Id sane auulsorũ ramorũ erit officiũ. Nã radicis est sustinere. Vides q̃ frigide gratificetur Iudęis, cõsolari illos dũtaxat studẽs. Quin potius vt gẽtes sectent, hos cõcitat, aperiẽsq̃ lem sint iactu rã ppessi, & queadmodũ alij sua possideãt. **Dices ergo. Fracti sunt rami, vt ego inserar. Bene: propter infidelitatẽ fracti sunt: tu aũt fide stas. Noli altũ sapere, sed time.** Ostẽdit hoc loco nõ pterea fuisse gẽ tiles inductos, qa cõmisissent Iudæi: sed fidei grã, quã prę se tulerint illi. Quibus vero in rebus videt gentiũ nationẽ frenare, Iudæos magis emẽdat, venia q̃uis cõmisisse indi-

gna. Interea tñ & gentilem instituit & Iudæum. Inquiens igit tu, q gentilis sis, ideo fuisse Iudæos effractos, vt insera ris ipse. Effracti sunt quidē, sed præ ipsorū infidelitate, nō vt honorē aliquē tibi deberet deus, stetisti em̄ fide. i. p fidē radici insertus. Itaq; & tibi ne cadas verendū est, q̄n nō na turæ insertio, sed fidei fit. **Si em̄ deus naturalibus ramis nō pepercit, forte nec tibi parcat.** Illi (inqt) sanctorū erāt patriarchaꝝ filij, & fuere ob infidelitatē dif fracti. Timendū ergo & tibi erit, q inductitius sis, & nup admissus, ne forte & delinquēti tibi nō parcat. **Vide ergo bonitatem & seueritatem dei: in eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem dei, si permanseris in bonitate. Alioqui & tu excideris: & illi si non permanserint in incredulitate, inserentur. Potens est enim iterum inserere illos.** Nō em̄ q̄d recte egeris aduerte, inqt, sed dei bonita tē attende. Nā oīm summa huius in grā versat. Et cura, vt incūbas non fidei, dixit, sed bonitati, hoc est, adusq; finem ea facito sedulo, quæ dei sint non indigna clemētia. Nam si haud ita te gesseris, nō alit ipse es perdēdus. Atq; illi cer to sunt inserendi, si nō in infidelitate perstiterint. Neq; em̄ illos prior præcidit deus, sed ipsi per se sunt ob suam incre dulitatem præcisi. Dei autem dicit seueritatem, quia nil il lis pepercerit tam praue labentibus, sed indignos potius iudicarit, qui primoribus illis & sanctis patribus partici pes essent, vel aliquo cum illis vinculo necterētur. Prudē ter autem ex his quæ Iudæo obtigerint, gentilem perterre facit, & Iudæū hortatur gentilis exēplo, vt per fidem & ipse inserat, redditq; illū ob dei potestatē & spei plenū. Po tens em̄ (inquit) est deus insertionē hāc facere, qui oīa su pra humanā spē operat. **Nam si et tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuā, quanto magis hi qui secundū naturam inserentur suæ oliuæ?** Si gentilis ipse cum im ꝓbus sis, maiores tuos habeas oleastro assimiles, à qbus si

ob fidē abſciſſus,& præt̄ naturā fueris bonæ oliuæ .i. patriarchis,inſertus,quanto magis Iudæus q natura id boni poſſideat,nonne ad ſuā oliuā.i.ad ſuos patres confugiet? Scdm naturā cum à Paulo dictū inueneris,ꝓ re decēti, & quæ vt ſequat̄ neceſſe ſit accipias.Exempli grā:Decuit ſane Abrææ filiū patris ſanctitatem ſectari, & ſanctū fore. Et cōtra cum ꝑter naturā dixerit,ꝓ indecenti & alieno ſumendū eſt.Præter naturā eſt em̄,filiū q á ſcelerato gētili ſit ortus,poſſe ſctītatē ſeruare. Nolo aūt vos ignorare frēs myſterium hoc,vt nō ſitis vobiſipſis ſapientes,quia cæcitas ex parte cōtigit in Iſrael, donec plenitudo gentiū intraret,ꝛ ſic omis Iſrael ſaluus fieret. Myſteriū hoc loco illud inqt, q̄d nōdum vel ſciri queat,vel explicari.Quod illud erit?Id ſcilicet, q̄d nō penitus infideles Iudæi futuri ſint,ſed ex parte illoꝝ ſit cæcitas. Nā(vt ſupius diximus)ex eis pleriq;,q̄s deus præſciſſet,fidem ſunt aſſecuti,& alij rurſum ſunt credituri.Sūt tñ interea cæcitati hi capti, donec ex gentibus ṗdeſtinati ſaluent̄,tunc demū quicunq; crediderit,Iſraelita videlicet ſaluus fiet. ſicut ſcriptū eſt,Veniet ex Sion qui eripiat ꝛ auertat impietatē ab Jacob.Et hoc illis a me teſtamentū,cū abſtulero peccata coꝝ.Iſaiā rurſum clamitātem inducit,ex Sion ꝑdituꝝ,q habeat cōdonādæ ſalutis ptātem,& Iſraelitaꝝ purgādi peccata. At qñ hęc dicis futura?nimiꝝ cum illoꝝ delicta ſuſtulerim .i. cū per baptiſmum venia dignos reddiderim, quam nōdum ſunt cōſecuti: qppe q̄ cęcitate laborent,cū hāc tādē oīno ſint habituri. Secūdū euāgeliū quidē inimici propter vos,ſecundū electionem aūt chariſſimi propter patres.Sine pœnitētia em̄ ſunt dona ꝛ vocatio dei.Qm̄ euāgelio(inqt)ipſi obtēperaſtis, & eſtis à deo expti,contentiores illi effecti ſunt,& deſciuerunt magis,& inimicitias acrius vobiſcū exercēt. Et queādmodū iſtoꝝ ꝓgenitores ab initio deꝰ elegit,ſic nec ſinet hos ꝑrſus iri diſꝑditum,qppe q̄s diligat,& ſuſcepturus ſit demū,

si credant. Sicut em̃ aliq̃n & vos non credidistis deo, nunc aũt misericordiam consecuti estis pro pter illorũ incredulitatem, ita & isti non crediderunt in vestrã misericordiam, vt & ipsi misericordiã consequantur. Cõfirmat Israelitas adhuc demum futuros: Vos quidem gentiles, inquiens, etsi priores voca ti parere deo nil voluistis, quo factum est, vt Iudæi acciti sint, & legem acceperint, deinceps his rursum excisis, nec Christo obtẽperantibus, reuocati vos estis & misericordi am consecuti, & commissorũ remissio per vos impetrata vel his condonabit. qñquidem & ipsi vos imitati, creditu ri sunt tãdem. Vnde & eãdem quam ipsi iam estis adepti misericordiã, cõsequent. Conclusit enim dñs omnia in incredulitate, vt omniũ misereatur. Id est, coarguit hos incredulos, vt alterna contẽtione alteros saluos reddat. Prius nãq; ob gentilium contumaciã saluabit Iudæos. Rursum (vt dictum est) Iudęis minus obtemperan tibus, gentiles facti salui sunt. His salutem adeptis, æmula tione impulsi Iudæi, salutem nouissimis seculis vendicabunt, ita vt oẽs dei misericordiã assequant. O altitudo diuitiarũ sapientiæ & sciẽtiæ dei, q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Dei dispositiones reputans secum Apl̃us, vel q̃ a mundi constitutione fuere vnq̃, animo versans, quemadmodum. s. contraria constare contrarijs faciat, per q̃ alterius inobedientiam, alterius obsequium arguat, miratur & obstupe scit: nihil diffisus, qui nostra tã optime disposuerit, vel in futurũ de Iudæorũ salute rationem deniq; habiturum. Diuitias vero bonitatem appellat, cuius vel solã altitudinẽ demiratur, quin de quãtitate nil differens conticescat. Diuitiarũ vero ideo intulit, quia gentiles ipsos ex fide prædiuites fecerit. Cum bonitate præterea dei sapientiam expa uescit, mirabundus & stupens, qua & nostra dispenset, & gentiles indociles, reddat prudentiores: Et scientiam stu pet, qua quod cuiq; vtile sit, facile internoscit. Nec eius in-

comprehẽſibilia iudicia dixit,ſed inſcrutabilia.i.quæ ſcru tari nequeant prorſus,nec plane diſquiri. Et viæ.i.diſpoſitiones,q̃ non modo nulla poſſunt cognitione complecti,ſed ne inueſtigari quidem,nec vllum veſtigium pateat. Quis enim cognouit ſenſum dñi,aut quis cōſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi,vt retribueretur ei? Solus,inquit,quę ſua ſunt nouit deus,& præter eũ alius nemo. Cunq; & ſapiens ſit,ab alio conſultore nemine eſt ad ſapientiã eruditus, ſed ipſe ſibi ẽ ſatis, & bonorũ omnium fons: quodcunq; largit nõ accepti muneris viciſſitudine,nec vlli obnoxius, ſed ſuapte bonitate largitur. Quis eñ prior tradidit illi.i.deo,vt ei retribueretur? id eſt,vt dei beneficium tanq̃ remuneratio aliqua accepti officij reddita extimetur. Quoniã ex ipſo & per ipſum & in ipſo facta ſunt omnia. Ipſe fons omnium eſt & origo,quod cũ ex ipſo,inquit, prætenditur. Et oĩm rerũ effector,quod per ipſum ſignificat,& in ſe cuncta cōplectitur,quod cum in ipſum dicit exprimitur. Vniuerſa nanq; ab ipſo ortum habent,& per ipſum effecta ſunt, & in ipſum tanq̃ in fundamentum aliquod iuxta præſtant & continentur,& vertuntur oĩa. Ipſi gloria in ſecula ſeculorũ amen. Solet Paulus cum magni aliquid dixerit & gratias agere,perorans,quemadmodum & hoc loco facit. Nam poſtq̃ dei & bonitatem & ſapientiam ſcientiamq; & diſpoſitiones contemplando obſtupuit, gloriã illi & laudem reddit, noſq; facere item inſtituit, vt bonis affecti,ingẽtibus,& verbis & optimis vitæ actiõibus,gratias deo & laudes referamus.

Sapiẽ.9.
Iſaiæ.40

Caput XII.

Obſecro itaq; vos fratres per miſericordiam dei,vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuentẽ,ſanctam,deo placentẽ,rationabile obſequium veſtrũ. Poſtq̃ ſatis eſt ſermoni dogmatico immoratus,ad moralẽ procedit. Vbi vero ineffabilem dei erga nos diſpenſationẽ oſtendit & bonitatẽ,hor-

tatur & orat per dei misericordiam. Proinde hanc mediatricem proponit, vt huius saltem pudore ducti, nil ipsi agamus quod sit ea indignum. Verum quid ille orat? Nẽpe vt præparemus corpora nostra. i. vt illa ad præliũ exponamus: dici enim sic vulgo solet, Parauit militiæ princeps ad bellũ acies, & instruit. Vel quia debemus ipsi deo membra hæc nostra tanq̃ imperatori proferre probatioria & fortia: Istiusmodi em̃ sunt qui principibus astant: qn etiam eadem illa in hostiam viuam sunt offerenda, vt his ce castigatis tandem & fere confectis, secũdum spiritum vitam ducamus. Enimuero non est Iudæorum immolatio deo accepta. Quis enim hanc (inquit) à manibus vr̃is requisiuit? Fidelium vero sacrificium & rationabilis seruitus, magnum in modũ à deo reposcitur. Inquit enim, Immola deo sacrificium laudis, & illud sacrificium laudis honorificabit me. Rationabilis autem seruitus non solũ quę ratione & iure optimo deo impẽditur dici potest, sed etiam q̃ secundum Christum ducitur vita: cũ nullum in nobis, q̃d absurdius sit vitium, dominat̃, sed nostra oĩa & ratio ipsa moderat̃ & ęquitas. Et quemadmodum pontifex aliquis maximus sui iuris efficitur, cũ internã mactat nequitiã. Et siue verba hic faciat, siue quid agat, deo videtur assistere: sic tibi trepidãdum assiduo, nec secus ac solet põtifex ille, cum rẽ agat diuinã & sacris astat altaribus. Nolite cõformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri. Et modũ suggerit q̃ sit rationalis hæc seruitus cõparanda, q modus tunc sane per nos adhibebit̃, cum nihil erimus huic seculo ipsi cõformes, quod nihil habet q̃d aut diu constare possit, aut stabile sit, sed illius cuncta & momẽtanea sunt, & figuram vel solã asseruant, nec substantiã habent aliquam quæ subsistat, & firmior sit. Nolite igitur huic seculo conformari, nutabundo & labili, id est, nolite sapere quæ seculi sunt, sed mẽtis vestræ innouatione transformamini, hoc est, innouate vosipsos. Excẽpli gratia: Es ipse diuturnis criminibus ob-

Isaie. I.
Psal. 49.

uolutus, obduxit animum tuũ prauis facinoribus, & vetustior iam effectus est ille: nouum hunc reddito. Castiga & stude vt magis ac magis in viam redeat castigatus. Sic proculdubio innouaberis, cum formam hanc tuã ad meliora transtuleris. Aduerte aũt eos nos cõformari minus debere huic seculo dixisse, quia breue sit illud & facile dissoluatur, & figuram præ se labilem ferat. Cum vero de virtute agit, & spiritus innouatione transformamini intulit, vt virtutem ostendat, nullam habere in se adumbratam figuram, sed formam veram & subsistentem: nec illo indigere exteriori ornatu, quemadmodum mundus qui se & comit quidem, & figuris quibusdam expolit vt nos fallat. Debemus itaq; semper in virtutis effigiem trãsformari, innouatione à prauis ad bonum desumpta, & à minori virtute prouehi ad maiorem. **Vt probetis quæ sit volũtas dei bona & beneplacens & perfecta.** Cum innouamini dixerit, noui semper effecti, infert etiã cui rei conducat istiusmodi mentis innouatio, inquitq; vt probetis. i. vt noscatis quæ dei voluntas sit. Qui em̃ mentem gesserit vetustate confectam, longe abest à diuinę voluntatis cognitione: q̃ sane exigit vt in spiritu & paupertate viuat, & luctu, & alijs in rebus, quas lege cauit: At qui mente & animo innouat, tenet hauddubie quid deus velit. Nec tñ ea cognitione qua & Iudæi, qui à lege pendebant. Quæ & si pro dei tunc voluntate in legem sit habita, alioqui nec grata fuit neq; perfecta. Non enim vt pcipua lata est illa, sed ob illorũ imbecillitatem concessa. Testamentum vero hoc nouũ & perfectum est, & deo acceptum. Potest secundum Basilium dei voluntas vel in hũc modum intelligi: Quod multa vult deus, quę partim quia nobis in beneficium cedunt, & bonitate sunt plena, bona dicuntur, partim mala, quia inferunt malum. Quod profecto tum fit, cum nostris prauis facinoribus irascit deus, tametsi illorũ finis optimus sit futurus. Debemus igit bonam hanc dei imitari volũtatem. Quæ vero fuerit ad ma

lum procliuior,nequaquam erit sectanda.Non enim ipsi inferendorum malorum sumus ministri,sed potestates illæ peruersæ funguntur hoc munere.Primum itaque aduerte quæ sit dei voluntas in bonum.qua percepta, quid illi deinceps sit beneplacitum,sectare.Sunt nanque bona pleraque quæ vel temporis ratione vel personæ nil placeant.Exempli gratia:Bonum est quidem deo offerre incensum,Ozias tamen cum id obtulisset,non placuit.Bonum præterea fuit,vt dei arcana discipulis crederentur,haud tamen erat cum nondum tempus adesset deo id placitum.Non enim inquit,potestis nunc portare.Cum autem simul & bonum erit & beneplacens, curandum vt perfectum & integrum sit. Quod bonum cum erit hoc modo absolutum,vti res postulabit,tribuendum est. Non mancum vel imminutum,sed in simplicitate.i.affatim & liberaliter.Quod si parce illud donet,nil plane perfectioris mensuræ modum assequetur istiusmodi largitio. Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omni qui est inter vos, non plus sapere quam oportet sapere,sed sapere ad sobrietatem. Præ sua humilitate Apostolus nullibi dignum se dicit,cui fides præstetur:sed dei clementiam & gratiam sæpe interserit,quibus omnia se consecutum fatetur.Non meum aliquid inquit,edissero, sed dei ex gratia & eius suggestu dicta hæc profero . Omnibus autem edico tam priuato quam magistratum gerenti, non esse vltra quam scire oporteat,sapiendum.Et primum quidem de humilitate disserit,à qua & Christus exorsus est, cum inquit:Beati pauperes spiritu. Quod autem Paulus hoc loco sentit,huiusmodi est:Oportet quidem sapere,hoc est,excelsam habere mentem,sed ad habendam cælestium cognitionem & conculcanda terrena,non vt in proximos superbiamus. Id enim foret longe plus sapere quam oportet.Sed vt sapiamus ad sobrietatem.i.ad humilitatem . Accepimus enim sapientiam non vt ea ad insipientiam,sed ad sobrietatem,hoc est, ad humilitatem vtamur.Quod eo dixit,vt arguat qui se non humilem exhibet,desipere,& plane efferri: Qui vero præ se

2.Par. 26

Iohan.16.

Mat.5.

tulerit humilitatē,mente nunc esse integra,eoq́; & optime sapere prædicari. vnicuiq́; sicut deus diuisit mēsurā fidei. Cū diceret nobis non vltra sapiendū q̄ ratio ipsa deposcat,sed sobrie sapiendum,differit & quēadmodū sapere debeamus. Et vt sic sapiamus,vt putemus vnicuiq́; deum fuisse mensurā fidei impertitum. Et qm̄ singulis deus fidei mensurā diuisit:nō em̄ id tua virtute,sed dei munere effectum est,quod siue magnum sit illud,siue exiguū,deus ipse largitus est. Fides aūt hoc loco pro dei gratia sumenda est, q̄ illi miracula factitarent. Duplex nanq́;
Mar.10. est fides nostra,altera,vt illud, Fides te saluum fecit: Altera
Mat.17. dei est donum,qua fiūt miranda,vt illud, Si habueritis fidem vt coccum sinapis,dicetis monti huic &c. Sicut em̄ in vno corpore multa mēbra habemus,oīa aūt membra non eundē actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo,singuli autē alter alterius membra. Corporis & membrorum exemplo eorum tollit elationem,q̄ sapere vltra modum cōquirunt. Nam quemadmodum vnum est corpus,& mēbra habet diuersa,varios actus operantia,sic & fideles ipi vnum in Christo sunt corpus,tanq̄ capiti innixū,& pro se quisq́; adinuicem est alterius membrum: ita vt non solum qui maior est,minoris sit membrum,sed minor maioris. Nolite ergo inuicem superbire,quandoquidē & ipi non secus ac membra alterna ope indigetis. Habētes autem donationes secundum gratiam quæ data est nobis,differentes,siue prophetiam secundum rationem fidei. Non enim nunerum vel magnitudinem vel paruitatem expressit eos habere,sed varietatem,vt vel ex nomine ipso eorū qui efferuntur, reprimat insolentiam. Nec officia dixit & virtutes,sed donationes appellat,vt à deo afferat ista concedi. Quinetiam vt segniores ad studium excitet,ostendit & ipsos,vt frui his donis liceat,conferre aliquid posse. Vnde(inquit) siue prophetiam secundum fidei proportionem,quę & si gratiæ sit lo-

co habenda, haud tñ effunditur temere, sed tm̃ influit, q̃n tum vas aliquod offeratur, quod excipere se sit accõmodum. Cuius prophetiæ idcirco meminit prius, vt nos cõmonefaciat, ne condemnemus vel delinquentes, q̃ id muneris sint consecuti, diceret deus quos mea gratia ipse nõ spoliarim, tu quis es, vt cõtẽptui habeas? **siue ministerium in ministrando.** Est sane priuatũ quoddã dispensandi donum administratio, qualis illa septem diaconorum fuit. potest tã pro quouis opere spirituali intelligi. Infert igitur, Si quis administrationem susceperit, in administratione videlicet maneat, neq; hanc præter aliud quærat, neq; in alium superbiendo insurgat, sed maneat accepto contentus. **siue qui docet in doctrina.** Si generale quandã administrationem intelligis, accipe etiã huius & species enumeratas: Si priuatam, attende quemadmodum vel huius prius fecerit mentionẽ. Vel si inferior sit, & doctrinã quæ sit longe præstantior secundo loco posuerit, indifferentẽ in his ordinem præferens, & plane p hæc instructurus, neq; intumescendum his esse, nec quoq̃ pacto superbiendum, qui alijs præstare quauis gratia videatur. **Qui exhortatur in exhortationibus.** Quinetiã vel huiusmodi adhortatio doctrinę quędã est species. Ea quippe dicitur esse doctrina vel simplex, quæ possit de re qualibet disputare obiecta. Exhortatio vero, quæ animũ mœrore vel ira affectum, & cõtinet verbis & frenat. Qui igitur (inquit) hortatur in hortationibus perstet, hisq; & operam impendens, neminem per insolentiam aspernetur. **qui tribuit in simplicitate, qui præsidet in solicitudine.** Cum doctrinã & exhortationem commemini nisset, q̃ animis præsident ad tutelã, nunc de rebus corporeis differit, q̃ secundo sunt loco habendæ. Simplicitatem aũt abundantiã dicit. Est enĩ necesse abunde largiri. Nulla nanq; permansura est virtus quæ exercetur remissius. Accedit & virgines, cũ oleum haberẽt, alioqui quia satis esse nõ videbatur, fuisse reiectas, Nec minus & prę̨sidentẽ

Actu. 6.

Mat. 25.

oportet diligentissimum esse,nec munus sibi iniunctum exequi negligentius.Præsidere nanq; est,cum verbis,tum proprij corporis adminiculo opē præstare indigenti. Et qm̄ pecunijs iuuandos fore inopes dixit,& eaꝝ non mul tis sit copia,esse tamen cum præsidemus,egenis pro viri bus studiosissime succurrendum iniungit. **qui cōpatitur in hilaritate.** Dixit superius abunde esse & solicite tribuendum.Et qm̄ pleriq;,& si multa impartiant,inuiti tn̄ id agunt,mœstiq; conferunt sua, necessarium fore inquit,vt in abundanti largitione nulla insit tristitia,sed hilaritas potius & tranquillior facies.Est nanq; lętandū magnopere cum tibi tenui quodam & perexiguo pretio cælum vendicas.Aduerte aūt hoc largientis esse & commiserantis discrimē,quod alter quod ab alio ceperit, in aliū confert:& alter vero quæ sua sunt tribuit. **Dilectio sine simulatione.** Ostēdit quemadmodum perfici possint prædicta,nunc charitatem ait nequaq̄ debere fucatā esse.Tunc em̄ & amorem dicit subsecutuꝝ, & cuncta factu fore facillima, cum is qui clementior sit,hilarem se in locando beneficio præstet, & diuitias alienis perinde ac sibijpsi impartiat.Et si præfuerit,omni studio præsit, qn̄quidem proximi gratia nō secus ac pro seipso contēdat. **Odientes malū.** Dixit in charitate. Et qm̄ est noxium quoddam amoris genus,cuiusmodi prædonum vel istiusmodi ad furta conspirantium beneuolentia, illud infert: Odientes malum.i.ex animo malum odio habetote: cūq; pleriq; sint qui & si re ipsa à prauis abstineāt facinoribus, sunt tn̄ ea perpetrandi cupidiores.Odium(inquit) aduersus nequitiā quod ex corde prodeat à vobis exegerim,vt aīa purior sit & integrior.Neq; cum illud auditis, amate vos inuicem,existimabitis vos concitari,vt cōspiretis ad malum:sed velim (quod est his longe diuersum) alienos vos fieri,non mō ab actionibus prauis, sed etiam ab om̄i mentis affectu qui ducat ad malū. **adhærentes bono.** Nec sat est mala defugere,sed incumbēdum etiam vt bo-

na operemur. Propterea & bono inhærẽtes dixit.i. vt animi quodã affectu quod bonum est prosequamini. Nec secus ac deus, cum virum fœminæ arctius copularet, vxori inhęrebit, subiecit: Charitatẽ fraternitatis inuicem diligentes. Commonefeci vos (inquit) vt mutua vos beneuolentia complectamini, & merito quidem id erit ꝑ vos exequendum: estis nanq; fraternitatis vinculo nexi, & vna ex vulua & lauacro procreati. Aequum est itaq; vt adinuicem amicitiã ineatis, qua vel magis fraternitas hęc innotescat: & amicitia quam fraternitas parit, gratior sit futura & firmior. honore vos inuicẽ præuenietẽs. Differit hoc loco quemadmodum fraterna hæc charitas diu sit permansura, tum .s. cum se fratres honore p̃uenerint, in eoq; exhibendo se vel officijs alternis anticipent. Solicitudine non pigri. Q̃m videntur pleriq; proximum animo duntaxat prosequi, nec tamen manum porrigunt indigenti vel opem ferunt, studio esse, inquit, & diligentia connitendum, vt dum alijs præsidemus, & auxilio simus. spiritu ferueẽtes. Haud secus ac quispiam roget, quo pacto efficiemur solicitudine non pigri? Respondet, si spũ erimus feruentiores. i. si exciti fuerimus & charitatis ardore incensi. At illud velim aduertas, ꝙ cum plerasq; virtutis species explicasset, demum & spiritu feruentes intulerit, perinde ac si quis fuerit dicta hæc oĩa consecutus, & spiritus sit gratiam habiturus, & ab eo incensus feruescat. Dño seruiẽtes. Cum fraternitatis amore tenebris & charitatem simul habueris, & reliqua fueris, quę superius narrata sunt nactus, tunc deo videberis inseruire, qui in se excipit quodcunq; in fratrem cõtuleris. Spe gaudentes. Quoniam magna q̃dam & factu difficilia exegisse videt, ait nunc quemadmodũ fieri hæc facillime queãt, si spe, videlicet ipsi iuuabimur: etenim virilem admodũ animum reddit spes, & ad obeũda pericula fidentiorem. in tribulatione patientes. Et quoniam spes de futuris habet, asserit eum tam in præsenti hoc seculo, q̃

Gene. 2.

in futuro magni aliquid boni vendicaturus, qui ex angu-
stiæ & pressuræ tolerantia de se periculum fecerit. **orati-
oni instantes.** Magno vel id futurum est adiumento, id est,
oratio ipsa, vt consequi cuncta possimus quæ sunt superius
explicata, nec quidem simpliciter orantes dixit, sed orati-
oni instātes: vt si nihil initio statim acceperis deprecatus,
instando tamen ad votum cuncta perficias. **necessitatibus
sanctorum communicantes.** Superius dixit, qui in hila-
ritate cōmiseratur, vniuersis plane manum porrexit & opē
tulit. Nūc vero de eleemosyna meminit, quæ in fideles ipsos
confertur, quos sanctos appellat: ne solum (inquit) istorum
necessitatibus subuenite, quin velim & participes sitis, ar
guens pro mercimonio id haberi oportere, cuius & lucrū
in commune sit concessum, siquidem tibi tribuenti argen
tum, illi cōtra daturi sunt cælum, sic sane cum nummis cæ
lestia commutabis. Nec delicijs sanctorum dixit, sed necessi
tatibus succurendum, vt ocyus impetret quod hortatur.
Nā quo pacto non inhumani vel immanes potius vide-
ri debent, qui sanctorum non subueniant indigentiæ? **ho-
spitalitatē sectantes**, Non dixit tractantes, sed sectan
tes, vt nos instruat, nil expectandum fore, vt nos adeant
pauperes, sed occurrendum his potius esse. Insuper & per
sequendos hos esse, vt Abraā & Loth illum fecisse memo
Ge. 18.19 riæ proditum est. **Benedicite persequētibus vos,
benedicite, & nolite maledicere.** Postquam eos de chari-
tate fraterna & erga proximos amore instruxit, demum
quemadmodū nos erga inimicos debeamus habere edis-
serit. Neque id dixit, nolite vel odia exercere vel vindictas,
sed quod præstantius est, benedictis prosequimini vobis in-
fensos. Porro qui pro Christo se insectantibus benedixe-
rit, arguit se id lætiori animo ferre, quod eius gratia tole-
rat, quem colat plurimum: contra vero, qui maledictis se
lacessentē insequitur, eo grauiter se id ferre quod patitur patefa-
cit, quia eum nil amet, cuius ob gratiā iniuria lacessitur.
Flete cū flentibus, & gaudete cū gaudentibus.

Mira est opus animi magnitudine, vt nō mō vacemus in uidia, sed etiā adgaudere possimus lętitia exultātibus. Per id nanq; arguit animus omi ꝑrsus inuidia liber: siquidē lō ge est magis gaudentibus congratulari, q̄ edere cū flenti bus gemitū. Lachrymas nanq; natura suggerit, & ad com miserandū faciles reddit. Ad misericordiā igit nos erudit, & vt aīo simus erga oēs bñuolentissimo, vel in eosipsos q nos persequunt. idipsum inuicē consentientes. Rur sum de sobrietate & humilitate nunc disserit, & merito q dem. Insederat em̄ in vrbe regia, vtpote rerū potita, super biæ morbus. Sēsus aūt hmōi est: Etsi magni te ducis, haud tñ q frater sit, te inferiorē existimabis. Vt em̄ tenuē illum & humilē putas, sic velim de te ipse & sentias. Hunc em̄ in modū oēm disparitatē æq̄bis, nec illum contēnes tanq̄ ti bi sit impar, sed æq̄ hunc ac ipsum te honoribus proseque ris. non alta sapientes, sed humilibus consentien tes. Quo pacto (dicet aliqs) q̄d paulo añ dictū est, conse qui quispiā poterit? Nēpe si altiora (inquit) & supba mini me sapuerimus, sed cū humilibus. i. vilioribus, abiectis, & cōtemptibilibus consentiemur. i. deferemur, & illorū nos sorti annumerabimus. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Hoc est, nolite vel vr̄æ prudentię vel viri bus ita confidere, vt existimetis nemine vos indigere con sultore, & q̄ recta sunt suggerente. Moyses em̄, etsi dei col logo frueret, opus tñ habuit quē consuleret socero. nulli malū pro malo reddētes. Si aliū quenpiā dixeris ne quā esse & improbū, cur ipse hūc imitaris, & q̄ praua sunt peragis? Nec solū (inqt) nil mali credēti intuleris, sed nemi ni dixit, vel gręcus sit ille, vel quis alius fuerit. prouiden tes bona corā omibus hoībus. Non em̄ vt ad iactā tiam viuamus hoc intulit, sed ne causam alijs præbeamus nos obtrectādi, pręsertim cū plurimi sint qui dicta nostra & facta obseruent. si fieri potest, quod ex vobis est, cū omnibus hominibus pacem habētes. Recte dixit, si fieri potest. Nam sæpe nec quietem ducere possu-

Exodi. 18

mus,nec pacem seruare, p̃sertim cũ de fide certamen aliquod orit. Age igitur,inquit, nullam pro viribus cuiquã dissidij vel obturbationis occasionem obtuleris. Verum si religionẽ fidemve offensum iri prospexeris, obsiste virili & ingenti aĩo,pro veritate tutanda decertans.Nec dixerim,hoĩem ipsum odio habeas,sed illius sit tibi odiosa impietas:vel potius hunc cõmiseratus, curandũ per te & ad sanitatẽ reuocandũ existimato.Sic fiet vt quod interea fieri videbat non posse,factu facillimum sit: & quantum in te fuerit,pace sis vsus, impietate duntaxat oppugnata.

Deute.32 **Non vosmetipsos vindicãtes charissimi, sed date locũ iræ. Scriptũ est em, Mihi vindictã & ego retribuã,dicit dominus.** Cedite (inquit) iræ.i.diuinæ,q̃ illatas vobis iniurias vindicabit.Nã si pœnas de iniuriam inferentibus sumpturi vos estis,non vobis opem laturus accurret deus:at si illos missos feceritis, acerbius in hos vindicabit. Apostolus aũt eo hæc intulit, sacrarũ literarum testimonio cõprobata,vt consolet intolerantes,qui nihil magis voluptati habent cũ offendunt, q̃ vt contumelias vindicẽt. **Sed si esurierit inimicus tuus,ciba illũ:si sitit,potũ da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres sup caput eius.** Plurimũ à nobis sapientiæ exigit.Quid ergo?inquiet q̃spiam,non erga lacessentes iniuria,pax erit vtenda?quin etiã vel beneficia conferenda esse iniunxerim,inquit:qppe qui sis in caput illius congesturus carbones. Quod eo intulit,vt eorũ qui lacessunt & afficiuntur iniurijs,subleuet animi pusillanimitatem,quibus nihil adeo videt suaue,q̃ hostẽ spectare cruciatum subisse,quasi illud inquiat deus: Vis ne in cõtumeliosum & lacessentẽ exercere vindictã? Boni aliquid in eũ conferto,tunc acerbior ero tuę iniurię vindex. Vnde & cũ acriora tormenta p̃tenderet fore, dixit vt ardentes in eum carbones accumulares, & eapropter & illud prædixit esse diuinæ iræ concedendum. **Noli vinci a malo,sed vince in bono malũ.** Hoc loco

tacite arguit, non eo esse inimicos cibandos, vt acriora illis supplicia inferamus. Hoc plane sibi vult illud cum inquit, Noli vinci à malo, hoc est, nihil in quenpiam iniquo & maleuolo animo gesseris, nec hunc tibi imitandum desumpseris, qui officere soleat & obesse: hæc nanque tua erit victoria: Quin potius quouis studio nitere beneficio vincere, eundemque ex improbo reddere probiorem. Quæ aūt supra commemorauit Apostolus, vt eos qui pusillo sunt animo, & impatientes demulceat dixit, nunc vero q̄ perfectiora sunt explicauit. Caput XIII.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Postq̄ satis iā auditor͡ mores instituit, eosdemque vt humanos se erga hostes exhibeant cōmonefecit, inducit aliud quoddā instructionis genus, & vniuersos erudit, siue sacerdos sit ille, siue monachus, siue apostolus, vt se principibus subdant: cuiusmodi subiectio nil prorsus est dei sublatura cognitionē. Quod idcirco Apostolus admonet, vt ostendat euangeliū hoīes non vt à deo desciscant instruere, neque ad crudelitatē hos erudire, sed ad gratitudinē potius & fidē. Non enī est potestas nisi à deo: quæ autem sunt, à deo ordinata sunt. Quæret aliquis, quid ais? Nū singuli à deo principes instituunt? Non illud assero, inquit, neque de singulis q̄ hoc principatus munere fungunt, nunc mihi est sermo, sed de re ipsa. Nā quod constitutæ sint potestates & alij dominent, alij vero dominor͡ imperio pareant, ne confuse oīa differantur, diuinæ sapientiæ esse id dixerim opus. Neque enim dixit, non est princeps, sed nulla est, nisi à deo proficiscat, potestas, ita vt de ipso principatus munere, non de principe disserat. sicuti cū sapiens aliquis dixerit, à deo vxor viro coniungitur, haud sane (inquit) quicunque cū vxore rem habeat, ex eo sibi vxorem connectere, sed deum hanc copulasse, qui & nuptias fecerit. Potestates itaque omnes q̄scunque animo & cogitatione versaueris, à deo sunt institutæ, siue patris in filium, siue in vxorē viri: vel si quas alias Prouc. 19

dixeris,siue cæteras omnes, quas esse vel inter bruta animantia constat,quales apium,anserum,& piscium sunt, & huiusmodi. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit: qui autem resistunt,ipsi sibi dānationem acquirūt. Ne forte illud fideles obijcerent, nos ipse reddis abiectiores,qui cum simus regno cęlorum potituri,principibus subdas,ostendit deo esse subiectos qui magistratibus parent . Quinetiam quod est horribilius adijcit,eum videlicet qui his minus paruerit,deo obsistere,qui illos instituit. Qui vero obstiterit,cum deo tū hominibus pœnas daturum. Quod sane per illud significatur,quod inquit,damnationem sibi acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis aūt non timere potestatē? Bonū fac,& habebis laudē ex ipsa. Quid trepidas? aut qd timore corriperis? num tibi recta agenti ,mala ingesturus est princeps? Nō enim ille formidini futurus est ei, qui virtuti incumbit. Quin potius si bona egeris,in tui gloriam assidebit,tantumq́; aberit vt se tibi formidolosum exhibeat, vt vel laudum tuarū sit præco futurus. Dei enī minister est tibi in bonum. Princeps enim dei voluntati obsequitur. Consulit tibi per euangelium deus vt pudicitiā & castitatem secteris,has ipsas & princeps iubet seruare. Auaritiam commonefacit per legem vt furta defugias,& ille de his præsidet cogniturus: ita fit,vt si principi illi obtēperaueris,ad optimas actiōes tibi vel operam præstet. Si autem malum feceris,time. Non enim sine causa gladium portat. Non enim princeps nobis formidinem parit,sed nostra malignitas,qua & principis gladius exercetur, id est, principis potestas,quę pœnas exigit. Neque enim temere ille succinctus est ferro, sed vt improbos tormentis afficiat. Dei enim minister est, vindex in irā ei qui malum opatur. Cum laudibus princeps virtutē extulerit,dei voluntatem exequitur: cū gladio vtitur,dei minister est. Cum vero vindex fuerit virtutis, ne-

Matt. 5.
Exod. 20
Deute. 5.

quitiam insectatur. Plerique enim non dei magis quam principis formidine ducti, sese ad virtutem exercent. Præsul itaque ille, cum animaduertit in improbos ob virtutis vindictã, dei ministerio fungitur. Ideoque necessitati subditi estote, nõ solũ propter irã, sed etiã propter cõscientiã. Necesse est (inquit) vt subeas iugum, vt non modo vel dei vel principum irã nil prorsus pericliteris vt cõtumax, nec intolerabili afficiaris supplicio, sed etiã ne conscientia carere appareas. i. ne ingratus in beneficos arguaris. maximis enim beneficijs principes ciuitates cõdonant. Per illos nanque & nostra hæc vita cõstat. Qui si tollantur è medio, auferantur & cuncta necesse est, vocantibus infirmiores potentibus. Suadeat ergo tibi conscientia tua, eis honorem vt deferas, qui nobis bona huiusmodi largiuntur. Ideo enim & tributa præstatis. Ipse (inquit) principum istiusmodi in te beneficia testificaris & probas, cũ eis tributum & mercedem dependis. Quod sane perspicuũ est, eo te illud persoluere, quia & tui curã illi susceperint. Neque enim præsidibus ipsis hos census à principio detulissemus, ni nobis fuissent pernecessarij: quippe cum ipsi curis vacui, hos habeamus qui pro nobis inuigilent. Ministri aũt dei sunt in hoc ipsum permanentes. Fit itaque vel dei id voluntate, vt tributa suis ministris pendãtur. Vult enim deus vt pax ipsa & virtus exerceantur, & propulset iniquitas, additique deo volente ministri sunt principes: & illi parent cũ ministerio isto funguntur, & pro communi hominum statu labores insumunt, in eoque & perstant & conituntur, vt vitam ipsi per quietem ducamus. Si quis vero hoc principatu abutitur, nihil is principi officit, quin suum ille & moderandi & ministrandi decus tuetur. Reddite ergo oĩbus debita: cui tributũ, tributũ: cui vectigal, vectigal: cui timorẽ, timorẽ: cui honorẽ honorem. Debitum (inquit) tibi quoddam inexcusabile impositũ est, quod persoluere principibus debeas, gratitudinis scilicet. Redde itaque vniuersis quibus creditus est ma

giſtratus, q̃d debes. Cui fueris pro cenſu obligatus, cẽſum depende: cui pro vectigali, vectigal: cui pro tributo, tributũ perſolue. Nec ſolũ pecunias deberi illis affirmat, quin & timorẽ, hoc eſt, pudorem & verecundiã, & honoris plurimũ principibus exhibendũ, ita vt cui debeat̃ hic honos, honos reddat̃. Timor aũt duplex eſt, altero noxij, ex malorũ facinorꝝ cõſcientia corripiunt̃, alterꝝ viciſſitudine quadã impertiunt̃, qui mutuo detinent̃ amore, cuiuſmodi timor, honor eſt quidã præcipuus: q̃lis ille videtur, cum inquit: Nihil deeſt timẽtibus eũ. &, Timor dñi permanet in

Pſalm. 33. Pſalm. 18 ſeculũ ſeculi. Timor aũt hoc loco venerationem quãdam prætendit. **Nemini quicquã debeatis niſi vt inuicẽ diligatis.** Soluite (inq̃t) q̃ maiora ſunt debita, nunq̃ tñ perſoluere charitatẽ velitis, quin potius ſit illa vobis in debitum quoddã perpetuum. Neq; exiſtimes velim, ſi hodie proximo te beneuolũ præſtitiſti, fuiſſe te ob id bñuolentiæ vinculo liberatũ, vt eundẽ mox in craſtinum negli

Exod. 20 gas, ſed exiſtima te proximo cuiq; perpetui amoris eẽ ob-

Deute. 5. noxiũ. **Qui eñ diligit proximũ, legẽ impleuit. Nã non adulterabis, nõ occides, non furaberis, nõ falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatũ, in hoc verbo inſtauratur. Diliges proximum tuũ ſicut teipſum.** Totam legem implet, qui proximũ amore proſequit̃. Itaq; amare hunc debet, cum ex hoc animi affectu tñ quiſq; beneficij vendicet, vt legẽ ipſam adimpleat. Enuero & mandatorꝝ ſummã breuibus explicat. Virtutis nanq; vt principiũ, ita & finis eſt charitas. Lex ergo interiorem quandã beneuolentiã exigit, quippe q̃ iſtiuſmodi iubeat, haud ſecus ac teipſum, ꝓximum colas, Chr̃s vero (quod præſtantius eſt) longe magis hunc eſſe beneuolentia cõplectendum iniũgit, q̃ noſipſi cõplectimur. Qñquidem vel animã ipſam

Iohan. 15. amici grã ponendã commonefacit. **Dilectio proximi malũ non operatur. Plenitudo ergo legis ẽ charitas.** Duas charitati ineſſe virtutis ſpecies patefacit, ma

li videlicet abstinentiã, cum malum (inquit) nõ operatur, & boni opationem cum infert, impletio igit legis. Quo fit vt integrã nobis virtutẽ pariat charitas, quæ lege p̃tenditur. Et hoc scientes tẽpus, quia hora est iam nos de somno surgere. Debetis (inqt) plurimi facere charitatem: per hanc nãq; & reliquæ constant virtutes, & temporis grã, quia in ꝓximo est resurrectio, in propinquo & dei iudiciũ. Necesse est itaq; vt ab ignauiæ & torpedinis somno excitemini, prõptiores q; sitis & parati ad opa, quę resurrectione sint nõ indigna. Nunc em̃ propinquior est nostra salus, quã cum credimus. Qm̃ par erat vt illi in fidei ipsius primordijs, maiorẽ de se diligentiã & feruorem præstarent, & deinceps tpis processu refrigescerẽt, dixit magis hoc tpe futuro seculo appropinquamus, q̃d potiore quodã salutis noĩe expressit: siquidẽ peccantibus illud non saluti sit, sed exitio futurũ. Cũ itaq; ad diẽ illũ propinquiores accedimus, maiori studio virtuti est incũbendum, q̃d postmodum ex his quæ insequunt ostendit. Nox præcessit, dies aũt appropinquabit. Id est, ad finem nox ipsa declinat. Exempli grã: Cõcedamus horis duodecim produci noctẽ, e quibus decem exactis, proue ctam hãc dicimus. i. propemodũ finem transgressam, breuiq; fore vt finiat, qa in aurorã iam vergat: sic sane per noctem hoc seculũ exprimit, cum qa in eo pleriq; versent in tenebris, tum etiã q; singulorũ sit vita occultior. Dein vero p diem, futurũ illud p̃tendit iudicium, quia in eo sint iusti splendorẽ habituri & gloriã: & quæ adhuc celata sunt & occulta, patebunt cuncta. In euangelio tñ per diẽ, præsens hoc seculũ dicimus, qa in ea sit bonis operibus studẽdum: per noctẽ vero, futurũ, quia nemini in eo licebit aliquid operari. Abijciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis. Opera vocat peccati actiões, vtpote quæ plurimũ difficultatis habeant & negotij, & in maximo sint cum in hac vita, tum in futura, discrimine. Iustitiæ vero arma quę virtutis sunt opa, quibus hi quidem

Iohan. 9

Sapient. 5

securiores reddunt & tuti, qui illa sunt nacti. Ea nanq; armorum sunt loco, & afferunt charitatē. Abijciamus aūt tenebrarum opera cum inquit, & lucis arma induamur: & quemadmodum possint delictorum actiones defugi, & ad virtutē possimus induci, facilitatē ōndit. Nam vt nobis perfacile est altero deposito indumento, vt alterum induamus, sic leue admodū reiecta neqtia, vt virtutē sectemur. **Sicut in die honeste ambulemus.** Dixerat supra appropinquare diem, nunc imminere hunc indicat, cum honeste inquit, vt in die ambulemus. Et qm̄ ea apud Romanos gloria plurimi erat, quę esset à multis delata, pellicit eos & moderatur per honestatis eiusmodi appellationē. Neq; ambulate dixit, sed ambulemus, vt minus molestā exhortationem hāc reddat. Nihil em̄ adeo impudentiā parit q̄ praua facinora: Vti contra, nulla re magis q̄ virtute comparatur honestas. **Non in comessationibus & ebrietatibus.** Non potū, phibet, sed vini potus intemperātiam. Nec vino frui, sed temulentiam interdicit. κῶμοι em̄ græce cantiones dicunt, quæ post nimiā vini luxuriā, & potum abundātissimum per luxū & incontinentiā decantantur, quod etiā παροινία dicit. **Non in cubilibus & impudicitijs.** Cum ebritatis mentionē fecisset, nunc & mala quę hanc subsequunt, cōmemorat. Nā vel ex hac violentia, sæuitia & impietas orit. Hoc aūt loco non legitimū mulierum concubitum prohibet ineundum, sed incestum & adulterium. **non in contentione & æmulatione.** Sublatis quæ ex concupiscentia prodeunt malis, nunc quæ ab ira nascūtur comprimit vitia. Nil enim adeo venerem ipsam succēdit, & iracundiam concitat, q̄ temulentia. Ex ęmulatione autem contentio oritur. Qui enim alteri inuidet, & ad cōuitia demum deueniet. Contentionē itaq; cum sit sublaturus, ad liuorē vnde illa originē sumpsit, decurrit. Et qm̄ ex ebrietate & comessatiōibus incendunt & bella, & domus euertunt plerunq; post illas, cōtentionis & inuidiæ meminit. **Sed induimini dn̄m Iesum Christū.** Cū nos for-

didis vestibus exuisset, vt optimis ornet, non vltra lucis armis nos induit, sed quod horribilius est, ꝓ veste Christũ largit: hoc si quis fuerit obductus, oēm ꝓrsus est virtutem adeptus. *Et carnis curam ne feceritis in desideriis.* Nihil sane q̃ minus carni ꝓuidendum sit impedit: sed illi ne ad voluptatem & luxũ indulgeatur iniungit: ꝑinde ac si dicat, carnis duntaxat ad sanitatē, non ad continentiam habenda est ratio. Nec em̃ dici ꝓuidentia posset, quæ carni flãmam & incendium excitaret, & ignis caminũ & gehennã illi succēderet. At vnũ illud quęrendũ, vt carnem bona valetudine habeas. Nec ꝑter id quippiã curæ habēdũ, ne libidinē nimia carnis indulgētia excites, q̃n studiũ oñe tuũ spiritalibus in rebus impēdas. Ca. XIIII.

Infirmum autem in fide assumite. Ex Iudæis plerique vel post Christi fidem susceptam, escas à lege olim interdictas cauebãt, & ita vt à carne suilla his quondã Leuit. 11 in esum vetita, abstinerent, nõdum confisi à lege prorsus Deute. 14 desciscere: sed cum minus se tolerabiles fore existimarēt, si suillam & solam non ederent, cæterarꝫ carnium esu intermisso, holeribus vescebantur. Cæteri vero qui perfectiores iam essent, nec huiuscemodi escam, & si lege interdictam cauerent, cauentibus conuitiabantur. Veritus ita ꝙ Paulus, ne si potiores illi & stabiliti iam fide, imperfectiores alios minus opportune incesserent, nec decenter, & leniter castigarent, obturbarent potius, & à fide suscepta summouerent, qui aliq̃d viderētur proficere. Et rem prudenter pertractat, & alternatim horꝫ partes tuatur: siquidem ne conuitiantes audet obiurgare ꝙ nequiter agant, ne imperfectiores in sua pertinacia cõfirmet: nec rursum iure illos ab his castigari, ne ad criminandum hos redderet acriores, sed modeste hos admonet. Et videtur quidē fide iam obfirmatos potius increpare, cum tñ sub sermonis quē ad hos habet prætextu, castigationem oēm in infirmiores cõuertat. Quod plane ex verbis quibus ad hoc vtitur, potest intelligi. Nam cum infirmos appellat, con-

festim valetudine affectos ondit. Cum vero assumite, inquit, hoc est, iuuate, arguit illos cura indigere & medela non mediocri, q̄d vltimum sane est morbi indicium. **non in disceptationibus cogitationum.** Hoc ē, nil altercantes & varijs suggestionibus pturbemini, qn ægrotantem curādum existimate. **Alius enim credit manducare se omnia, infirmus aūt holus mādat.** Cōparat cum imperfecto q sit perfectionē adeptus, inqtq;, perfectus quidē in fide cōfisus, indifferent omia comedit: imperfectior vero, vtpote qui nutabundus sit & instabilis, holus habet in esum. Aequū est igit vt curetur potius q̄ offendat infirmior. **Is qui manducat, non manducantem non spernat. Et qui nō manducat, manducantē non iudicet: deus enim illum assumpsit.** Qui oībus vescebantur tanq̄ in fide perfectiores, cęteros aspnebantur. Qui pro Iudæorū more à plurimis abstinebant, & rursum q minus ederent, eos q oībus vescerētur, gulæ vitio condēnabant. Et qm̄ horū pleriq; erant gētiles, vel horū, inquit Apostolus, deum suscepisse tutelā suā, hoc est, suā ineffabilem gratiā in eos ondisse. Quid igitur cū eis vltra de lege cōtendis? Qñquidem & eos deus iustificauit. **Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo dño stat aut cadit.** Perfectiores alloquit istiusmodi, vt quēadmodum eos à proximi contēptu auertit, sic ne alios iudicent dehortatur. Vtrunq; em̄ id factitabāt qui magis in fide pfecerāt. Nā & minus perfectos aspernabantur & iudicabāt. Tacite aūt carpit hoc loco q non dum ad fidei perfectionē euaserit, perinde ac si dicat: Neq; em̄ q̄d huius facta iudicanda non sint, eo iudicium interdico, sed q alteri sit in seruitutē adscriptus, hoc est, nō tuū sit, sed dei mācipiū. Qui & si sit morbo affectus, haud tñ seruitutem euasit, nec ob id penitus desperādus. Rursum vt hunc cōsoletur, nō prorsus eū infert fuisse collapsum, sed siue stet pedibus ait, siue labatur, vtrunq; in dñi siue lucrū siue dānum cedit. **Stabit autem. Potens est enim**

deus statuere illum. Cum inq̄t à deo hunc obfirmatum iri, labantem arguit, & ita vt consistendū diuina ope indigeat, q̄d dicere de his cōsueuimus de q̄bus nulla habe ri spes possit. Nam alius iudicat diem inter diem, alius iudicat omnem diem. Erāt nōnulli q & si à carne suilla non abstinerent, statutis tñ diebus ab ea cauebāt. Alij vero, qui illā assiduo esitarent, qui tñ abstinētes illos, q̄d minus ederent, incusabant. De his itaq; mentionē nūc facit, inquitq;, Alius alit̄ iudicat, ita vt in ęquo sit res, haud tñ ob eiusmodi abstinentiā incessendi sunt fratres. Ex his q̄dē & abstinētibus cōdescēdere videt̄ Apostolus, vt pote in q̄bus recens esset fides plantata. Unusquisq; in suo sensu abundet. Perinde ac si inquiat, cū de dogmatibus agitur, nequaq̄ est opus vt nr̄o sensu ducamur, q̄n erunt quæ ab alijs accepimus tenenda, vel si angelus è cælo demissus diuersa denuntiet. Cū vero de cibo℞ abstinentia contentio oritur vel alijs istiusmodi, si qui sunt ex neophytis qui delinquāt, vel indulgentia egeant, laxanda his erit, non intendenda seueritas. Qui sapit diem, domino sapit: & qui manducat, domino manducat. Qui diem inquit obseruat, dñi ob grām seruat, q̄a eum veretur. Qui vero minus hunc obseruauerit, p̄pter dñm, tanq̄ in Chr̄o perfectionem adeptus, oībus legis obseruationibus euasit superior. Et qui manducat, domino manducat: gratias enim agit deo: & qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo. Vnum inquit, illud perquirimus, si dei respectu gerātur oīa, eidēq; per eos si aguntur & grāe, qui abstinent, & qui cibum sumunt, quod sane si mente hac geritur, calumniari poterit nemo. Hæc quidem, vt dixmus, neophyto℞ ob gratiā dixit. & tacite carpit q Iudaicæ legis instituta sectantur, cū inquit: Et qui non comedit, deo grās refert: q̄ eñ id pacto ageret qui adhuc à lege penderet? Solus itaq; q comedit, deo grās agit. Nemo enim vestrum sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue enim viuimus, deo viui- Galat. 1

mus: siue morimur, deo morimur. Dñm (inquit) habemus cui curæ nos sumus, qui pro diuitijs, vitã hanc nostrã ducit, & mortẽ ꝓ dãno. Neq; eñ nobisipsis duntaxat viuimus, sed etiã dño. Vitã aũt hoc loco intelligit quæ fide constat, & mortẽ quæ à fide exciderit. Nequaq̃ igit eos ꝑmissurus est deus, q fuerint infirmiores, subire hunc secũdum fidẽ interitum, vel in fidei huius casum ꝓlabi. Siue igitur viuimus, siue morimur, domini sumus. A fidei morte ad naturalẽ pertrãsit, q̃ de nunc disserit, videlicet siue naturæ vitam hanc viuimus, inquiens, siue mortẽ obimus, dñi sumus. In hoc eñ Christus mortuus est & resurrexit, vt viuoꝝ & mortuorum dominetur. Vel hoc ait tibi vt suadeat, dñm eoꝝ q imbecilliores sunt, susceptuꝝ curam, vt in viã redeant tandem, quia & sanguinẽ fuderit & subierit mortem, vt in nobis ius & imperiũ habeat. Quo ergo pacto non & illis ꝓspiciat qui in eius sint seruiturẽ redacti, & quoꝝ causa sit tã multa ꝑpessus? Porro si vita perfunctis solet deus ꝓspicere, quid illis facturus est qui adhuc in humanis agunt? Hæc vero ideo intulit, vt pudore offundat qui Iudaicos ritus sectetur: suadeatq; vel eum q adhuc legi intendat, ingratum se Christo præstare, qui pro se mortem obierit. Tu autem quid iudicas fratrem tuum, comedentem vt gulosum: et tu autem comedens, quare spernis fratrem tuum tanquam modicefidei? Frater est, non oportet aspernari proprium membrum. Nũ tu pro ipso rediturus es rationem? Ipse constituetur ante tribunal, et ipse pœnas subbijt. Vides queadmodũ ꝑ hæc quę ad ꝑfectiores edisserit, ꝑterre-
Isaie. 45. facit Iudaizantẽ, vtpote q̃ apud tribunal illud horribile subiturus sit cruciatum. Scriptum ẽ enim: Viuo ego dicit dominus, qm̃ mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur deo. Itaq; vnusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. Qd inqt fore vt tanq̃ serui apud dñm iudicemur, & ꝓpheta testat,

cum dicit: Oēs mihi genu flexuri sunt: & oīs lingua, vel eorum qui ante conditā legē fuere mortaliū, vel legis tpe cōfitebit mihi.i. factorū redditurā est rationē. At cui? Nimirū nō legi, sed Christo. Quid ergo amplius à lege dependes? Non amplius ergo inuicē iudicemus, sed hoc iudicate potius, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Vtriq; (inqt) quæ inter vos oborta est, soluite contentionem: & ita, vt neq; ipse qui comedis imbecilliorē incessas, nec tu qui à vetitis escis abstines, fratrē quoquo pacto offendas: quia ipse legem obserues. Scandali autem & offensionis appellatio vtrisq; videtur pro mutua quadam sese offendendi vicissitudine, tam vescenti scilicet, quàm abstinenti competere. Scio & confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid inquinatum commune esse, illi commune est. Postq̄ cōmonefecit minus esse offendendum qui infirmioris sit fidei, de cibis etiam statuit, imbecillum erudiens, ne illos sumere vereatur, nec tāq̄ immūdos abhorreat, inqtq;: Noui & cōfido nō in cogitatiōibus hisce humanis, sed in dño, hoc est, edoctus ab eo, & certior factus, q̄d nihil p se sit inqnatū.i. q̄ ad eius naturā immundū, sed id ad eorū hoīm fieri opinionē immūdū à qbus & solis sordidū habeat, nō cęteris. Si enī propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Ad perfectiores hoc loquit, & si nequaq̄ natura sint inquinata cibaria, oportuit tamen te à carne suilla abstinere, si charitatem eras obseruaturus, ne tristitia frater offensus afficeretur, moxq; & ita subiungit: Noli cibo tuo illū perdere pro quo Christus mortuus est. Nec sane edulij gratia fratrem eneces velim, aut peruertas: qui à Christo tanto sit studio & curæ habitus, vt huius gratia vel mortē subierit. Nam si te porcinā ille edentem carnē perspexerit, ex mutuo iurgio & gstu obstinatior fiet, & in discrimine erit, ne Christo relicto, legi ꝓrsus inhæreat. Nō ergo blasphemetur

bonum nostrum. Hoc est, tu cũ perfectiõem sis nactus in fide (hanc em̃ & bonum appellat) noli hac tua perfecti one abuti: nec causam p̃beas, vt quis hãc detestetur. Nam cum p̃fectior sis, si imperfectum perdideris, id ip̃m quod tibi inerat boni, obtrectatoribus carpẽdum expones. Potes etiã id bonum pro dogmate capere, q̃si sic sentiat Paulus futurũ oĩno ob vestra dissidia & escarũ contentiones hmõi, vt execrentur infideles vestrũ id bonum .i. dogma hoc vestrum. Non enim est regnum dei esca & potus. Neq; em̃ ob escã potúmve probatum nos iri existimemus: nec id quidem cæleste illud in regnum inuexerit. Carpit aũt eos qui ob cibatum hmõi plurimum sibi laudis vendicarent. sed iustitia & pax & gaudium in spũ sancto. Ad regnum dei aditũ iustitia patefacit .i. vniuersæ virtutes, inculpabilis vita & pax, quę proximo sine iurgio exhibetur, & lætitia quã parit concordia, omissa tristitia, quæ p̃ximi ex afflictione oboritur. Et qm̃ vel paruis in rebus pax quædã & gaudium videtur inesse, in spũ sancto adiecit, perinde acsi inquiat, de pace eądem & hilaritate, quã in spũ sancto constat inesse edissero, nõ aliqua q̃uis pace vel mundana lætitia. Potest & sensu alio quodã profundiori id dictũ interp̃tari: dicit q;, Qui à carne suilla haudquaq̃ abstinuit, saluti inferre iniuriã, quã ei moriens Christus iam cõparasset: sic contra qui fratris ob gratiam ab eiusmodi esca se cõtinuerit, iustitiã operatur, quæ cæleste elargitur imperiũ. Qui enim in his seruierit Christo, placet deo, & probatus est hominibus. Oñdit hoc loco, inanis gloriæ & iactantiæ gratia obiurgasse se imperfectos, q haberẽtur p̃fectiores: Qui em̃ vult (inquiens) hoĩbus esse admirationi, non tm̃ ex ipsa vitæ perfectione, quãtum ex pacis & reliq̃rum virtutum gratia laudem cõsequetur, q̃s inẽ vel eã esse maximã constat, Christo scilicet inseruire, & deo placere, nõ tñ carnis suillę abstinẽtiã virtuti & laudi ducere. Itaq; quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt inuicẽ custo-

diamus. Quæ pacis sunt, imbecillioris cuiuspiã causa in tulit. Is nãq; erat qui cæteros diuexaret. Quæ vero ad ædificationẽ spectant, proptẽ perfectiorẽ aliquẽ dixit, vtpote qui fratrẽ carpat & turbet. Quin & vtrisq; id crimen impertit, cum adinuicẽ inquit. Cũq; & pacis prius cõmeminisset, ædificationis deinceps, arguit haud facile posse proximi ędificationẽ sine pace cõstare. Noli propter cibũ destruere dei opus. Dei opus, fratris esse salutem affirmat. Non ergo hanc ipse dissolueris, quã Christus ꝓximo cõparauit, & cibi ꝑsertim grã, velis videlicet ab istiusmodi esu absistere, vt fratrẽ sic lucrifacias. Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Cum perfectiorẽ acrius increpasset, veritus ne infirmior in sua praua conscientia perseueret, rursum hunc in modum decernit: Sunt quidem oĩa mũda, officiũt tñ hæc hoĩ, q̃ improba cõscientia obturbetur. Imperfectus eñ suillã, immundã existimans, si hanc degustare cogat, magis incessit. Necesse ẽ itaq; vt à re prius ediscat munda esse in esum oĩa. Bonum est non manducare carnẽ, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu (inqt) fratrem manducare cõpellis, quibus ille vti in cibum minus confidit. Ipse vero ea dixerim per te esse vitãda, quæ fratrẽ offendunt. Nec ideo ꝙ mala hæc videãtur, qppe cum munda sint oĩa, sed ꝙ scandalum ex his inferatur infirmo. Scandalizat eñ vt leuis, offendit aũt q̃a morbo laboret, vtpote qui fidei sit perexiguæ. Ex his itaq; oĩbus pellicit firmiorẽ, vt fratri opituletur, q̃ prorsus & & fragilis sit & imbecillus. Tu fidem habes penes te ipsum, habe corã deo. Hic plane explicat qui perfecti or videretur, iactantiæ grã suã hãc ostẽtasse perfectionẽ: infert igit, Vis ne te mihi nunc aperire queadmodum de istiusmodi escis & sentias recte, & credas perpuras esse? Nil mihi dixeris vel alteri cuiq̃ significandũ, sed satis sit tibi vel tacita cõsciẽtia tua, & deus ipse cui tu pates. Bea-

tus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Si hoim nemo pspexerit, ipsemet tibi ad id consequẽdum facturus es satis, si teipsum minus cõdemnes, nec ea in re tua te cõscientia criminis arguat, q̃ vel ꝓbaueris vel elegeris consectandũ. Intelligas aũt hæc de ꝓpositis escis duntaxat dici. Qui aũt discernit, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide. Qui hæret, inqt, nec fidentius edit, damnatur, nec eo ꝙ immũdus sit cibus, sed qa diffidit hunc mundũ esse, & illũ pinde acsi inquinatus esset, libauit. Omne aũt quod nõ est ex fide, peccatũ est. Quotiescũq; quispiã vel nihil cõfidit, vel autumat obsonium aliquod immundũ esse, & ita vt deprauata cõsciẽtia illud degustet, ꝓrsus est pctõ obnoxius. Ca. XV.

DEbemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere. Lenit hoc loco & hortat̃ perfectiores, vt alios instituendi secum vna onus insumant, quod sane prætendit cum inquit: Nos q̃ fortiores sumus. Nec simpliciter infirmos dixit, sed infirmorũ imbecillitates, duplici vsus vocabulo, vt ad maiorẽ hos commiserationem alliciat. Et non nobis placere. Cum diceret oportere nos sustinere, docet quemadmodũ fieri id queat, si ea videlicet quæ nr̃a sunt nil requiramus. Vnusquisq; vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Ne forte perfectus ille id inquat, ecce ipse ad me quod bonum est attraho, ad ædificationem adiunxit, perinde acsi illud inferat: nunc quidem etsi quod agis sit rectius, verũ quia minus fit oportune, ad pditionem potius facit: siquidem intẽpestiua obiurgatio nihil ædificat. Etenim Christus nõ sibi placuit, sed sicut scriptum est, Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Christũ ꝓducit in medium, vt arguat nobis eius exemplo viuendũ. Illi nanq; licebat sese à quis opprobrio & cõtumelia vindicare: neq; ea quę passus est perpeti, si sibiipsi placere maluisset, hoc est, si q̃d sua intererat, cõquisisset; sed suo iure repudiato, tũ crucia-

Psalm. 68

tus & tormenta potius excepisset, haud sane bonam de se multitudini opinionē ingesserat: q̄ppe q̄a impotēs esse et nullius momēti videret, haberetq̄ ꝑ malefico & seducto re. Alios (inq̄t) saluos facit, seip̄m aūt saluare non pōt. Exprobrātium itaq̄ improperia tibi patri in veteri testamē to obiecta, in me filiū reciderūt, ita fit, vt nil noui mihi obtigisse sit visum. Quæcunq̄ eñi scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt, vt per patiētiā & conso lationē scripturarū spē habeamus. Hæc aūt (inq̄t) ideo sunt scripta, vt ea sectemur, hoc loco etiā ad tentatio nū tolerantiā illos hortat, cū ait: Vel scripturæ ipsius hortatu validiores effecti, toleremꝰ, tolerādoq̄ ostēdamus no bis spē esse vegetā quandā & stabilē. Siqdē q̄ sustinet, sperare futura bona videt: quēadmodū cōtra q̄ impatiētior ē, à spe ipsa excidisse conuincit. Deus aūt patiētiæ & con solatiōis det vobis idipsum sapere in alterutrū secundū Christū Jesum. Arguit ex sacris lr̄is deū vna & tolerantiā & cōsolationē largiri, eoq̄ ip̄m patiētiæ deū & cōsolatiōis appellat, vtpote q̄ har̄ sit & largitor & causa. Optat itaq̄ & his cōprecatur, idip̄m ab eo adinuicē sapere exhiberi. Illud eñi est certioris charitatꝭ indiciū, vt q̄d de se quispiā sapiat, itidē & de ꝓximo sentiat. Et q̄m est alius quidā huius seculi amor, intulit secundum Christum Iesum, hoc est, vt illa sapiatis quæ Christo Iesu sunt placita. vt vnanimes vno ore glorificetis deū, et patrē domini nostri Jesu Christi. Quidnā lucri cōseq̄mur, cū vnū oēs sentimus & sapimus? nēpe q̄a deū laudibus ip̄i efferimus, nec ore duntaxat vno id agimus, sed & animis vnis. Hoc eñi cū vnanimes ait, ꝑtēdit. Mox illud seorsum ordit, & p̄rem dñi nr̄i Iesu Chr̄i. Q̄d si ita ꝑlegas, videlicet ipsius Chr̄i deū & patrē esse, neq̄ pōt id absurdū videri. est eñi secundum humanitatē Christi deus, & pat secundum diuinitatem. Propterquod suscipite inuicem sicut et Christus suscipit vos, in honorem dei. Superioribus monitis iterato insistit, & in exemplū Christum Matt. 27.

inducit,id sane ingens, cum vobis inuicē opem tuleritis; deo in gloriā cedet. Istiusmodi nāq; vestra animorū coniūctio deo laudē affert (In hoc em inquit cogrituri sunt oēs
Iohan. 15. q ipse me miserit, si in vnū conuenietis.) quēadmodū contra vestra dissidia deo blasphemiā pariunt. Nā & gentiles cum Christianos hoīes viderint factionibus inter se concertare, fidem ipam criminantur & culpāt. **Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circūcisionis propter veritatem ad confirmādas promissiōes patrum.** A supioribus quæ subsequunt dependent. Ostēdit autē hoc loco Paulus, Christū haudq̄q̄ sibijpsi gessisse morē, sed nostri potius grā oīa tolerasse. Et gētibus suadet, ne in Iudæos qui credidissent, supbe & insolent se gererent. Constat em Iudæos ex diuinis pollicitationibus suis maioribus factis, fuisse salutē assecutos, gētiles vero misericordia solū & dei benignitate saluos factos. Quod aūt dicit, tale ꝑmissum Abraę fuerat iā pridem, fore scilicet vt
Gene. 22. eius semen mūdum hæreditaret. Verū cū oēs q ex Abraā ortum duxissent, sontes essent & peccatis obnoxij, vtpote q fuissent legē ꝑuaricati, eoq; & ꝑmissione illa viderentur indigni, venit Christus & legem impleuit, & circuncisionem insuper in se admisit. Lege itaq; adimpleta, circuncisionis & Abraæ semē effectus, dei irā dissoluit, effecitq; nos ad excipiendas promissiones idoneos. Ob id igit cir cuncisionem suscepit, vt vera redderet dei ꝑmissa, non vt legem statueret. Quid igitur, heus tu, q̄ Iudaicos ritus sectaris, à lege pendes? Cuius gratia vt à ꝑmissionibus excidas, haud sane in paruo versaris discrimine. **gētes autem super misericordia honorare deum.** Qui ex Iudæis essent oriundi, etsi videbantur indigni, habuisse tñ cōstat promissiones, ipse vero gentilis ex sola dei clementia saluus est redditus, propterea & merito debes laudē deo enixius deferre & gloriam. Haudquaq̄ igitur me incusandum existimabitis, si vos appello & alloquor. Exposcit enim sacerdotale hoc meum officium, vt euāgelium præ

dicem: qua in re verbis vtor pro cultro. Estis em̄ vos ho-
stiæ loco. Quis ergo sacerdotem insimulabit illatæ iniu-
riæ, quia nouaculā admouerit ad immolationē iā destina
tis? sicut scriptum est, Propter hoc confitebor ti- Psalm. 17
bi in gentibus domine, et nomini tuo cātabo. Et Deute. 32
iterum dicit: Lætamini gentes cum plebe eius. Psalm. 116
Et iterum: Laudate omnes gentes dominum, Isaiæ. 11
et magnificate eum omnes populi. Et rursus
Isaias ait: Erit radix Iesse, et qui exurget rege-
re gentes, in eo gentes sperabunt. Testimonijs oī-
bus his inductis, nitit Paulus demonstrare, futurꝰ oīno vt
ex gentibus hoīes cum credituris Iudæis iungant, & vnū
sentiāt oēs Iudæos p̄terea frenat & cōprimit, ne in genti-
les superbiant, cum pateat plane ꝓphetas gentiles vocas-
se. Quinetiam & his qui ex gentibus sunt ꝑsuadet humili-
tatem per se sectādam, arguitq; eos tanto plura deo debe
re, quo & multa affatim accepint. Siquidē cum essent nō
populus, vniti sunt populo. Cōfitebor aūt in gētibus, sub
Christi ꝑsona ꝓlatum est, hoc est, p̄dicabo te ō pat in gē-
tibus. Erit aūt radix Iesse .i. ex radice Iesse ꝓdibit, qui sur
get dñari gentibus, hoc est Christus. Deus autem spei
repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt
abundetis in spe & virtute spiritus sancti. Precat
his, vt oīni lætitia impleātur, q ex Iudæis videlicet erant fi
deles effecti, pace vero gētiles. Hi nanq; sunt visi infensos
hos habuisse, q adhuc à lege penderent, vel potius vtræq;
hæ nationes odia inter se exercebāt. Verꝰ q̊ pacto hi pos-
sunt gaudio repleri & pace? in credendo qdem. Fides ve-
ro q̄ in re vobis est ꝓfutura? Nimirꝰ vt in spe abūdetis, spe
rātes futura & aduersa & grauiora tolerātes. Ad qd præ-
terea & spes nobis conduxerit, si quæras, ad consequendā
hauddubie spiritus sancti virtutē, quæ spem ipsam nobis
reddit validiorē. Largit em̄ & spes ipsa nobis spiritꝰ sancti
potētiā: & rursum spes hæc à sancto spū stabilit. Certus
sum aūt fratres mei & ego ipse de vobis, qm̄ ipsi

pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere. Cũ duriorẽ habuisset multis in locis orationẽ, consolat hos tandẽ. Nec solũ audiui, inqt, sed certior sum vel ipse ego effectus, q vos obiurgo & criminor, ꝗ estis bonitate referti, hoc est, mente bona, & erga fratres beneuola. Vel integrã virtutẽ ipsam bonitatem appellat. Nec bonitatẽ dixit habetis, sed pleni bonitate estis. Nã nihil ꝓdesset si essemus bonitatem adepti, nec scire quẽadmodum illa vtendũ sit. Propterea omi scientia subdidit, vt possitis alterutrũ monere, hoc est, nõ solũ vos discere, sed alios cõmonefacere & castigare. Audacius aũt scripsi vobis fratres ex parte, tanq̃ in memoriã vos reducens. Erant Romani id tpis in summo dignitatis fastigio, ideo & elati animi videbantur & tumidi. Et eos nũc propterea lenit cum inqt, audacius scripsi. Admodum nãq; istiusmodi verbis hos frãgit. Neq; his contentus, sed ex parte adiecit. i. placide & breuiter. Nec in docentis morem id egi, sed in memoriam redigẽtis, hoc est, paululum admonẽtis. Propter gratiã quæ data est mihi a deo, vt sim minister Christi Iesu in gẽtibus, sanctificans euangelium dei. Humili admodum sermone vtit, inqens: Nõ eñ mihi ipsi honorẽ vltro arripui, sed deus hũc mihi decreuit: q me ad id operis segregauit, nec meis ꝓ meritis, sed sua ex gr̃a. Ad quid autem mihi data est gr̃a? Certe vt euãgelij ministerio fungar & sacerdotio. Nil itaq; mihi succenseatis si vos alloquor. Id eñ mihi est sacerdotij munus, vt euãgelium prædicem, & ꝓ cultro sum sermonẽ sortit⁹, & vos hostię loco. Quis ergo sacerdotem insimulabit, qui cultrum adigat in sacrificiũ destinatis? vt fiat oblatio gẽtium accepta & sanctificata in spũ sancto. Neq; eo ad vos scripsi, vt laudẽ mihi aliquã vendicẽ, sed cum reliqs gentibus vt salutẽ & vos conseqmini. Hoc pacto gẽtilium ipsoꝝ oblatio omi fit ex parte accepta. Qñquidem vniuersi deo fructificant, sanctificata in spiritu sancto, hoc est, in puriori quadã &

spiritali vita. Neq; em̃ sola ex fide, q̃n & ex optimis vitæ actionibus, sanctitatem quis adipiscitur. Credentes enim & baptizati, accipimus spiritum. Verũ si rectis operibus caruerimus, extinguitur om̃is suscepta illa spiritus gratia. Reprimit insup Romanorũ elationem, ne eum dedignentur in præceptorem habere, q̃ vniuersas gentium deo ob tulerit nationes. **Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deum.** Postq̃ se humilem admodum reddidit & abiectum, rursum tñ suum sermonem paulo effert, ne oĩno contemptui habeatur, inq̃t: Mea gloria nõ in meipso, aut in meo studio & industria posita est, sed in Christi grã. Verũ si q̃bus ĩ rebus gloriã & ipse quæsierim, in his eędem quæ dei sunt dixerim, hoc est, non in vanis his & momentaneis, sed in spiritalibus ipsis mea omnis est gloria. **Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus, in obedientiam gentium verbo & factis, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spũs dei.** Qm̃ euãgelij se ministrũ vel in om̃es gentes asseruit, nunc subdit, nihil equidẽ glorior, neq; vt iactabundus & insolens prædico, q̃d ip̃e non gesserim: q̃n potius nil ipse confeci, sed deus me ꝓ instrumento q̃dam vsus & organo, operatus est oĩa. Quocũq; em̃ vel loquor, vel sum de cælestibus philosophatus, vel si quid aliud ago, vel si vitã duco cælestem, & miracula facito, deo sunt accensenda, nõ mihi. Differt aũt à ꝓdigio signum, quod signum dici in rebus naturalibus solet, cum nouum aliquid & insolitum editur, vt illud quod Petri socrus febricitans statim conualuit. Cum enim febris curatur, naturæ officium est: Quod autem mox post tactum febris abscesserit, nouitatem præfert. Prodigium vero in his hauddubie constat quæ præter naturam videntur: videlicet cum biceps aliquis oritur, vel cum is visum recuperat, qui cæcus sit natus. Et quoniam signa huiusmodi & prodigia dæmonum opera quadam plerunque eduntur, in spũs dei virtute adiũxit. Vñ quãta sit eius prętendi *Matth.8.* *Iohan.9*

tur dignitas,cuius tñ valeat spũs,vt istiusmodi admiratio
ne dignissima factitet.ita vt ab Jerusalem vsque Jl
lyricum repleuerim euãgelium Christi.Perinde ac
si inquiat, Vis ne dictorũ meorũ spectare iudiciũ? Respice
discipulorũ meorũ multitudinẽ. Ab Ierosolymis qppe ad
mare vsq; Illyricũ,q̃d eius est regionis confiniũ,quæ nunc
Bulgaria dicit,non prædicaui,inqt, sed compleui euange
liũ:vt arguat se non inanẽ habuisse sermonẽ, sed vtilẽ plu
rimis & perfectũ. Et ne forte existimes,cũ ab Ierusalẽ di-
cit ad Illyricũ vsq; recta illũ fuisse ,pfectũ,& in circuitu ad-
didit , hoc est , eas oras quæ in septentrionali sunt plaga,
& ad meridiẽ vergunt,verbo trãsegi & pagraui. Sic au
tem hoc prædicaui euãgelium,non vbi nomina-
tus est Christus,ne super alienũ fundamentum
ædificarem. Non solum tot innumeris gẽtibus euange
lium p̃dicando,q̃d visum est persuasi,sed me etiã ad hoĩes
contuli apud q̃s fuerat Chr̃i nomẽ inauditũ: adeo ipse ab
eo absum,vt me alienis discipulis ingerã,vel glorię gratia
id agã. Itaq; neq; ideo ad vos literas dedi, q̃si à nobis cupi
am laudẽ vendicare,sed vt ministeriũ meũ absoluã. Alie-
num aũt fundamentũ,apostolorũ instructionẽ dicit. Ne-
q; eo q̃d illi essent ab inuicẽ alieni,vel contraria p̃dicarent,
id dixit,sed mercedis ipsius ratione. Siqdem aliorũ aposto
lorũ merita ,p susceptis in Christi fide vulgãda laboribus,
aliena à Paulo videbañ, q̃a nihil sibi afferrent mercedis,
Isaie. 52. cũ alijs ex euãgelio venirent. sed sicut scriptũ est: Qui
bus non est annuntiatũ de eo,videbũt:& qui non
audierunt de eo,intelligent. Prophetiã hoc loco ostẽ
dit adimpletã. Plurimũ aũt insudat, & laborẽ insumit in-
gentẽ,q̃ indociles admodũ & rudes eligit instruẽdos,cui
rei Paulus erat intentus,propter quod & impediebar
plurimũ venire ad vos. Vel idipsum epistolæ initio
dixit,impeditus sum vsq; adhuc. Nunc vero impedimen
ti exponit causam,videlicet qa euangeliũ p̃dicando circũ-
cursaret. Vnde ob id (inqt) equidẽ plurimũ impediebar,

hoc est, pſæpe cupidus vos adeundi, iter aggrediens intépellatus ſum & detentus. Nunc vero vlterius locū non habens in his regionibus, cupiditatem habens veniendi ad vos, ex multis iā præcedentibus annis, cū in Hiſpaniā proficiſci cepero, ſpero quod præteriēs videbo vos, & a vobis dedu car illuc, ſi vobis prius ex parte fruitus fuero. Impediebat (inquit) meus ad vos aduentus, qa inerat animus his in regionibus p̄dicandi. Nūc vero cum nullū mihi hiſipſis in locis negotiū ſupeſt, ideo ad vos ſcribo, & facio de mea profectione futura propediē certiores. Deinde ne forte illi obijcerent, cum nihil habeas vltra ibi negotij, ad nos quos parui exiſtimas, q̄ſi ex otio abundāti, nō neceſſitate conferre te cupis, ſic infert. Habeo equidē ad vos iāpridem veniendi cupidinē, eamq́ȝ iā tandē explere contendo. Vtq́ȝ rurſum gloriæ ducāt à Paulo ſe tantope concupiſci, tanq̄ cæteris prꝫſtantiores, & illud intulit, Cū aūt in Hiſpaniā ipſe conceſſero, ad vos proficiſcar: & ne illud etiā Romani obiectent, perinde acſi ſuperuacaneum hoc tuum ad nos iter nunc Paule paras, cum alio ſis conceſſurꝰ, adiecit: Et à vobis eo traduci, hoc ē, voſmet inſpecta q̄ me vrget neceſſitate, vt vel Hiſpanos conueniā, priores eſtis ad illos me dimiſſuri. Non itaq́ȝ quia veſtri parua q̄dam apud me ratio conſtet, ſum vos ipſe p̄teriturus, ſed quia ſic cogor vt faciā. cunq́ȝ vel id afferre Romanis moleſtiā videret, maiorē illos in modū ſolat, cū inquit: Si prius & vobis ex parte fruar. Vnde & ſummā ſuam erga Romanos aperit beneuolentiā. Ex pte aūt dixit, q̄ſi id inquiat: Nullū poſſet vnq̄ tēpus vel animū meum explere, vel veſtræ mihi conuerſationis afferre ſatietatē. Pergratū itaq́ȝ fuerit ſi vobis quiuero, vel in partē aliquā frui. Nūc igitur proficiſcar Jeruſalē miniſtrare ſanctis. Probauerunt em̄ Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes ſanctoꝝ, qui ſunt in Jeruſalem. Pollicitus fuerat ſupius ſe ad Ro-

manos prętereundo iturus, sed cũ esset suã profectionẽ aliquãto remoraturus, ne illos videat eludere, & moræ causam explicat. Sũ equidẽ, inquiens: Ierosolymã concessurus, vt sanctis illis ministrum me præbeã. Quod eo intulit, vt intelligamus quanta sit & q̃ p̃clara huius mysterij virtus. Et Romanos hortat ad eleemosynam erogãdam: q̃nquidẽ probatum est ait, hoc est, rectum est id Macedonibus & Achais visum. Nec minus & hos incitat, illos vt imitent. Vbiq; aũt Paulus eleemosynã communicationẽ appellat, vtpote q̃ in cõmunem cedat vtilitatem, tã præbẽtis videlicet, q̃ accipiẽtis. Cum vero aliquã dicit, eleemosynæ tenuitatẽ exp̃ssit, ne videat Romanis auaritiã exprobrare, & parcitatem, pauperes aũt sanctoꝝ.i. fidelium, q duplici sunt ratione misericordia complectẽdi, & q̃a pauperes, & q̃a virtute sunt prædìti. **Placuit em̃ eis & debitores sunt eoꝝ. Nã si spiritalium eoꝝ participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis.** Nihil inquit, mirũ est si visum sanctis necessaria ministrasse: quippe qui his plurimũ debeãt. Quo pacto id inquis? Quid ni, cũ ex Iudæis, quibus assero hos esse obnoxios oriundus sit Chr̃s, & bonoꝝ gratia in mundũ concesserit: ab hisq; & apostolos & p̃phetas & bona reliq̃ fluxisse constat, quoꝝ omnium particeps factus est terraꝝ orbis. Vnde & merito debent gentiles istiusmodi viris, bona saltem carnalia suppeditare. Nec cõmunicare hos dixit, sed ministrare: quippe q̃s, vt ministros constituit. Nec in carnalibus suis dixit, cum spiritalia Iudæis adiudicasset. Q̃nquidem non vltra essent carnalia illa, hoc est, bona externa in gentiũ potestate, q̃ fidem iã excepissent, sed fidelib⁹ cunctis cõmunia. **Hoc igitur cũ consummauero, & assignauero eis fructũ hunc.** Hoc est in regiũ ęrariũ condã, tanq̃ in asylum aliq̃d & locũ tutissimum. Quæ em̃ sic recondunt, dici possunt & obsignata. Fructum aũt eo dixi, vt arguat eum maxime lucrifacere, qui aliquid egentibus impertit. **Proficiscar per vos in Hispaniam.**

Rursus Hispaniæ meminit, ostendēs necessariū sibi illuc fore iter suscipiendum. Nec tñ interea vrbem prætereundā quasi eos parui æstimaret. Scio aūt qm̄ veniens ad vos in abūdantia bñdictionis Christi veniā. Hoc est, conspecturus sum vos in oībus bonis q̄ secundū euangelium sunt profecisse. Abundātiam aūt bñdictionis, euangelij bona vniuersa appellat, q̄ benedictiōe sunt digna. i. laude quā per euangelium promeremur. Poteris etiā pro benedictione eleemosynā intelligere, perinde ac si dicat, Inuenturus sum vos cum in eleemosynis erogandis, tum in prꝰstita in oēs humanitate ad perfectionis apicem euasisse. Hæc aūt dicit, vt eos anticipet blandiēdo, vt laudum cupidine capti, tales prꝰstare se studeant, vt digni possint haberi q̄s & efferant oēs & laudibus prosequanť. Obsecro igitur vos fratres per dn̄m nostrū Iesum Christū, ⁊ per charitatē spiritussancti. Haud quaq̄ fide se dignum existimat, sed mediatores in præsenti facit: Christum inducit & spm̄sanctum. Patris vero ideo mentionem non facit, vt intelligas nec filium, nec spiritū sanctum excludi, cum patris tm̄ meminerit. Spūs aūt intulit charitatē, quemadmodum em̄ (inquit) pr̄ & filius dilexit mundū, sic & spūs. vt adiuuetis me in oratiōibus vestris ad deū. Ingētis sane humilitatis indiciū, cum se vel hoꝶ precibus asserit indigere. vt liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa. Non em̄ dixit, vt hos impugnem & superem, sed vt liberer, legem executus diuinam iubentem orandum esse ne in tentatiōem protinus inducamur. Simul etiā patefacit administrandum his esse, qui in medio tot infideliū diuersenť, à quibus & se liberari p̄catur, verebaturq́ꝫ ne fame illi in posterū deperirent. ⁊ obsequiū mei oblatio accepta fiat in Ierosolyma sanctis. Hoc est, vt aīo libenti oblata excipiant. Vnde & illud cōprehendi potest, haud satis esse eleemosynā impertiri, nisi & vltro hanc cōtulerim, sitq́ꝫ illa ex rebus bñ partis oblata, non ad iactantiam & gloriam contributa. Sic

ẽm oĩs ex ea deperit fructus. vt veniã ad vos in gaudio p voluntatem dei. Ideo inquit ab his eximi p̃cor, vt q̃primũ & cũ animi voluptate vos visam, si modo id fieri dei voluntate liceat. & refrigerer vobiscũ. Nõ vt vos instruã dixit, aut commonefaciã, sed vt refrigerer, hoc est, & vos in me estis ob doctrinã habituri quietẽ, & ipe in vobis ob auctã fidem. Arguit p̃terea sese & illos iãdiu certãtes & laboribus multis affectos, q̃re iã & otio indigere. Deus aũt pacis sit cũ omnibus vobis, Amen. Cõsueuit vbiq; Paulus auditoribus bene precari, vbi illos instruxit.

Caput XVI.

Commendo aũt vobis Phebem sororẽ nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est Lenchris. Hanc ẽm illis, cum esset epistolã delatura, commendat. Magnificat etiã cum sororẽ appellat, quod plurimũ ad autoritatẽ facit: nec minus, & cũ ecclesiæ ministrã dicit. vt eã suscipiatis in dño digne sanctis. Hoc est, ob dñi gratiã hãc honorate. Qui ẽm ob dominũ aliquẽ excipit, vel minimũ quenq; magnope honore prosequit̃, præsertim si sanctior sit qui suscipitur, longe magis est honorãdus. Proptereà digne sanctis adiecit, videlicet quemadmodũ excipiendi sunt sancti. & assistatis ei in quocunq; negotio vestri indiguerit. Hoc est, pro viribus illi opitulamini & manus porrigite. Etẽm ipsa quoq; assistit multis, & mihi. Huius primo laudes explicauit, mox vt suscipiatur orat. Postremo & laudes repetit, vndequaq; hos cogẽs vt in honore hãc habeant, cuius sit ecclesia ministerio vsa, & plerisq; tulerit opẽ, & mihi ipsi orbis terrarũ præconi & tanta perpesso. Salutate Priscã & Aquilã auditores meos in Christo Jesu. Fuere hi quidẽ mihi in adiumento in sermone & doctrina, laborũ insuper & periculorũ participes. Non-
Actu. 18 nulli vero eo adiutores hos dicunt, quia tẽtoria texerẽt, quorũ ex opificio, & ipsi cum Paulo victitarent. qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt. Perfecti

quidē & hi martyres extitēre. Quippe quibus Neronis tē pore magnū oībus impenderet discrimen. quibus nō solus ego gratias ago, sed cunctæ ecclesiæ gentiū, Hoc loco istorū in se hospitalitatē prætendit: & ne ad gratiam hæc falsò videat̄ dixisse, & alios testes producit. & domesticā eorū ecclesiā. Tanta erant hi probitatē imbuti, vt suā domū & familiā oēm fideles reddiderint. Horū itaq; domum ecclesiā dixit, nec solum quia Chri fidem exceperant, sed quia hospitio oēs credentes admitterent. Eorū ꝑterea domus duci pro ecclesia debet, in q̄ dei timor insit & virtus. Audiant hæc qui nuptijs copulant̄, & intelligant eas non esse ad virtutē impedimento. Salutate Epenetū dilectū meū, qui est primitiuus Achaiæ in Christo. Permagnū est sane, à Paulo quenpiā coli & obseruari. Qui non ad gratiā nouit, sed vero iudicio suā impertiri bñuolentiam. Primitiuū vero ideo dixit, vel quia maiorē q̄ reliqui oēs præ se tulerit pietatē, eoq; & in Christo adiecit, hoc est, non se pro huius seculi bonis, sed pro his q̄ sunt Christi priorem obtulit. Salutate Mariā quæ multū laborauit in nobis. Ex susceptis pro veritate laboribus, mulierē exornat, non solum (inquiēs) suīpsius gr̄a vigilijs & humi cubationibus insudauit, sed in nobis apostolorū officio functa laborem insumpsit. Quæret aliquis, cur Paulus fœminā hoc loco produxerit viros erudientem ad fidē, cum nullā huiuscemodi ꝑmittat mulieribus facultatem? Haudquaq̄ doctrinæ Apostolus interdicit sermonem, sed ne in cōsessu ꝑsideat mulier, vel suggestū conscendat, alios instructura, prohibuit, sed priuatā vbiq; instructionem maxime probat. Sic enim & vxor virū instituit, & Prisca Apollo edocuit. Nec illam ait multū alios instruxisse, sed laborasse plurimum, vt arguat illā vel in erogandis priuatis pecunijs, & modis alijs fuisse hoc ministerio vsam. Salutate Andronicum & Juniā cognatos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui & an̄ me fuerūt in Chri-

1. Cor, 14.
1. Tim. 2.
Actu. 18.

sto. Non tm̃ laudis affert cũ Paulo iuncta necessitudo & propinquitas sanguinis, quantũ subita cum Paulo seruitus. Longe em̃ grauiora tolerabant fideles, q̃ solent captiui qui compedibus vinciuntur. Magni est sane faciendũ, apostoli nomen fuisse sortitam, & Iuniam, prȩsertim quȩ mulier esset: quod praeterea maioris aestimãdum, & nobiles inter apostolos dici & insignes. Sunt enim hi ex rebus gestis & optimis actiõibus adepti nobilitatem. Nec Paulum pudet hos profiteri in Christi fide suscipienda se prȩuenisse, quin potius & laudibus effert, q̃d ad id boni anticipãdum prosiliissent. Salutate Ampliam dilectissimum mihi in domino. Si ab imperatore obseruari & coli, maximi fit, quanto magis ab Apostolo, qui virtutis gratia & dei respectu homines charitate complectitur? Salutate Urbanum adiutorẽ nostrum in Christo. Id quidem superiorem illam excedit laudem: quinimo ab hoc illa originem sumit. Est enim hauddubie ille dilectus, qui fit in tali opere adiutor & socius. Et Stachium dilectũ meũ. Hunc pari dignat laude. Salutate Apellẽ probum in Christo. Hoc est, qui nec criminis potest coargui, nec vlla affectus est nota. Nonnulli dicunt probum hunc appellasse Apostolum, quia alter q dã tunc erat Apelles idem nomẽ sortitus, moribus deprauatus & improbus. Salutate eos qui sunt in Aristobuli domo. Hos nominatim nõ explicat, quia forte erant eorum quos supra meminit similes. Salutate Herodionẽ cognatũ meũ, salutate & eos qui sunt in Narcisci domo, qui sunt in dñõ. Id est fideles. Salutate Tryphenã & Tryphosam qui laborãt in dñõ. De Maria quidẽ dixit quod laboris plurimũ insumpsisset: De his vero q̃d adhuc labori incũbant, quod vtrũque his summã in laudẽ cedit, continenter aliquid factitare & insudare negotio. Salutate Persidem mihi charissimã, quae multũ laborauit in domino. Hȩc quidẽ eo habet praestantior, quo à Paulo sit charitate complexa, &

opere simul pro dño impenderit plurimum. Hoc mõ sin gulos pro dignitate appellat, & reddit ad opus diuinum prõptiores, & alios vt imitent̃ instigat. Salutate Ruffum dilectũ in domino, ꝛ matrem eius ac meam. Duplex id bonum, quod filius & mater irreprehensibiles sint. Nec temere suam & matrem hanc intulisset, nisi permagnam inesse mulieri illi virtutem percalluisset. Salutate Asyncritũ, Phlegõtem, Hermã, Patrobã, ꝛ Hermen, ꝛ qui cum eis sunt fratres. Haudquaq̃ attendas ꝙ nullam his adiecerit laudem: sed illud aduerte, ꝙ cum cæteris essent inferiores, dignatus est tñ hos sua salute. Quin potius vel hanc in eos contulit laudem ꝙ fratres appellet. Salutate Philologũ ꝛ Juliã, Nereum ꝛ sororem eius ꝛ Olympiam ꝛ reliquos qui cũ eis sunt, sanctos. Ingens sane vel hoꝝ est laus ꝙ sanctos nuncupat. Salutate inuicẽ in osculo sancto. Ne altercatio oriat̃ ꝙ varia etiã per se appellatione sint nũcupati, & impari prorsus laudũ genere affecti, hos demũ ex osculo sancto ꝑmiscet & pares facit, ne maior inferiorẽ contẽnat, vel inferior maiori inuideat, osculo hoc sancto mitigante oĩa & coæquãte. Salutant vos ecclesiæ Christi. Nec solũ hos pares & vnanimes reddit, q̃netiam & ab ecclesiaꝝ vnitate salutẽ trãsmittit. Nã ecclesiaꝝ hoc noĩe fideles oẽs complectĩt̃, nil hunc illúmve exprimens. Tã multis igit̃ personis, quod in alijs nusq̃ seruauit, hac in epl'a salutem impertit̃: quia nõdum vrbẽ ad Romanos conspexerat: & pleriq; quos antea cognouisset, Romam confugerant. Eoq; haud iniuria sigillatim illos cõmemorans, Romanis commendat. Rogo aũt vos fratres vt obseruetis eos qui dissensiões ꝛ offendicula præter doctrinã quã vos didicistis, faciunt. Rursum eos cõmonefacit, non consulẽdo, sed obsecrãdo, & cũ honore non mediocri fratres appellat. Et tentantiũ se, vt patefaciat dolos, obseruate inquit, hoc est, diligenter illos cauete. ꝓcedunt autẽ dissensiones, q̃s mox & scanda-

la subsequunt. Quãdiu em̃ vnitum est ecclesię corpus, nullum hñt aditum scandala, hoc est, hæreses. Prętér doctrinã quam vos didicistis (inquit) non quã ipi docuimus, anticipans eos & arguens excepisse iã se eius doctrinã & credidisse, & permanendum in his esse q̃ accepissent. Dissensiones vero & scandala, hoc est, hæreses ab his induci, qui præter apostolorũ doctrinã & dogma aliquid afferant. ⁊ declinate ab illis. Hmõi em̃ Christo domino nostro non seruiunt, sed suo ventri. Defugite hos, inqt qui si vł nescij vel errore ducti delinq̃rẽt, reduci aliqñ possent in viã & corrigi: sed qm̃ scienť in id facinus prolabuntur, vitandi sunt maxime. Iudæos vero hos esse indicat, q̃s acerrime solet gulositatis insimulare. Istiusmodi em̃ Iudæorũ vniuersum est genus, Ex hac igiť vẽtris ingluuie & vitiorũ seruitute oẽs eruperunt hæreses. Aduerte aũt eum qui sit ventri & gulę addictus, Christo seruire non posse. ⁊ p dulces sermones ⁊ benedictiones seducunt corda innocentiũ. Insidianť (inquit) & blandiuntur. Id em̃ verba suauia p̃ferunt & bñdicta. Siquidem verba beneuolentiã exprimunt, mens vero dolis est plena. Nec sane vos (inquit) seducunt & fallunt, sed innocentium. i. simpliciũ corda. Uestra aũt obedientia in oẽm locũ diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Incautos profecto alios & imprudentes, non vos inescant & alliciunt. Qñquidem vestra obedientia, q̃ à summa mansuetudine oriť, ad oẽs peruasit. Quo fit vt nõ solũ ipse testificari hãc possim vobis inesse, sed orbis terrarũ vniuersus. Gaudeo igiť in vobis, hoc est, vestri gratia, quia decepti non estis, afficior iucunditate. sed volo vos sapientes esse in bono, ⁊ simplices in malo. Arguit ex his circunuẽtos fuisse nonnullos, persimile id sane dictũ q̃d dñs ait: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. (Mat. 10.) Vult aũt hos & sapientes in bono & prudentes fieri, hoc est, in propriã tã salutem q̃ commodũ: simplices vero in malo. i. ad mala alijs irrogãda nil docti. Simplex em̃ & in-

teger vita, nocet nemini. Deus aũt pacis, cõteret sa tan sub pedibus vestris velociter. Cum essent inter illorum nonnullos iã ortæ dissensiones, pacis inuocat largitorẽ, vt sedet hęreses, tollat'q;. Neq; subdat intulit, sed quod acrius est, conterat dixit. Nec eos modo qui dissidia moliunt, sed horum etiã præfectũ & ducem commoliat. Hos autem à tpe consolat, cum velocit & breui futurum id intulit. Conterat vero, & optantis est & p̃dicentis futura. Futurum siquidem est, vt satanas ille tradatur in tenebras & deliget. Gratia domini nostri Jesu Christi vobiscũ. Gratiã eis commemorat, vt vl ex his q̃ iam per gratiã acceperũt, promptiores reddant: Vel ex futuris bonis, ad fidem, si em̃ vos deus, & si olim hostes & sibi infensos saluauit, longe nunc magis perditurus est satanã, qui mala ista interserit. Salutat vos Timotheus adiutor meus. Hic em̃ Apostolum in euangelio subleuabat. Magnæ sane id laudis, vt eadem faceret Timotheus, quæ & Paulus factitaret. ⁊ Lucius ⁊ Jason et Sosipater cognati mei, Iason iste in Actibus apostolorũ plurimum vẽdicat laudis, vtpote qui virilit pericula pro Christo subiret. Cognati autem & propinqui dicuntur, non modo qui carnis necessitudine, sed qui fide & religione nobis sunt iuncti. Ni em̃ tales se pręstitissent, vt arctissimo vinculo fratribus iungerent, nullam horum fecisset Paulus mentionem: Saluto ego vos Tertius qui epistolã scripsi. Id autem non suæ laudis gratia scribit, sed vt vehementiorem vendicet à Romanis in se bñuolentiã, vtpote qui in his literis conscribendis operam his præstitisset. Salutat vos Gaius hospes meus ⁊ vniuersæ ecclesiæ. hoc est, qui me hospitio excipit, & quod maioris est glorię, & vniuersam ecclesiam domi recipiebat, quoscunq; scilicet se adeuntes fideles, neq; em̃ temere apd hunc Paulus diuertisset, nisi dignum se hospitẽ comperisset. Salutat vos Erastus arcarius ciuitatis ⁊ Quartus frater. Hoc est, ciuitatis pfectus & moderator: vnde datur intelligi, neq; opes, neq; dignitatem =

tes & magiſtratus cuiq̃ eſſe vel ad fidem vel ad recte viuẽdum impedimẽto. **Gratia dñi noſtri Jeſu Chriſti ſit cũ omnibus vobis, Amen.** Epiſtolam vel inde exorſus eſt, inquiens: Gratia vobis & pax &c. cuius & in calce & gratiã ſubdidit, eandemq́ꝫ illis adeſſe precat & optat. tunc enim noſtra arguitur vera & certior diſciplina, cum non ſolum verbis, verũ & precibus ſumus diſcipulis profuturi. Propterea & illud dicebat: Nos aũt oratiõi & diſpẽſationi ſermonis inſiſtamus, hæc nos tutabunt, qui nihil
Actu.6. ex operibus noſtris ſperamus poſſe ſalutis locum aliquẽ inuenire: ſed quicquid eſt, diuinæ gratiæ & clementiæ acceſemus, quibus & dæmonum laqueis ſuperiores euaſimus, qui ſunt ſub pedibus noſtris contriti in Chriſto Ieſu, hoc eſt, Chriſti potentia, cui eſt gloria in ſecula, Amen.

Miſſa eſt præcedens epiſtola per phœben miniſtram Cenchreenſis eccleſiæ.

ARGVMENTVM IN PRIOREM epiſtolam ad Corinthios.

Corinthii ſunt Achaici. Et hi ſimiliter ab Apoſtolo audierunt uerbũ ueritatis, et ſubuerſi ſunt multifarię a falſis apoſtolis. Quidam a philoſophiæ uerboſa eloquentia, alii ſecta legis Iudaicæ inducti ſunt. Hos reuocat Apoſtolus ad ueram fidem, & euangelicam ſapientiam, ſcribens eis ab Epheſo per Timotheum diſcipulum ſuum.

IN PRIMAM AD CORINTHIOS epiſtolam, Theophylacti prologus.

Corinthus cum plurimum & opibus polleret & ſapientia, in Chriſtum credidit. A quo poſt fidem ſuſceptam ne deſciſceret, magno in diſcrimine uerſabatur. Siquidem cum ditiores pleriq́ꝫ ſeorſum conuenticula & cõſociationes inirent, coirentq́ꝫ & ſapientes in unũ multi præceptoribus ſibi ad eam rem conſtitutis, Paulo paupertatem & inſcitiam obiectabant. Accedit præterea, quod inter hos quiſpiam nouercæ admiſcebatur, et idolothytis gulæ uitio neſcerentur nonnulli, et de pecuniis repetundis cum oriretur cõtentio, iudices gentiles adirent, comas inſup nutrirent uiri. Et cũ in eccleſiis ſæpe comeſſarent, nil cibi egentibus impertiebant. Pecuniis item et bonis externis plurimum cõfidentes, cum inſoleſcerent maxime et efferrentur, reſurrectionis iam ratio apud eos claudicabat. Quibus omnibus ob exteriorem ſapientiam fallebantur, quæ profecto in ſe confidentibus mala omnia parit et prauorum facinorum mater eſt et origo. Scribit itaq́ꝫ ad Corinthios Paulus

eorum ut uitia corrigat. Et quoniam in ecclesia obortum dissidium eo maius omnium uidebatur, quo ex superbia erat et animi elatione profectum, huic primum medetur Apostolus, et seditionem huiusmodi, cũ altiora quædã Corinthii sese instructuros profiterentur, euertit, et hũc in modum orditur.

Caput .I.

PAVLVS vocatus apostolus. Perinde acsi inquiat, neq; hanc ipse mihi dignitatem quæsiui: nec propria vlla sapiẽtia accepi: Quippe q olim cum essem ecclesiæ dei euersor, ad aposto- *Actu. 9.*
latus sum demũ hoc munus ob- *1.Cor,15.*
eundũ accitus. q̃ ergo pacto & ipsi alios ad fidẽ instituẽdi officiũ id inuasistis? Jesu Christi. Chr̃s fuit ap̃lorum instructor, cur vobisipsis adscribitis mortales quosdã in p̃ceptores? per voluntatem dei, Haud sane nos ille, vt dignos vocauit, & saluos fecit, sed quia sic ei placitũ est, egit vt libuit. Nunc vero placuit illi, vt ipse vos edocerem, cur aliũ pręter me vultis magistrũ? Num deo vt obsistendum ducatis, id agitis? & Sosthenes frater. Prę modestia Sosthenem sibi adiungit in comitẽ, quod quidẽ Corinthiorũ vt tollat insolentiã, facit, qui cæteros aspernarentur. ecclesiæ dei quæ est Corinthi, Nõ huius illiusve dixit ecclesiã, sed dei. Quid ergo hoĩes ipsi habetis q vos tuten? Quod si estis ecclesiæ nomen sortiti, necessarium est vt iuncti & vnanimes sitis, qñquidem ecclesia vnitas q̃dam & conuẽtio interpretat, sanctificatis in Christo Jesu, Neq; enim in quouis hominum, sed in Christo Iesu hanc estis sanctimoniam cõsecuti. Et baptismi gratia, non humanę sapientiæ aut diuitiarum, quibus elati insolescitis. voca-
tis sanctis. Quin & hoc ipsum credere haudquaquã no *Iohan.6*
stri est iuris, sed dei potentiæ & volũtatis, à quo estis hoc pacto vocati, vt obsequendo exceperitis simul & fidem.
~~moderator. Vnde datur intelligi, neq; opes nec dignita-~~

Fit itaq;, vt à deo fides hæc sumat initiũ. Nã si vos ille non conuocasset, nequaq̃ paruissetis. cũ omnibus qui inuocant nomen dñi nostri Jesu Christi. Nec vobis solis pax sit hmõi, sed vniuersis Christi inuocantibus nomen. in omni loco nostro & ipsorũ. Omnium videlicet, quotquot vbiq; fideliũ sunt, meminit, vt arguat fideles oẽs vnam esse ecclesiã. Vnde sic eos videtur obiurgare, Cur ipsi vnius ciuitatis incolæ inter vos diffidetis? Nõnulli vero, nostro & ipsorũ loco, ita intelligũt. i. in quo & nos sumus & illi. Gratia vobis & pax a deo patre nostro & in domino Jesu Christo. A deo ea vobis sit gratia, quã olim ipsi cũ inimici essemus, iã consecuti pace nunc vtimur, eandẽ & vobis vt præsto sit comp̃camur. Nec vltra à pace eiusmodi excidatis optamus, qui factiõibus nunc & quibusdam inter vos simultatibus diffidetis, nunc vero, cur vos hoĩbus addixistis, illorumq; & grãm inire studetis, & placere illis vt præceptoribus omni studio connitimini? Gratias ago. Hoc loco nos ad gratitudinem quandã erudit. Cumq; idipsum per omnem epistolam agat, nunc tñ oportunius longe q̃ alibi gratitudinem recordatur. Gratitudo eñ gratiã sequit̃, gratia vero nec debitum pręfert, nec bñficij arguit vicissitudinem. deo meo. Ex summo quodã animi affectu, communẽ oĩum deũ, suum hic facit. semp pro vobis in gratia dei, Ex his vtiq; & Corinthios instruit, vt & ipsi assiduas deo gratias agant, & nihil proprijs vel actionibus confidãt, vel vllis virtutibus, sed in dei gratia sit illorũ spes oĩs. quæ data est mihi in vobis in Christo Jesu. Hoc est, per Christũ duntaxat, nec per alium quenpiã mihi concessa. Quid ergo hoĩes ipsi attenditis, cum sit in deo & solo sperandũ? quia in omnibus diuites facti estis in illo, In illo. i. per ipsum, cũ constet vel opes ipsas, & si pro diuitijs habendæ non sit, per vnigenitum tamen donari, cur ipsi omniũ ingratissimi, hoĩes vobis sine vllo delectu in p̃ceptores adsciscitis? in omni verbo & in omni scien-

tia. Est nanque & sine scientia verbum, vtpote cum quis nullo sensu superuacanea narrat. Est praeterea & sine verbo scientia, videlicet cum altiora quispiam cogitatione & mente complectitur, caret tamen quo illa explicare queat sermone. Vos vero (inquit) & sermonem habetis, & dei scientiam, ita vt intelligendi & loquendi vobis insit facultas. **sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis**, Sicut per verbum videlicet & scientiam, quibus vtrisque cælestes diuitias comparastis, confirmatum est in vobis testimonium, hoc est, dei arcanum. Neque enim per exteriorem sapientiam arcanorum dei facti estis participes, sed quibus dignati estis signis ac donis. **ita vt nihil vobis desit in vlla gratia.** Quæret aliquis, si perpetua erant illa dona adepti, cur eosdem in orationis progressu carnales appellat? Respondere ad id potest, neque omnes spiritales fuisse, nec secundum carnem vixisse vniuersos. Vnde impræsentiarum verba huiusmodi ad spiritales habuisse Apostolum, ad carnales vero quae paulo post subsequentur. Vel forte, quia fieri poterat vt in ipsis fidei susceptæ primordijs, cuncta essent hi dona adepti, & demum vt feruor ille refrixit, desides facti, secundum carnem vitam transigerent. **expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi.** Hoc loco territat eos, cum meminit secundi & futuri Christi aduentus, quasi id inquiat: Si futurum est vt Christus ipse reueletur, & iudicaturus adueniat, quo pacto alios ipsi estis iam nacti qui vobis præsint & ducentur? Ostendit praeterea & cum his donis, alias deposcendas esse virtutes. Siquidem illa nihil huiusmodi dona iuuabunt, nisi & vita accedat bene transacta. Cum autem reuelationem dicit, ostendit vel hoc tempore Christum nobis adesse, delitescere tamen interea, quia sese in futuro iudicio sit palam facturus. **qui & confirmabit vos vsque ad finem sine crimine in die aduentus domini nostri Iesu Christi.** Cum confirmabit, inquit, ostendit eos & nutabundos esse & ab alijs circunuentos: cum vero sine crimine dicit, illos criminibus subesse demonstrat. Christi autem Iesu, eo frequentius hoc loco repetit, quam in ceteris epi-

stolis solet, vt Corinthios commonefaciat, per hunc se & salutē fuisse adeptos, & huius ex noīe, non alterius hominis Christianos se dici. **Fidelis deus, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi dn̄i nostri.** Hoc est, veridicus est deus. Itaq; si nihil ille mentit & vos ad filij sui vocauit societatē .i. vt suo in regno cum filio vna & vos gloria donet, perspicuū est deum oīno q̄ promisit facturū. Estis em̄ ipsi vocati, non iniussi adistis, cur ergo insolescitis? nec secus superbia efferimini, acsi vestra opa id effeceritis? **Obsecro aūt vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi.** Cū acerbiora sit in hos verba facturus, p̄ueniens p Christū illos precat, sic inquiēs: Cū haud satis ipse flectere vos valeā precibus ad id peragendū, Christi nomen obtestor & inuoco, à quo & ipsi Christianum estis nomen sortiti. quo Chr̄i noīe affecto p vos ignominia, ab hoībus ducere mauultis cognomē. **vt idipsum dicatis oēs, & non sint in vobis schismata.** Quid illud est, inquit, q̄d precor? Vt oēs vnū sentiatis nil dissidētes. Cum em̄ vnū aliquid in plures scindit partes, videt quidem in frusta multa & minutiora concisum: alioqui q̄ potest in multis & detruncatis inesse vtilitas? Quin & vnum illud perdiderint quod integrū fuerat. Apertissime igit illorū facta, schismata nūcupat, q̄ verbo quemadmodum calamitose cum Corinthijs ageret, demōstrat. **sitis aūt perfecti in eodem sensu & in eadem scientia.** Quoniam supra vt vnum loq̄rentur oēs iniunxerat, ne existimarent verbotenus hanc animorum coniunctionē seruandā, & in eodem sensu adiecit, hoc est idem vt sentiatis. Cunq; & multi in aliqua re vna sunt cōuenturi, in alia minime, & perfecti sitis adiunxit, hoc est, oībus in rebus idem cunctis sit animus. Multi p̄terea, etsi idem videnī sentire, animis tn̄ & mēte dissentiunt. Quod sane tunc fit, cum fidem vnam oēs habemus, charitate tn̄ longe disiungimur, quod plane expressit, cum in eodem sensu diceret, & eadem scientia. **Significatum est em̄**

mihi de vobis fratres ab his qui sunt Chloes,
Ne illi quæ obijciuntur negarent, testes producit, eosdẽq; (ne commentitius videatur, vt quos ipse fuisset commentus) noĩe explicat, & qui Chloes sunt, inquit. Erat autem Chloes Corinthi domus & familia quædam sic appellata. Nec desinit fratres hos appellare, quorum etsi perspicua essent illorum commissa, haud tñ eos fraterno nomine dedignatur, nec illorum exprimit nomina, qui sibi Corinthiorum facta renuntiassent, sed domum integram & familiam posuit, ne testes productos infensos Corinthijs redderet. quia contentiones sunt inter vos. Mitiore vsus verbo, contentiones appellat, q̃ sibi sunt de Corinthijs renuntiata. Cum vero illos vltro obiurgat, dissidia obijcit, q̃ longe contentionibus videñt deteriora. Hoc aũt dico, quod vnusquisq; vestrũ dicit, ego quidem sum Pauli, ego aũt Apollo. Id quidẽ non vr̃m aliqui dictitant, sed oẽs. nec hæc intulit Paulus, q̃a eiusmodi verba iactarẽt Corinthij, sed ipse in hunc modum sermonẽ figurat vt arguat sic, id dicere Pauli sum, & Apollo sum, noxiũ est & criminosum. Longe magis officiet & crimini dabiẽ, sese hoĩes alios delegisse quos sectarentur. ego aũt Cephæ. Haud sane vt se p̃ferat, postremo meminit Petri, sed vt hunc sibi potius añponat, quemadmodũ Christi deinceps nomen honoris gr̃a subdit. In rebus vero indignis & abiectioribus, seipsum primo cõmemorat. ego aũt Christi. Neq; eñ ob id eos incusat, q; Christi se asserant sectatores, sed quia non oẽs itidẽ fateantur. Vel potius ego sum Christi intulit, volens id criminis augere & grauius reddere, argueret'q; Christũ ipsum oblatũ esse in partem vnã, vt pariter oẽs saluos faceret, ipsi vero in diuersum se scinderent, proruerentq;. Diuisus est Christus? nũ intercisus est Christus? nũ cis diuisum ẽ corpus? Irascentis sunt verba & indignabũdi. Nõnulli aũt diuisus est Christus, in hunc sensum accipiunt, videlicet, Nũ ille mortalibus diuisit ecclesiam? Num par-

tem vnã ipse accepit? alterã vobiscontulit? **Nũ Paulus crucifixus est pro vobis?** Confutat euertitq; q̃d erat per hos absurdius gestum. Et proprium nomen producit in medium, ne videat liuore ductus, aliorũ noĩa recordari. Nec sane id dixit, num Paulus vobis creationis dedit originẽ, sed quod longe p̃stat, & eius ineffabilem præfert humanitatem, crucẽ commemorat. Nec illud intulit, Nũ Paulus pro vobis mortem excepit, sed num crucifixus ẽ, dixit, vt quod turpe & ignominiosum visum est mortis genus, ostenderet Christum, non se subijsse. **aut in nomine Pauli baptizati estis?** Baptizauit hauddubie plures Apostolus, sed in Christi nomine, non suo. Id autẽ eo infert, quia vel illud dissidij causam præbuit, cum vellent singuli ab his sibi nomen desumere, à quibus & baptismum sumpsissent. Haud enim id queritur, quis sit baptismo ablutus, sed cuius sub nomine fuerit quispiam baptizatus. Christus enim, nõ autem qui baptizat, dimittit peccata. **Gratias ago deo, quia neminẽ baptizaui, nisi Crispũ & Gaium.** Quid (inquit) baptismi gratia insolescitis, quãdoquidem ipse ego magis gratias agam, quia id baptizandi munus haud sæpe obiuerim. Quod tamen non ideo infert, vt improbet baptismi virtutem, sed illorũ vt diluat insolentiã, qui baptizantium noĩa iactitarent, & gloriæ ducerent, quam baptismus ipse, non baptismi minister afferret. **ne quis dicat, quia ĩ meo nomine baptizaui.** Neq; enim hæc ideo dixerim, quia ita se habeat res, sed veritus ne eousq; prouehãt hæc pestis, vt vel iactare id audeant multi. Nã si vel infimis viris baptizantibus orta hæc contentio est, quo tandẽ id progressũrum est malum, si ipse qui sum euangelij præco, baptismũ administrarẽ? Propterea coercẽdi erunt nonnulli, ne mihi baptizandi id imputent munus. **Baptizaui & Stephani domũ.** Erat vir hic sane egregius & insignis. **cæterũ nescio si quem aliũ baptizauerim.** Adeo inq̃t, baptismi administratio haud magnæ mihi est curæ, vt

non satis meminerim vtrum alium quępiam præter hos baptismo abluerim. Quo ergo pacto in hoc vos efferimini? Non enĩ misit me Christus baptizare, sed euãgelizare. Erat qdem euãgelij prædicatio vel sola grauis admodum & oposa, & ferreos animos deposcebat, ne dũquiret Apostolus & baptismo intendere. Nã hoĩs cuiuspiam immutare sententiã, & ad veritatẽ traducere, vel à patrijs institutis & legibus, qbus diutius inoleuit, diuertere, & præsertim non sine summo dissuadentis vitæ discrimine, magni quidem & excelsi animi erat. Paratũ vero quẽpiam & volentem ad baptismum excipe, cuiq̃ licet, qui sacerdotio fungitur. Quæret aliqs, num neminem baptismi lauacro tingebat Apostolus, qa minus eẽt ad id destinatus? Haud sane fuerat ad id p̃cipue missus, non tñ obire id munus ꝓhibebat. Nã qui maiorib9 esset negotijs deputatus, vel minora exercere iã poterat. non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Sublata illorꝫ qui baptismi ministros iactarent superbia, ad eos ꝑtrãsit, qui sese ob exteriorem hanc & humanã sapientiam magnificarent, inquitq́ꝫ, & misit me dñs euãgelizare, non in sapiẽtia sermonis, hoc est, in orationis ornatu, nec crux imminuta patiat̃ iacturã. Id enĩ, vt non euacuetur, cum inquit, prætendit. i. ne vacua & inutilis arguat̃. Nã si in eiusmodi sermonis sapientia prædicassent apostoli, iure forte obijcerent hoĩes, persuasione potius illos & verborum lenocinio quodã, alios ad veritatis notionem pellicere, nõ eius quem ipsi p̃dicarent & ꝓfiterentur, virtute. Quod vtiq; in crucifixi euacuationem & dãnum cessisset. Nunc vero cum doctrinæ mundanæ huius ignari, prædicent Christum, ꝓculdubio arguunt cuncta p̃ eius qui cruci affixus est, potẽtiã geri. Potest & alit̃ illud euacuetur intelligi. Exempli gratia: Rogabit gentilis aliqs de diuinitate ipsa me quippiã, q̃d ab hoĩe cõprehendi non possit, si enitar illi q̃d postulat syllogismis nonnullis, & exterioris sapientiæ huius rationibus patefacere, hauddubie succumbã deficiẽs.

nulla eñ potest diuinitas ipsa ratione ꝓbari, ita fiet vt imbecillitatẽ hanc meã Christi ipsius quẽ prædico accenseant impotentiæ, vnde & crux ipsa euacuabit, hoc est, inanis & vacua conuincet. **Verbũ eñ crucis pereuntibus quidẽ stultitia est.** Cũ essent Corinthi nonnulli q̃ crucem illuderent, decẽs erat & necessariũ, vt hmõi illusoribus, ꝓ sua sapientia fideles obsisterent, & crucem hanc tutarẽtur: indigneq́ꝫ & grauiẽ ferrent, illoꝝ in crucem ludibria. Subdit itaq; nulla vos ob id subeat admiratio: perditis eñ & minus credentibus, quæ à deo sunt ad salutẽ cõcessa, stulta videnẽ. Sermonẽ vero crucis, ꝑdicationem designat, q̃ Christi affixi patibulo nomẽ diuulgabatur. **Nobis aũt qui salui facti sumus, virtus dei est.** Crux ipsa nõ mõ dei virtutẽ, q̃n & sapientiã indicat: Virtutẽ q̃a mortẽ morte dissoluit. (Est nãq; immẽsæ potẽtię & exhuberãtis virtutẽ, vt is q̃ ceciderat, referat palmã). Sapientiã vero, q̃a hac via ꝑditos saluos effecit. **Scriptũ est eñ,**
Isaiæ. 29. **Perdã sapientiã sapientiũ, & prudẽtium prudentiã reprobabo.** Cũ infideles sapiẽtes ꝑditos diceret, cõfirmat, id statim scripturæ testimonio. Illã eñ (inq̃t) tollã depdãq́ꝫ à sapientibus sapientiã, quã ipsi p exteriora hęc ia ctitãt, hoc est, insipientẽ illã conuincã, & prudentiã prudẽ
Isaiæ. 33 tium demã, q̃ sapere sibi videnẽ. **Ubi sapiens, vbi scriba, vbi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi?** Cum explicasset quæ sacris literis continenẽ, perspicua insuper ex rebus ipsis hæc facit, & gentiles q̃dem reꝑhendit, q̃a vsurpare id solent. Vbi est sapiens. i. philosophus. Philosophiæ eñ studebãt plurimum, & sapientis apud eos summa autoritas erat. Iudæos vero coarguit cũ dictitat, vbi nã scriba. Inq̃sitores aũt eos appellat, q̃ opinatiõibus quibusdã & inuestigationibus permittũt oĩa. Hoꝝ nemo salutẽ attulit nobis præẽ piscatores, qui erroribus nos exemerũt. Fatuã aũt reddidit, hoc est, inertem & nullius momenti esse coarguit, mundi sapientiã deus: vtpote quæ inuenire veritatem

nequiuerit. Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam prædicatiõis saluos facere credẽtes. Causam aperit qua sit exterior hæc sapientia stultitior reddita. Nam cum ex diuina sapientia, quæ ex hac potest machina creatorum comprehendi, cælum ipsum & terra, & omnis hæc mundi structura, suum prædicant & laudibus efferunt conditorem, deũ tamen haudquaq̃ cognouit mundus, hoc est, qui mundana hæc sapiũt: q̃ppe q̃ prauis cupidinibus capiuntur, & quodã dicẽdi lepore, qui huic inesse sapientiæ videtur, quæ oculis cernit, detinentur, quo minus queant deum & veritatem ipsam pernoscere. Placuit autem deo per eorum prædicationem qui & imperitiores essent, & stulti apud alios haberentur, credentibus salutem largiri. Gentiles itaq̃, & si dei sapiẽtiam instructricem habeant, eam videlicet quæ in hac tanta rerum molitione comprehenditur, dei tamen nullam sunt adepti cognitionem: quia illi potius intenderent sapientiæ quæ verbis constaret inanibus, nec dei esset. Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærũt, nos autem prædicamus Iesum crucifixum. Nititur Paulus patefacere quemadmodum ex cõtrarijs deus contraria sit operatus, inquitq̃, Cũ Iudæũ ad fidẽ exhortor, mox ille vt prædicatio certior deprehendatur, signa deposcit. Nos vero Christum affixum patibulo prędicamus, quod vtiq̃ modo quo ad exteriorem faciem, nec signorum, nec potentatus, quia ignominiosum habetur, vllũ præ se fert argumentum: sed imbecillitatem potius patefacit & impotentiam. Alioqui idipsum patibulum, quod imbecillũ & contrarium noscitur, Iudæos ipsos quo ad ipsorum perditionem, ad fidem traducit & maximam præfert dei virtutem. Rursum & Græci à nobis sapientiam quæritãt, sed his etiam euangelium prædicamus, q̃d ad vulgi tñ opinionẽ, vesanũ videt Christum prędicare, q̃ fuerit cruci affixus. Nihilominus vel ex p̃dicatione hmõi p̃suadent gẽtiles &

credunt. Nonne hoc ergo summæ est potentiæ argumentum, Græcos homines ex rebus plane contrarijs & longe diuersis, atque ipsi perquirant, morigeros reddi, & Christo obtemperãtes? **Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.** Iudæis quidem scãdalo est cruci-
Lucæ. 7. fixus. Offendunt nãque cum dicunt, quo nã pacto qui cum publicanis & meretricibus ac prædonibus versatus sit, ac demum fuerit cruci affixus, esse poterit deus? Græci vero mysterium hoc pro stultitia ducunt, & plane irrident: quoniam fide duntaxat, non rationibus vel syllogismis, quibus ipsi nituntur, cõprehenditur, fuisse deum cruci adiudicatũ. Nec præterea id vllo est orationis cultu significatũ. **Ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum dei virtutem & dei sapientiam.** Incredulis quidem Iudæis scandalo Christus est, & infidis Græcis pro stultitia ducitur. Quoniam quæ maximũ in modum cõquirunt vtrique, hoc est sapientiam, in Christo minus inueniunt. Nec ab vtrisque, Iudæis scilicet ac Græcis accitis, hoc est dignis habitis qui vocarentur à deo, cõprehenditur. Verum quid quæris Iudæe signa? Ecce Christus dei est virtus, quæ signorum est operatrix. Tu vero Græce quid inquis? Sapientiã deposcis? Habes Christũ, qui patris est sapientia. **Quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est dei, fortius est hominibus.** Crucem appellat insipientem, vtpote quæ insipiens sit visa. Hæc tamen est hominibus sapientior, siquidem philosophos constat frigidis & inutilibus rebus vacasse. Crucem vero mundo peperisse salutẽ, & quod dei est, eo videtur infirmius, quia ex impotẽtia quadã visus sit cruci esse affixus. Sed id longe est hominibus fortius. Nec ob id solum, quia quo magis annitentibus multis huius nomẽ extinguere, eo plurimum pollet & floret. Sed quia per hunc qui sit visus infirmior, fortis dæmon ille vinctus est & coercitus. **Videte enim vocationẽ vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, nõ multi potentes, non multi nobiles.** Contemplamini, in-

quit,& diligenter inquirite qui sunt ad fidem vocati. Cõperietis sane eorũ non multos esse secundum carnem, hoc est in hac vita sapientes. Non enĩ, nullus sapiẽs, intulit, sed non multi. Erãt enĩ inter eos qui iã credidissent & sapientes, vt Areopagita ille fuit, & Antiphatus quidam, & alij haudquaq̃ in præsenti ex noĩe innotescũt. Quinetiã & potentes & ingenui crediderunt nonnulli, ꝓpterea & inter oẽs non multi subiungit. Aduerte ergo quãta sit vis prædicandi, vt vel idiotas & literarũ ignaros tã sapientissima edocuerit instituta, vt vel exterior hæc scientia prorsus arguatur inutilis. **sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit, vt confundat fortia.** Hoc maxime Græcos confundit. Spectabunt enĩ in foro opificem aliquem longe melius, q̃ seipsos philosophari, imbecillumq́ & abiectum, vel eos q in potentatu sunt & opibus affluunt, humiles reddere & mãsuetos. **& ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, vt ea quæ sunt destrueret.** Qui nullius videntur esse momenti, ea quæ nõ sunt dicit: quæ sunt vero, ꝓ illis hic ponit qui alicuius esse autoritatꝫ apparẽt. Quos vt inertes argueret, & plane nulli vsui esse, eos elegit, q nihil sunt. Haudq̃q̃ tñ, quia inquit elegit, eo abiectissimos quosq́ crederitis prædicãdi negotium id accepisse: ꝓclaros vero & gloria insignes fuisse ab eiusmodi munere exequendo reiectos: q̃n potius existimes velim, vel hosce qui honoribus & diuitijs pollent, ad suã sapientiæ & opum præsumptã opinionem efferri plurimum & insolescere, eoq́ nec dei ꝓconium suscepisse, cum abiectiores & humiles lõge magis deo sint visi ad id munus accõmodi. **vt non glorietur omnis caro in conspectu dei.** Propterea inquit, Infirmos quosq́ elegit deus, vt eorũ frenet superbiã, q mundana hæc sapiunt: suadeat præterea oĩa fore p nos illi ad eius arbitriũ cõmittenda: neq́ se corã aliquid cuiq̃ iactitãdum. Cur ergo & vos ô Corinthij super his ꝓceptoribus adeo insolescitis, qui exteriorũ imbuti

sunt sapientia? **ex ipso aût vos estis in Christo Iesu.** Ex ipo (inquit) vos estis. Neq; ideo q; nos adesse aliquod ille traduxerit, sed ad bñ esse, pinde ac si inqat, Filij dei effe cti estis, & ex ipo constatis, facti in Christo filij, hoc est, p Christum. Et quoniam dixerat illum ignobilia elegisse, ostendit cunctos nobilitate hos anteire, qui deum in patrem sint abunde iam assecuti. **qui factus ẽ sapientia nobis a deo & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.** Id est, sapientes nos, & iustos & sanctos, ac liberos fecit. Hæc enim præfert redemptio quippe quæ à seruitute peccati nos reuocauit. Et quemadmodum ignobiles eligens nobiles reddidit, cum hos in dei filios asciuisset, sic & stultos sapientes effecit, ipse nobis sapientia factus. Verum cur non potius dixit, sapientes nos fecit, sed factus est nobis sapientia? Nempe vt muneris patefaceret largitatem, perinde ac si inquiat, seipsum nobis largitus est. At cum magna quædam de filio prædicaret, videlicet quod sapientia & iustitia, & sanctificatio, & redemptio factus est nobis, à deo adiecit, ne ingenitum hũc suspiceris, sed vt ad causam ipam, hoc est ad patrem refugias, à quo filius genitus sit. Aduerte quem in his ordinem seruet Apostolus. Nam hos primum ab errore exemptos & sapientes effecit, & ad dei cognitionem instruxit: deinceps peccatorum largitus est veniã, & per spiritum sanctum sanctitate donauit. Vnde ita effectum est, vt perfectam à malis omnibus vacationem concesserit, & ita vt spiritus ipsi in potestate simus, eidemq; inhæserimus. **vt quemadmodum**

Ierem.9 **scriptum est, Qui gloriatur, in domino glorietur.** Hæc (inquit) omnia eò sic instituta & facta sunt, vt nemo se alicuius momenti existimet, vel de se aliquid iactet, siue in alio quouis hominum, nisi in deo duntaxat glorietur, qui tanta in nos contulit beneficia. Cur ergo vos intumescitis? Quid efferimini vel vestri gratia, vel vos instrumentum magistrorum?

Caput .II.

ET ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi. Non mō inquit euāgelij discipuli sunt insipientes & ignobiles lecti: quin vel ipse ego euāgelij præco, nullo ad vos cōcessi verborū apparatu, vel sapiētia vlla humana, dei vobis testimoniū ꝓnunciaturus. i. Christi mortē. Vide vt ꝑco ipē insipiens & ignarus deprehendit, & quod per hūc ꝑdicatur, mors & crux sit, & vicisse tñ hæc ꝑdicando arguitur. Perspicuum itaq; est, ineffabilem esse potentiam, quę rem hanc ita se habere, permiserit. Quæret aliquis, Quid igitur? Non poterat Paulus, si libuisset, per sapientiam ad Christi præconiū peruenire? Nequaq̄ profecto per se potuisset: quippe qui indoctum se fateret, & minus in dicendo ornatum. Christus tñ id facere quiuerat, qui maioribus illum donis ornarat, alioqui haudquaq̄ id sub sui nominis ꝑconio ꝓfuisset. Plus em̄ gloriæ cōsequit̃ Christus, cū p Pauli inscitiā victor euadit, q̄ si per eiusdē vel sapientiam, vel eloquentiā, victoriā reportaret. Non em̄ iudicaui me aliquid scire inter vos, nisi Christum & hunc crucifixum. Placuit (inquit) Chr̄o vt expers sapiētiæ essem humanę hui⁹, & nescius: & ipē q̄d dē factu id optimū iudicaui, vt nullā haberē externæ huius sapiētiæ notionē, nisi Chr̄i Iesu cruci affixi. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos. Nō solū (inquit) ad vos tenuis admodū & abiectior, q̄d ad sermonē spectat cōcessi, quin & infirmior, formidolosus & tremēs sum apud vos cōmoratus, hoc est, ꝑsecutiōibus afflictat⁹ et molestijs horridioribus plurimis sum affectus. Verebar em̄ et ipse in hoīs morē discrimina: Quin potius trepidus illa expauescebā. Quod sane illi maiorē in laudē cedit, vt pote q cū eiusmodi esset nobis naturæ particeps, tñ asperrima quæq; spōte et mira animi prōptitudine superabat. Hęc aūt eo cōmemorat, vt Chr̄i potentiā patefaciat: vt cū ei tot obijcerēt aduersa, nihilomin⁹ hęc oīa vinceret: nec mi

nus vt Corinthiorum supercilium arguat & tumorem, sapientiæ duntaxat & opibus confidentiũ. **ꝛ sermo meus, ꝛ prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostentatione spiritus ꝛ virtutis.** Haudquaq̃ (inq̃t) meus sermo argutiolis & ꝑsuasionibus nitebat: nec erat dicendi arte & cultu instructus, sed in spũs cõstabat ostensione, hoc est spm̃ sanctum præ se ferebat. Vel, quia ineffabili quodã mõ spũs idem ac ceptissimis verbꝫ auditorib⁹ ꝑsuadebat. Vel etiã, q̃a signa edebat & ꝓdigia. Nã & virtutis infert, hoc est signorum. Ingens est em̃ fidei argumentũ mortuos suscitare. Et q̃m̃ ꝑ dæmones quibusdã præstigijs & virtutes & signa edunt, cum primum spũs mentiõem fecisse, mox & virtutis adiecit, iudicans ad spm̃ facta hæc ꝑtinere. Poteris & virtutis illud in alium sensum accipe, videlicet q̧ se nõ in sapientia, sed in infirmitate fateat̃ venisse. Et sapientiæ q̃dem in spiritus ostensione obiecit infirmitati virtutis, ꝑinde ac si dicat, Et si persecutionẽ sum ipse ꝑpessus & verbera, fortior tñ sum visus. **vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute dei.** Hoĩm sapientiã persuasibilem, nuncupat eloquentiã: dei vero virtutem, vt superius diximus, infirmorum & persecutionẽ tolerãtium, fortitudinẽ. Et signorum editionem, quæ hauddubie (ó Corinthij) vestrã fidẽ vt illa diuina, non verborum lenocinio confirmauit. **Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam vero non huius seculi, neq; principũ qui destruuntur.** Stultitiã quidẽ supius Christus præconium appellauit, q̃d à Græcis sic dici sit vsurpatum. Sed postq̃ ex rebus ipsis apuit, verã esse præconiũ id sapientiã fides tandẽ audet sapientiã Christi prædicationẽ fateri, asserereq; et salutẽ ꝑ crucẽ parari: q̃ppe sapientiæ est et nõ mediocris, mortẽ morte delere. Perfectos aũt fideles ipos appellat. Siq̃dem hi ꝑfectiores habent̃, q̃ cæteris rebus cõtemptis, ad cælos subuolãt. Huius vero seculi sapientiam nuncupat, quę exterior est, vt momentaneã nec diu mãsu

ram,et cum hoc simul seculo euaniturã,exprimat. Princi
pes aũt seculi huius,non dæmones dicit, vt sentiunt multi,sed peritos & eloquentes & oratores, q cōcionabundi duces effecti sunt populi, nec secus eos ac tparios astruit huius seculi dños,& breui futuros paulo post. **sed loquimur dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est.** Mysterium noĩat q̃d fit de Christo præconiũ. Quod & si hoc sit nomen sortitum,mysteriũ tñ est:cũ qa vel angelos ipsos anteq̃ fieret id latuit,tum qa aliud ipsi spectamus,aliud intelligimus. Nã crucem video, & passionem & virtutẽ agnosco:Seruũ audio,& dñm ip̃m adoro. Cuiusmodi sapiẽtia infideles quidẽ ꝓrsus clam habet,fideles vero non penitus. Videmus eñ adhuc in speculo. **quam prædestinauit deus ante secula in gloriã nostrã.** Prædestinauit dixit,vt oñdat summã dei in nos & curam & charitatẽ. Nã vt illi maxima nos ꝓsequi bñuolentia existimant, qui iãpridem prompti sunt & parati cōferre in nos bñficia,sic deus vel añ secula ipsa nr̃æ gloriæ gr̃a,futurã per crucem salutẽ prædestinauit. Quæ ꝓculdubio summa est,quã nobis cōmunicauit,sapiẽtia. q̃nquidem illud in serui gloriã cedit, latentis mysterij participasse in dño. **quam nemo principum huius seculi cognouit.** Seculi huius principes Herodem intelliges & Pilatũ,quibus eiusmodi mysteriũ fuit incognitũ. quinetiã vel ipsos Iudæorꝫ pontifices,q pari ignorãtia tenebant. **Si enim cognouissent,nunquam dominum gloriæ cruci fixissent.** Si cognouissent(inq̃t) futurꝫ crucis splẽdorem, futurãq́ꝫ ex ea terrarꝫ orbis salutẽ,vel si pontifices ipsi suã vrbẽ p̃uidissent cōcessurã aliq̃n Romanis in prędã,seq́ꝫ itẽ in seruitutẽ ituros,haud sane gloriæ dñm cruci adiudicassent. Glorię aũt dñm,hoc loco Christũ appellat. Quod aũt crux ipsa ex ignominiosa gloriosa sit reddita,ex eo ꝑspicuum est,q̃d nihil sit Christus ex ea iacturę ꝑpessus,q̃n laudẽ potius consecutus. qppe q ob hãc crucem suã erga genus humanũ p̃ se clementiã tulerit. Dicet aliqs,ergo si minus

illi dei ministeriũ cognouerunt, errati veniã ꝓmerentur? Ita sane, si in posterũ pœnitentia ducti, Christum adiissent, essent hoc pacto haud secus ac Paulus & reliqui ex Hebræis, remissionẽ delictorũ adepti. **sed sicut scriptum est,**
Isaie.64. **Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se.** Quid ille se colentibus p̃parauit? Christi scilicet notionẽ, & salutẽ, quæ nobis est p eius incarnationẽ quæsita. Hæc quidẽ neq; oculus humanus inspexit, nec auris auditu pcepit, nec cor aliqd meditando cõplexum est. Nã & ꝓphetæ, neq; mortalibus oculis ista spectabãt, nec auribus hauriebãt humanis, nec mente hac mortali intelligebant, quæ ipsimet de Chr̃o p̃dicerent, sed diuinitus cuncta p eos enuntiabant. Dñs em̃ (inquit) adiunxit mihi aurem, spiritalẽ videlicet, & alia hmõi pleraq;. **Nobis aũt reuelauit deus per spm̃ suũ.** Quonam pacto (dicet aliqs) q̃ cor hoĩs nõ inscendunt, vos didicistis? Quia deus (inqt) per spm̃ suum, non p humanã sapientiã mysterium illud nobis aperuit. Hac em̃ neq̃q̃ dignat⁹ est deus, vt eius arcana, ꝓspiciat. **Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda dei. Quis em̃ scit hominum quæ sint hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt, nemo cognouit, nisi spũs dei.** Tãti (inquit) erat dei mysteriũ, & à deo reconditum, vt ab alio posset nemine pcipi, nisi à spũ ipso nos instruente, q & dei ꝓfunda nouit. Scrutatᷓ aũt, cum inqt, non ignorantiã arguit, sed vehementem quandã & acerrimã eius mysterij cognitionẽ. Quẽadmodum etiã de patre dicitᷓ, qui &
1.Par.28. corda scruteᷓ, hoc est, q̃ rimeᷓ & noscat hoĩm interiora. q
Roma.8. spũs incredibili afficiᷓ gaudio, & in delicijs est, cum dei mysteria cõtemplaᷓ. Sic em̃ & dei dicitᷓ scrutari ꝓfunda. Ostẽdit etiã ex sequentibus, q̃ acrem habeat spũs dei cognitionem. Nã quẽadmodum spũs hoĩs nouit quæ in hoĩe sunt, sic diuinus spũs quæ dei sunt callet. Vnde edoceri nos possumus, nõ alienã à patre spm̃ habere substantiã, sicuti nec

humano spiritui inesse aliã dicimus, quàm habeat homo. **Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est.** Mundi spm̄, humanã sapientiã interp̃tatur Apostolus. Quã haudquaq̃ (inq̃t) accepimus, vt superuacaneã eius p̃dicationem arguat & inanem: sed dei (inquit) spm̄ ipsi accepimus, hoc est, deo consubstantialē, quæ ex dei ipsius substãtia constet, quem ipsi instructorē habemus. **vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis.** Perinde acsi dicat: Lux quidē est spūs, hãc ipsi lucē à spū ipso illuminati accepimus, vt opera noscamus. At quæ nobis sunt à deo dona concessa? Nimirū q̃ de Chr̃o sunt per hunc destinata, videlicet quēadmodum & obierit mortem, & dei nos filios fecerit: vtq; & in seipso vel locum nobis ad patris dexterã confidendi parauerit. Ita fit, vt qui spū carent, huiuscemodi rerum nullã habere possint cognitionē, **quæ ꝛ loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus sancti.** Adeo (inq̃t) nos sapientiã non à Græcorū philosophis speramus, vt ab hoĩbus illi instructi sint, nos vero quæ loquimur, à spiritu sancto edocti pronuntiemus. **spiritalibus spiritalia comparantes.** Videlicet si q̃stiones nonnullæ oborianẽ, cõparamus has, ptinus .i. dissoluimus, spiritalibus alijs quibusdã vel sensis vel historijs. Exempli grã: Vtrum resurrexit Christus, iam quęritur. Hanc ipsi quæstiunculã spiritalem, & alia quadã spiritali, hoc ē, ex Ionę pphetę historia & cõparamus & soluimus. *Ionæ.2*
Idemq; vtrum & virgo peperit, vel ex aliarū sterilitate id *Matth.12.*
soluitur, Saræ videlicet, Rebeccæ, & Elizabeth, quæ nulla *Gen.11.25*
naturæ sequela, nec vuluæ virtute cõceperat. Quinetiam *Luc.1.*
ex Euæ & Adæ exemplo, qui sine vllo creati sunt semine, *Gene.1*
sed ex humo pducti. Potest p̃terea illud, Spiritalibus spiritalia cõparantes, & in hunc sensum accipi, hoc est, spiritalibus hoĩbus spiritalia cõparantes, q eiusmodi & enodare queũt & cape. vñ sic infert, **Animalis aũt homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia est**

enim illi,7 non potest intelligere quæ spiritaliter examinantur. Animalis est homo, q cũcta adscribit animi sui cogitatibus,& suo sensu defert. Nec putat sibi cæle-sti præsidio opus esse,nec quidpiã vult per fidẽ & credulitatẽ admittere, sed arbitrat oĩa stulta, quæ ,pbari ratione non possint:ducitq naturali quodã decursu oĩa fieri, nec cõstare qcq̃ præt naturã posse. Animalem igit dicit naturalem. Nã & animus circa naturæ dispositionẽ versatur & ordinẽ. 7 nõ potest intelligere quod spiritaliter examinatur. Hoc est,haud intelligit q̃ dicta sunt fidei indigere,nec posse cogitatione cõprehẽdi. Et hoc designat spiritalit examinat,hoc est,p fidẽ & spm̃ demõstrat. Spiritalis aũt homo iudicat omnia, 7 ipse a nemine iudicatur. Spiritalis(inqt)oĩa nouit:&pñtia,q momẽtanea sint:& futura,q stabilia:& sua q salutẽ sint adeptura: & infideles,q sint cruciãdi.eoq & illos coarguit. Ipse vero à nemine examinat,hoc est,arguit:vtpote q ,p se oĩa spectet,& ,ppria videat,& eoꝝ pſertim, q capti mentis luminibus fuerint,facta,pspiciat,cũ illi nec sua oculis,nec aliena collustrent. Quis eñ nouit sensum domini,nisi
Isaiæ. 40 spũs domini qui instruit eum? Spiritalẽ sensum dñi mentẽ appellat. Sed cum dixisset supra, à nemine iudicat, ,pinde id inqens infert,non eñ id temere dixi. Nã qs nouit sensum dñi,nisi spũs dñi q̃ instruit eũ? Si eñ nemo potest dñi sensum pnoscere,hoc est, quẽ spiritalis ille adeptus est,longe magis neq edocere præt huncipm vos quispiã, vel corrigere querit. Nos autem sensum Christi habemus. Nihil(inqt)obstupescatis q dei sensum,spiritalem dixerim mẽtem. Nã & ipsi nos oẽs Christi sensum habemus,hoc est,quæcũq ipsi & tenemus & nouimus,Christus nobis aperuit & retexit. Nec secus & quæ de diuinis rebus sentimus,à Christo habemus,hoc est, ab eo sumus, quantulãcunq habemus de rebus ad fidẽ spectãtibus cognitionẽ,edocti. Iure ergo & à nemine examinari nos possumus, q spiritales sumus. Nõnulli sensum Christi patrẽ

dixerunt, pleriq; & spm̃ sanctũ. Cap. III.

Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Detrectat quidẽ & improbat illorũ ob exteriorẽ hãc sapientiã elationẽ, ne istiusmodi forte obijcerẽt: Haudq̃q̃ ipsi humanæ sapientiæ, sed spiritalis grã insolescimus. Arguit hos nondũ spiritalis huius vllã adeptos esse pfectionẽ: sed hãc vt adipiscant̃ futurũ. inferte͂p, nondũ perfecti qdpiã pcepistis. & recte, nõ potui illud adiecit, ne videat̃ liuore ductus, perfectiora illis nondũ pdicasse. Cũ em̃ carnales essetis, inqt, nõ potui vt perfectis loqui. Quęret aliquis, Quo ergo pacto cũ imperfecti essent, signa hi factitabãt? Erant sane Corinthij, vt principio diximus, istiusmodi, vt signa ederent, cuiusmodi fuerant & qui dæmones in Christi nomine eijciebãt. Miracula tñ ad aliorũ vtilitatẽ fiunt persępe, eo͂p & per indignos gerunt̃ nonnunq̃. Et quasi paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escã. Nõdum em̃ poteratis, sed nec nunc quidem potestis, adhuc em̃ carnales estis. Quantũ ad ea quæ Christi sunt spectat, infantes estis, & ideo lac vobis in potũ, hoc est, simpliciorẽ quandã doctrinã, nõ cibũ vobis. i. perfectionẽ, obtuli. Quãobrem? Qm̃ nondũ poterati;. Qd eo intulit Paulus, vt Corinthiorũ reprimat superciliũ, & insolentiã tollat, qui suæ plurimũ cõfiderent sapiẽtiæ. Neq; nũc quidẽ potestis. nã & adhuc q̃ carnis sunt sapiti;. Vides vt illos idcirco nondũ arguat posse maiora percipere, qa mallẽt carnales esse q̃ spiritales. Cum em̃ sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Superiorẽ sermonẽ oẽm ad Corinthiorũ primates habuit, q sapientia plurimũ intumescerẽt & nobilitate. Nunc vero ad inferiores & subditos orationẽ diuertit, inquite͂p: Merito equidem vos carnales appello, qñquidem inter vos liuore, altercatiõe, & simultatibus decertat̃. Poterat p̃terea eos adulterij & aliorũ facinorũ incusare, sed quia horũ factiones dissensiõesq;

tunc magis vrgebant,haꝝ nunc dūtaxat meminit. Vbiq; Paulus inuidiā contentioni subiūgit. Vos itaq;,inqt,cum talibus sitis vitijs ingnaui,secundum hoīem ambulatis,hoc est,quæ carnis sunt & terrena sapitis. **Cum enim quis dicat,ego sum Pauli,alius autē,ego sum Apollo,nonne carnales estis?** Sub Pauli & Apollo hoc nomine eos demōstrat,q Corinthi gloriā,opes, & doctrinā iactarēt. **Quis igitur est Paulus,quis Apollo,nisi ministri p quos credidistis?** Sub hoc sui & Apollo noīe,q̄d vult maxime pagit. Cōfirmat nāq; nihil se esse, p inde acsi dicat: si nihil nos sumus,qd erit de vestris his instructoribus dicendū? Nos qdem fidei ministerio fungimur,haud tñ radix ipsi & fons sumus bonoꝝ,sed Chrs horū est causa. Num ergo vobis idcirco supbiendum est, q̄a q̄ à deo sunt vobis subministrauimus? In illo em̄ cūcta cōsistunt,q bona eiusmodi elargit. Nec euāgelij dixit sumus ipsi pcones,sed ministri: q̄rum alteꝝ verbis duntaxat constat,alteꝝ opere & factis. **vnicuiq; sicut dominus dedit.** Nec sane vr̄ tenue administrādi hoc munus nr̄a sum' industria consecuti,q̄n vel idipm à deo,etsi haud pari mēsura,accepimus. **Ego plantaui,Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit.** Ipse(inqt) & prior de Christo pconium pseminaui, Apollo vero haudquaq̄ pmisit iactum id semē improbi hostis tentationū vredine æstuq; exarescere: vos tñ deus q̄s ipsi plantauimus,auxit. **Itaq; neque qui plātat est aliquid,neque qui rigat, sed qui incremētū dat deus.** Aduerte vt minus moleste primarios illos Corinthioꝝ,sapientes inq̄ & diuites asperne͏̄t,cum & seipm & Apollo vt nihili ducit,quoꝝ sub noīe paruifacit Corinthios: admonetq; deum & solum obseruari debere,eiq; accenseri quicquid boni contigerit. **Qui plantat aūt,& qui rigat,vnū sunt.** Cum nihil nobis sine deo facere liceat,æqua om̄es sumus conditione. Cur ergo inuicem insolescitis,cum vnum sitis? **Unusquisque aūt propriā mercedem accipiet secundum suum**

laborem. Qm̄ posset nō absurdum videri, vt q̄ plurimū in fide vulganda insumpsissent laboris, tardiores in poste rum redderent: qn̄quidem vel pares se reliqs noscerent: q̄ minus ea in re insudassent, cōfestim hāc tollit suspicionē, aitq́ eo om̄es pari sorte haberi, quia sine deo incrementū ferente nil valeāt singuli. Nā q̄ ad bn̄merentium attinet p̄mia, p suo labore habiturus est quisq́ mercedem. Nec tñ scd̄m pprium opus dixit, sed suum laborem. Cur em̄ debet pmerita palma intercipi, si ope imperfecto enixe sunt labores impensi? Dei enim sumus adiutores. Qui alios (inquit) instruimus, deo cooperamur. quippe q̄ ope rāti deo, & ipsi operā nostrā præstamus, qui oīm salutem percupit. Nec tñ in nostra est potestate vel operari vel lar giri salutem. Vnde nec contemnendi nos sumus, quia deum sic iuuimus: nec vobis superbiēdum, quia deo id om̄e ādscribit. Dei agricultura estis, dei ædificatio estis. Cum dixisset superius, ego plātaui, huiusmodi insistit metaphoræ, hos modo dei agriculturā appellans. Si itaq́ dei estis cultura & ædificatio, inquit, ab ipso domino, non ab agricolis seu fabris murarijs ducere nomen debetis. Necesse itaq́ erit, vt tanquam cultio & ager concordiæ septis & vallo obducamini, & in vnum vt nihil discrepantes, haud secus ac ædificium aliquod muris obductum, conueniatis. Secundum gratiam dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus posui fundamentum. Cum sapientem se nuncupat architectum, non id iactādi se gratia facit, sed vt arguat prudentis id esse architecti officium, istiusmodi fundamentum iecisse, hoc est Christū. Quod autem id se nō efferendi causa dixerit, patet ex eo, cum inquit, Secundum gratiam dei. Neque enim ait, mea virtute, sed dei gratia hanc ipse adeptus sum sapientiam. alius autem superædificat. Vnusquisque autē videat quomodo superædificet. Cum de animorū coniunctione & concordia disseruisset, disputat demū & quemadmodū viuēdum his sit, ædificationē appellās ope

ra singulorum. **Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.** Haudquaquam (inquit) aliud quispiã iacere poterit fundamẽtum, quãdiu perstat sapiẽs ille architectus: qui si aliquãdo sit desiturus (quod dici est nefas) tunc aliud poni licebit. A quo sunt ô Corinthij inter vos obortæ cõtentiones? Verum cũ cõstet Christum & verum esse & vnicũ fundamentũ, super hunc vobis ædificatio statuenda, nõ liuore & altercationibus, sed virtutibus & operibus bonis cõstructa. **Si quis autem superædificat supra fundamẽtum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, foenum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit.** Postquam erimus per fidẽ gloriã cõsecuti, singuli super hmõi fundamentũ ædificabimus, alij quidẽ opera rectiora & bñfacta, quæ tñ inter se vel magnitudine, vel exiguitate differũt plurimum: vt castimoniã, quæ aurum præfert: vel nuptias honore dignissimas, quæ argẽtum prętẽdunt: vel paupertatẽ, quæ pretiosis lapidibus cõparatur: vel abundãtiorem eleemosynã, quæ cum minoris pretij rebus cõferri põt. Alij vero vel praua facinora superædificabũt: quæ & si gradibus discernant, possunt tñ fœni & stipulæ, quę facile flagrãt & succẽdunt, noĩbus dici: cuiusmodi immũditia, idololatria & auaritia sunt. Ligna aũt erunt quæ his inferiora sunt vitia, q̃lis temulẽtia est, & risus effusior & eiusmodi alia. Tãetsi cõtra nõnulli sentiãt, qui pro lignis, maiora quæ diximus flagitia capiũt: pro fœno vero & stipula, inferiora hæc & minora. **Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur vniuscuiusque opus, qualeque sit, ignis probabit.** Diem dñi, iudicij diem interpretatur, futurumque adstruit, vt per ignẽ opera retegantur & palã fiant, q̃lia pro eorum natura sint singula, siue aurum fuerit, siue lapis, siue dictorum quodcunque aliud. **Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet: Si cuius opus arserit, detrimentum patietur.** Si aurum (inquit) vel argentũ habueris, præstabit oĩno

quod operaberis, & præmium accepturus es: Sin vero fœnum vel istiusmodi, haudquaq̃ ignis defluētem vredinē, opera tua tolerabunt. Hoc em̄ præfert, cum arserit inq̄t, quin potius opera hæc tua praua esse coarguent. Fit itaq; vt sine rectis opibus, nil valeat fides. Ecce hoc loco Christus ipse in fundamentū est positus, alioqui opera quæ à Christo sunt aliena. vt ardeant digna iā prædicant. **Ipse aūt saluus erit, sic tamen quasi p igne.** Non enim ad operū instar & ipse perdēdus est, qui ea gesserit, tanq̃ in nihilum euasurus, sed saluus erit, hoc est, sanus, & integer asseruabit, vt igne ardeat. Dici em̄ apud nos solet, Cū lignum foco iniectum, haud facile absumi, nec in cineres ocyus collabi videmus, in igne dn̄i id suffectum arsurūq; longius. Patitur aūt peccator iacturā, quia his rebus plurimum insudauit, è quibus frustra in impensis laboribusq;, quo minus subsisterent, nec diu essent mansura, perditionem adeptus est. Nā omne flagitium, tanq̃ nihil sit plane existimandum est: quia eius exitus frustra mortales habeat: nec secus fallit q̃ si quis magno pretio depēso, rē emat emortuā & cadauerosam pro viua. Saluus aūt erit peccator, hoc est, integer (vt diximus) asseruabitur, pœnas perpetuo luiturus. **Nescitis quia templum dei estis, & spūs dei habitat in vobis?** De adultero mox est incepturus sermonem. Aduerte ergo q̃ prudēter his verbis vtatur. Nā cum datæ nobis gratiæ, hoc est, inhabitātis in nobis spiritus meminit, verecundia afficit adulterantem. Etsi nequaq̃ conspectius cuiusq̃ personā nunc patefaciat, ad oēs tn̄ verba nunc facit. Si em̄ dei templum (inquit) nos sumus, quia in nobis inhabitet spiritus, ergo spūs ipse est deus. **Si quis aūt dei templū hoc violauerit, disperdet illū deus.** Cum disperdet inquit, nō aliquē detestatur, sed futurum ita pronuntiat. **Templū enim dei sanctum est, quod estis vos.** Ergo nihil poterit adulter aliquis vel fornicator vltra sanctior dici, quia desijt dei templum iā esse, & huius dignitatem spiritusancto

à se propulsato amisit, qui se sanctitate donauerat. Verũ quis dei futurũ est templum? Vos quidem si puriores & si ne labe manseritis. **Nemo se seducat.** Existimans videlicet aliter se rẽ habere, ac dixerim. **Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiẽs.** De adultero cũ paucis absoluisset, rursum ad eos qui ob exteriorẽ hanc sapientiã efferunt, habet sermonem, & inquit: Qui sapiens inter vos esse apparet, fiat hic stultior, hoc est, detrectet & contemptui habeat humanã hanc sapientiã, vt diuinã adipiscat. Nã quemadmodũ secundũ deum inopia & rerũ cõtemptus, pro diuitijs sunt, & ignominia in gloriã cedit, sic secundum deum insipientiã esse pro sapientia constat. Aduerte aũt quemadmodũ non sapientiã deponat hic cum dixerit, sed fiat insipiens, quod lõge est maius, hoc est, nullã existimes habere ex te rerũ diuinarũ cognitionem, neq; proprijs confidas cogitatibus, sed in bruti animantis morem & minus sagacis deũ sequere, nihil hærens, nil dubius quin omnibus illi in rebus fidem pręstabis. **Sapiẽtia enim huius mundi, stultitia est apud deum.** Nec solum hæc (inqt) nil prorsus ad diuinam illam & cælestem sapientiã assequendam cõducit, sed impedimento est potius & iacturæ: vtpote quę præ superbia discere dedignatur, & à vera distrahit disciplina, eoq; & in ignorãtia versari faciat, q̃ se vtatur. Quo fit vt huiusmodi humanæ sapientiæ sectatores, à deo vt
Iob. 5. vesani repudientur. **Scriptum est enim, Cõprehendam sapientes in astutia eorum.** Vel testes producit vt asserat mortalium sapientiam pro stultitia apud deũ haberi, inquitq;: vt stultos comprehensurus sapientes est deus, qui vel si astutia sint & prudentia quadam imbuti, vt insani & dementes coarguũtur. Exempli gratia: Existimant illi minus se deo indigere, sed per se posse omniũ rerum habere cognitionem. Ex ipsis itaq; rebus arguit deus, nihil his eorum versutiam profuisse, sed his opem diuinam necessariã fore omnino, qui illa sunt visi minus indi

guisse. Eo fit, vt in sua astutia, qua se omnia tenere arbitrarentur, depħensi sint prorsus ignari. **Et iterum: Dominus nouit cogitationes sapientium.** Si igitur dominus nouit inanes esse prudentium cogitatus, vtpote q̄ nihil vel necessarium vel salutare sint cogitatiōe cōplexi, quo pacto vos o Corinthij, q̄ deo aduersantur tenetis, vł vestros huiuscemodi animoꝝ conceptus, tanq̄ perutiles consectamini? **Itaque nemo glorietur in hoībus. Oīa enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas.** Hæc videl' subiectis edicere. vrget tamē & primates illos Corinthioꝝ, asserēs, nil esse cuiq̄ gloriandum, neq; in exteriori illa sapientia: Quippe q̄ stultitia sit: neq; in spiritalibus donis. Nec ēm dei sunt munera, quibus & subditoꝝ respectu donant' maiores. Quod aūt dicit tale est, oīa ēm sunt vestra: Quid ergo vestri se efferunt p̄ceptores, & insolescunt, & vos itē hos ipsos extollitis, & illoꝝ augetis vesaniā? Num illi suū quippiā habēt? Vestra sane sunt oīa q̄ sunt illi adepti: & vestræ vtilitatis gratia à deo ijsdē concessa. Rursum & sui & Petri nūc meminit, & sub eoꝝ persona istoꝝ explicat præceptores, ne forte hi grauiter ferrent sese nomine appellari, qui Corinthios instituerent: & illud vt inferat, si vestri ob gratiā hęc ipsi dona accepimus, & vestri gratia sumus in pręceptores propositi, eo magis q vos instituūt, haudquaq̄ debēt tāq̄ ꝓprijs efferri officijs, p̄sertim cū hæc nō sua, sed alioꝝ sint bona, **siue mūdus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura.** Quin etiā vos edocentium vita, per vos esse constat, vt persecutionē tolerantes proficiatis: illis insuper & mors vestri ob gratiam obuenit, quippe qui pro vobis periclitentur, & vestræ salutis causa sese periculis obiectent. Vel aliter sumi id dictum potest, videlicet quod Adam eo sit mortalis effectus, vt continentiores ipsi efficiamini. Et eo mortem subierit, vt salui vos sitis, & plane orbis terrarum vniuersus assequatur salutem, vt eius ductu ad creatorem iter suscipiatis: & mundi hu-

ius corruptione, perinde acsi monitore vtamini, ad corruptibilium cupiditatem: quinetiã vel præsentia hæc .i. terræ bona, & futura illa nostri ob gratiã sunt parata, quibus iã pridem deus credentes donauit. **Omnia enim vestra sunt, vos aũt Christi, Christus aũt dei.** Haud sane eodem nos iure dei sumus, quo Christus est dei. Nos em̃ dei tanq̃ ab eo & facti & procreati, Christus vero dei, vtpote qui ante secula sit, qui sui à deo & causam habeat & ortum. Ita fit vt si simplex sit verbum, huius tñ diuersus sit sensus: siquidẽ nõ pari iure nostra sint oĩa, quo & Christi sunt vniuersa. Nos em̃ Christo sumus creatione & seruitute obnoxij. Cuncta vero & si nobis subijciantur, non tñ sunt à nobis creata. Itaq; haud recte vobiscũ agitur, cũ vosipsos adiudicatis mortalibus, qui Christi sitis ditione obstricti.

Caput .IIII.

SIc nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores mysterioꝝ dei. Etsi ministri inquit, nos sumus qui alios instruimus, cur dño propulsato, ministrantium vobis noĩa consciuistis? Cũ vero mysterioꝝ dispensatores appellat, doctores indicat, qui haud temere debẽt dei sermonem oĩbus impartiri: sed tẽpus per eos oportunum & modus seruandus est, cum illum impartiunt. Quinetiã nec mysteria ipsa aperienda sunt cunctis. Non em̃ vel prudentis est viri vel recte credita dispensantis, passim illa & sine delectu oĩbus patefacere. **Hoc aũt quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.** Hoc est, ideo ab eo fides exigit, ne illa quæ dñi sunt faciat sua, néve vt dñs eadem illa pertractet, q̃n potius vt aliena & à domino possessa dispẽset: neq; arbitreť propria esse q̃ sub domini sunt potestate, sed contra q̃ sua sunt domini esse arbitreť. **Mihi autẽ pro minimo est vt a vobis iudicer, aut ab humano die.** Morbus hic sane inuaserat Corinthum, vt qui doctorum diuersas tenere partes viderentur, iudicantium loco considerent, assererẽtq; hunc illũm ve potiores esse, & do-

ctrina cęteros anteire: alios vero pronuntiarent lõge inferiores. Sed quũ dixerat Paulus quærendum esse vt inter dispensatores quis fidus reperiatur, & visus est forte aditum præbuisse singulorũ vitam dijudicãdi, quod certe lõge magis illorũ augeret dissidia. Ne itaq; id subeant mali, hos ab huiusmodi iudicio reprimit, dicens: Mihi aũt pro minimo est, hoc est, ignominiæ vel maximæ duxerim, vt aliquod de me iudicium proferatis. Moxq; ne illos offendat, perinde acsi contẽptui habeat, vl' ab humano die adiecit, hoc ẽ, vel ab alio quouis vt iudicet hoĩm, qui vel clarus sit & excellens. Cõsueuit eñ scriptura hominis diem, rei altitudinem quandã & excellentiam nuncupare, quod profecto non se purgandi gratia explicat Paulus: quippe in quẽ nemo sententiã tulerat, sed ne sui exemplo alios dijudicando incessant, persuadere adnititur. Sed neq; meipsum iudico. nihil eñ mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui aũt me iudicat dominus est. Nequaq̃ me (inquit) existimetis, perinde acsi vos sim vel cæteros hoĩes aspernatus, indignum ducere vt alios iudicetis. Neq; eñ vel meipsum arbitror suffecturum, qui possim huius iudicij vim perscrutari: nec sane mihi vllius sum facinoris conscius, neq; ob id sum tamen iustificatus, hoc est, haud tamen sum peccati expers & purior redditus. Consentaneum enim est me aliq̃ commisisse, & esse me commissorũ ignarum. Est tamen dominus, cuius acerrimũ est certissimumq; iudicium, sententiã de me laturus. Qua ex re velim existimetis q̃ acrior diuini iudicij sit futura exactio. Itaq; nolite ante tẽpus iudicare, quoadusq; veniat dominus. Vides quẽadmodum hæc nõ sui gratia protulerit Paulus, sed vt Corinthios ipsos coerceat, ne alios iudicent. Sic eñ hic assolet, vt in sui persona aliorũ calumnias vel gesta excipiat, & excepta exponat, & hoc pacto alios instruat, quos duxerit instruendos. qui & illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestauit consilia cordiũ. Nunc quidẽ

Ierem. 17.

patefcunt(inquit)praua facinora. Hæc em̃ pro tenebrarũ occultis accipimus: Nam & virtute præditus apparebit plerunq; qui profanus fit,& vitijs inquinatus. Tunc itaq; deus palam facturus eft omnia,fic certe vel cordis confilia reteget. Exempli grã: Effert aliquis quenpiã laudibus & magnifacit, id fane bonũ apparet: at huius forfitan eft corrupta voluntas. Poterit nanq; haudquaq̃ certo animi iudicio illas in quenpiã laudes contuliffe, nec mente æq̃. Rurfum alius quenpiam vnum corriget arguetq;,nec tamen vt eũ ad fanitatem reducat, quin vt fratris patefaciat fcelera. Iftiufmodi igit cordiũ confilia,deo iudicãte patebunt. **& tunc laus erit vnicuiq; a deo.** Oratiõis feries depofcebat,vt vel fupplicium diceret,vel laudem manere hos hoĩes,qui tales fe præftitiffent. In eo tñ quod vifum eft dicto potius terminauit fermonem. **Hæc autẽ fratres transfiguraui in me, & Apollo propter vos,vt in nobis difcatis,non fupra quã fcriptũ effe fapere.** Quæ dicta fuperius de Corinthiorum,inqt, diffenfionibus funt,& præcipue cæteros iudicarent,ideo protulimus,vt ex noftrę perfonę figura,nil vltra q̃ quod fcriptum eft fapere perdifcatis. Edifferit em̃ in hunc mo-
Mat.20. dum fcriptura,& fuperbiam interdicit: Qui prior effe in-
Matt. 23 ter vos mauult,fit hic omniũ vltimus. Et qui fe humilem
Matt.7 reddit,exaltabit,& alia iftiufmodi multa. Quod aũt iudicandum non fit quod ignores,Nolite(inquit)iudicare,& non iudicabimini. **nec vnus aduerfus alterũ infletur,pro alio.** Vel hæc ad populum verba facit,variat tñ & inftruendi modum. Nã ad primates illos & p̃ceptores fermonem intendit,non in difcipulos ipfos,ficuti hoc loco facit. Corinthij enim cũ de magiftrorũ primatu cõtenderent,iftorum præftantia efferebant. Nam qui aliquem haberet in pręceptorem,huius vt fimul & dignitatem tueretur & excellẽtiam, alterius cuiufquã magiftrũ cõuitijs inceffebat,ita vt difcipulis inter fe altercantibus,finguli fuum iactitarent doctorem,eundẽq; & gloriæ ducerent, &

iactitando intumesceret. Recte autē huiusmodi animorum perturbationem inflationem dixit, à corporis quadā metaphora, quod malis humoribus & spiritu inquinato inflatur. **Quis enim te discernit? Quid eñi habes, quod non accepisti? Si autē accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?** Rursum in Corinthiorū doctores inuehitur, inquiens: Quis te discernit, & dignū laude iudicauit, an num homo? At fallitur humanū iudicium. Cōcedatur vt in te aliquid sit laudabile, id tñ haudquaq̄ dixerim tuū esse, sed dei dono concessum. Idq́ non tuo aliquo vel merito, vel officio accepisti. Si itaq́ accepisti, quid gloriaris & iactabūdus intumescis, quasi nihil acceperis, & credis potius ex te illud & proprijs laboribus peperisse? Non eñi quenpiā decet vt in his q̄ acceperit insolescat: quippe q̄ aliena sunt & ab alijs collata, non per se parta. **Iam saturati estis, iā diuites facti estis.** Rē ægre ferentis sunt dicta, perinde acsi dicat, Tam cito nullius opera indigetis, nec deesse quidpiā vobis existimatis: sed iam estis oppleti, & ad perfectionem breui adeo euasistis, & omnes cum diuinæ intelligentiæ, tum & donorū nacti iā opes estis. Quam perfectionem etsi in futuro esse seculo constat, vos tamen vt videre videor, vel in hac vita consecuti iam estis. Quod plane perspicuum vestra iactantia facit, hanc scilicet vos esse perfectionem adeptos. Hæc autem eo infert, vt etsi ita se gerant, infectos esse coarguat. **Sine nobis regnatis.** Vel id quidem pro sua consuetudine intulit, illorum ingratitudinem arguens, p inde acsi id inquiat: Etsi tot estis à deo dignati beneficijs, horum tamen nobis nil placet, qui tantum in vobis laborem insumpsimus impartiri. **Et vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus.** Vellem equidem, ait, vos esse iam regnum adeptos, hoc est, assecutos perfectionē. Moxq́ ne ironice dictū id videat, sic intulit: Vt & nos vobiscū regnemus, hoc est, eadē bona nos vendicemus, q̄ nacti vos estis: quippe quorum gloria nobis cedit in lau-

dem. Nã & præceptoribus cunctis optabilis est discipulorum profectio. **Puto em̃ quod deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos.** Tristitia vel potius pudore affectus, in hæc verba prorumpit. Videre em̃ (inquit) videor ex his q̃ per vos geruntur, hoc tempore, nosipsos apostolos omniũ postremos fuisse à deo mõstratos, & morti insuper destinatos, hoc est, ad mortis dãnationem & paratos & promptos. Licet itaq; vel ex hisipsis, quibus vobisipsi regnum paratis, coniectura q̃dam percipere, morti nos esse tandẽ addictos, sontiumq; & dãnatorum locũ tenere apostolos, id est, qui tanta sumus dei ob gratiã passi. **qui spectaculum facti sumus mũdo & angelis & hominibus.** Hoc est, nõ recõdito loco aliquo & abditiore pœnas nos luimus, sed vbiq; terrarũ: spectantq; nos tormentis varijs afflictatos, nõ homines solum: neq; em̃ tã vilia sunt & pusilla q̃ gerimus, quin & angeli ipsi. Eo nanq; magnitudinis nostra certamina processerunt, vt digna sint vel ab angelis ipsis spectari. Neq; em̃ nobis cũ hoibus solum ẽ colluctatio, quinetiã est cum iniquorum angelorũ potentia

Ephe. 6 decertandũ. **Nos stulti propter Christũ, vos aũt prudentes in Christo.** Rursum hæc prudens loquit. Cum em̃ propter Christum vapularent apostoli & contẽptui essent, illi vero contra & amplissimis afficerent honoribus, & pro sapientibus haberẽtur, idq; sibi Christi ob gratiã obuenisse iactarent, quo pacto Apostolus inquit, duo adinuicem aduersantia conuenire in his qui vnũ sentiant, poterunt, vt ipsi videlicet quia Christũ creditis, honores adipiscamini, nos contra quia hunc p̃dicamus, malis innumeris afflictemur? Necesse est itaq;, vel vt ipsi quæ Christi sunt sentiamus, vel vobis & solis credẽtibus, Christi hæc sapientia relinquatur. Sed quoniã indignum videtur, Christi apostolos nequaq̃ q̃ Christi sunt sapere, restat hauddubie vt vos fallat opinio. **Nos infirmi, vos aũt fortes: Vos nobiles, nos autem ignobiles.**

Hoc est, nos circũagimur & persecutiõibus diuexamur, vos vero otio & quiete fruimini. Vbiq; Paulus sub infirmitatis hoc noĩe pressuras prætendit: Et vos quidem gloria & nobilitate p̃statis, nos autem in ignominia diuersamur. Hæc sane oĩa perinde ac Corinthiorũ facta grauiter ferens, intulit Paulus. Sẽsus vero istiusmodi est: Quo eñ pacto id decens videri põt, vt nos malis iactemur, vos vero quiete freti, in bonis versemini? Fit itaq; vt perspicuum sit, nullis vos bonis affluere, quin potius male vobiscum nũc agi: q̃nquidem nec pro apostolorũ dignitate vita vobis transigit, vnde nec vobis erit in his q̃ nunc geritis superbiẽdum. **Vsq; ad banc horã esurimus, & sitimus, & nudi sumus.** Quid inquit, vera recensebo, cum liceat nobis præsentia conspicari? Ecce vos nunc in delicijs agitis, nos vero aduersis & malis p̃mimur. **& colaphis cedimur, & instabiles sumus.** Hoc ẽ, vapulamus. Hoc vero superbientibus obijcit & inflatis, qui nullis verberibus pro Christo affligerent. Et instabiles sumus, hoc est, distrahimur, agitamur, & fuga salutẽ q̃rimus. Id quidem in diuites illos & opulentos intendit, qui otio fruerẽtur. **& laboramus operantes manibus nostris.** Hæc aũt in eos infert, qui lucri ob gratiã audent prędicãdi munus inuadere. **Maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blaspbemamur, & obsecramus.** Et quod omniũ est præstantissimam, nil horũ iniquo animo toleramus. At vnde id liq̃t? Ex malis nimirum q̃ nobis ab oĩbus ingerunt, cum illa officiosa quadã compẽsamus vicissitudine: ita vt qui in nos maledicta cõgesserint, benedicto mox proseq̃mur. Et q acrioribus nos conuitijs vrgent (blasphemia eñ acerbiorem contumeliã pręfert) obsecramus, hoc est, mitioribus & lenientibus verbis illorũ in nos conuitia cõpensamus, eóq; Christiani stultitię arguunt, qui pro malis bona pendunt. **Tanquam purgamẽta buius mũdi facti sumus, oĩm peripsema vsq; adbuc.** Purgamentũ for-

des dicit quædã, q̃ ex re aliq̃ immunda & lurida tergit & repurgatur. περίψημα enim græce, purgamentum significat, ἀπὸ τοῦ περιψᾶν q̃d abstergere & purgare dici latine potest. Inquit igit, merito quidē eijciendi sumus & abominationi habendi, nec vobis solum, sed mũdo & hoĩm generi vniuerso. neq; ad p̃stitutum aliq̃d tẽpus, sed vsq; adhuc, hoc est, semp. Aduerte q̃lem sese p̃stare debeat Christianus, vt q; & illi adusq; finẽ sit decertandũ. Non vt cõfundã vos hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo. Non em̃ (inq̃t) vel vituperandi vos gratia vel confundendi, neq; iniquo & maleuolenti hæc aĩo dixerim, sed tanq̃ filios neq; id mõ, q̃n & charissimos, nil increpo, sed lenit cõmonefacio. Quis em̃ p̃rem nõ tulerit admonentẽ? Nã si decẽ milia pædagogorũ habeatis in Christo, sed nõ multos patres. Etsi aliq vos bñuolẽtia prosequunt, nequaq̃ tñ meũ erga vos quispiã æq̃bit amorẽ, siquidẽ cæteros in pædagogos habetis, me vero in patrẽ. Vt itaq; vnus est parẽs, pædagogos eẽ multos constat. Et vnius amore, patris videlicet, longo abest interuallo multorũ affectio, sic longius abest à mea & paterna in vos charitate, aliorũ qui vos instruũt simulata bñuolentia. attende aũt quemadmodũ cũ pædagogus dixisset, in Chr̃o subiecerit, ne illos prorsus offendat, q̃n potius q̃d laboriosius videbat, his cõtulit: p̃inde ac si dicat, Tales esse pẽdagogos oportet, vt enixe alios in Christo instituant, amoris vero magnitudinem sibi seruauit. Nã in Christo Iesu p̃ euangeliũ ego vos genui. Confirmãs se his esse in patrẽ præpositũ, quippe q̃s inquiat Christo bñ iuuante per euangeliũ genuisse. Neq; enim vt solẽt plerią;, id mihi ait officiũ vendico, sed Chr̃o ip̃i adscribo. nec instruxi vos dixit, sed genui, sub naturæ ipsius noĩe, quã habeat erga hos charitatẽ, exp̃ssit, & familiarissimos sibi hos esse discipulos & coniunctissimos demõstrauit, quemadmodũ & ĩ reliq̃ ep̃la idipsum subinfert: Rogo ergo vos, imitatores mei estote. In cunctis (inquit)

me imitamini, & nolite vel sapiētia vel opibus intumesce re vel efferri. Neq; cū fratribus vlla sit vobis dissensio, sed pro sapientia hac ipsa externa & bonis fortunæ, charitatē in proximos cōplectamini. Vide hoīs intentionē & vehe mentē animi affectū. Precat̄ em̄ & orat, non iniūgit. Mul tū p̄terea vel ad aliorū cohortationem id valet, cū se imi- tandum ꝓponit. **Ideo misi ad vos Timotheū, qui est filius meus charissimus & fidelis in dn̄o.** Qm̄ vos mihi nō sec⁹ ac filij curæ estis, misi ad vos Timotheū. Nā etsi ipse instituendi vos gratia concedere Corinthum cupiebā, id tñ vt facerē cum minime licuisset, illū trāsmisi q̄ mihi est charissimus filius. Hoc aūt intulit, vt & suū erga illos amorem aperiat: q̄ppe qui vt eis prodesset, filij tulit absentiā, simul etiā vt Timotheus in honore apud Corin thios haberet. Is itaq; inquit, qui est fidelis in dn̄o, hoc est, cuius fides in his q̄ dei sunt, non huius seculi bonis fuit ꝑ- specta, vel in vestris administrandis se fidum p̄stabit. **qui vos cōmonefaciat vias meas, quæ sunt in Chri sto Jesu, sicut vbiq; in omī ecclesia doceo.** Nō em̄ vos instructurus est, inq̄t, ne id illi ferrent molestius, cum nondū esset Timotheus ætate prouectior, sed cōmonefa ciet. Vobis em̄ denuo recensebit, q̄ iamdiu tenetis, nec no ui quidpiā est allaturus. Vias aūt dicit prædicatiōis dispē sationes & regulam, consuetudines vel leges diuinas. Et quemadmodū ip̄e ambulo, q̄a non tumidus & elatus, vt vos intumescitis, neq; vr̄o more contentiones inuexi & schismata. In Christo aūt dixit, quia eius viæ nullū habe- rent humanarū rerum vestigiū, sed in Christo oēs consta rent. Vel quia essent illæ Christi ope directæ. Ostensurus est em̄ hic vobis, quē ipse seruem in cunctis ecclesijs p̄di- candi modū. Nil em̄ q̄d nouū sit visum apud vos p̄dicaui, sed oēs erant dictoꝝ meorū non ignari. Pudere itaq; vos præter cæteras ecclesias oportebit, quia à vijs meis tā te- mere alteraſtis. **Tanquam venturus non sim ad vos, sic inflati sunt quidam.** Post q̄ Timotheū pro-

fessus est eo ad se transmisisse, ne segniores & torpidi red derent, sic infert: Etsi præsentia non venio, & mea ab sentia insolentiores effecit nõnullos, venturus sum tamẽ. Arguit aũt puerilẽ inesse his animũ: siquidem puerorũ sit præceptore absente metas impositas transilire. Hos vero inflatos dicit, quia circa adulterãtem illum, qui cũ patris vxore rẽ habuisset, adhuc versarent. sicuti & sapiẽtes & di uites appellat, qui sapientia & opibus efferuntur. Vel for te quia deerat qui eos criminis argueret Paulus, magnum in modum intumescebant. **Veniã aũt cito ad vos, si dñs voluerit.** Coercẽtis verba sunt hæc & ad pudicitiã instituentis. Recte aũt, si dñs voluerit, intulit. huius enim ad nutum geruntoĩa. **& cognoscã non sermonẽ eorum qui inflati sunt, sed virtutẽ.** Cum enĩ linguæ volubili tati Corinthij & eloquentiæ confiderent plurimũ, Paulũ vero tanq̃ idiotã & Græcæ sapientiæ ignarum aspernarent, spectabo (inquit) non vestrã dicacitatem. Neq; enim hæc est vlla in re necessaria, cũ opus virtute sit potius, q̃ signis constet. Quippe cum nõ oratione exculta & tumida, sed miraculis spiritussancti virtute editis, prædicatum sit cælorum imperium. **Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate & spũ mansuetudinis?** Virgã supplicia appellat & pœnas. Ait igit, in vestra ẽ potestate situm, vtrum hoc pacto, an aliter sim ad vos concessurus. Si vosipsos negligentiores præstabitis, veniens, tormẽtis afficiam: si vero exciti fueritis & spiritu vigiles, benignita tis erga vos spiritu & mansuetudinis vtar. Est nanq; & cru cians & tormentis afficiens spiritus. Hunc tamen à poti oribus nominat, cum mansuetudinis infert, quemadmo

Neemi. 9. dum deum & clementem dicimus & misericordem, non

Ionæ. 4. alio torquentem, tametsi torquendi illi insit facultas.

Caput .V.

Omnino auditur inter vos fornicatio, & ta lis fornicatio, quales nec inter gentes no minatur, ita vt vxorẽ patris aliquis habe-

at. Omnibus hoc etsi vnius sit, imputat scelus, ne illud negligant, perinde acsi ab eo flagitio alieni & minus participes, sed omni studio corrigere adnitant, quod in cõmunē ignominiā cedat & dedecus. Nec auditur, inquit, sed audit omino, pinde acsi dicat, si auditu hoc interdictū est intolerabile facinus, quāto magis minus est cuiq̄ audēdum, & vos inter præcipue, quos spiritalibus mysterijs dignatus est deus. Augendi aūt criminis gratia, illud subiunxit, q̄lis nec inter gentes. Nec geritur dixit, sed nominat, vt vxorē patris habeat quispiā. nec nouercā expressit, sed patris dixit vxorem, vt acrius illos ad repetendā genitoris memoriam vrgeat. Honestius insuper & habeat intulit, cū eum fornicationis huiusce, vel noīs magis puderet. **Et vos inflati estis,** Hoc est, super fornicantis huius doctrina. Erat ēm qui id scelus patrarat, apud illos sapiēs habitus. Aduerte q̄ prudenter id facinus, hanc ipsam rē explicet. Eum ēm cum fornicāte illo vt ignobili & facinoroso sermonē habeat ducat indignum, neq; æquū existimet, vt in medium prodeat & innotescat, ad alios verba facit, tanq̄ de cõmuni crimine disserturus. **Et non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrū qui hoc opus fecit.** Eo (inquit) vobis plorandū fuit, q̄a ad commune ecclesiȩ calumniā euasit hoc scelus. nec minus optādum & lachrymis deposcendū, vti facere in pestilēti morbo solemus, vt à vobis sublatus is tanq̄ cõmunis pernicies aliq̄ dirimatur abigaturq;. Neq; hoc quidem loco Apostolus fornicatoris illius explicat nomē, sed qui hoc opus fecit, duntaxat intulit. **Ego quidē absens corpore, præsens aūt spū, iā iudicaui vt præsens.** Neq; ēm suā Paulus profectionē opperit, vt cum ad eos concesserit, tūc & facinus propalaret, & fornicator ille formidine caperet: sed tanq̄ pestē exitialem aliquā studet prius comprimere, q̄ in vniuersum ecclesiæ corpus transmitteretur. Prȩsens aūt spū dixit, vt Corinthios vrgeat in flagitiosum & pestiferū hoīem sententiā ferre: terreatq;, asserens se il-

lorũ iudicia & gesta oĩa spũ cognitum. Cũ vero infert, tanq̃ p̃sens iã iudicaui, nihil hos finit nisi in adulteri illius cõdemnationem intendere. Nã & ego (inquit) hunc iã iudicaui, & sententiã tuli, quã sequi & ipsi debetis. **eũ qui sic operatus est, in noĩe dñi nostri Jesu Christi congregatis vobis & meo spũ.** Ne videret id p se audere, vel hos admittit ad ferendũ iudicium comites. Vobis (inquit) in vnum conueniẽtibus in Christi Iesu noĩe, hoc est, ne humano instinctu, sed diuino potius pareturhic vester conuentus: videlicet vt Christus ipse eius rei grã de q̃ acturi estis, coire in vnũ vos faciat. Adiecit p̃terea, & meo spũ, ne illum venia dignum existiment, sed tanq̃ adstante se & oĩa prospectante, hunc iudicent potius & damnent. **cũ virtute domini nostri Jesu Christi, cõmittere hmõi satanæ.** Vel quia potens est Christus hanc vobis gratiã elargiri, vt adulterum hunc satanæ demandare possitis: vel quia Christus ipse vobiscum vna in hunc tulit sententiã. Nec satanæ prorsus dedendum hunc dicit, sed cõmittendum, perinde ac si illi aperiat ad pœnitentiã fores. neq; hoc quidem loco vllã facit de huius noĩe mentionẽ, sed hmõi inquit. **in interitũ carnis, vt spũs saluus sit in die domini Jesu.** Vt satanas scilicet morbo hũc maceret. Nã cum ex corpore, luxuriæ concupiscentia defluat, debet hoc sane supplicijs affici, vt saluus sit spũs, hoc est, vt aĩa ipsa saluet. vel forte spũs. i. dei gratia integra illi seruet. Neq; ab eo tanq̃ ab impio abscedat penitus, quod vtiq; curationem & medelã esset suscipiẽtis potius, q̃ subeuntis tormenta. Bene autẽ, in die apposuit, vt Corinthij saltem terrore ducti, ægrescenti illi mox medeãtur: & qui morbo affectus est fornicator, medelam accipiat. Quin-
Iob.2. etiam præscribit diabolo terminos, q̃les illi & deus in Iob præfiniuit, vt corpus duntaxat, anima inoffensa contingeret. **Non est bona gloriatio vestra.** Ostendit hoc hoc loco Corinthios nihil p̃misisse adulterum hunc pœnitere, quia huius sapientiam gloriæ ducerent. Erat enim

is apud eos habitus è sapientibus vnus. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrũpit? Vobis, inquit, non illi prospicio. Potest nanque quod neglectum est malum, vel reliquum ecclesiæ corpus corrũpere. Nã vt solet fermenti vel tenue quidpiã & perexiguũ massam totam confundere, eandemq́; vel in sui immutare naturã, sic & huius delictum multos est ad se imitandũ facile traducturum. Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Hoc est adulterum hunc è medio tollite, & alios facinorosos propellite. Vetus aũt fermentum, omne neqtiæ genus appellat. Nec purgate dixit, sed expurgate, vt sitis noua cõspersio, nulla improbitate admixta. Et sicut estis, hoc ẽ, quemadmodum vos esse decet, sine fermento. & azymi, hoc ẽ, absq; vetusta iniqtate acida illa & mordenti, ob pœnitentiã. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Cũ de azymis mentionẽ fecisset, quibus in paschali celebritate vescerent Iudæi, allegorice disserẽs qd illa sint azyma. Siquidem animi sit dispositio q̃dam, oĩs prorsus nequitiæ expers, nunc etiã & pascha per allegoriã interpretat, Christum inquiens nobis esse in pascha, q pro nobis sit immolatus. Debemus itaq; azyma hæc .i. puritatẽ omni vitio alienã complecti. Itaq; epulemur, non in fermento veteri, neq; in fermẽto malitiæ & nequitiæ. Arguit ex his omne tempus, festum esse & celebre Christianis, propt̃ bonorũ magnitudinẽ, q̃ illis sunt gratis concessa. Propterea (inquit) immolatus est dei filius, vt te lætos & celebres dies agere faciat, non in antiq̃ Adæ fermento, neq; in vita (quod longe deterius est) nequitię plena. Nam malus, is vtiq; dicitur, qui mala exequitur: nequam vero, qui mente iniqua & malitiæ quadam profunditate, quæ mala sunt peragit. sed in azymis synceritatis et veritatis. Hoc est, in vita puriori & integra, ad nequitiæ differentiam & veritatis, id est, vera, non simulata & sine dolo, quod vt secernat, & malitiam dixit.

Vel poteris cum veritatis inquit,& veteres typos à veritate hac segregandos referre,qui nihil prę se ferebant:vel per synceritate puritatem ipsam intelliges,q̃ opere constat & actionibus:& contemplationẽ,pro veritate. **Scripsi vobis in epistola ne cõmisceamini fornicarijs.** Quã dicit epistolã? Hanc quidem ipsam. Nã cum dixisset superius,expurgate vetus fermentũ,suspicati sunt forte Corinthij,vel à cæteris sibi,q in Græcia essent,adulteris pręcauẽdum, quod tñ ita edisserit. **Et non vtiq; fornicarijs huius mundi,aut auaris,aut rapacibus seruiẽtibus, alioqui debueratis de hoc mundo exisse.** Hunc in modum construitur & intelligitur orationis huius contextus:Et vtiq; non fornicarijs huius mundi commisceri prohibui,hoc est,gentilibus, alioqui alius mũdus vobis esset quærendus. Qui enim fieri potest vna in ciuitate vel ex maiore parte diuersantibus,qui ex gẽtibus essent,nõ his admisceri? **Nunc aũt scripsi vobis ne cõmisceamini,si quis frater nominatur,aut fornicator,aut auarus,aut idolis seruiens, aut maledicus,aut ebriosus,aut rapax,cũ hmõi nec cibum sumere.** Vides quemadmodũ non vnus aliquis esset fornicationis scelere inquinatus,sed alij erãt pleriq; eiusmodi,& varijs affecti iã vitijs. Verũ quo pacto frater cũ sit,& inseruire idolis poterit? Quemadmodũ eñ contigit olim & Samaritis, vt pars dimidia pie colerent deũ,sic & inter hos quidã idolis adhuc inhærebant. Anticipat præterea de his qui idolothytis vescebant,sermonẽ. Recte aũt dixit,qui frater vocatur. Quippe cui fratris dũtaxat nomẽ sit reliquũ,nec in veritate est frater,qui hisce sit malis obnoxius. **Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare?** Qui foris sunt gentiles dixit,& idolis deditos:qui vero interius Christianos,perinde ac si dicat, neminẽ eqdem nũc eorũ qui exteriores sunt alloquor: id enim leges
Roma. 5. meas excederet:Superuacaneũ igitur Christi præcepta illis iniungere,q extra Christi aulã diuagantur. Quæcunq;

em̄ lex differit, his q sub lege sunt differit. **Nōne de his qui intus sunt vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt deus iudicabit.** Nōne q̄ intus sunt vos iudicatis, hoc est, nōne de Christianis iudicaturi vos estis? Nā q foris sunt, de⁹ iudicādos suscipiet. Fit itaq;, vt si apud vos q intrinsecus sunt iudicent, euasuri sint horribilē dei sentē tiā. **Auferte malū ex vobisipsis.** Meminit dicti cuiusdā veteris testamenti, vt arguat à principio legislatori visum id esse, improbos scilicet tollendos è medio esse. Ex vobisipsis cū inquit, iudicat vtilitatis plurimū his allatum si praua demantur. Deute. 15

Cap. VI.

AVdet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? Cum de pecunijs creditis & repetundis, causas haberēt nōnulli, ad gentiles iudices haud secus ac legis Christianæ latores has deferebāt, illorū iudicio terminādas, id Paulus in mediū ꝓdiens castigat & corrigit. Cūq; & auaros cōmemorasset, hos statim vt curet ardore incendit, q talibus in rebus delinquerēt. Aduerte aūt queādmodum initio statim irā ꝑtendat, q̄ppe q̄ audaciā rē ipsam appellet & iniustitiā. Neq; enim apud infideles, sed apud iniq̄s intulit. Q̄nquidem q litigat, q̄d æquū sit asseq cōcupiscit, q̄d tñ minus hos posse arguit adipisci. Iniqui em̄ & iniusti sunt (inq̄t) gentiliū iudices. Quo ergo pacto, q̄d æqus sit ꝑ te sunt laturi iudiciū? Sanctos vero fideles appellat, ex ipsis noībus quantū hi inter se differāt patefacit, cū iniq̄ores sint alteri, alteri sanctimonia polleāt. **An nescitis q̄m sancti de hoc mūdo iudicabūt?** Q̄m fideles cū idiotæ essent & legū ignari, haud quaq̄ digni forsitan viderent, q decernerēt causas, dignos hos & idoneos reddit, tū sanctos hos nuncupat, tū etiā q̄d de mundo cognituri sint asserit: non tñ q̄ à confidentibus his iudicādi sunt cæteri: dñs q̄ppe est facturus iudiciū: sed Roma. 2
ad supplicia condēnandi. Hi nāq;, & si cū cæteris sint pas- 1. Corin. 5
sibilis naturæ participes, credidisse tñ inuenti sunt: Illi ve-

ro Christi fidē non excepisse, nonne haberi huiusmodi in credētiū fides ꝓ infidelium dānatione debet? **Et si in vobis iudicabitur hic mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis?** Attende quēadmodum non à vobis dixerit, sed in vobis, hoc est, à deo quidē iudicabitur, in vobis aūt condēnabitur, eo scilicet qꝫ exēplo cęteris ipsi sitis credētes. Illud vero indigni estis qui minima iudicetis, hūc habet sensum: Nā vt decēs est iudicatos illos per vos, hoc est fideles, qꝫ intus estis, confundi: sic contra vobis ad ignominiā cedet, ab his qꝫ extra sunt & infidelibus iudicari. Quorꝫ ꝓfecto nullius sunt momēti iudicia: siquidē quę per vos, qꝫ interiores estis ferunt, haudq̄q̄ sunt hmōi. **Nescitis qm̄ angelos iudicabimus, quanto magis secularia?** Angelos dæmones ipos appellat. Sunt em̄ & hi per nos cōdemnandi, tunc sane cū ipsi qꝫ sumus hac carne obducti, incorporeos illos vicisse coarguemur. **Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicādum. Ad verecundiam vestram dico. Si non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum, & fratrem.** Cum id vnū præcipue vellet Apostolus, vt à forēsi iudicio ꝓrsus illi abessent, occurret aliqs (inqt) diceretq́ꝫ, neq́ꝫ vnū quidē in ecclesia esse qꝫ sapiēs sit & cognoscere causas queat hmōi. Vel si ita se res habuerit, ait, vt nemo sit in ecclesia sapiēs, malim equidem vel abiectiores ecclesiæ iudices, q̄ infideles ipos cōstituatis. Vel vero ad vestrā verecundiā dixerim, nō ꝙd ita se habeat, vt vel falso excusantibus vobis nihil obsistam: qn̄qui dē tāta est apud vos sapientiū raritas, vt vel viliores oporteat & literarꝫ ignaros, sententias ferre. Int̄ fratrē aūt adiecit, arguēs vt cū inter fratres causa aliq̄ agitet, nil eē opus vel diuersarꝫ rerꝫ cognitiōe, vel multa scientia: qn̄ plurimū faciat ad cōtrouersias dissoluēdas frn̄a affectio. **Sed frater cum fratre in iudicio contendit, & hoc apud infideles?** Duplex cōstat ęsse id malū, & qꝫ cū fratre lis est,

& qa apud infideles agitata. **Jam quidem omnino delictũ est in vobis quod iudicia habetis inter vosmet.** Primum quæ apud infideles inibant iudicia sustulit. Nũc vero eadẽ illa ꝓrsus euertit dicẽs: Oĩno delictũ est in vobis, hoc est, in cõdemnationẽ & ignominiã cedit, quia iudicia inter vos exercetis. Inter vosmet aũt dixit, qa non minoris, cũ Christiani simus, fratres debemus ac nosipsos æstimare. **Quare nõ magis iniuriã accipitis? Quare nõ magis fraudes patimini? sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & præsertim fratres.** Multiplex istoꝝ est crimẽ, tũ qa illatã nesciũt iniuriã ferre, tũ qa ipi se se in alios iniustos exhibẽt, tũ demũ qa in fratres iniqtatẽ exercẽt. Satius (inquit) foret, nec inferre nec pati iniurias. Cõcludit demũ, melius esse tolerare, q̃ inferre iniuriã. **An nescitis, quia iniqui regnũ dei non possidebunt?** Quasi cõminando hos admonet, vt sua dicta faciat firmiora, ac tanq̃ de re confessa & certiora hos rogat. **Nolite errare.** Hoc loco oñdit fuisse apud Corinthios nõnullos q dicerẽt deũ esse clementiorẽ, & neminẽ ob delicta cruciatuꝝ, inductuꝝq; potius in cœleste nos regnũ. Inqt igif, nolite errare: errat eñ & longe fallitur q cum hinc futura bona sperat se habiturum, contraria postmodum nanciscat. **neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles.** Molles dicit q fœda & nefaria patiunt: subiũgit eñ & qui turpia factitãt. **neque masculoꝝ concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum dei possidebunt.** Quærunt nonnulli cur ebriosos & dictu nefaria ꝑpetrãtes, hic interiecerit, vbi de idololatris ꝑdixit Apostolus? Quia & Chrũs eũ q stultũ quẽpiam dixerit, gehennæ obnoxiũ, ꝓnuntiauit. Deinde quia haudq̃q̃ de cruciatu nunc mentio fit, sed de regni cælestis iactura & casu. Quo ex regno, etsi hmõi hoĩes æque sunt omnes casuri, in subeundis tamen supplicijs, quã sint differentiã habituri, nullus est impræsentiaꝝ quærẽdi locus. *Matth. 5.*

Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sancti ficati estis, sed iustificati estis, in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Cognosci te (inquit) è quātis vos deus exemerit malis, & quātis vos ille bonis donauerit. nā cū essetis antea his quę diximus vitijs inqnati, ab his tñ vos mundiores effecit, & labe tā tetra absterfit. Neq; id mō, qn & vos ille sanctificat. Quo pacto? Iustificādo inqt, Cum em̄ prius vos abluisset, & iustitia cōdonasset, mox & sanctimoniā cōtulit. Nec in huius illiúsve noīe, sed Chrī dūtaxat. In spū sancto, hoc est, trinitas ipa hæc oīa vobis largita est. Cū em̄ deū inqt, in Chrī noīe & spū sanctificasse, pręt trinitatē, nihil aliud pręfert. Omnia mihi licent, sed non oīa expediunt. Qm̄ de fornicāte illo fecerat mētionem, & eodē iterato fit verba facturus, interserit demū & de vitio gulæ sermōem. Ex ea nāq; psæpe fornicatiōis vitia pdeunt. Ait igiꝉ: Licet haud dubie mihi & cibū & potū desumere, nil tñ cōducit immoderate id facere. Oia mihi licēt, sed ego sub nullius redigar potestate. Possum (inqt) & cibo vti & potu. Ei tñ si me intemperant addixerim, mei iuris cum sim, luxus & intēperantiæ subisse seruitutē dephendar. quēadmodū

Philip. 3. & alibi dicit: Quorū deus vent est. Nolim ergo malorū huiusmodi vituperiū pati. Esca ventri, & venter escis. Ventrē ingluuiem ipsam appellat, nō stomachū, corporis nr̄i membrū. Escas vero ciborū effusus & immoderatior vsus. Inqt igiꝉ, escā hmōi fine mō sumptam, & gutturis indulgētiā, amicitias inter se & familiaritatē conciliasse, nec patere nobis p hæc accessum, sed alternis & ad se & p manus resistere, qs sibi habeāt obsequētes. Deus aūt & hūc & has destruct. Nō ventrē inqt, sed ventris ingluuiem. Nec escā ipsam & cibū, sed luxuriē & intemperantiā sublaturus est deus. Dicūt nōnulli prænuntiari p id futuri seculi conditionē, vbi nec capi poterit cibus, nec potus hauriri. Quinetiā cū ibidē vel cibo ne moderatiore qdem vti qs q uerit, longe magis pfusior esca, & ingluuies oīs tolletur.

Corpus aũt non fornicationi,sed domino, & dominus corpori. Siquidẽ ꝓ ſequẽda erat oratio,corpus aũt nõ eſcis nec vẽtri,haud tñ hoc dixit,ſed fornicatiõi,arguẽs,quẽadmodum deliciarũ finis fornicatio ſit.Quod autẽ dicit tale eſt corpus qdem , haudq̃q̃ eſt eo effectum , vt in luxu ſit,& delicijs,& in fornicationẽ labaẽ,ſed deũ,vt caput ipſum ſectetẽ,cũ deus ſibi capitis inſtar præſideat. Deus autẽ et dominum ſuſcitauit,& nos ſuſcitabit ꝑ virtutem ſuam.Nil obturberis cũ deum audis dñm ſuſcitaſſe.Nã haud ſecus ac pueri minutioribus his condeſcẽdit. Cũ eñ patrẽ illi & deum oĩno ꝓfiterentur,& cunctorum cauſam penes oẽs certa eſſet & conſtãs opinio, reſurrectionẽ filij patri demãdat,& nos pariter fore ab eo ſuſcitandos decernit.Nã quẽadmodum Chrm,q caput eſt noſtrũ,à mortuis hic excitauit,ſic nos ſuſcitabit q̃ corpus reliquum ſumus. Per virtutẽ eius ꝓpterea intulit, vt dictis ſuis faciat fidẽ. Qđ aũt patri tãq̃ oĩm cauſæ vel Chriſti reſurrectionẽ pmittat,eſt quidẽ ex eo pſpicuum,q̃d de ſeipo ꝓfitetur & Chriſtus:Soluite tẽplum hoc,inquiẽs, & illud poſt triduum excitabo.Et rurſum ſcriptũ eſt:Præbuit aũt ſeipſum viuum. Itaq; cũ ipſe ſe ſuſcitauerit,pri vtpote qui ſuæ reſurrectionis ſit cauſa,rẽ oẽm adſcribit. Neſcitis qñ corpora veſtra membra ſunt Chriſti?Rurſum ad ꝓpoſitã fornicatiõis caſtigationẽ ſe cõfert, de eaq; horrendũ in modum definit. Tollens itaque membra Chriſti,faciam membra meretricis? Abſit.Nõ eñ dixit ꝓſtitutæ fœminæ copula,ſed q̃d horribilius eſt,faciã meretricis mẽbra.Quis eñ id audiens non contremiſcat? Chri mẽbra à Chriſto diuulſa, in meretricis membra conuerti.An neſcitis quoniam qui adhæret meretrici,vnum corpus efficitur?Erunt eñ inquit,duo in carne vna.Quod dixit confirmat,quẽadmodum ſcilicet meretricis reddanẽ Chri hæc mẽbra. Ex libidinis eñ commercio,vnũ fiunt fornicator & meretrix:ita fit, vt viri mẽbra quæ Chriſti ſunt,in vulgatæ fœminæ mẽbra ver

Iohan. 2 · *Actu.1* · *Gene.2* · *Matth.19*

tantur. **Qui autē adhæret dño,vnus spūs est.** Vides vt ex nudis noībus meretricis & Christi inductā accusationē exaggeret. Inqt igit, q adhæserit dño eo vel maxime spm̄ eundem cum Christo sortiri, quia nihil agat pro carnis instinctu,hoc est spiritalis hic redditur. Ea nanq; cū dño inita coniunctio,spiritus illi exhibet sanctitatē. Quin etiā ex his patefacit Christi membra redditos esse fideles. **Fugite fornicationem.** Haud secus quā insectatricem aliquā,quæ semper nos vrgeat, fugiendā hortatur libidinem,suadetq; vt ab ea enixe abstineamus. Nihil enim nos adeo insectatur,q̄ carnis concupiscentia. **Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo,extra corpus est: qui autem fornicatur,in corpus suū peccat.** Fornicatione nanq; libidinantis totum inficitur corpus. Vnde qui rem veneream factitant,adire balneas consuescūt,vt corpus sordibus & illuuie affectum abstergāt. In corpus itaq; ipsum fornicator delinquit,cum illud inq̄nat & sorde cōspurcat. Nam etsi videatur cum hoīem trucidamus,corpore admitti id facinus, non tamen vniuersum ex eo corpus sordescit. Possum' nāq; vel lapide vel ligno,vel alio quopiā tormento ictus infligere, & nihil corpus hoc inquinare. Veruntamen nullo pacto licebit sine corpore fornicari, quo fit vt illud omnino commaculet. Cupit itaq; Paulus id scelus è medio tollere,cuius ob gratiam illi ꝓpositum erat Corinthios commonefacere & castigare. Potest & alit̄ illud intelligi, videlicet q fuerit libidinatus, in proprium corpus delinquit, qui non suscipiendi liberos cupiditate id agat,nec cum vxore legitima misceatur,sed frustra corpus seminis profusiōe corrumpat & imbecilliret. Vel etiam in corpus suum delinquit adulter,q̄a in fœmina peccet adulterādo,quæ suum pręferat corpus. Illa nanq; ex venereo illo congressu vel vnū cū viro sortita est corpus. In eā aūt delinquere dicit,q̄a haudquaq̄ illi legitime cōmiscetur, sensus tn̄ superior cæteris potior credit. Quærunt nōnulli qd de inuidia dixeris, nonne & hæc

macerat corpus? Hanc quæstiunculã sic soluunt pleriq;: dicunt em̃ inuidiã quãdã esse animi pturbationem, nõ actũ. Nunc vero de opere & actione ipsa fieri ab Apostolo mẽtionẽ. Siquidẽ (inqt) om̃e pc̃tm̃ q̃dcunq; fecerit homo, vbi nil ꝑrsus de hm̃oi animoꝝ pturbatione & affectu differu it. Inuidia nãq; haud q̃q̃ à nobis enascit, sed operatur in nobis. Nescitis q̃m membra vestra templũ sunt spiritus sancti qui in vobis est? quem habetis a deo. Hos magis territat, cum ob muneris, hoc est, spiritus sancti magnitudinẽ, tum largientis, hoc est dei dignitatẽ. Tẽplum (inqt) estis & sanctum: q̃ppe q̃d ex sancto spũ eẽ cõstat. Nolite ergo hoc tẽplum q̃d sanctitate donatũ est, impuꝝ & sordidatũ efficere. Neq; dei hoc donũ futile reddite. A deo nanq; accepistis hunc spm̃. & non estis vestri. Empti enim estis pretio magno. Estis enim (inquit) sub dño cõstituti. Nec quicq̃ habetis, quod vestri sit iuris, nec corpus ipsum. Quippe qui pretio empti magno sitis, hoc est Christi sanguine. Quo fit vt membra vestra nõ vobis, sed dño obstricta sint seruitute, & pro illius arbitrio ferant necesse est. Id autẽ non eo intulit, vt liberũ nobis demat arbitrium, sed iure vt arguat deo inseruiẽdum, à quo sumus pretio empti. Glorificate & portate deum in corpore vestro. Cum em̃ empti pretio sitis, deũ vestro in corpore glorificate, operantes quæ sunt rectiora, & corpus id in puritate seruate & castimonia, vt hominib⁹ opera nostra spectantibus optima, & deo gloria referatur, & in eundem ab his vel laudes congerantur. & in spiritu vestro. Ostendit hoc loco non modo corpore esse ab adulterio declinandum, sed animo, scilicet vt mentẽ ipsam nulla labe afficiamus. Spiritum nanq; mentem & cogitatum appellat, quod adulterium corde concipere, vel in euangelio prohibeamur. quæ dei sunt. Frequentius recordatur Apostolus nequaq̃ in nostra nos esse potestate, sed domino seruitute obstringi, id est, deo, q & animam nostrã, & corpus redemerit. *Matth. 5.*

Cap. VII.

DE quibus autem scripsistis mihi. Dissensionibus iã, fornicatione, & auaritia castigatis, de nuptijs & cœlibatu iã statuit. Scripserãt ẽm Corinthij rogãtes Apostolum, vtrum esset à re vxoria abstinẽdum, an minime. bonum est homini mulierem non tangere. Bonum est (inquit) & egregium mortali cuiq;, non sacerdoti duntaxat, vt sentiunt multi, nil prorsus mulierẽ contingere, sed vitã cœlibem ducere & castã seruare. Qđ tñ fieri si neq̃at, matrimoniũ imbecillitati nr̃æ subueniet. Infert igit, Propter fornicatiõem autem vnusquisque vxorem suã babeat, & vnaquæque virum suum. In vtrãq; disputat partẽ. Potest ẽm vir dari qui pudicitiã tueatur, & mulier aliqua quæ ꝓcliuior sit in libidinẽ, & contra. Ẽm uero de fornicatione cũ faceret mentionẽ, ad Veneris abstinentiã vniuersos compellit. Etsi declinãdæ (inquit) fornicationis gr̃a nuptiæ ꝑmittunt, non tñ his q̃dam abuti per luxum & intemperantiã debent. Vxori vir debitũ reddat, similiter autem & vxor viro. Vt ẽm mutuæ estis charitati obstricti, sic eritꝫ & debitum reddere alternis obnoxij. Mulier potestatem sui corpo-
Ephe. 6. ris non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, Quod autẽ mutua charitas debiti loco ab his sit exigenda, nunc patefacit, cũ nullã hos asserit suoꝶ habere corpoꝶ potestatẽ, sed mulierem seruæ speciem præ seferre & dominæ: Seruæ, quia subiecta sit viro, nec vllã vẽdicet corporis sui potestatem, vt vulgare illud ad libidinem q̃bus libeat, queat: Dñæ, q̃a contra suum viri sit corpus, in quo nullum habeat ille imperium, vt possit pro eius arbitrio adulteratꝫ illud et meretricibus demãdare. Non itaq; absimili ratione et vir vxoris est seruus et dñs. Nolite fraudare inuicem, nisi ex cõsensu ad tẽpus, Hoc ẽ, viro inuito nil à coitu abstineat vxor, vel vir vxore nolente. Quodcunque enim contra alterius voluntatem fecerit alter, fraudis loco habendũ est, quemadmodũ & in pecunijs cõmitti dicimus frau

dem, cum repugnante dño extorquent. Secus tñ se res habebit, cum id fieri contigerit vtrisq; assentientibus, hoc ē, cum ex conuento tempus aliq̃d vtriq; ad cœlebatũ præfiniunt. **vt vacetis ieiunio & orationi.** Explanat cur ad tempus aliquod dixerit, videlicet cum oportunũ sit orationi vacare, hoc est, enixe fuerit orandum. Nec simpliciť vt oretis dixit, sed vt vacetis orationi. nã si á simplici oratione arceret concordes, cur alibi indesinenter orandum intulisset? Vt itaq; orari maiori studio possit, abstinete (inquit) ab inuicem, perinde acsi coitus orationē potius interpelleť, q̃ labem pariat aut sordes. **& rursum reuertimini in idipsum, ne tẽtet vos satanas propter incontinentiã vestrã.** Reuertimini inuicē inq̃, non vt legē vobis vllã aut necessitatem imponã, sed ne satanæ pbeatis occasionem in fornicatione vos prætentandi. Et qm̃ satanas nequaq̃ nobis prior ipse ad fornicãdum causam præbet, sed nostra imprimis lasciuia, vnde per incontinētiam addidit. Ille nanq; cum nos incontinentes perspexerit, ad luxuriã inuitat. **Hæc aũt dico secundũ indulgentiã, non secundum imperiũ.** Ad tēpus (inqt) vos inuicē fraudate, per indulgentiã dixi, hoc est, vestræ indulgens fragilitati, nulla vobis vel lege imposita, vel mandato indicto, quod excedi impune non possit. **Volo autē oēs homines esse sicut meipsum.** Vbi rem aliquã arduã inducit & perdifficilem, sese proferre in medium cõsueuit Apostolus. Velim itaq; (ait) à luxu & Venere vniuersos hoïes abstinere, quemadmodum & ipse abstineo: hoc est, castitatē sectari, nõ Venerē. **Sed vnusquisq; propriũ donũ habet a deo, alius quidē sic, alius vero sic.** Permanere (inquit) in cœlibatu, dei est donum, tãetsi nostro studio ea res egeat. Cur ergo cõtinentiã dei donũ appellat? Vt eos q̃s castigando diu iã vrget, qñ propria asserit intēperantia in id crimen fuisse prolapsos, cõsoleť & mitiget. Aduerte aũt, quēadmodum etiã pro dono connubiũ statuat. Et cũ singulos dicit propriũ donum

habere,aliũ ſic.i.vt ſit continentior,& virginitatẽ tuea: & alium ſic,quia matrimonio ſcilicet & nuptijs obſtringat. Dico aũt nõ nuptis & viduis, bonũ eſt illis ſi ſic permãſerint,ſicut & ego. Quod ſi nõ ſe continẽt, nubant:melius eſt eñ nubere quã vri. Vides vt ſapienter Apoſtolus potiorẽ arguat pudicitiã: nec eum ad hanc adhortet ſeruandam q à Venere abſtinere non poſſit,ne grauius delinqtur. Nã ſi vehementiorem hmõi violentiã tuleris,& ardorem libidinis ſuſtinebis (ingens eſt eñ concupiſcentiæ vis) eris haud dubie labore immẽſo
Mat.5.19 liberatus,quia proculdubio timendũ fuiſſet, ne in deterius aliqd facinus prolabereris. His aũt qui matrimonio iuncti ſunt præcipio ,non ego,ſed dñs. Cum dñs lege decreuerit , niſi adulterij ratione nuptias minus oportere diſſolui,eo nunc inquit:Non ego id vobis iniũgo,ſed dñs. Cuncta tñ Pauli ſuperiora mandata,nequaq̃ ſunt pro diuinis dictis expſſa:tãetſi quæcunq; Paulus diſſerit,dñi dicta ſint,non humana,præſertim cũ paulopoſt
Infra eodem. ſit idẽ dicturus. Videor eñ & ipſe ſpm̃ dei habere. vxorẽ a viro non diſcedere. Quod ſi diſceſſerit,maneret innuptã,aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorẽ non dimittat. Qm̃ ſeruandæ pudicitiæ gratia vel intolerantia quadã,vel alia q̃uis de cauſa fiunt diuortia,ſatius(inquit)eſt vt nulla prorſus fiat ſeiunctio. Quæ tñ ſi fieri cõtigerit,maneat mulier virum habens, tãetſi cum eo nihil commiſceat, nec alium ſuperinducat,vel viro concilieẽt. Nã cæteris ego dico,non dominus: Sed ſi quis frater vxorẽ habet infidelẽ,& hæc conſentit habitare cũ illo,non dimittat illã. Sed ſi qua mulier habet viꝝ infidelẽ,& hic conſentit habitare cũ illa,non dimittat virũ. Quid ais? Si infidelis ſit quiſpiã,maneat vis cum vxore? Si adulter & fornicarius, prohibes,p̃ſertim cũ adulterio deterior ſit infidelitas? At
Matth.5. noſtra potius vindicat Chriſtus q̃ ſua. Nam dimitte (in-
Mat.18. quit)ibi munus tuum,& fratri tuo reconciliare. Num qui

mille talenta sit aspernatus, in eum qui nec in nummis cẽtum fuerit sibi obnoxius, suam iniuriã vlciscet? Nec secus ergo hoc loco, infidelitatẽ qua constat in se delinqui, contẽnit deus & nihili ducit: ob fornicationẽ vero q̃ in vxorem peccat, pœnas exigit. Dicunt tamen nonnulli, p ignorantiã infidelitatem obnasci, quã Paulus inquit, forsitã iri sublatum, Quid em̃ nosti mulier si virũ saluũ factura sis? fornicationem vero ex confessa quadã fieri & indubitata malitia, haud dubium est. Fornicator præterea eo profectus est sceleris, vt propria mẽbra à seipso disiũxerit. Hæc nanq; vt primũ à fœmĩa sustulit adulterata, q̃ sua fuerant, meretricis effecit. Infidelis vero, nil prorsus in ea carnis cõiunctiõe deliqt: videlicet quia sua membra per copulam vxoris effecerit: quin poti⁹ ob nexum forte eiusmodi vel ex fide, fideli vxori iunget, citius q̃ huius (vt ita dixerim) vitã ob suã infidelitatem peruertat, caperetq; hauddubie ob id euãgelium, si credens ab incredulo seiungeret. Id tñ tum quidẽ futurũ intelligas, si vtriq; cũ infidelitate persisterent, inissent coniugiũ, mox alter ad fidẽ venisset. nã si prius fuisset aut vir aut vxor fidelis, haudquaq̃ cũ infideli iũgi matrimonio licuisset. Nec dixit qdem, si qs vult infidelem accipere, sed si quis habet infidelẽ vxorem. Nec simplicit infideli fidelem, sed volenti coniungit, q̃d sane cum consenserit, inquit, præfert: hoc est, voluerit. **Sãctificatus est em̃ vir infidelis p mulierẽ fidelẽ: & sanctificata est mulier infidelis per virũ fidelẽ.** Hoc est, patris fidelioris abundanti puritate vincitur infidelis cuiuspiã immunditia. Neq; eo q sanctitatem adipiscatur in posterũ infidelis, siquidem non sanctus est dixit, sed sanctificatus est, hoc est, ab eius q̃ fidelis sit, infidelis vincitur sanctimonia. Hæc autem dicit, ne vereat fidelis aliqua mulier labe & sordibus infici, si cum infideli rem habeat, & illi matrimonio sit ante fidem susceptã coniuncta. Quærit autem, quod si quis qui meretrici adhæserit, vnum iã corpus cum ea sortitus, fiat immundior, & si perspicuum est,

vel eã q̃ cum idololatra verset, vnum cum illo corpus sortiri, cur tñ ea ex re non immunda reddit mulier? Q̃m vel idipsum libidinandi cõmercium, impurũ per se & sordidũ est: eoq́ vel vtrosq́ coinquinari. Verũ quod ad fidelẽ spectat & infidelem, longe se aliter habet. Siquidem ob suam incredulitatem immundus efficit infidelis, non tñ secundum incredulitatem eiusmodi si cum viro versetur & mulier, sed secundum copulã coniugalem sanctificatur, quã nullã habere in se immunditiã liquet. Est eñ hæc illi connubij vinculis nexa. Propterea nullã fidelis ex eo labẽ admiserit. **Alioquin filij vestri immundi essent,** Nã si infidelis, inquit, credentis nitore non vinceretur, forent sane quos parerent liberi immundiores, vel ex parte dimidia mundi. **nunc aũt sancti sunt.** Hoc est, non immundi. Demit eñ oẽm suspicionem fidelis fœminę sanctimonia. **Quod si infidelis discedit, discedat.** Hoc est, si vir infidelis vxori fideli iniungat secum vt sentiat, & particeps suæ fiat infidelitatis, dirimat potius matrimonium mulier, & à viro abscedat. Satius eñ est cõnubium ipsum dissoluere, q̃ pietatẽ & dei cultũ admittere. **Nõ est eñ seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi, in pace aũt vocauit nos deus.** Si tecũ ille eo (inquit) iurgatur, q̃d suæ infidelitatis participare nil toleres, confestim secedito. Nõ eñ es eiusmodi seruituti subiecta, hoc est, nil cogeris virũ in rebus hmõi perpeti. Melius est eñ secedere q̃ altercari. Neq́ enim diuinæ illud est voluntatis, quippe qui nos in pace vocarit. Itaq́ si litiget, & iurgijs vrgeat, p̃buit ille diuortij causam. **Quid eñ nosti mulier si virũ saluũ feceris?** Rursum ad id quod superius dixerat, redit: videlicet, nõ dimittat mulier virũ. Si eñ tibi nihil molestus sit, inquit, maneto cum eo & cõmonefacito, aliquid forte hoc modo peregeris, q̃ si rem in ambiguo statuit, cum ne videat mulieri necessitatẽ vllã omino imposuisse, vt viro Christi fidem excipiendã suadeat, tũ vt hanc reddat ad bene sperandum intentã, & à despera-

tione auertat. Aut quid scis vir si mulierem saluã facies? Nisi vnicuiq; sicut diuisit dñs, & sicut in oĩbus ecclesijs doceo. Nonnulli sic construũt: Quid nosti vir, si mulierem saluam facies nec ne? Deinceps quasi ex alio quodam capite dicat, vnicuiq; vt diuisit dominus, perinde acsi dicat, vnde compertum habes, si saluam facturus hanc sis an minime? Id quidem est prorsus incertũ. Quãdiu res in ambiguo fuerit, haudquaq̃ dirimendum erit connubiũ. Quod si saluã non feceris, nil tibi officiet. Saluã aũt hanc si reddideris, & alijs profuisti ac tibi. Alius vero aliter senserit, q̃si abinde exorsus, Nisi vt vnicuiq; diuisit deus: qui sensus est longe potior, perinde acsi dicat Apostolus, Haudquaq̃ propter infidelitatẽ fiat diuortium, nisi vt vnicuiq; visum fuerit, quemadmodũ & q̃ forte vt sit, deo est placitum. Vxorem habens infidelẽ vocatus es, maneto hanc habens, & nihil tibi eius infidelitas oberit. Et sicut in omnibus ecclesijs doceo. Hoc intulit vt Corinthios, quandoquidem & alios habeant huius disciplinæ participes, ad obsequendũ reddat paratiores. Circuncisus aliquis vocatus est? non adducat præputiũ. Fieri poterat, vt multi quos defectæ pelliculæ puduisset, medicamento apposito, & hanc niterentur iterato sarcire, & obscœnum illud conscisum in primum statũ redigere. In præputio aliquis vocatus est? non circuncidatur. Circuncisio nihil est, & præputiũ nihil est, sed obseruatio mandatorũ dei. Vbiq; post fidẽ, virtutis exigitur operatio, reliq̃ vero aut parcius requiruntur, aut nunq̃. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea pmaneat. Seruus vocatus es? nõ sit tibi curæ, sed & si potes liber fieri, magis vtere. In vocatione qua vocatus es, hoc est, quocunq; in vitæ gñe, vel ordine, vel cõditione Christi fidem susceperit quispiã, in hoc perseueret. Vocationem aũt dicit inductionem ad fidem. Seruus cum esses, vocatus es, nihil sis velim ob seruitutem hanc anxius, neq; ob id ob-

turberis. Non enim quod a deo est, obfutura est seruitus. Quin potius si potes liber fieri, vtere magis, hoc est, acrius seruitutem exerce, in vsumque aliquem & vtilitatem conferto. **Qui enim domino vocatus est seruus, libertus est domini. Similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi.** Libertus dicitur qui seruitute eximitur. Inquit igitur, Tu qui cum in seruitute maneres, credidisti in Christum, libertus effectus es Christi. Liberauit enim hic te a peccato & seruitu-
Iohan. 8. te exteriore, tametsi seruus sis. Qui enim a vitijs liberatur, & animi ingenuitate potitur, nequaquam vltra est seruus, etsi seruitute adhuc videatur obstringi. Rursum alius quispiam liber cum esset ad fidem vocatus, Christi seruus efficitur. Itaque si seruitutis nomen seruum obturbat, intelligat in Christo se libertate hac vti, quod longe est humana seruitute præstantius. Porro si libertatis hoc nomen liberorum hominem extollit & ampliat, intelligas idem esse se Christi seruituti obnoxium, comprimatque se & frenet a vitijs, vtpote qui tanti domini iugum subierit, & debeat illi quæ grata sunt facere. Vides quam prudenter Apostolus quæ vtranque deceant partem commonefaciat. **Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum. Unusquisque in quo vocatus est, maneat apud deum.** Nec solum ad seruos istiusmodi differit, sed ad liberos homines habet hæc verba, vel vniuersos instituit, vel Christianum hominem, vt nihil ad humanam gratiam factitet, neque illorum iussa qui praua iniunxerint, exequatur. hoc enim esset hominibus seruitum iri, & per eos præsertim qui redempti pretio sint. Neque id eo intulit, vt a dominis desciscant mancipia. Absit. Neque enim id iubet, quod liquido patet ex eo quod dixerat, vnusquisque qua vocatione vocatus est maneat, hoc est, vel si fuerit in seruitute vocatus, in ea hic perstet. Apud deum autem adiecit, ne forte improbis dominis obsequendo, deficiamus a deo. Vtrisque itaque in rebus prouidit, videlicet ne sub dei prætextu discedant a dominis, quorum in potestate eorum sunt corpora. Et rursum ne a deo deficiant, cum dominis obsequi vltra quam deceat volunt. **De virginibus autem præceptum**

domini non habeo, consiliũ aũt do tanquã misericordiã consecutus a dño, vt sim fidelis. Cum de continentia abunde disseruisset, castigassetq; satis Corinthios, ad virginitatẽ transgredit, q̃ cæteris est longe p̃stantior, aitq; nullã dñm tulisse de virginitate legẽ, neq; de hac sibi quidpiã iniunxisse, sed vnum illud dixisse & solũ, Qui pōt capere, capiat: q̃circa neq; ipse ausim de illa quicq̃ statuere. Magnum hoc em̃ & periculosum, alioqui consulerẽ equidem, quemadmodum & ipse non indignus apud deum sum habitus, vt sim fidelis, hoc est, qui dñi mysterij cognitioẽm vt habeam, sum dignatus. Existimo ergo hoc bonũ esse propter instãtẽ necessitatẽ, qm̃ bonũ est homini sic esse. Vt sentio, inquit, à nuptijs abstinere cōducit homini propter rei vxoriæ difficultates atq; molestias, non immunditiæ gratia, aut quia impurior debeat res illa haberi. Alligatus es vxori: noli quærere solutionẽ. Solutus es ab vxore: noli quærere vxorẽ. Si aũt acceperis vxorẽ, non peccasti. Cum em̃ alligatus es, inquit, arguit malũ afferre cōnubia, q̃a hoĩem nexu quodã deuinciãt. Cũ vero solutus es ait, ostendit eũ qui nuptiarũ sit expers, nequaq̃ debere nexus vxorios q̃rere. Vel si solutus, eo forsitan intulit, nō vt diuortiũ vllum prętẽdat, q̃d fieri ad vxoris & viri arbitrium solet, sed vt absurdã aliquã viri & fœiæ disiunctiōem designet: si abstinentiã vtriq; & cœlibatũ depaciscunt, neq̃q̃ dicit illa solutio. Adijcit p̃terea illud, si vxorẽ duxeris, nō peccasti. Vide vt tacite nos ad virginitatẽ tutandã hortetur. Siquidem matrimonium cōpedes appellat & vincula, virginitatẽ vero solutionem & libertatẽ. Et si nupserit virgo non peccauit. Virginẽ hoc loco dicit non eã q̃ deo dicata sit (hæc nanq; si nupserit, delinquit hauddubie plurimum, vtpote quæ Christo sponso superinducat adulterũ) sed quæ nondum nupserit, adolescentulam. Non em̃ immundæ sunt nuptiæ. Tribulationẽ tamen carnis habebũt huiusmodi, ego autẽ vobis parco.

Matt. 19.

Matrimonij angores & curas, tribulationẽ appellat, ipse vero haud secus (inquit) ac pariẽ indulgeo, velimq́ vos & libertate vti, & carere tristitia, quod præstare de se connubia neq̄unt. Quippe q̄ pro vinculis sint, & qui illis subdũtur, nullã sui habeãt potestatẽ, vt supra iã diximus. **Hoc itaque dico fratres, Tẽpus breue est, Reliquũ est.** Q̃m fore dixerat, vt carnis sibi molestiã parerent, ne aliquis occurrẽs inquiat, & voluptatẽ tñ hos habituros, inducit q̄ sunt voluptatis, tpis scilicet breuitatem, quia ad breue voluptas sit oĩs, ad luxum aũt & voluptatẽ om̃ia faciũt. Nam & Christi regnum in proximo est, ad eumq́ tandem sumus cõmigraturi. Itaq́ vel siqua est in nuptijs voluptas & oblectatio, quia momentanea sit & breui dilabitur, molestiã affert. **Vt & qui habent vxores tãquã non habentes sint: & qui flent, tanquã nõ flẽtes: & qui gaudent, tanq̃ non gaudentes: & qui emunt, tanquã non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquã non vtantur.** Quæret aliquis, si hi qui aliquid habent nõ secus ac si nihil haberẽt, debent seipsos p̄stare, quid demum necesse est, vt se matrimonio vinciant, onusq́ sibi maius imponant? Quid aũt sibi vult illud, tanq̄ non habẽtes? id scilicet, ne affixi studium om̃e circa nuptias conterant & vxores, pari modo ne debeat quispiam curæ multum impendere, & solicitudinis. Vel mœstis in rebus, quod sane qui flent illud prætendit. Vel lætioribus, quod vtiq́ cum gaudentes dixisset, expressit. Vel in facultatibus permutandis, quod cum qui emunt, intulit, & declarauit. Verum quid hæc (inquit) aut illa differo? vt paucis cuncta absoluam. Vel qui hoc mundo vtuntur, ita se gerant tanquã hunc ipsum nulli vsui habeant, hoc est, omni nisu contendere debent, ne hoc abutantur. Est enim græce καταχρῆσις abusus, minus quidam & vltra q̄ deceat rerum excessus. **Præterit enim figura huius mũdi.** Hoc est, labitur. Quid ergo labẽti rei & fluxæ hærendum? Mundi vero eo dixit figuram, qa

eius bona solo terminent aspectu, & apparentia sint, & nullo fundamento subsistant. Volo aũt vos sine solicitudine esse. Quo pacto futuri sine solicitudine sim⁹, q vxore carem⁹, sic indicat: Qui sine vxore est, cogitat quæ dei sunt, quomodo deo placeat: Qui autem cum vxore est, cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat vxori. Quo nã mõ Apostole cum vacare curis nos velis, eoq́ & ad cœlibatũ horteris, illud repetis, q sine vxore est, cogitat quæ dei sunt? Ecce vel aliũde curę nobis oboriuntur, haud tñ cuiusmodi vxorem hñtes solẽt vrgere. Nã quæ de dño suggerunt meditatiões, & salutares sunt, & magnum in modum oblectãt: de mundo vero, & noxiæ sunt & molestæ. Cur eñ illud non molestũ sit & turbulentum, cum morem gerere vxori studemus, mundo p̃sertim huic deditissimæ, aurũq́ efflagitanti & margaritas & reliquum luxum, qbus viri miserrimi iniustius agere & exercere quæ iniq̃ sunt, cõpelluntur, & reliq̃ factitare quæ animæ & detrimentosa sunt & officiunt maxime? Diuisa est mulier nupta & virgo. Hoc est, ab inuicẽ differunt, nec cura simili ducunt, sed seiunctæ sunt studijs & alienæ, & rebus intendunt disparibus, & discrepãt curis, q̃ fit vt via sit eligẽda quæ potior sit & minus laboriosa. Innupta & virgo cogitat quæ domini sunt, quemadmodum domino placeat, vt sit sancta corpore et spiritu. Nupta autem cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat viro. Nec satis est (inq̃t) corpore sanctum esse, nisi & spũ constet hæc sanctitas. Vera est eñ & certa virginitas, animi puritas. Nam & si pleræq́ nulla corporis labe infectæ sunt virgines, animo tñ sunt inq̃natæ. Cæterũ & illud aduerte, virginẽ minus hãc esse, quę mũdi cũrã susceperit. Cũ itaq́ quæ virginitatẽ p̃fiteatur, p̃spexeris suscepisse mundi hãc curã, intellige nil p̃rsus eã à nupta differre. Paulus eñ terminos vtrisq́ p̃scripsit, qbus facile possint hæ internosci. Nec tñ rei venereæ vsum vel cõtinentiã præfinivit, sed solicitudinẽ & incuriã. Fit itaq́ vt

ea quæ rebus præsentibus nimium curæ impēderit, ꝓ virgine minus habēda sit. Cogitat aūt nupta quēadmodum placeat viro: vel forte q̄a & venustati & pulchritudini studet, vel q̄a rē familiarem optime curet, vel etiā quia inclementiorem se & parcā exhibeat. **Hoc aūt ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciā.** De virginitate sum (inquit) sermonē adortus, cum eā vobis vidissem (quia molestia & cura vacaret, animæq; cōduceret plurimū) ꝓfuturā. Nec eo dixerim, vt aliq̄s cogā, vel inuitus virginitatē seruare. Laqueū aūt necessitatē ipsam appellat, pinde acsi dicat, nullā vobis eius rei impono necessitatē. **sed ad id quod honestum est, & facultatem præbeat, sine impedimento dn̄i obsecrādi.** Vt honeste (inquit) & pure viuatis, hæc dixerim. Nā virginitati quid dici vel honestius pōt vel purius? Quinetiā vt coniugij perturbatiōibus liberi sine solicitudine supplicare deo possitis, in cūq; curā vestrā, vt om̄em trāsferatis & cogitatū. **Si quis autem turpem se videri existimat sup virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod vult faciat, non peccat si nubat.** Id est, si eā locare viro malueri, locet. Nil q̄dē cū id egerit peccat. Est tn̄ satius virginē suā vt seruet, vt in sequētibus infert. **Qui autem statuit firmus in corde suo, non habēs necessitatem, potestatem autem habēs suæ volūtatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare virginitatem suam, benefacit. Itaque & qui matrimonio iūgit virginem suam, benefacit: Et qui non iūgit, melius facit.** Aduerte vti in primis & demiret & laudibus efferat, q̄ filiæ tueat virginitatē, stabilē illū & benefundatum appellās, & recto iudicio q̄ agat, hunc facere. Iudicauit em̄ (inquit) in corde suo. Qui igit filiā alteri locat, instabilis est, & nihil habet in se firmitatꝫ. Id nāq; clari⁹ exprimit, cū ait: Qui necessitatē non habet, velut qui nihil coactus potestatē habeat, cui libitū fuerit filiā suam matrimonio copulare. Quo fit, vt filiæ seruata virginitas, patri glo

riã afferat. Nec minus & qui filiã locat, recte agit. Non eñ nubẽdo delinquit, qdcunq; aũt his peccatum nec cesserit, recte & laudabilit geril. Est tamẽ satius lõge, nemini filiã connubio iungere. Id eñ est officij loco habendũ, & mirę virtutis. **Mulier alligata est legi, quãto tempore vir eius viuit. Quod si dormierit vir eius, libera ta est, cui vult nubat, tm̃ in domino. Beatior autẽ erit, si sic maneat secundum consilium meum. pu to autem quod ego & spiritum dei habeam.** De secundis hoc loco nuptijs cõmonefacit, q̃s & si videt pmitte re, beatiorẽ tamẽ hãc asserit, quæ neq̃q̃ his nupserit. Nam queãdmodũ primis nuptijs præfert virginitas, sic secũdis primę sunt potiores. Legi itaq; alligata est mulier. i. legi ob stringit, q̃ de adulterijs ipsis cauetur, ne adultera fiat, si viro supstite alteri copuletur, q̃ mortuo priori vinculo liberat & lege. In dño tamẽ & solo si nubat, libertatem assequtur, hoc est, si Christiano iũgatur, vel si in pudicitia maneat et cœlibatu, & familiæ præsit, nullis affecta cõcupiscentiæ vi tijs. Secundum aũt meum cõsilium eo intulit, ne videatur iniunxisse necessitatem. Affirmat tamen suũ consiliũ pro dei amplectendum sententia, ingens: Puto eñ q̃d & ego spm̃ dei habeã, q̃d sane summã Pauli refert humilitatem: neq; eñ habeo dixit, sed puto.

Cap. VIII.

DE his autem quæ idolis sacrificantur, scimus quia omẽs scientiam habemus. Sed scientia inflat, charitas aũt ædificat. Erant apud Corinthios perfectiores nonnulli qui plane sentirent, nihil hominem posse ex his quę stomacho admittun tur, coinquinari: & idola hauddubie scirent è ligno consta re vel lapide: nec posse cuiq̃ illa officere, alioqui indifferent idolorũ huiusmodi templa adeuntes & aras, sese idolothytis ingurgitabãt. Quos cum fidei infirmioris specta rent nonnulli, & vna comedebãt, & immolationibus vescebãtur. Nec tñ pari vel mẽte vel opinatiõe, vt q idola in digna existimarẽt q̃bus immolaret. Id sane factũ, vt succẽ

ferret,Paulum ꝓuocauit.Quid ni? Quod vtrisq; maximũ in modũ obesset:Et perfectioribus,quia dæmonũ mensæ participarent:Et minus pfectis, q̃a ad idololatriã impellerent.Studet igit̃ id mali Paulus castigare,eoq; omissis(vt assolet sæpe)imperfectioribus illis,pfectiores alloquit̃,reprimitq; in primis illoꝝ,quam ex humana sapientia ceperãt,insolentiã,inquiẽs:Haudquaq̃ vos soli reꝝ habetis cognitionem,sed cũcti nouimus nihil esse in hoc seculo idola.Scientia tñ & mundanaꝝ reꝝ cognitio, non mõ nullã affert vtilitatẽ,sed maxime officit.Siq̃dẽ & tumidos reddit,& insolentes,q̃ ea potiunt̃.Eoq; hoïem à ꝓximis mẽbris rescindit,nisi charitatẽ sibi cõsociauerit,quæ & moliri contraria põt,& ab ipsa supbia est aliena.Quæcunq; em̃ sine charitate,sciẽtia demolit̃,eadẽ illa instaurat charitas, quæ ꝓximi gratia oĩa factitat. **Si quis autem existimat se aliquid scire,nondum cognouit quemadmodum oportcat eum scire.** A maiorib⁹ nitit̃ idipm̃ patefacere & cõfirmare: Nã & si cum charitate coniuncta hæc constat sciẽtia,nec erit q̃dem hoc pacto pfectior.Qñ quidẽ nemo sit in hac vita,q̃ rei alicuius habeat vt habere oportet cognitionẽ,vel si Petrus sit ille,siue Paulus.Quid ergo vos intumescitis,q̃ scientiã sitis sine charitate adepti? Qñ hanc ipam vel si cum charitate haberetis coniũctam, nil tñ vobis q̃d esset pfectum ex cognitione capere licuisset. **Si quis autem diligit deum,hic cognitus est ab eo.** Quod sentit hoc loco,hmõi est:Si quis videlicet ꝓximum amore ꝓsequitur, & deum colat necesse est. Qui vero deũ coluerit,non deum(inquit) cognouit, sed à deo est cognitus,hoc est,notus illi & familiaris efficit̃: Qui ergo deo fit notior,à deo & sciẽtiam sumit.Neq; hãc quidẽ perfecte assequit̃.Noli itaq; si scientiã sis consecutus, efferri.Non em̃ perfecta est illa,nec tua virtute,sed dei munificentia cõparata.Vide q̃t modis istoꝝ frenet superbiã. **De escis autem quæ idolis immolãtur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quod nullus deus**

nisi vnus. Rursum oĩbus cõmunem hanc scientiã facit, vt hoꝝ frenet elationẽ. Nã oẽs nouimus (inqt) quia nihil est idolum in mundo, hoc est, q̃a nec virium habẽt nec potentiæ quippiã, neq; dij sunt idola, sed lapides & dęmones potius. Et quoniam erant inter Græcos idiotæ & sapientes, quorum alteri præter lapides ipsos nil vltra cognitiõe assequebant̃: Alteri diuinã idolis inesse potentiã existimabant, apud idiotas & humanę huius sciẽtiæ expertes, nihil esse idolum in mundo disseruit, apud philosophos præt̃ vnum, esse alium neminem deũ. Itaq; vnde nec diuinitatis quidpiã in se idola ipsa habere, q̃nquidem p̄spicue cõstat deum vnum esse, nõ multos. Nam si sunt qui dij dicãtur, siue in cælo, siue in terra, siquidẽ sunt dij multi, & domini multi, vobis tamẽ vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo. Q̃m dixerat nullum præt̃ vnũ esse aliũ deum, tãetsi plurimos Græci asseuerarent, ne palã videat̃ illoꝝ impugnare religionem & deos. Vel si fuerint (inquit) qui dij dicant̃. i. ficti & cõmentitij, & verbo tenus, & noĩe, siue in cælo, vt sol & luna & astra reliq̃, quorum diuinitatẽ cõmenti sunt Græci, nobis tñ vnus ẽ deus pat̃, à q̃ oĩa. q̃bus dictis, reꝝ cunctaꝝ conditorem hunc arguit. Cum vero, & nos in ipso, inq̃t, fidei exprimit rationẽ, q̃ deo iuncti familiaritate nos sumus, perinde ac si dicat, & ad ip̃m conuersi sumus, & in ip̃m pẽdemus. & vnus dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Per filium (inq̃t) ad aliquid esse p̄ducta sunt vniuersa, & nos insup ad hãc vitã, & vt auram hãc inspiremus, inducti. Neq; id solũ, quinetiã eo p̄ducti, vt bñ nobis cũ ageret̃, & fideles effecti ad veritatẽ ab erroribus trãsiremus. Cũ aũt deus vnus, pat̃ intelligis, & vnus dñs, filius, nõ tñ seiunctos hos dixeris, q̃si pat̃ dei sit nomen sortitus, & filius dñi. Varie eñ & filius dicit̃ deus, vt patet ex his, Chr̃s scd̃m carnem, q̃ est super oẽs deos: & contra, pat̃ dñs nuncupat̃, cum inquit, Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Sed q̃m apud Græcos concionabatur Apostolus, deorũ

Roma. 8.

Psal. 109.

multitudinem profitentes, & potestates multiplices, propterea nec filium deum dixit hoc loco, ne duos esse hos deos patrē scilicet & filium existimarēt, vt q plurimos deos asserere cōsueuissent: neq; patrē dñm, ne multi eē apud nos dñi viderent: eoq; nec spūs fecit hic mentionē, cū nollet audientiū imbecillitatē penitus inculcare. quēadmodum & pphetæ nihil apte de filio Iudæorū grā meminerūt, ne huius passibilē existimarēt natiuitatē. Propterea frequētius
Deut.5.4 illud cōmemorat, inqens: Nō est deus præt hūc quispiam,
32. & vnū esse deū oībus constat, & dñm vnū. Ad differentiā igit cōmentitiorū deorū, non vt filiū à patre seiungeret, vnū deū prem dixit. Et vt falsi dñi internoscerent non patrem dñm, q nihil à filio differt, sed vnū dñm filiū intulit. **Sed non in omnibus est scientia.** Haudqq (inqt) id sentiunt oēs, deum videlicet vnum esse, non multos. Vel non oēs sciunt idola nullius esse momenti. **Quidam autem cum conscientia vsq; nunc idoli, quasi idolothytum manducant, & cōscientia ipsorum cum sit infirma polluitur.** Quosdā dixit, cum nollet eos oīno vituperare. Erant eñ nonnulli, q ab idolorū seruitute & cultu, ad Christi fidē se trāstulissent, q vsq; adhuc hoc est, post fidē susceptā idolothytis vescerent, ea mente, vt idolis immolarent. Idoli eñ inqt cōscientia, hoc est mentē pristinā erga idola seruātes, ducūt hęc aliqd esse, verenturq;, qsi aliqd sibi possint obesse. Et ideo neqq dixit idola alios inquinare, sed horū pollui conscientiā, perinde acsi imbecillam & fragilem, & cui non liceat internoscere, nihil esse huiusmodi idola, qnquidem neminē queant per se inquinare. Cæterū intellige istiusmodi homines rem haud absimilem pati, ac aliquis solet, qui pro Iudaica consuetudine in labem ducat demortuū aliquid attrectare, deinceps cum viderit idipm conscientia pura alios prætentasse, hos veritus, & manibus ipse attrectet, inquinetq; eius vel pristinā conscientiā, vt q hæsitando id agat & trepidus. **Esca aūt nos non commendat deo.** Ne forte occurrat quispiā, inquī

ens: Quid mea refert, si qs præ imbecillitate turbet, cũ ipse pura conscientia sumpserim cibum? Arguit plane vel hũc in deo, qui contemptum sumitur, cibum nihili esse, vel si minus ex eo frater offenditur, perinde acsi dicat, Neq; hoc modo quidpiã egeris vel laude dignum, vel deo acceptũ. Non enim esca nos deo coniungit. Neq; enim si manducauerimus, abundabimus: neque si non manducauerimus, deficiemus. Hoc est, neq; si comederimus, abundantius quidpiam consequemur, vel apud deum plus aliqd pficiemus: neq; si cibo abstinebimus, defectiores futuri sumus, aut imminuemur. Vide autẽ ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. His verbis hos territat. Nec scientia vestra dixit, sed licẽtia, hoc est, petulantia vestra & tumor, infirmiores offendit. Quod sane magis hos urget & criminat. Siquidem nec imbecillis qbus præstandũ auxilium esset, hi parcunt. Si em̃ quis viderit eum qui habet sciẽtiã in idolo recumbentem, nonne conscientia eius cum sit infirma, ædificabitur ad mãducandum idolothyta? Hoc ẽ te, quẽadmodũ asseris pfectionẽ adeptũ, si infirmior aliqs viderit idolothyta degustãtem, nonne maiorẽ accepturus est causam, vt hmõi idolo vescat immolationibus, & magis ac magis in p̃sumpta iã de idolis opiniõe q̃d aliqd sint confirmabit? Id em̃ ædificabit inqt, designat. Et peribit infirmus frater in tua sciẽtia, propter quem Christus mortuus est. Erit nãq; alterius, cuius gr̃a Christus mortẽ obiuit, occasio perditionis tua sciẽtia, hoc est, tua pfectio. Siquidẽ Christus mori p fratre nil recusarit, tu vero nec cibo qdem & idolothytis abstines, ne fratrẽ offendas. Sic autem peccantes in fratrem, & percutientes conscientiam infirmam, in Christum peccatis. Non enim offendentes dixit, sed percutientes, vt ho arguat impietatẽ: quãdoquidẽ alio sunt infirmioris cõscientiæ pcussores. Cũ vero in Chr̃m, inqt, delinquitis, ad ipsum iniqtatis apicem, pc̃tm̃ puexit. Ve-

rum q̃ pacto id facinus in Christo admittitur? Nimirũ qa Christi corpus & mẽbra sunt q percelluntur. Et quã Chr̃s ipse ꝓprij sanguinis ꝓfusione salutẽ ædificasset, istiusmodi percussores demoliuntur. Quapropter si esca scãdalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. More optimi præceptoris, ex se quæ dicit confirmat. Non eñi si iure dixit quenpiã læserim, sed q̃uis mõ. Nec ab idolothytis intulit abstinebo, sed carne simpliciter. Vel si ea mihi sit in esum concessa, neq; vnum alterúmve diem, sed in vniuersum vitæ meæ. Id eñi in æternũ significat. Nec demum vt perdã dixit, sed ne offendam. Cap. IX.

NOn sum apostolus? non sum liber? nonne Christum Jesum dominum nostrum vidi? Qm̃ dixit, si cibus fratrẽ meũ offendit, nequaq̃ carnem mãducauerim in æternũ, ne gloriari videatur vel insolescere, cogitur tandẽ aperire queadmodum vel à concessis cibatibus cauerit, ne q̃rundã animũ lęderet, vel Christo ipso iubẽte,

Matth. 10

vt is q euãgelium prędicaret, de euãgelio, hoc est, ab his qui ad fidẽ instruerẽtur, sumeret victũ: ipse tñ, si optio detur, malim equidẽ inedia cõfici, q̃ vt videar à vobis quidpiã accepisse, sed mearũ manuum opera, vitæ

Actu. 20.
1. Cor. 4.

mihi alimoniã comparo. Erant eñi (vt videtur) apud Corinthios præceptores nõnulli prædiuites & opulenti, qui gloriæ ducerẽt alios gratis instruere, molirẽturq; vt Apostolo ad ignominiã cederet, quæsitus ex doctrina cibus. Qua re ipse animaduersa, cauebat ne victum à discipulis sumeret, tametsi esset id ei permissum, mecum itaq; sic agitur, inquit: Vos tñ nec idolothytis interea abstineris. Huc tamen omnis orationis huiusce sensus redigitur: Nõ sum (inquit) apostolus? ne quis forte occurrens, inquiat: Propterea nulla sumis à discipulis alimenta; quia tibi vt agas hoc non licet, vnde id infert, Quid illud? nõne & apostoli cæteri victum à discipulis capiunt? Etiã inquit. Quid igitur? Nõne & ipse apl'us sum vt illi sunt? Scilicet. Nõne & li

ber sum? hoc est, neminem habens qui me capere hunc vi
ctum prohibeat. Et ne illud p̄terea obijceret. At in eo te
superant cæteri, quia viderunt dñm, sic infert: Nonne do-
minum Iesum conspexi, & omnium postremo vt aborti I. Cor. 15.
uo visus est & mihi? Permagnum est sane oculis deũ spe-
ctasse. Vestri enim (inquit) beati sunt oculi, quia videtis q̄ Mat. 13.
nec prophetæ viderunt, nec reges. Nonne opus meũ
vos estis in domino? Quid tũ, inquiet aliquis, Si apo-
stolus es, & apostoli officio fungeris, necdum tamē apo
stoli aliquod p̄ te tuleris facinus? Erat nanq; & Iudas apo
stolus, & dominum viderat. Propterea Paulus vt hęc ob
ijcienti occurrat, sic ait: Nōne opus meum vos estis? Sum
itaq; apostoli ministerio functus. Et quoniam rē sane in-
gentem iactauerat, adiecit, in domino, hoc est, nec mea id
quidem virtute, sed domini potentia egi. Etsi alijs non
sum apostolus, sed tamen vobis sum. Nec equidē
me terrarum orbis profiteor præceptorem, vobis tñ nō-
ne apostolus sum? Cur ergo à vobis nihil accepi, à quibus
vt caperem maxime oportebat? Nā signaculum apo
stolatus mei vos estis in domino. Hoc est, si quis
vult certior fieri vtrum apostolus sim nec ne, vos equidē
in argumentum mei apostolatus ostento. Et vos haud-
dubie estis, qui meum apostolatum & obsignatis & obfir
matis. Nā apostoli opera, qualiacunq; sunt, in vobis insti-
tuēdis iā patefeci. Mea defensio apud eos qui me
interrogant, hæc est. Quærentibus (inquit) certiores
fieri, vnde id liqueat me apostolum esse, vos ipse in meā
defensionem propono, quos vt ostendero à me cūcta fu
isse edoctos, omes propulso, qui me eiusmodi rogitant:
Nunquid non habemus potestatē manducādi
& bibendi? A discipulis scilicet victũ accipiamus: q̄d etsi
factu fas, haud tñ hac ipsi licētia vtimur. Nūquid non
habemus potestatē sororem mulierē circundu-
cendi, sicut & cæteri apostoli & fratres dñi, & Ce-
phas? Fœminæ vtiq; locupletiores sequebant̃ aposto-

los,illisq́ & necessaria subministrabant,& vacuos qbuscuis curis reddebant,vt prædicationi duntaxat intenderēt vires. Aduerte aūt quemadmodū omnium postremū posuerit Petrum,vt eum cæteris arguat præstantiorē.Quid em̄(inquit)alios commemorauerim,q̄nquidem vel Petrus ipse hoc factitet?Fratres aūt dn̄i,Iacobum dicit Ierosolymorum episcopum,& Iohannē,& Simonem,& Iudam.Hi nanq; carnis necessitudine erant Christo coniuncti,vt ex virginis sororib⁹ orti. **Aut solus ego & Barnabas nō habemus potestatem hoc operandi?** Hoc est,num nobis non licet in otio vitā ducere, cibariq; à discipulis vel nil operantes?Barnabas aūt eo adiecit,q͂ eiusdem secum difficultatis participaret,quippe qui proprio sudore sustētaret. **Quis militat suis stipendijs vnq̄?** Hoc est,proprijs sumptibus,cum milites oēs stipēdijs publicis nutriant. Apte aūt rei militaris induxit similitudinē.Cōpetit nanq; vel apostolis ipsis militia, tum q͂ & periculis plurimis agitant,tum etiā quia sensibili oppugnantur ab hoste. **Quis plātat vineam & de fructu eius non edit?** Ex vineæ similitudine ap̄li labores p̄tendit,& summas calamitates & solicitudinē patefacit.Neq; totum fructū inquit comedit,sed de fructu . Nec p̄terea q̄ quis ex eo fructu ditescat,sed quis non edit dixit, vbiq; cōmonefaciens,oportere ad necessitatē non ad luxū cuncta requiri,nihilq; q̄d modū excedat deposci. **Quis pascit gregem,& de lacte gregis non mādúcat?** Nec quidem qui vel oues vēdit,eas esitet dixit,vel lac totū absorbeat,sed de lacte comedit,arguens p̄ceptorem paucis cōtentum esse,& cibatui necessarijs oportere. Pastoris vero sub noīe,diligentiæ quandā p̄tendit & studij magnitudinem,q̄d per p̄ceptorem sit in discipulos exhibendū. **Nūquid secundū hoīem hæc dico? an & lex hæc nō dicit?** Hoc est,non solū argumentis humanis hæc affirmauerim,nec vnū habeo à sacris l̄ris modo testimonium ,asseuerauerim equidem hauddubie hęc deo placere,& legē

non humanã,sed diuinã esse quę ista iniungit. In Mo-
ysi em̃ lege scriptum est, Non alligabis os boui Deut.25.
trituranti, Quod vult Apostolus,abunde confirmat,
ideoq; & boum inducit similitudinem. Nũquid de bo
bus cura est deo? Dicet aliquis: Nũ deo illa de bobus
est cura? Ita sane,nec tñ adeo vt de his tulerit legem,sed ali
ud quiddã ille prætendit ex hac in bestias indulgentia, vt
Iudęos scilicet assuefaceret exerceretq;,vt & ipsi magistro
rum curam susciperẽt,q̃ ex re certiores efficimur,quæcũq;
de animantibus brutis in veteri testamẽto narrant,ad ho
minum conferri doctrinã. An propter nos vtiq; di-
cit? Nã propter nos scripta sunt. Vtiq; illud tanquã
in re certiore adiecit,ne vllum auditori contradicendi lo-
cũ relinqret. qm̃ in spe debet,qui arat,arare. Hoc ẽ,
qui alios instruit,sub spe debet laborẽ mercedis insume-
re. ⁊ qui triturat,sub spe fructus percipiendi. A se
minis ad areæ transit similitudinem. vnde & apostolorũ
sudores plurimos patefacit,& quemadmodum ipsi ijdẽ
& arandi officio & triturandi fungantur. Et qm̃ qui arat,
sola spe nititur,& qui triturat,iam fructus aliquid perci-
pit,ideo id intulit,& qui triturat,iam spei participat. Et ne
quis occurrens id inquiat:Num ipse apostolis pro tot su s
ceptis laboribus cibum duntaxat in mercedem contule-
ris? sub spe addidit,hoc est,sub futurorum bonorum ex-
pectatione,ita vt illa speranda sint, dum interea & hi per
vos nutriantur. Si nos vobis spiritalia seminaui-
mus,magnũ est si carnalia vestra metamus? Hoc
loco rei æquitatẽ ostendit,p̃inde acsi dicat:Nequaq̃ sunt
pro nostris collatis in vos beneficijs paria,q̃ ipsi rependi
tis præmia. Nos em̃ vobis spiritalia seminauimus. Nũ igi-
tur magnum debet videri, si vos contra redditis quæ car
nalia sunt? cibũ videlicet. Si alij potestatis vestræ
participes sunt,quare nõ potius nos? Adulteri-
nos q̃sdã designat hoc loco Paulus instructores,q impudẽ
ter & imperiose ab his dona p̃sentia exigebãt,& ideo nõ il

lud expressit, quod alij vestra bona accipiunt, sed si potestatis vestræ participant dixit. i. si vobis dominant & imperant, & vt obsequentissimis seruis vtuntur, nonne longe magis & nos, qui veri sumus apostoli, sumere à vobis vitę necessaria deberemus? **Sed non vsi sumus hac potestate.** Etsi liceat nobis vt à vobis cibemur, nil tñ hac sumus licentia vsi, ne ipsi offenderemini: cum vos interea nil prorsus ab idolothytis abstineatis, ne alios irritetis, q infirmioris sunt fidei fratres. **sed omīa sustinemus, ne quod offendiculū demus euangelio Christi.** Dixerit quispiā, idcirco aliquid nō accepisti, quia aliena ope nihil indiguisti, quinimo (inquit) vel in magna rerꝗ angustia constituti, oīa toleramus, inediā videlicet, sitim, & nuditatē, ne aliquod offendiculū demus, q̄d Græce ἐγκόπην latine dicere significantius intermissionem possumus vel intercisionem, hoc est, vt nihil ipsi in euangelij prædicatione vel moræ, vel dilationis afferamus. **An ignoratis qm̄ qui sacra operantur, de sacrario edunt?** Non
Deut. 18. satis superioribus contentus testimonijs, ex lege & alia cōgerit, arguens quemadmodū sibi fas sit à discipulis vitæ necessaria sumere. Et qm̄ quod de boue triturante iam dixit, in rē suam diuerterat, asserit lege mandari apertius, vt victitent ex bonis sacrarij, qui sacra pertractant, leuitæ videlicet, qui pro gradu sacerdotibus erant inferiores. Nec sane dixit vt ex oblationibus ederent, sed ex sacrario. ne vel qui aliquid caperent, puderet accepti, perinde ac si ab hominibus alerent: vel qui impartirētur his sua, insolescerent. **Qui altari insistūt, altaris fiūt participes?** Hoc est, sacerdotes & sacerdotū primores. Cū autē insistunt, inquit, assidua q̄dam prætendit seruitus. Non enim qui sacra sapiunt, dixit, vt ostendat vel in his esse modum seruandum, nec esse cumulandis pecunijs incumbēdum. Nec à sacrificantibus dixit aliquid sumunt, sed altaris fiūt participes. Oblata siquidē haudquaq̄ de cætero erāt offerentium iuris, sed in sacrarij & altaris potestatē cedebāt.

Participes eõ aũt dixit, quia immolatorũ animantiũ sanguis in altare perfundebat, adolebaturq́ adeps & igni consumebatur. Carnis vero portionẽ sacerdos sumebat, pectusculum scilicet & armum dexterũ. Erant itaq holocaustomata ipsa & sola altari & sacrario mancipata. **Sic & Christus præcepit euangeliũ prædicantibus, vt de euangelio viuerent.** Quod erat oĩm fortius, postremũ posuit. Quid multa inquit? Dñs ita iniunxit, leges sanciens veteri testamento cõformes. Et quemadmodũ superius dixit de sacrario edendũ, sic & hoc loco manducandum asserit, non ex discipulorum facultatibus, sed de euangelio, ne forte superbiant qui apostolos sustentarẽt. Neq enim inquit, tu his alimoniã subministras, sed propria quædã industria, hoc est, euangelij enuntiatio apostolos alit. Et sane viuerent dixit, non mercaturã exercere vel thesauros accumulare, proh dolor, vt factitãt multi. **Ego aũt nullo horũ sum vsus.** Videlicet neq pro allatis per me exemplis, nec pro veteris testamẽti licẽtia, nec etiã pro Christi permissu, re vlla vestra sum vsus, vt victum à vobis acciperem. **Non scripsi hæc vt ita fiat in me.** Ne quis forte occurrẽs sic inquiat, Quid illud si in præsentia hac minus vteris potestate, vti tñ in futurũ est, & idcirco hæc iactitas. castigat mox quod antea protulerat, Haudquaq̃ propterea ad vos ista perscripsi, vt ita fiat in me, hoc ẽ, vt aliquid à vobis accipiã. **Bonũ est enim mihi potius mori, quã vt gloriã meam quis euacuet.** Malim (inquit) inedia cõfici, q̃ vt euacuet quis, hoc est, q̃ gloriã meã vacuam arguat. Et inanem gloriã vero, vt gaudij exprimat magnitudinẽ dixit, q̃ procul dubio afficiebat ingenti, quod gratis euangeliũ p̃dicaret. Sed dicet aliq̃s, haud dubie dolens id Paulus ac mœrens, animo iniquo ferebat, q̃ nihil acciperet. Vt itaq suspicionem hanc tollat, tñ inquit, à mœrore absum, vt gloriæ ducam. **Si enĩ euangeliũ prædico, non est mihi gloria. Necessitas enĩ mihi incũbit. Væ aũt mihi si non euã**

Matth. 10

gelizauero. Dicet aliquis, qd ais: Nihil prorsus tibi euãgelium cedit ad gloriã: sed quia gratis hoc prædicas, laudẽ vendicas: erit ergo præstãtior tua hæc in euãgelio liberalitas: Absit inquit, Est quippe mihi iniuncta euangelij prædicatio, exequiq́ꝫ & iussa obstringor. Quo fit vt haud quaq̃ laudi mihi sit ascribendum, si perfecero iniunctum officiũ. Quin potius væ mihi, si minus id exequar. Vapulandum eñ mihi & multis esset, vt qui nihil pro dei præcepto iã peregissem. Gratis aũt euangeliũ prædicare, volũtaria quædã est libertas, eoq́ꝫ & gloriã promeret. Illud vero, necessitas mihi incũbit, vt nõ liberũ demat arbitrium dixit, sed vt suã exprimat animi promptitudinem, qua dei iniunctũ prædicandi euangelij munus exceperit. Nec minus vt formidine teneri se arguat, ne pœnas luat, si iussa dei non exequat. **Si enim volens hoc egero, mercedem habeo: Si aũt inuitus, dispensatio mihi credita est.** Si mihi (inquit) istiusmodi euangelij prędicatio demandata nõ esset, obiremq́ꝫ id muneris vltro, haud dubie mercedis plurimũ vendicarem: Si vero illa mihi est nec postulanti cõmissa, perspicuum sane me haud sponte id agere, sed dñi mandatũ cõplere. Id eñ inuitus designat. Quocirca nihil mihi illud est vel liberalitati vel glorię accensendum: creditã siquidem dispensationẽ administro. Attende aũt quemadmodũ non illud intulerit, videlicet si inuitus, mercedem non habeo, vt ostendat se prædicandi euangelij gratia habiturum mercedẽ, tametsi dñi exequat mandatũ: alioqui absurdum foret, si apostoli oẽs pro huiusmodi suscepto prædicationis munere nihil essent præmij accepturi: tametsi haudquaq̃ tantundẽ futurũ sit, vt is mereat, qui mercede & præmio, quanto is condonat, qui gratis euangeliũ prædicauerit. **Quæ ergo est merces mea: vt euangeliũ prædicãs, sine impensa ponã euãgelium Christi, vt non abutar potestate mea in euangelio:** Hæc (inquit) est vtiq; merces huberior & laude nõ indigna, vt non abutar potestate mea, hoc ẽ, vt

penitus vtar. Simplicẽ em̃ & intentiorẽ vsum, abusum dixit: vbiq; Paulus potestatẽ, pro bonis pͥsentibus nũcupat, arguens plane, & q̃ ad vitæ necessitatẽ hęc bona accipiũt, nihil delinq̃re. In euãgelio aũt dixit, vt ostendat eũ q̃ euãgelio insudauerit, non q̃ otio torpeat, accipere aliq̃d debere. Nã cũ liber essem ex oĩbus, me in seruũ addixi, vt plures lucrifacerẽ. Non mõ (inq̃t) cũ potestatẽ haberẽ, nihil accipiebã, q̃netiã cũ liber essem & nulli obnoxius, nec ductus necessitate, meipsum seruitute obstrinxi, nõ vni cuiq̃ aut alteri, sed terrarꝝ orbi vniuerso. Nec tanq̃ adulator aliq̃s, vt morẽ alijs gererem, sed vt multis cõducerẽ: q̃nquidem vt cũctis prodessem minus liceret. Et factus sum Iudæis tanq̃ Iudæus, vt Iudæos lucrarer. Quemadmodũ cum Timotheum circuncidit. Actu. 16.
Neq; em̃ Iudæus effectus sum inquit, sed tanq̃ Iudæus, vt arguat dispẽsatione quadã fuisse per se id rei gestũ, vt tũc circũciderer. His qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, vt eos qui lege essent subiecti, lucrifacerẽ. Proselytos fuisse hos constat, q̃s cõparasset, vel Iudęos nõ nullos: qui etsi fidẽ susceperãt, adhuc tñ à lege pendebãt. Talẽ aũt se cuiq; exhibebat Apl̃us dispensatiõe quadã & arte, vt alios in viã reduceret. His qui sine lege erant, tanquã sine lege fui. Sine lege eos fuisse dicit, q̃ cum ex gentibus essent, nullã haberent Moysis legẽ, q̃lis Cornelius fuit: vel forte Athenienses hos asserit, quoꝝ infirmitati condescendisse est visus, cũ apd̃ eos ex altari ignoto deo sacrato, concionatus de Chr̃o, non tanq̃ de deo, sed tanq̃ de hoĩe copiose disseruit. q̃ppe qui nondũ vel audire tale quid potuissent, vel diuini mysterij profunditatẽ mẽte cõplecti, sed cũ Christum existimarent fuisse in deum relatum, qualis apud eos Hercules habebat, & Aesculapius, & cæteri qui ex hoĩbus dij sunt facti. Tanq̃ autem vbiq; idcirco adiecit, vt intelligas eum, non certo hæc animi iudicio, sed simulato egisse, vt eos pelliceret, vel ad veritatem accenderet. Cum sine lege dei non essem, sed in lege Actu. 10. Actu. 17.

essem Christi, vt lucrifacerem eos qui sine lege erāt. Ne forte existimes Paulū, cum apud eos qui lege carerent concionaret, vel mentem immutasse, vel animo fuisse à vera Chri religione alieno, sic infert, Cū sine lege dei non essem, hoc est, cum minime essem à lege diuina alienus, sed legē haberem, nec legem simpliciť, sed Christi legē.i.veteri legi p̄fero Christi legē. Cur illud? Vt qui sine lege sunt, lucrifaciā. **Factus sum infirmis tanq̄ infirmus, vt infirmos lucrifacerē.** Vel quia à vobis, qui aīo estis imbecillo & facile offendimini, nil prorsus vľ depoposci in vitæ alimoniā, vel accepi. Vel q̄a tunc ip̄e infirmior sum infirmis effectus, cū plane perspecta auditorū infirmitate, nil de filij & sp̄us diuinitate dissererē. **Omnibus factus sum oīa, vt oīno saluos nōnullos facerē.** Quid multa? Oībus pro singulorū conditione & indulsi & condescendi, tāetsi minus considerem cunctis me paritur̄ salutē, sed vt aliquos saluos redderem. quod sane debet magis mirū videri, quippe cū haudquaq̄ sit admirandum, vt quis maioris vtilitatis & fructus gratia, laboris multū insumat. Sed illud debet hauddubie magnū existimari, cū parui cōmodi causa plurimū quis insudet. Omnino aūt adiunxit, vt p̄ceptores reliquos solaret: qui etsi oībus nequeant docendo pro eorū cupiditate salutem afferre, nil prorsus debeant inerti otio contabescere, cum vel paucis sint p̄futuri. **Hoc aūt facio propter euangeliū, vt particeps eius fiā.** Euangelij appellatione fideles exprimit, qui salutē sint p̄ euangeliū assecuti. Quēadmodum & supius dixit de euangelio viuere.i. ex fideliū ope vitā ducere. Vt igitur (inquit) cum fidelibus queā & palmæ & coronarum portionem sortiri, id ago. Neq; em̄ mercedis spe vlla id ille agebat, sed vt Corinthijs persuaderet fratrum gratia & supernorū bonorum expectatione, vel ingrata quæq; & iniucunda aggrederentur. Attende Apostoli humilitatē. Qui cū int̄ cæteros fideles primatū teneret, horum se numero in bonis cælestibus par-

ticipandis adiecerit, qui simplicē sunt fidem adepti. Nescitis quia qui in stadio currunt, omnes quidem currūt, vnus aūt accipit brauiū. Cum dixisset fratribus esse condescendendū, acrius illos coarguit seueritatis, perinde ac si inqat, neq̄q̄ existimetis & si fidē Chri iam exceperitis, & ecclesiæ stadiū ingressi iā sitis, satis id vobis ad salutē futurū: quēadmodum neq; cursoribus ipsis in stadio cucurrisse sat est, nisi ad brauiū vsq; ptenderint. Quod etiā per vos attingat, erit totis virib⁹ annitendū, tāetsi in discrimine haud paruo versemini, ne illud vos cōprehendatis. q̄ vestræ q̄dam pfectionis præsumpta opinione, neglectis fratribus idolothytis ingurgitamini. Sic currite vt comprehendatis. Omnis autem qui in agone cōtendit, ab omnibus abstinet. Eo inqt vobis ineūdus est cursus, vt ꝓposita præmia conseq̄mini. Quod vtiq; sine charitatis præsidio, quā ꝓfecto nullā habetis, fieri non pōt: præsertim cum pfectiores vosipsos existimetis, q̄d tñ est longe secus, q̄ppe qui nondū brauiū comprehendistis. Vt aūt arguat magnum in modum hos imminutos, vt q̄bus ex ventris ingluuie & fornicatio & ebrietas insit, sic infert: Qui in agone contendit, ab oībus abstinet. Neq; eñ est ad hoc temperandū, ab illo minus, sed ab oībus dixit. Pernoscite ergo q̄ longo sitis à brauio interuallo, & modum pdiscite. i. temperantiā ipam, q̄ palmā emeriti, coronemini, illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, vos aūt incorruptā. Perinde ac si inqat, Quā rei hmōi pudere vos debet, siquidē corruptibilis illi coronæ grā, oībus in rebus continentes se præbeāt, nō itidem ipsi egerimus ꝓ incorruptibili consequēda. Ego quidē sic curro, non quasi in incertum. Hoc est, nil temere ago vti vos consuescitis, q idolothytis vescimini, vt alios pdatis. Qd sane p vos cū inconsideratius fiat, in incertum hauddubie & frustra decurrit. Atq Paulus optimi in morē magistri, sese in exemplū ꝓducit. Sic pugno, nō quasi aerem verberans. Habeo eñ dæmonē ipm, & relu

ctantem quę plagis affligã. Vos tñ hunc haudquaq̃ vrge
tis,nec verberibus vllis afficitis,q̃n vestræ potius mẽtis p̃
fectioni confisi, fratres offenditis. **Sed castigo corpus
meum,& in seruitutem redigo.** Arguit hoc loco Co-
rinthios gulæ fuisse & vẽtri addictos, fouisseq́; itẽ id vitij
sub q̃dam p̃fectionis prætextu,q̃ p̃fectioris se fidei crede
rent.Ipse vero inq̃t,laborẽ subeo oẽm, vt continentius vi
uã.Castigo eñ corpus meũ,hoc est,aduersus carnẽ depu-
gno.ὑπώπια græce, vnde verbũ ὑπωπιάζω q̃d castigo interp̃
tatũ est,liuores dicimus q̃sdam q̃ sub oculis infligunt̃,cum
pugnis res agit̃ & decertat̃. Qua ex re ingens illud patefa
cit certamẽ,q̃d naturæ infert̃. Corpus eñ hoc nostrũ vio-
lẽta q̃dam tyrãnide animæ aduersatur impugnatq́;,vt ho
stis acerrimus.Cũ eñ castigo inquit,& plagis se illud argu
it affecisse. Mox insup & in seruiturẽ redigo intulit,vt in-
telligas haud alit̃ illud quã in serui morẽ esse habendũ,la-
sciuiẽtis & cõtumacis.Frenandũq́; idip̃m,vt à dño,non vt
ab hoste,& subiugandũ. **ne forte cum alijs prædica-
uerim,ipse reprobus efficiar.** Vel hiſce ex verbis abs
tinentiores hos reddit,p̃inde ac si inquiat,Si mea hęc haud
quaquã est ad salutem satis vel doctrina vel prædicatio,
nisi & insontẽ me quibusuis p̃rębeã,& prauis liberꝝ facino
ribus q̃ pacto ipsi per solam fidem assequi salutem poteri
tis,qui tot sitis peccatis deuincti? Cap. X.

Exodi.13. **NOlo aũt vos ignorare frẽs, quẽadmodũ**
Exodi.14 **patres vestri omnes sub nube fuerunt, et
oẽs mare transierũt.** Enumerat quãtis à deo
fuerunt Iudæi dignati muneribus,oñditq́; vti ex his pleri-
q́;,& si tã multis affecti bñficijs,nil tñ fuerint deo gratifica-
ti. Hæc aũt inquit,vt plane demõstret quẽadmodum vt Iu
dæis,& si donis sint affecti p̃cipuis,nil tñ sit visa ea res ,p̃fu
isse,vtpote qui nullũ ex se bñ merenti deo munus repẽde-
rent:sic vobis Corinthij fides ipsa aut collata in vos spiri-
talium ministerioꝝ bñficia,nil hauddubie sunt ,p̃futura,ni
si vosipsi diuina grã dignos exhibeatis.Fuisse autẽ sub nu

be oēs hos inquit,sicuti & ,ppheta testatur,extēdit nubem in ,ptectionē eoꝝ,& mare oēs trāsierūt.⁊ oēs in Moy P*sal*.104 se baptizati sunt in nube ⁊ in mari. Sūt em̄ hi Moysi & nubis vmbraculo, & maris traiectu, effecti participes. Nā cū priorē Moysem transeuntem spectassent,fluctibus se cōmiserunt, cuiusmodi rei tum olim gestæ figura & in nobismet cōtigit.Nā Chr̄o prius mortē obeunte,& paulo post resurgente,eius mortē tum plane pręferimus,cum baptismi aquis immergimur:tunc demum resurrectionē significamus,cum ex aquis educimur. Baptizati itaque in Moyse sunt,quia illi videlicet, ad figuram baptismatis & duce sunt vsi & præuio. Præferebatur vel ex eo tempore baptismati figura huiusmodi in nube,& in maris trāsgressu. ⁊ omnes eandem escam spiritalem manducaverunt,⁊ omnes eūdem potum spiritalem biberunt. Vt em̄ nos baptismi aqua ꝑfusi,corpus dn̄icum mā ducamus,sic & manna illi,mare traiecto,in esum sunt vsi. Et queādmodum ipsi dn̄i sanguinē bibimus,sic illi erūpentem è percusso lapide aquā biberunt. Hęc quidem Paulus spiritali q̄dam disserit sensu. Nam & si hæc sensibilia erant, haud tn̄ naturæ consentanea,sed sp̄us gr̄a gerebātur,quę gr̄a cum corpore vna & animas aleret,& ad fidē & credulitatem induceret. Bibebāt autem de spiritali consequenti petra:petra autem erat Christus. De esca quidē cum meminisset,nulla pręterea indiguit assertione, quæ p se satis pateret, nec quicquā esset à sui natura immutata. In potu vero,quia eius duntaxat subministrandi modus immutaret,assertionibus vtitur,dicēs, Nequaquā lapides ipsius naturā potum hunc præstitisse, qui & si alias scaturisse conceditur, spiritalis tn̄ alius lapis id om̄e operabatur,id est,Christus. Consequenti autē eo dixit,vt ostenderet Christum eundem hunc illis vbiq; affuisse,& miracula huiusmodi factitasse omnia. Veruntamen nō in pluribus eoꝝ beneplacitum est deo: prostrati enim sunt in deserto. Etsi amoris indicia pleraq; erga Iudęos

Marginalia: *Roma*.6. — Ex.16.17. — *Num*.20. — *Nume*.14

ostẽderit deus, nihil est tñ hor॰ maiorem in partem operibus oblectatus. Non em̃ oẽs sunt reprobati, sed plurimi. Cũ aũt in pluribus inq̃t, designat idcirco nihil innumerã multitudinẽ, ꝓfuisse Iudęis, q̃a nullũ ipsi erga bñficum deum amorẽ prætulerint. Cũ vero ꝓstrati sunt dicit, repentinã Iudæor॰ ꝑditionem & stragem & diuinitus in hos illata supplicia patefacit. **Hæc aũt in figura facta sunt nostri, vt non simus ipsi cõcubitores malorum, quemadmodum & illi concupierunt.** Haud secus Iudæor॰ tormẽta pręferunt futuror॰ figuras, ac in eos collata bñficia prętulere. Arguit aũt hoc loco Corinthios, nõ mõ cruciatũ iri, sed acrioribus esse q̃ Iudæos pœnis afficiẽdos: qñquidem hor॰ facta nostri figurã expresserint. Nos vero rem ipam verã, certiorẽq́ꝫ præferamus. Vtq́ꝫ donor॰ magnitudine alios ipsi excedimus, sic pœnis maioribus afficiemur, si deum delinquẽdo offendimus. Cum aũt malorum inq̃t cõcubitores, omẽ malignitatis genus expressit. Siquidem ab ipsa concupiscentia vitiũ quoduis emanat. Deinceps per species vitia ipsa edisserit, quia illi concupierunt alia, nimir॰ carnem, deos priuatos: sicuti in sequenti-

Exo.32. bus Paulus patefecit hor॰ idololatriam. **Neque idolis seruientes efficiamini, quemadmodum nonnulli eorum, sicut scriptum est, sedit populus manducare & bibere, & surrexit ludere.** Primũ hos carpit, q̃ idolothytis vescerent, oñditq́ꝫ queãdmodum illi gulæ vitio sint in idololatriã hanc ipsam ꝓlapsi. Choreis nãq́ꝫ circa vitulũ constitutis & in ꝓpatulo tripudiãtes ludebant. Sic inquit & ipsi in discrimine estis præ vestra ingluuie, & immolationum esu hmõi, ne in idolor॰ cultum labamini. Vbi nam ergo vestra illa quam iactatis perfectio, quę ad

Nume.25 idololatriã ducit? **Neque fornicemur, sicuti nonnulli eorum fornicati sunt, & ceciderunt in vna die viginti tria millia.** Rursum fornicationis hic meminit, & continenti castigatiõe dicta sua obfirmat, cuiusmodi fornicationis delictũ, ortũ ab ipsa ingluuie ducit. Quæret ali-

quis, quonã tempore tria hæc & viginti hoím millia occu buerunt? Nempe cum ex Madian, mulieres Balaam cõsilio & instinctu, in aciem ꝓdijssent, Iudæorꝫ iuniores ad se traxerunt, eosq́ꝫ per concubitum & fornicationẽ vt Beelphegor immolarent, ꝓuocauerunt, ceciditq́ꝫ populus in acie. Neque tentemus deum, quemadmodum Nume.21.
quidam eorum tentauerunt, & a serpentibus interierunt. Indicat sane hoc loco Corinthios signa efflagitando deum tẽtasse. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab Nume.16.
exterminatore. Id ẽ, ab exitiali quadã dei potẽtia. Ostẽ- Iudith.8
dit præterea eos nihil virilit̃ tulisse aduersum, sed murmurãdo dictitasse, Quãdo adueniẽt bona, & mala cessabũt? Hæc autem sub figura cõtingebant illis: scripta sunt autem ad commonefactionem vestram, in quos fines seculorum deuenerunt. Cum inq̃t hæc scripta esse vt instãtis periculi admoneremur, Corinthios pterrefacit. Sũt eñ nobis eo horribiliora quædã supplicia expectãda, q̃ maioribus sumus donati bñficijs. Quinetiã & finẽ eis imminere oñdit. Neqꝫ momẽtanea asserit futura esse tormẽta, sed sempiterna quædã, quæ post mũdi cõsummationem nos exceptura sint. Iam eñ dei iudiciũ illud ꝓ foribus adest, cum mũdi huius secula nacta sunt finẽ. Itaque qui se stare existimat, videat ne cadat. Rursum eos q ob suã scientiã supbirent, cõspicuos facit, inquiẽs: Etsi stabilem te pmanere arbitraris, cauẽdum tñ ne prolabaris. Quinetiã hæc tua stabilitas nihil habet in se firmitatis. Siqdem & si tibi cõsistere videris, nõ tñ certo es gradu stabilitus. Vel si stabilis fueris, facilis est ex desperatiõe casus. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autẽ deus qui non permittit vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione & prouentum, vt ferre possitis. Q̃m his timorẽ iniecerat, cum diceret, Qui se stare existimat, videat nẽ ꝓlabatur: Erãt eñ molestijs & tẽtationibus plerisq́ꝫ affe-

cti,ne forte dixerint,qd nos territas? Qui &si tentationes q multas tolerauimus,nequaq̃ tñ collapsi sumus:Respondet,qm̃ nulla vos corripuit tẽtatio,nisi humana.i. exigua quædã & mediocris. Humanũ eñ vbiq; Paulus tenue q p piã & exile appellat. Mox etiã hos consolat suadẽs,vt oculos ad deũ intendãt,vt q veridicus sit,& nil mentiat. Quip
Matth .11 pe q sit ea pollicitus,venite q laboratis,& ego reficiã vos. Neq̃q̃ itaq; ille vos sinet vltra vires tẽtari, sed inuadentem vos tentationẽ efficiat æqua ꝓportione vestris viribus respõdere. Quin potius oĩs tẽtatio nostras superat vires,nisi opẽ tulerit deus,feceritq; cũ tentatione ꝓuentũ, hoc est, declinare tentationẽ nos faciat,& liberos reddat,celerius scilicet pbeat tentationis effugiũ,simulac tẽtari cœpimus, ita vt ob repentinã liberationẽ oẽm hmõi possimus tolerare molestiã. Vel facturus est (inq̃t) ꝓuentũ,vt ferre queamus aduersa.i.vt leuior nobis videat tẽtatio, & tolleratu facilior. **Propterea fratres declinate idololatriã.** Postq̃ eos satis coarguit,solat tandẽ cũ fr̃es appellat. Nec vltra eos,q; fratribus obessent ab idolothytis arcet:sed q a rem ipam improbet,& detractet,idolis dictitãs id esse immolãdo inseruire, celerẽq; ab eiusmodi esu secessum expos cẽs,declinate inqt. **Ut prudentibus loquor,vos ipsi iudicate,quod prædico.** Cum crimẽ in hos grauius cõiecisset,idolorũ cultũ appellãs,quæ hi factitarẽt,lenit breue id dictũ & mitigat, sontesq; hos ipsos & noxios cõstituit iudices,q̃d sane ꝓprijs verbis, vt certis & veris fidenter affirmat,pinde acsi inq̃t,Nil aliorũ ope indigeo,q ea de re sententiã ferãt,qn potius velim vos ipsi vt sapientes iudicetis. **Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?** Hoc est gratiarũ actionis. In manibus nãq; illũ habẽtes, gratias ei hauddubie agimus,q nr̃i gr̃a sanguinẽ suũ effuderit,dignatusq; nos sit bonis ineffabilibus. Nõ eñ participatio dixit,sed cõmunicatio,vt plus aliq̃d exprimat,summã scilicet cõiunctionẽ. Q̃d aũt dixit tale est:Sanguis eñ iste q

calice continet, ille est, q Christi è latere ꝓfluxit. Hunc ipsi cum sumimus, participamus, hoc est Chr̃o coniungimur. Nonne igit̃ vos pudet Corinthij, cum ad idolorꝫ calicem ab hoc Christi decurritis poculo, q vos ab idolis liberauit? Panem quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? Quod in patibulo minus sustinuit dñs, quippe cuius neqꝫ os fuerit contritũ, hoc nostri ob gratiã cõfractus patitur. Quẽ eñ frangimus inq̃t, Cõmunicatio autem corporis Christi est, eo intulit, q a quemádmodum corpus illud Christo vnitum est, sic & nos illi per panẽ hunc copulamur. Quoniam vnus panis, vnũ corpus multi sumus. Cum communicatio corporis est, retulisset, compertum nobis sit, aliud esse q̃d communicat, aliud quod communicatur. Et aliud nũc, quod præstantius est, sic inquiens, patefacit, idem nos sumus quoqꝫ Christi corpus. Quid eñ est panis? & Christi corpus. Qd' autem huius participantes redduntur? nimirum Christi corpus. Non ergo multa sunt nostra corpora, sed vnum. Nam quemadmodũ panis vnus è pluribus granis conficitur, sic & nos plures cum simus, vnũ efficimur Christi corpus. omẽs qui de vno pane participamus. Cũ itaqꝫ vnum simus, quo pacto inter nos charitate seruata, non in vnum inuicem cohæremus, præsertim cum Paulus dicat, eo nobis dominus corpus proprium impertitur, vt sibi nos copulet, & nexu quodam mutuo reddat propinquiores? At vbi prior illa carnis natura prauis est facinoribus corrupta, & vitæ cælestis effecta est expers, suam deus cõtulit nobis, nostræ assimilem quæ & peccato careret, & vitã largiret. vt eius effecti participes, & sibi admisceremur, & vitã ducerem' innoxiã. Vtpote q̃ vnũ essemus cũ Chr̃o corpus adepti. Videte Israel secundũ carnẽ: nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? A crassioribus (inq̃t) exemplis erudimini, intelligentes, q̃d ꝑ vos gerit, idolorꝫ præfert cõmercium. Secundũ carnẽ Israel dixit, vt arguat scdm spm̃ & ipsos cõstare. Aduerte autẽ Iohã. 19.

quemadmodum id fiat? De Iudæis nãq; nil intulit natura q̃d de eo participarẽt, sed altaris sunt participes, dixit. in q̃ q̃d immolãdum fuisset, impositum igni cõsumebatur. De Christi autẽ corpore haudquaq̃ res ita se habet, sed Christi corporis fuit participatio. Nõ em̃ altaris sumus, sed dominici corporis ipsi participes. **Quid ergo dico quod immolandum sit aliquid? aut quod idolum sit aliquid?** Veritus ne videret ægre tulisse, perinde ac si aliq̃ inesset idolis virtus, sic infert: Non eo vos ab idolis abigo, q̃ si illa aut obesse queãt, aut ꝓdesse, qppe quæ nihil sunt ꝓrsus. Sed q̃m nullum deo offerret sacrificium, vnde sic addit: **Si quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non deo.** Haud itaq; ad domini nostri inimicos tãto vos studio conferatis. nam si regia mensa omissa, ad sontiũ & damnatorũ cœnã procurreres, longe hauddubie aberrares. Neq; eo q̃ nocumentũ illa, aut vtilitatem sit allatura, sed q̃a ad iniuriam regiæ mẽsæ id cedere videretur. **Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum.** Si em̃ q̃ mysticæ mensæ participãt, cũ deo ineunt sodalitatẽ, necesse est, vt qui dæmoniacæ participes fuerint, cum dæmonibus ipsis iungant consortia. **Quia non potestis calicem dñi bibere, & calicem dæmoniorum.** Q̃m id nolo vos dæmoniorũ socios fieri, sub obtẽtu intulit castigandi, ne forte huiusmodi castigatio, si ex certa animi sentẽtia videatur prolata, contẽptui sit, illud adiecit, inquiens, Nõ potestis calicem domini bibere. **Non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.** Ex solis hisce nominibus, ab idolothytis asserit abstinendum. **An æmulamur dñm nũquid fortiores illo sumus?** Vt pudorẽ Corinthijs inijciat, apposuit Paulus, An deũ tentamus (inquit) & irritamus? cum vos cruci and vim habeat, q̃ ad eius aduersarios desciuistis. Moxq; in absurdum sermonẽ prolabit, inquiẽs, Num illo erimus
Deu. 32. fortiores? Meminit p̃terea & Mosaici dicti, in eo videlicet me irritauerũt, qui deus non esset, & ad irã me prouocaue

runt in idolis eorum. Omnia mihi licent, sed non omnia expe diũt. Ne quis forte id dixerit, cum cibum hunc & idolothyta, pura conscientia sumpserim, sumendi equidem habeo potestatem? Etiã inquit: Eo em̃ tibi oĩa licent, quia liber sis à deo creatus: nil tamen confert hmõi esus. Quandoquidem progrediendo idolis erit propter assiduã illorum mensæ participationem obnoxius. Omnia mihi li cẽt, sed non oĩa ædificãt. Nec tibi (inquit) prodesse id potest, vt antea dixi, nec fratri tuo conducere. Siquidẽ nil prorsus ædificat, sed potius demolit, & fratris fidem subuertit. Itaq; si neq; tibi neq; illi contulerit, cur idolothytis vescaris? Nemo quod suũ est quærat, sed quod al terius. Nequaq̃ illud velim scruteris, vtrũ pura conscien tia manduces, sed vtrum fratrem ędificet, quod per te agi tur. Vbiq; Paulus vnum illud pręcipue commonefacit, vt proximi sit q̃renda vtilitas. Omñe quod in macello ve nit, mãducate, nihil interrogãtes, propter cõsci entiã. Cum multis argumentis confirmasset Apostolus ab idolorum esse immolationibus abstinẽdum, ne forte sint cæteris in rebus adeo pręter modum hi curiosi, vt q̃ vel in foro venalia exponuntur, obsonia spernantur: veriti ne vel illa idolothyta sint, sic inquit: Omne quod venit, man ducate, nihil venditores interrogantes vtrum idolothytum sit nec ne, quod venditur, perinde ac si perculsam suspiciõe conscientiã purgare nitamini. Potest & hoc mõ intelligi: Noli interrogare, ne cõscientiã lædas. Forsitã em̃ rogando certior fieres idolothytum esse quod venit, vnde posset cõscientia tua offendi. Domini em̃ est terra *Psal. 23.*
& plenitudo eius. Quid ni? Non em̃ dęmonum illa est. Terra itaq; poma, arbores, & animantia ipsa, & vniuersa deniq; sub dei sunt potestate. Nil ergo natura ipsa immundum fiet, sed pro singulorum sensu & mente, contaminabitur, habebiturq; pro inquinato, quodcunq; quis duxerit respuendum. Si quis aũt vos vocat infidelium, & vultis ire, om̃e quod vobis apponitur mã

P

ducate, nihil interrogantes propter conscientiã. Recte vultis positũ est. Nã neq; adhortãdos eos, ituri ne sint ad cœnã ab infidelibus acciti, nec dehortandos exist ĩ mat. Nihil aũt percontemini, ne ob curiosam admodũ inuestigationẽ, veteri idola videamini. Vestrã prӕterea hãc conscientiã velim, & puram seruetis & inoffensam. **Si quis aũt dixerit, hoc immolatũ est idolis, nolite manducare propter illũ qui indicauit, & propter conscientiã.** Haud equidem q̃d officere possit, cibatum hmõi immolationum nunc interdixerim, sed eius grã qui rogatus à te profitebit̃, vtrum idolothytum sit nec ne q̃d petieris, ne forte ille animi iactura affect⁹, existimet Chrĩstianos nihil idola exhorrere. Quod autẽ ab idolothytis, non tanq̃ ab immundis, & à dño nostro alienis cauendũ esse commonefaciã, ex eo quod dixerã liquet, Dñi est terra & plenitudo eius. i. oĩa quæ illa complent inhӕrentiaq;. Vel aliter: Abstinete (inq̃t) ab eiusmodi cibo: siquidẽ dñi est terrarũ orbis. Licet itaq; vobis abũde ventrẽ explere. Vobis eñ patent oĩa, & nihil est interclusum. **Conscientiam aũt dico, nõ tuã, sed alterius.** Hoc ẽ, gẽtilis cuiuspiã hominis. nam forsan (vt dixi) vel hic offendet̃, vel te vt ganeonem lurconemq; iudicabit, & gulæ deditum, vel idola suspicabit̃ æque sibi ac tibi grata eẽ & accepta. **Ut quid eñ libertas mea iudicatur aliena conscientia?** Libertatem appellat, quod attentione, studio, & impedimento vacat. Ait nanq;, libere ipse & incaute cibum desumo, gentilis vero me (inquiens) condemnabit, commentitia sunt Christianorum facta; quippe qui etsi abominari se idola fateant̃, vescuntur tñ libentius quæ idolis immolant̃. **Si ego cũ gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago?** Equidem (inq̃t) dei ob gratiã rerum ab eo conditarũ particeps sum effectus, qui me animo firmiori creauit & stabili, vt nihil vltra q̃ decet aduertã. Gentilis tñ maledictis me insectabit̃, asserens simulata me potius mente ab idolis declinare, q̃

certo iudicio & gulæ vitio manducare q̃ ijs immolentur. Illud autem, pro eo quod gratias ago, eiusmodi est: Ipse videlicet deo grates retulerim, q̃ me præstantem adeo & sublimem effinxerit, tantum'q; Iudaicę humilitati pcellentem, vt nulla ex parte mihi noceri possit, alioqui (vt dixi) gentilis homo offendit, & mala mihi insuper imprecatur. **Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, oĩa in gloriã dei facite.** Cuncta (inquit) per vos in laudem dei peragantur. Præsentia siquidẽ vestra hæc facta, deo ad ignominiã, vel ad execrationem potius cedunt. Cibũ itaq; quis vel potum, tum dei in gloriã sumit, cum vel nullius offenderit animum, vel id haudq̃q̃ ventris & voluptatis gratia egerit, sed corporis in exercitatione virtutis seruandi. Demum cuncta quispiã ad dei gloriã operat, cum omni sublato maleficio, nec aliũ quẽuis, nec seipse prætulerit. i. cum neq; ad hoĩm aucupandã gratiã, neq; prauo aliquo animi affectu id agat. **Sine offensione estote Iudæis & gentibus & ecclesiæ dei.** Hoc est, nulli aliquã criminandi vos causam exhibete. Quod plane fiet, si neq; Iudæũ, neq; Grecum, neq; fratres ipsos offendimus: ex his nanq; dei cõstat ecclesia. Attende autem quemadmodum postremos posuerit q reliquos anteirent. Enĩuero trahendi sunt potius ad fidẽ mali, q̃ insectãdi sint fratres. Ex eo autẽ immolationum esu, offendi cæteros patefacit. **sicut & ego per oĩa omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile ẽ, sed quod multis, vt salui fiãt.** Caput XI.

IMitatores mei estote, sicut & ego Christi. Qm̃ ingens sane in eos coniecerat facinus, quippe quos & Græcoꝝ iacturæ & Iudæorum obnoxios fecerint, seipsum in medium cõfert, vt arguat plane quod illis iniunxerat, factu esse perfacile. Quẽadmodum vero q̃d sibi in cõmodum cederet nil postularit, multis ex rebus pspicuum est, quas superius explicauit: vt illud, & factus sum oĩbus oĩa, vt omnes lucrifacerem. Et ex his præcipue, quæ 1. Cor. 9.

Roma. 9. precaretur vt anathema esset pro fratribus. Mei ergo imi tatores efficiamini, quemadmodum & egoipse Christi. Nec tamen superbe id dictum existimes, sed ad se imitandum nos magis hortari. Nā si ipse (inquit) sum Christum sectatus, qui vt nobis vitā largiretur, suam neglexit, lōge magis à vobis sum imitādus, etsi quidē nō adeo vosipse præstiterim, quantum ille, qui me bonitate quadā incomparabili, tum cæteros antecedit. **Laudo aūt vos fratres, quod per omnia mei memores estis.** Postq̄ de idolothytis sermonem absoluit, qui certe de rebus grauibus habitus est, leuius quoddā impræsentiarū delictum castigat & corrigit. Solet enī grauioribus minora intermiscere facinora. Quę illa erant, si q̄ras: nimirum q̄ detecta & reuelata facie mulieres orabant, & prędicabant futura: quippe quæ tunc tpis vaticinarentur, viri aūt comā supplicando & vaticinando promitterent, vt qui philosophię studerent. Quod sane Græcæ erat legis vel institutio, vel eius gentis mos patrius, & prisca cōsuetudo. Hos itaq̄ etsi prædicando antea castigasset, pręsenti sibi paruerunt nōnulli, multi etiā in pertinacia pstiterunt. Eos itaq̄ quos sibi morigeros habuisset, hunc in modū alloquitur: Laudo equidem vos, qm̄ mei in cunctis memoriā habuistis, tametsi vnum erat cuius eos insimulasset: sed ne capillum promitterent, néve protenderēt comam, Vos tñ inquit, per oīa mei memores estis. Solet Paulus mitioribus verbis lenire, q̄s à vitijs sperat ad bonū traducere. **& sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.** Liquet ex his cum Paulum, tum apostolos reliquos haudquaq̄ omnia literis mādasse præcepta, quæ populis tradidissent. **Volo aūt vos scire, quod omnis viri caput est Christus.** Videtur ex insequenti oratione sermonem ad eos intendere, quos laudasset, tanq̄ traditionum suarū detentores, veruntamen pertinaces alios & inobedientes castigat. Omnis aūt viri .i. fidelis, Chrs est caput. Sumus nanq̄ fideles ipsi Christi corpus, non gentiles, quorū haudquaq̄

caput est Christus. Caput aūt mulieris vir, caput vero Christi deus. Eo vir caput est mulieris, quia in eam imperiū habeat. Christi aūt caput est deus, q̄a Christi causa sit, vt pater filij. Nobis vero Christus ē caput, q̄a conditor nostri est, & quia suo ex corpore ipsi constemus. Pater aūt deus, Christi ē caput, vtpote qui eū genuerit. Si vero secundū humanitatem deum Christi caput dictum esse à cæteris dixeris, quemadmodū Christus ipse nostrū esse dictus est caput, nihil est hoc impiū dictu: siquidem & deus Christi pater esse secundū humanitatē asserit. Nam postq̄ nostri similitudinē dignatus est capere, & frater nobis redditus est, & caput effectus, nil mirū si humilitatis in se nomen accepit, & quem habet secundū diuinitatē genitorē, & caput habeat suæ humanitatis, tanq̄ suijpsius, dominū quidem & deū. Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suū. Haudquaq̄ Paulus assidue prohibet virū velare caput, nec nisi orādum sit illi, vel vaticinandū. Neq; caput velatus dixit, sed capite velato. i. in capite habens, vt tollat non solum veste caput velandi consuetudinē, sed capillo & coma. Quin etiā qui comatus est, aliquid in capite gestat, comā videlicet. Verum quo pacto eius caput deturpat? Nempe cū princeps natus sit vir & potens, alterius se ditioni addicat. Caput nanq; obtegere, capiti est iugum imponere. Capitis enī velamen illud, seruitutis est signū, non potestatis. Vel aliter: Deturpat aliquis caput. i. Christum, qui suū est caput, & dehonestat, cum se imminuit, & peccatorū seruitute obstringit. Merito q̄ri posset, cur crimini illud adscribat Apostolus? Signa data sunt viro & mulieri, alteri quidem dominatus, alteri seruitutis, & alia eiusmodi pleraq;. Illud vero, virum nullo velamine operiri, cū mulier capite sit operto, quo pacto in crimen etiā non sit adscribendum, q̄nquidem naturæ termini excedūtur, vt vir sit capillo promisso & coma protensa, fœmina vero capite reuelato, apertoq;? Omnis aūt mulier orās aut pro-

phetans non velato capite, deturpat caput suũ. Unũ em̃ est acsi decalvetur. Erant (vt diximus) fœminæ, q̃ prophetandi donum haberent, q̃les Philippi filię
Actu. 21. extitere, & aliæ pleræq;. Verũ q̃ pacto caput deturpat? q̃m velut profugum eius caput & fugitiuum esse coarguit, q̃d credita sibi à deo potestate desciuerit? Scito autẽ, quemadmodum virũ (vt diximus) int̃ orandum prophetãdumq; prohibet ne velet: fœminã vero nõ solum orationis & vaticinij tp̃e, sed opertã semp̃ esse deposcit. Id nanq; efflagitat, cum inquit, vnum em̃ est acsi decaluet. Nã vt decaluatio dedecet mulierẽ, sic capitis detectio hanc dehonestat: quo fit, vt si capitis operimẽtum sustulerit mulier, & similis ei appareat, q̃ comã detraxerit. Nã si non velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi aut decaluari, velet caput suũ. Instat p̃terea, vt arguat capitis retectionẽ tonsuræ esse persimilẽ, pari turpitudine dehonestari. Per hæc insup̃ & q̃ dixerã añ, demõstrat semper videlicet fœminæ indecorũ esse, & si caput detexerit. Vir quidẽ non debet velare caput suum, q̃m imago & gloria dei est. Rei huiusce causam priorẽ produxit, cũ diceret, Christũ habeto pro capite, neq; illũ esse volo velamine operiendũ. Nunc vero secundũ inducit, q̃ vir. s. dei sit gloria. i. sub deo constitutus, & dei imago. Oportet itaq; imperatoris maximi principẽ in imperatoris conspectu, cum magistratus insignibus apparere. i. capite libero & expedito. Id em̃ indicio ẽ, rei nullius humanæ ditioni subesse hunc virũ, sed perinde ac dei imaginẽ, cunctis imperitare. mulier aũt gloria viri est. Id ẽ, sub viri est potestate. Necesse itaq; est, hãc ipsam cũ seruitutis insignibus comparere, q̃ in capitis velamẽto consistunt. Non em̃ vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Etem̃ nõ est creatus vir propter mulierẽ, sed mulier propter virũ. Causas refert q̃bus vir mulieri p̃cellat. viri quippe ex latere deducta ẽ mulier, nec fœminę
Gene. 2. grã vir, sed viri ob gratiã fœĩa constat. Faciamus em̃ (in-

quit) adiutoriū sibi. Quo ergo pacto velabit vir, qui tāto sit à deo honore affectus? Arripit enī mulieris figurā, nec secus facit, q̄ si diademate regio insigni accepto, eadē deinceps capite suo detecto, seruilē habitū sumat. Ideo debet mulier velamē habere supra caput suū, propter angelos. Debet (inqt) superioribus de causis mulier supra caput velamen gestare. i. seruitutis insigne: etsi alia nulla ratione, angelorū tn̄ pudore ducta, ne in illorū conspectu impudens appareat. Nā vt hmōi capitis velamentū, & oculos demittere, & affici verecūdia facit, & seruilē speciem seruare cogit, sic & capitis retectio impudentiā arguit, q̄ fidelibus ipsis, comitantibus angelis, abominatiōi est. Veruntn̄ nec vir sine muliere, neq; mulier sine viro in dn̄o. Hæc ideo infert, quia multū viro contulit excellentię, cum mulierē asserit cū eo, ac per eum constare, & illi subesse. Ne itaq; viros vltra q̄ decet extollat, nec fœminas humiles prorsus efficiat & abiectas, sane inquit, in prima illa rerū creatione sic actū est, vt fœmina constaret ex viro. Nunc vero nec vir orit sine fœmina nisi in dn̄o, hoc est, deo id permittente, & semen viuificāte, & vuluā corroborante. Nā sicut mulier de viro, ita & vir per mulierē. Mulier (inquit) ex viro, viro adhuc integrū illud seruat, fœminā scilicet ex eo cōstare. vir vero p mulierem, quæ virilis videlicet sit ortus ministra. Vis enī maior est seminis. Vir itaq; haudquaquā proprie ex muliere dicetur, sed ex parte nasci per mulierem: vtpote quę viri ortum subministrauerit. De domino tamen Apostolus haud ita disseruit, sed factus inquit ex muliere, veritus, ne si per mulierem dixisset, occasionem præberet hæreticis dictitandi, tanq̄ per canale aliquod, virginis vterū Christum transisse. Vel quia nullo viri congressu, sed fructus duntaxat alui virginalis hic fuerit. omnia autē ex deo. Non viri id officium est, sed dei. Si ita q; cuncta dei potentia fiunt, qui de viris & fœminis statuit, nihil his cōtradixeris, sed te morigerum exhibe. Vos ipsi iudicate. *Galat. 4.*

Rursus eos constituit iudices, ad voluntatem abūde cuncta confirmaturus. **Decet mulierem non velatā orare deum?** Hoc loco quod horrendum est admodū, infert, deo videlicet iniuriam fieri, si mulier oret capite recto. **Nec ipsa natura docet vos, quod vir quidē si comā nutriat, ignominia est illi: mulier vero si comam nutriat, gloria est illi? quoniā capilli pro velamine ei dati sunt.** Cur viro coma prolixior ignominiæ datur? Qm̄ mulieris speciem induit, & qui vt domi netur est conditus, insignia seruitutis admiserit. Mulieri aūt gloriæ cedit densior ille capillus, qm̄ proprium seruat & hæc institutum. Est em̄ honorabilis cuiq; suæ conditionis obseruatio. Quæret aliquis, Quid ergo necessarium est, linteum capiti velandi gratia superinducere, si pro velamine coma tributa est? Nimirum vt nō solum per fidē, sed volūtate etiam suam profiteatur mulier seruitutem. **Si quis aūt videtur contentiosus esse, nos talē consuetudinem non habemus, neq; ecclesia dei.** Contentiosus (inquit) videtur istiusmodi dictis reniti, q̄d vtiq; nec bonæ mentis, nec sapientiæ indicium est. Cū em̄ Corinthij fucare hæc forte argumētis nonnullis vellent, enitebantur syllogismis & captiunculis indifferens id rei arguere: inquit itaq; Paulus, consuetudinem ipsi eiusmodi nullā habemus, vel contendendi, vel virilem enutriendi comā, dum mulier careat velamento. Neq; ipsa dei ecclesia. i. cæteri fideles ipsi. Quo fit vt non modo nobis ob sistere videamini, sed ecclesiæ ipsi. Ad verecundiā pręterea auditores hæc dicta compellunt, ne quid præter apostolorum consuetudinē factitent. **Hoc autem præcipio non laudans, quod non in melius, sed in deterius conuenitis.** Erat vetus quidem ecclesiæ mos, vt vel viri primates, vel magistratibus functi. Christi fide excepta, & in medium facultates conferrent, & cum inferioribus cæteris vna vescerentur. Vnde prę quadam priscæ rei imitatione, etsi haudquaq̄ pari consuetudine, Co-

rinthij ipsi statutis nõnullis diebus,& festis simul sacris my steriis epulabant̃,opulentioribus ad conuiuiũ inuitatis, & q̃bus arctior res familiaris suppeteret. Ortis postmodum dissensiõibus,rit⁹ ille mirabilis, q̃ mutua charitate & Christiana philosophia nõ modica constaret,sublatus est, nec vltra à Corinthijs seruabat̃. Vt itaq; hos corrigat, hæc Paulus scribit. Et q̃m in castigãdo priori crimine plerosq; habuerat sibi morigeros,laudo inq̃t vos,ait. Hic aũt cũ se res alit̃ habeat,sic infert: Hoc aũt præcipio nõ laudãs,hoc est, nequaq̃ vos laudo. Siquidẽ cũ vos tantope de intermisso officio & pristina conuescendi cõsuetudine cõmonefecerim, oportuisse sane, vt recognito & castigato delicto, optima consuetudo reuocaret̃,& ad meliora fieret prouectio,& digniores illi conuentus renouarent̃. Vos vero cõtra diuturnã illã & pristinã imminuistis cõsuetudinem, & in deterius conuenitis:hoc est,non conuiuendi g̃ra, sed cõcertandi. **Primum quidem conuenientibus vobis in ecclesiã,audio scissuras esse inter vos.** Haudq̃q̃ confestim de mensa & cõuiuijs sermonẽ aggredit̃, sed primum illis obiectiõe dissidiorũ perculsis, affirmat demum eo seorsum quenq; cibũ desumere: q̃m int̃ se maxime dissiderent, **& ex parte credo.** Ne illud Corinthij obiectarẽt, q̃d mentiti sunt delatores, neq; se credere id, p̃rsus dixit, ne illorũ augeat ignominiã: Neq; fidem penitus demere, ne increpasse hos temere videat̃,sed ex parte inq̃t credo, hoc est paululum. Quinetiam par est non oẽs,sed horum aliquam partem, cœptam consuetudinem prætierijsse. **Nã oportet hæreses esse.** Non enim dogmatum vel sectarum hæreses dicit hoc loco,sed de istiusmodi mensarũ dissensionibus disserit. Oportet aũt illud, hanc habet significantiam, Aequum scilicet est, vel necessarium potius, minus posse cum hoĩes simus, recte oĩa facere. Credo vero idcirco (inquit) vt queãdmodum & dñs dixit, necesse est vt eueniãt scandala, videlicet cum improbi hoc in mũdo Matth. 18 versent̃,& bonis mali admixti sint, necesse est vt scandala

sæpe contingant. vt ꝛ qui pꝛobati sunt, manifesti fiãt in vobis. Vt, hoc loco non eo positũ est, pinde acsi causam reddat, sed vt rei finẽ designet, quẽadmodum id multis ex locis pſpicuum est. Nã ex superboꝝ hoĩm insolentia hmõi cõuiuia dedignantiũ, probi & iusti innotescunt, hoc est, pauperes, q̃ æquo aĩo tolerãt sui contẽptũ, cũ prius nõ esset eoꝝ cognita tolerãtia. Vel ꝓbos dicit, q̃ concœnandi seruarent consuetudinẽ. Nõ em̃ oẽs hanc soluerãt. Qui igit̃ hunc ritũ soluissent, & si improbi viderent̃: eundem tñ q̃a tutati in posteꝝ sint, vt ꝓbi & frugi arguunt̃. Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare. Conuentus congregationẽ pͥfert & charitatẽ. Cœnã aũt dñicam, conuictum appellat, ad venerandæ illius dñicæ cœnæ imitationẽ, quam Chr̃s cum discipulis egit, ob id'q; & prandiũ cœnã dicit, ꝓinde acsi inquiat, Aduertite q̃li fueritis re priuati, dñicæ scilicet mensæ imitatione. Vnusquisq; em̃ suam cœnã pꝛæsumit ad manducandum. Dñicam hanc cœnam effecistis priuatã. Siq̃dem q̃diu fuerat cõmunis, & dñi esse dicebat̃. Sunt nanq; & seruis dominoꝝ bona cõmunia. Et q̃m vestrum singuli præueniendo ꝓpriam cœnã edũt, ita vt pauperes haudq̃q̃ opperiant̃, sed seorsum & soli cibum sumãt, fœdastis ꝓfecto hanc cœnã: q̃ppe quã ex cõmuni & dominica, priuatam feceritis. Et alius quidem esurit, alius autem ebꝛius est. Enuero pauper fame conficitur, crapulatur vero vir opulentus. Quo fit, vt duplici modo ea in re delinquat̃. Nam & inopes despiciuntur: & vos depasti, & cibo qui fuerat pauperibus parandus oppleti, vino madetis. Nunquid domos non habetis ad manducandum ꝛ bibendum? Videlicet si aliis cibum cõmunicare renuitis, cur non domi vesciminiʔ Aut ecclesiam dei contemnitis? Cum em̃ dominicam cœnam in priuatã conuertitis, in ecclesia seorsum edentes, loco ipsi infertis iniuriã. ꝛ confunditis eos qui non habent. Neq; em̃ adeo (inq̃t) curæ tenuioribus est, quod ci-

bum minus his impartitis, quãtum moleste & grauiter ferunt se ignominia affici, quod ipsi accubãtibus vobis, & crapula plane distentis, nullas ipsi omnino arguant facultates habere. **Quid dicã vobis? laudo vos, in hoc non laudo.** Huiusmodi Corinthiorum crimine patefacto, mitiori vtitur ad eos sermone. Siqdem asserendi occasionem nactus, mille mortibus dignũ esse id facinus, moderatius tamen sic inquit: Laudo vos, haud equidem laudo. Quod eo facit, vt pauperib⁹ placabiliores hos reddat. Quippe si eos castigãdo acrius & pertinacius momordisset, in pauperes efferasset potius quã placasset, perinde ac si horum de causa ab se illi improbarentur. **Ego enim accepi a domino quod & tradidi vobis.** Cur Paul⁹ mysteriorum hic meminit, & noctis illius, in qua Christus cœnam cum discipulis fecit? Nempe quia admodum erat necessarium ad his persuadendum, vniuersos eadem mensa fuisse dignatum, vos vero contra vnigenitum & propulsatis & dedignamini inqt. Dicet aliquis, quonam pacto hanc à domino accepisse nos mensæ dixeris dignitatem, qui tunc & procul abesset, & persecutionem pateret? Vt intelligas vel hodierno die super mystica mensa, dominũ hunc ipsum adesse, qui non secus ac tunc mysteria tradat. **quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & mãducate, hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur.** Reminiscere (inquit) quemadmodum postremum id nobis mysterium dederit, & ea nocte, qua erat paulo post occidendus, & proditorem haberet cõuiuam. Tu vero fratrẽ quibusuis rebus ducis dignũ, præsertim cum instructus sis gratias agere, quales & Christus ipse agebat, vt nos ad eam rem & formaret & instrueret. Facis ergo q̃d minus est his gratijs dignum, cũ ecclesiã ipsam confundis, & alio famescẽte, tu debaccharis. Et id quidem cõmuniter cũctis præcepit: Accipite & manducate, corpus scilicet suũ, quod oĩbus æque dispartiens, mori

destinasset. Ipse vero in cibo sumēdo tempore anticipato, neq; cōmunem hunc & cibariū panem in medium exponis, neq; eundem frāgis, vt multis det, sed tibi ipse reseruas. Hoc facite in meam commemorationem. Quid ait? Si defuncto filio, vel patri iā parentares, pculsu s sane conscientia fores, nisi legitima quæq; & celebrādis funeribus cōsueta pficeres, & pauperes conuocares ad cœnā, at cum dñi es facturus memoriā, nec simplicem saltē mēsam vel cibum cuiq̄ impartiris. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicēs: Hic calix nouum testamētum est in meo sanguine. Erant apud veteres Iudæos calices, q̄bus sacrificio absoluto, brutorū animantium sanguinem offerebāt, phiala vel calice exceptum. Pro beluarū
Leu. 1. 4. 8 itaq; sanguine, q vetus testamentū designat, meū nunc pono, dñs inqt, q nouum præfert. Nil tñ horrescas velim cū sanguinem audis. Nam si beluarū cruorem in veteri testamento admiseris, quāto magis diuinus erit p te admittendus? Hoc facite, quotiescūque bibetis, in meam cōmemorationem. Quinetiā p calicem (inquit) vel mortē commemorabis, q̄ subijt dñs. Quo ergo pacto solus ppotens debaccharis? Præsertim cum tremendus hic calix, pari cunctis conditione sit traditus. Quotiescunque enī manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem dñi annuntiabitis donec veniat. Non secus (inqt) debetis hac vos in re gerere, q̄ eo tpe agendum fuisset, q̄ & dñi vestri cœna conficiebat, vt humi scilicet cubātes à Christo exciperetis sui corporis immolationem. Et Christi mortē annuntiabitis. i. adusq; eius scdm aduentum hanc præferetis. Itaque quicūque mādu cauerit panem, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Corinthios arguit, q a inopes aspernarent veluti indigne mysterij huius participassent, nō secus q id indigne sumpserit, sceleri erit obstrictus, q̄ si sanguinē ipm dñi fuderit. Nā quemadmodum constat, q tunc dñm pupugerūt, non potādi gratia

pupugiſſe, ſed vt eius ſanguinē funderent, ſic & q indigne hunc hauſerit, nullū ex eo fructū adeptus, fruſtra ac temere Chriſti ſanguinem fudit. Atqui Iudęi regis chlamydem diſciderūt, qui vero immerito ſanguinis particeps fuerit, in cœnum ſuam animam mergit. Ita fit, vt non æqua ob id & Iudæis & indigne Chriſti ſumenti ſanguinem obueniat ignominia. Vnde & corporis hic & ſanguinis domini reus efficitur, eritq́ tanto obnoxius crimini. **Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat.** Conſueuit Paulus cum aliqua de re ſibi tractanti, alia opportune diſſerenda incideret, & hanc ipſam tranſigere: quemadmodum impræſentiarum, cum de mē ſa cœptus ſit ſermo, de myſticis etiam rebus incidente ſermone, & myſtica diſputat: Vtpote quemadmodum ſint neceſſaria, & bonorum omnium caput in eo cōſiſtere patefacit, vt terſa & nitida conſcientia, ad diuina myſteria cō cedatur, inquitq́, Neminem tibi in iudicem propoſuerim præter teipm̄. Tua itaq; conſcientia examinata diſcuſſaq́, adito ea myſteria, non feſtis modo, pfeſtisq́ diebus, ſed quouis tpe, cum purum te & dignum compereris. **Qui enim mãducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit.** Nec ſane ob myſterioꝝ naturam id dixerim, quippe quæ vitam in ſe & habent & largiunt, ſed ob myſteria adeūtium indignitatem, qbus haud ſecus illa officiunt, ac ſolent oculoꝝ valetudine laborantibus, ſol ipſe obiectus officere. **nō diiudicās corpus domini.** Hoc eſt, nil prius diſquirens, vel internoſcens præſentis myſterij magnitudinem. Nam ſi certiores eſſemus, quiſnam & quantus ſit ille qui nobis in conſpectu adiacet, nulla ferme rei alterius ope indigeremus, ſed ſolus ille & continētiam nobis & vigilātiam compararet. **Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiūt multi.** Argumento ſint quæ vobis cōtingunt. Eo nanq; & mortes iam immaturæ, & diuturni morbi oboriuntur, quia haudquaq̃ merito id myſterium ſumūt multi. Quid de ijs qui aduſq;

senectam ipsam optimã & inoffensam valetudinem seruãt? Nonne & hi criminibus obstringunt? At non modò præsentia ista tormẽta, quin & grauiora illa, & futura hos manẽt, qui indigne mysterium illud adierint. Nos autem haudquaq̃ pœnis afficeremur, nisi essemus peccatis obnoxij, quemadmodum & insequens illud subsequit. **Quod si nosipsos diiudicaremus, non vtiq; diiudicaremur.** Nõ enĩ si nosipsos cruciatibus dixit afficeremus, sed si diiudicaremus dũtaxat, hoc est, ipsi nos ob praua facinora damnaremus, haud quidem in terrenis à deo dãnationi addiceremur: sed euaderemus forsitan, vt præsentia, sic & futura supplicia. **Dum diiudicamur autem, a dño corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.** Cum enĩ q̃d leue admodum est & factu pfacile, nihil peragimus, tũc ipsi nos minus dãnamus, eoq; nec laxiori erga nos indulgentia vtitur deus, quinimo hac in vita castigat, vt in futura misericordẽ se præbeat. Castigamur itaq; dũ viuimus, nõ excruciamur, sed à patre corripimur, ne cum mũdo .i. cum infidelibus postmodum condemnemur. Nã cum summæ sint deo curæ fideles, hic & pœnas tolerãt, p commissis. **Itaque fratres mei cum cõuenitis ad mãducandum, inuicem expectate.** Rursum ad propositum de pauperibus sermonem redit. Facta nãq; tormentorũ & mortis mentione, haudquaq̃ dixit alternis vicem reddite, sed expectate, arguẽs plane oĩbus esse communia, quæ in cœnam huiusmodi cõferuntur, oportereq; & cõmunem oĩm expectari aductum. **Si quis esurit, domi mãducet.** Vrget hauddubie his verbis Corinthios, & pudere hos facit intolerãtiæ: nec secus ad hos habet sermonẽ, acsi pueros aliq̃s & minoris ætatis alloqueret, qui esuriem ferãt molestius, improbatq; illorũ ingluuiem, & ideo de ecclesia ipa educẽs, domum remittit, quod procul dubio haud mediocris est ignominiæ. **vt non in iudicium conueniatis.** Hoc est, in vestri iacturã & damnationem: Eo nãq; sunt hoĩm iuncta commercia, vt per cha

tatem simul conuenientibus, afferant sibi inuicem vtilitatem: sin minus, satius est domi se continere, q̃d non ea de causa infert, vt domi maneãt, quin vt eos ad decẽtiores cõuẽtus alliciat. Cætera autem cum venero disponã. Aut ẽm hoc loco de alijs nonnullis apud hos delinquentibus disserit, qui viuendi modo indigeãt, aut eadem de re mentionem nũc facit, perinde ac si dicat, par esse nonnullos ad hęc excusatione vsuros, velim tamen interea seruãda esse quę retuli, quod si quis aliud quidpiam habeat q̃d sit dicendum, in meum differat ad vos aduentum. Terret autem eos cum se asserit venturum, vt repressi ac frenati, mox corrigãtur: sin autem, rectè saltem se inuicẽ gerant.

Caput XII.

De spiritalibus autẽ nolo vos ignorare fratres. Hoc est, de spũs sancti donis. Nã q ex primatibus Corinthi essent baptismi aqua pfusi, affatim spũ sancto imbuebant. Qui & si humanis oculis minus pateret, sua t̃n opationis visibile aliq̃d edebat indiciũ, ita vt aut linguarũ varietate hi loquerent, aut vaticinijs & miraculis confirmarẽt spm̃ sc̃tm̃ se esse adeptos. Erant itaq; int̃ Christianos ob huiuscemodi spũs gr̃am dissensiones obortæ nonnullæ. Nã q maiorib[9] essent donis affecti, superbia efferebãtur: qui vero minoribus, his inuidebãt q plus spũs accepissent. Erãt præterea vaticinatores plerique & pphetæ min[9] veridici, q à veris & diuinis haud facile discernerẽtur. Quæ omnia castigat Apostolus, & ea in primis quæ ad vates illos pertinẽt & pphetas. Scitis autem, qm̃ cum gentes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini euntes. Vaticinatoris & pphetę discrimen pfert Apostolus, ingens, idolorum tempore, si quis cum futura prædiceret spiritu impuro percitus & detentus sic trahebatur, vt ab eo erat deductus & instigatus, nihil eorum gnarus quæ diceret, sed furens efferebatur: propheta vero haud ita se habet, sed mente peruigili, cuncta proloquitur: ita fit, vt id esse comperiatur, inter vatem &

prophetã discrimen. Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Hoc præterea ad vatẽ internoscendũ tibi indicio sit, cũ Iesu is maledixerit & execret: cõtra vero ꝓphetæ illud est argumento, cum Iesu nomen bñdictis ꝓsequit. Dicet aliqs, Quid ergo & in catechumenis, & si spm̃ sanctum nondũ acceperint, num Iesu nomen nuncupant? At nullus interea de his sermo habet, sed de fidelibus ipsis & infidelibus duntaxat facta est mẽtio. Quid dæmones? Et illi dñm & confitentur & nominant. Ita sane, sed cum vapulãt & coercent id agunt, q̃d haudq̃q̃ sunt spõte factu ri, si verberibus non vrgeant. Diuisiones vero gratiarum sunt, idem autem spiritus. Patefacta falsi vatis, & veri ꝓphetæ iã differentia, de donis etiã spũs differit, vt eos corrigat & castiget, q spũs huius sancti munerꝝ grã inter se altercant. Et primum eũ mitigat, q id doleat quod minori sit dono affectus. Quid em̃ doles, inqt, qa non tm̃ acceperis, quantũ alius quisq̃? Non enim id tibi ex debito soluitur, sed gratia & donum spiritus est. Quin potius velim, deo gratias egeris: qui cum nequaq̃ pro tuis meritis tibi sit ille obnoxius, aliquid tamen & tibi est gratię impartitus. Accedit etiam eundem dominum, in aliũ quẽdam, cui inuideras, id beneficij contulisse, q̃ & affecisse te cõstat. Neq; angelus tibi id muneris detulit, illi deus, sed idem inest vtrisque spiritus. Et diuisiones ministrationum, idem autem dominus. Meminit hoc loco & filij, vt pote q bonis nos donet. Ministrationũ aũt dixit, vt eum maxime consoletur, qui minus acceperit, ob id'q; dolore afficiebatur. Is nãq; si donorum huiusmodi fieri senserit mentionem, quorum ipse minorem partem acceperit, forsan moleste id tulerit, quia sit ad eius doni participatiõem inferior habitus. Verũ cum ministrationum hic intulisset, quæ laborem præferunt & sudorẽ, haud sane iniq animo tolerabit in eiusmodi sibi alios præferri. Diceret em̃ quis-

piam, quid doles, si deus aliũ, tibi iã parcens ad laborẽ vocauit? **Et diuisiones operationũ sunt, idẽ vero deus qui operatur oĩa in omnibus.** Hoc loco & pr̃is meminit, qui in cunctis fidelibus q̃ peragenda sunt, operatur. Habes præterea in his trinitatem ipsam absolutam plane atq; perfectã: donũ videlicet, operationem, & mysterium: quæ idem sunt, tametsi noĩbus differant. Paria nanq; sunt & æqua, q̃ à spiritu, filio, & patre traduñt. Aduerte quemadmodũ spiritus prius meminerit, postremo patris: quod eorũ gratia fecit, qui trinitatis seriẽ accurate disquirunt. **Vnicuiq; aũt datur manifestatio spiritus ad vtilitatem.** Ne forte occurrat quispiã, inquiẽs: Quid mihi, si idẽ est dñs, idem est spiritus, idẽ est deus, qñquidem minori sum ipse gratia donatus? Respondet, vt id tibi attulit vtilitatem. Manifesta eñ spiritus signa sunt. Per hæc nanq; perspicuum erat, spiritũsanctum baptismo ablutos iã inuasisse, quid ergo doles? Si eñ vel minori affectus es munere, spm̃ tñ accepisse te cõstat. Tibi vero q̃d curæ sunt reliqui, si plus quidpiã gratiæ ceperint? **alĳ quidem per spm̃ datur sermo sapientiæ.** Qualẽ videlicet Iohannes tonitrui filius erat sortitus, qualẽ & Paulus erat consecutus? **alĳ aũt sermo scientiæ secundum eundem spiritũ.** Qualẽ adepti sunt pleriq; fidelium. qui etsi hanc sibi sapientiã comparassent, alios tamen nequibant instruere, cũ per sophiam hoĩes imbuantur, quã pinde ac Græci sophiã quandam interpretañ. i. manifestationem & claritatem, q̃ dei recondita & arcana innotescãt & reuelentur. Rursum & spiritum eundem cõmemorat, vt dictũ est, vt eos qui minus gratiæ accepissent, soletur. **alteri fides in eodem spiritu.** Non dogmatum fides, sed signorũ, q̃ vel montes cum eduñt, traducendi vim habent. *Matt. 17.* **alĳ aũt gratia sanitatũ in vno spiritu.** Hoc est, vt sanare quamuis ægritudinem queant & omnem mollitiem. **alĳ operatio virtutũ.** Is enim & peruicaces poterit & inobedientes tormentis afficere, vt Elymam Pau *Actu. 13.*

Act. 5. lus excæcauit, & Ananiam sustulit Petrus. qua potestate carebit, qui sanandi virtutem non habuerit. alii prophetia, alii discretio spirituũ. Id est, qui internoscendi vim habeant, quis sit fidelium spiritalis, quis spiritu careat, quis propheta, quive deceptor. alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Magni sane apud Corinthios linguarum gratia habebatur, cui eo plurimum confidebant, q̃ prius fuisset apostolis tradita, ob id q̃ & alijs præstantior gratijs videbatur, cum esset inferior. Nam doctrinæ gratia longe est excellentior. Et simplex varijs linguis loquendi donum, plurimum antecedit linguarum interpretatio. Accommodatissime autem linguarum veritatem, genera nuncupauit. Hæc aũt omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidẽs singulis prout vult. Rursum Corinthios consolatur, cum inquit, eũdem spm̃ oĩa factitare. Quinetiam eum coercet & frenat, quẽ minus eiusmodi spũs delectaret partitio, dicẽs: Quẽadmodum vult ille, sic facit. Tu vero quis es, cui spũs non placeant facta? Attende aũt eorũ gratia hæc dicta intulisse, qui spiritum sanctũ impugnarẽt, perinde ac si dicat: Nõ em̃ vt ipsi vultis, sed vt ei libitũ est, spũs agit: vt qui & dñs est & deus, neq; alterius ope indiget, sed ipsemet operat̃, sicut & pater. Inquit em̃ de spiritu, q operatur oĩa in omnibus. Sicut enim corpus vnũ est, & mẽbra habet multa, oĩa aũt membra corporis cũ sint multa, vnũ tamen corpus sunt, ita & Christus. Cæterum corporis exemplo eos solat̃, qui eo mœrẽt dolentq;, quia minorem sint spũs gratiã assecuti. arguens nil prorsus ob id fuisse hos imminutos: qa quemadmodum corp⁹ vnũ cum sit, ratione tñ inhærentium sibi membrorum, multiplex videatur, sic & membra, & multa sunt, & vnum, qa simul corpus conficiunt. Vbi ergo horum discrimen? Vel vbinã quod magnitudine ipsa excedat, aut paruitate imminuatur, quippe cum in vnum coeant vniuersa? Hm̃oi igitur asserit Christum esse, id est, Christi ecclesiã. Qui cũ

ecclesiæ caput sit, ab eo est ecclesię inditum nomen. Nam quemadmodum corpore & capite homo vnus efficitur, sic ecclesiam ipsam & Christum, tanq̃ pro corpore vno & capite ducens Apostolus, pro ecclesia Christum constituit. Dicit ergo, idipsum nos omnes in ecclesia esse, tãetsi illa constet varijs ordinibus. **Etenim in vno spũ oẽs nos in vnũ corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue gentiles, siue serui, siue liberi.** Aperit hoc loco, ecclesiam corpori esse (quemadmodũ est exemplum assertũ) persimilem: atq; eodem sub spũ vniuersi baptismi lauacro sumus perfusi in vnũ corpus. i. vt vnũ corpus efficiamur. Neq; sub diuersis spiritibus, sed sub vno eodemq; sumus oẽs baptismo abluti: quo fit, vt neq; ipse sim q̃ tu plus quidpiã cõsecutus: quippe qui in vno sumus corpore baptizati, vt corpus vnum efficiamur, tam Iudęi q̃ gentiles, tam serui q̃ liberi. Si itaq; homines tanto discrimine alienos coniunxit hic spiritus, longe magis & nos, cum in vnum sumus corpus redacti, nulla debemus tristitia remorderi, perinde acsi inter nos ipsi distemus. **& omnes vno spiritu potati sumus.** Videtur hoc de spiritali & mystica mensa differere, pane scilicet & vino. Nam cũ spiritum dicit potum nobis ministrasse, patefacit vtrunq;, sanguinem scilicet & carnem. Verum hoc loco quod verius est & certius, spiritussancti aduentum designat, q nos per baptismum, vel ante percepta mysteria, inuasit. Potati sumus haudquaquàm aliter quam solent arbores à fonte aliquo irrigari. Vnus igitur spiritus & nobis potum contulit, & irrigauit, & vnum in corpus congessit. **Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa.** Nil inquit miremini, cum etsi tanta multitudine ipsi consistemus, vnum simus corpus effecti: cui rei argumento est, humanum hoc corpus, quod etsi è pluribus mẽbris consistat, vnum tamen esse, non multa, pro comperto haberi potest. **Si dixerit pes, q̃m non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore?**

Et si dixerit auris,qm̄ non sum oculus,non sum de corpore,non ideo non est de corpore? Inducit & membra ipsa loquentia,&perinde ac iurgantia inter se,vt arguat vnum corpus nõ esse,tametsi gratijs differamus. Deduxit præterea in medium corporis partes extremas, pedem & auditum.Nec pedem facit cum oculis discepta tionem inire,sed cum manu,quę se paulo superior sit. Au ditum autem introducit cum oculo contendentē,vt ostē dat his inuideri solere:non qui maximum in modum excellāt, sed quia plusculum prouehūtur. Ait igitur, Si istiusmodi protulerit pes,quandoquidē haudquaq̄ sum intermedium locum sortitus,quemadmodum manus, sed omnibus sum membris inferior,non ideo pars corporis sum?hoc est,non propterea quia manus sit illa,nõ erit ex corpore? Neq; enim locus ipse vel situs,esse vel non esse corporis partem,effecit:sed coniunctio quædam, vel disiunctio. Item & si dixerit auris,cum oculus ipse nõ sim,eo prorsus abiectior,quo minus corporis esse pars queam, nõ propterea desinet esse corporis membrum? Quin potius cum locum teneat sibi à principio destinatum, propriam actionem exerceat,erit proculdubio & auris corporis membrum.Quocirca qui tibi videris minorem fuisse gratiam cõsecutus,obmurmurare iā desine. Es nanq; ecclesiæ membrum,quæ profecto Christi est corpus,tametsi inferiorem sortitus sis locum.Tunc vero desinas mēbrum esse,cum te à corpore ipso disiunxeris, auulsus'q; fueris ab ecclesię vnitate. Tutare ergo huiusmodi vnionem & copulam,si cupis membri nomen seruare. Si totum corpus oculus,vbi auditus? Si totū auditus, vbinam odoratus? Cum fecisset oculi & pedis mentionem,insuper & auditus meminisset &manus,eosdem'q; & in excellentiæ induxisset & humilitatis sententiam, ita vt mœroris ex his plus illis q̄ consolationis inijceret, ostēdit impræsentiarum eiusmodi donorum diuersitatē conducere plurimum.Nam si corpus vniuersum ex membro

vno constaret, vbinã reliqua membra consisterent? Non te igitur pudet, tot membris sublatis, si duxeris vnũ te inter cætera eminere & solum? **Nunc autem posuit deus membra, vnumquodq; eorũ in corpore sicut voluit.** Magnum in modum Corinthios frenat. Quia cum deum pronuntiasset sic voluisse, pscripsisseq; singulis mẽbris proprium locum (id enim significat posuit) neq; pedem cum inferiorẽ habeat locum, debere id ferre animo iniquiore, quandoquidem deo sic placitum est, idq; pedi conducat postremũ fuisse locum sortitum: neq; caput extolli, quia arcem teneat corporis. Id enim diuino ex munere, non sua virtute effectum est: sic dici de ecclesia potest, in qua inferiorem esse hunc voluit, illum vero superiorem. Oportet itaq;, & qui humilior est, sua sit conditione contẽtus: & qui sublimior, nil efferatur. **Quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc aũt multa quidem membra, vnum autem corpus,** Attende Pauli sapientiam, vt i ex rebus quæ animi videntur præferre pusillitatem, ob huiusmodi (vt ita dixerim) varietatem donorũ, & nullã bonorũ æqualitatem, hos ipsos comprimit, castigatq;. Nã si nulla fuisset membrorũ diuersitas, neq; corpus vnũ constare potuisset. Vno aũt corpore non existente, neq; æqualitas illa (vt diximus) in partiendis honoribus staret: nunc aũt æque omnibus honos defertur, qm̃ in vnum desinũt vniuersa. Ex membrorũ itaq; diuersitate, vnum conficitur corpus. Ex vno autẽ confecto sic corpore, decoris plurimũ mẽbris omnibus inest, adæquatio quædã & paritas, quem ob decorẽ cuncta adnitũtur ad corporis vnius perfectionẽ. Inquit enim: Vnũ estis corpus, membra aũt plura. **Non potest aũt dicere oculus manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij.** Castigatis qui minoribus essent donis affecti, nũc ad eos sermonẽ diuertit, qui maioribus acceptis, contra inferiores acrius insolescerent, ait nanq;: quemadmodũ oculus ob-

ijcere huiusmodi cæteris mēbris nequit, vestra opa haudquaq̃ indigeo (siquidem vel vno aliquo membro deficiente, vniuersumq́ claudicat corpus) sic neq; his qui pręstantiori donati sunt gratia, licet in eos efferri, qui minorē acceperint. Opus em̄ his habent. quippe qui facere satis per se condendæ ecclesiæ nequeant, nec struere soli hanc possint. Bene aūt posuit, potest. Nā etsi id maxime velint, secus tñ rei natura se habet, q̃ perfici sine alteri⁹ ope queat. **Sed multo magis quæ videntur membra infirmiora esse, necessaria sunt: & quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, ijs honorē abundantiorem circundamus: & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent.** Arguit hoc loco quemadmodū necessaria sint q̃ minora vident. Apparent siquidem tenuia esse, cum minus sint. Verum quęnā sunt illa? Nimiræ q̃ infirmiora vident & turpia, magis necessaria tñ hæc sunt. Nonnulli aūt genitalia mēbra hæc esse dicunt, quæ etsi inhonesta & pudenda videntur, adeo tñ sunt necessaria, vt sine his constare vita non possit. quinetiā illa recondimus, vt honesta sint. Nam etsi nudo prorsus sit quispiā corpore, ea tñ nudari non sinit. Pleriq; etiam infirmiora hæc & necessaria, oculos dicūt: qui cū pusilli sint, & reliquis membris infirmiores, maxime tamen sunt necessarij: Ignobiliora vero & inhonesta, pedes esse: vnde oculis plurimum per nos curæ impendendum esse, vt imbecillis & parꝵ munitis, affirmant. Et ad pedes ipsos tegēdos studij plurimū adhibendū, vt inoffensi seruentur, tametsi postremi sint & humi iacentes, & ignominiosi appareant. Possunt igit, hęc tribus modis intelligi, vt dicas scilicet infirmiora esse & necessaria, vt oculos: ignobilia, vt pedes: inhonesta, vt pudenda. **Honesta aūt nostra nullius egent.** Ne huiusmodi (inquiens) quispiā occurrat, Quonam fieri id iure potest, vt prouidendum sit inhonestis & turpibus, & nulla honesti per nos ratio habeatur? Haudquaq̃ (inquit) honesta nr̃a

nos patuifacimus, qppe quæ nulla alterius indigeāt ope, & naturalem habeant in se decorem. Sed deus temperauit corpus. Si itaq; illud commiscuit deus, & temperamento quodam condiuit, & vnum è pluribus membris confecit, vbi ergo in vnico hoc vel magnitudo dari, vel paruitas potest? ei cui deerat, abundantiorē tribuendo honorem, vt non sit schisma in corpore. Non inhonesto dixit & turpi, sed cui deerat. Nā nil est vť informe natura, vel inhonestum. Abūdantiorem inquit, concedi honorem oportere ei membro, quod mancū sit, & additione indigeat: perinde acsi inquiat: Haudquaquā velim sup bias, si maiori sis honore affectus, moxq; & causam infert, ne schisma scilicet in corpore sit. Nā si hęc corporis membra partim natura, partim nostra regant prudentia, partim vero haudquaq̄ nostra cum cura, tum studio digna habeantur, abinuicem haud dubie discindent: quādoquidem nec vinculum ferre nec copulam possint: quibus discissis, & mēbra reliqua offensum iri necesse est, vtpote quæ in varias partes diuisum corpus sint habitura. Nolite ergo, qui præstantioribus estis donati muneribus, minoribus insultare: ne illis diuulsis, & vos simul iacturam necessario patiamini. sed in idipsum pro inuicem solicita sint membra. Nec solū (inquit) curādum erit, ne membra ipsa rescissa abscedant, sed vt ingens insit & charitas, & animorum coniunctio. Quinetiā maiorē curam suscipiat, quod maius fuerit, & minoribus rebus inuigilet. Nec temere, sed in idipsum solicita sint, hoc est, vt eiusdem prouidentię, quæ pro maiori adhibeat, & minor sit particeps, ex eaq; vel capiat fructū: ita fiet, vt cum talo spina inhæserit, vniuersum sentiat corpus dolorem & curationem adhibeat. Nā & caput inclinat, flectit simul & dorsum, venter & fœmora cōtrahunt, intuētur oculi accuratius, & educere manus quod talo inhęserat studet, eadem cura & reliquis in membris seruabitur. Et si quid patitur vnū membrum, cōpatiuntur oia mēbra,

siue gloriatur vnũ membrũ, congaudent oĩa mẽbra. Arctior illa membrorum coniunctio cõmunes facit, vti aduersa, sic & successus. Sic igit talo (vt diximus) ipso affecto, oĩa mẽbra cõdolent. Caput vero si coronet, & reliquis mẽbris gloria inerit, & hilaritas quędam. Si pulchri sint oculi, & reliquum corpus decorent necesse est. Vos aũt estis corpus Christi, & mẽbra de mẽbro. Ne forte dixerint aliq, Quid nostra interest membrorum hęc cõparatio? Respondet, Et vos quidem estis Christi corpus. Quod cũ soli nequirent perficere, nisi & cæteri orbis terrę fideles vna affuissent, adiunxit & mẽbra. Quæ etsi minus integrũ conficerent corpus, mẽbra tñ præ se ferrẽt. Et hęc de membro, hoc est, non membra vniuersa, sed membrorũ pars aliq̃ existebat. Et quosdã quidẽ posuit deus in ecclesia, primũ apostolos, secũdo prophetas. Cum hoc statuerit deus, cur deo obsistis? Proponit aũt ille apostolos, tanq̃ bonorum omnium duces, deinde prophetas subiecit, non veteris testamenti: illi quippe adusq;
Matth.11. Iohannis tpa, Christi aduentum prædixere: sed eos dixit, qui post Christi aduẽtum in nouo testamento futura denuntiauerunt, quales Philippi filiæ extitere, qualis & Aga
Actu. 21. bus ille, quales alij fuere innumeri. Abundabãt enim sin-
Actu. 11. gulis in ecclesijs eiusmodi spiritus gratia. Primum autem & secundo, ideo posuit, vt cum postremo linguarum gratiã posuisset, cõprimat, qui ob eam efferebantur. tertio doctores. Propheta quidem idcirco doctorẽ dignitate p̃cedit, quia spũ percitus, futura prænuntiat: Doctor aũt & sponte multa ediscit, eoq; & tertium locũ obtinuit. deinde virtutes, exinde gratias curationum. Virtutes nanq; morbo affectos, sanitati restituebãt, & aduersarijs inferebant supplicia. Sanãdi vero grãæ bonam duntaxat reddebant valetudinem, ideoq; his virtutes proponit, his tñ vtrisq; doctor ille verus præfert, qui eloquentia & alijs vitæ actionibus cæteros instruit. opitulatiões, gubernationes. Hoc est, sustentare infirmos, & gubernare

vel sustentare quæ fratrum sunt. Quod & si nostræ diligẽtiæ sit, dei tñ esse id munus asserit, suadens quemadmodũ gratos se erga deũ exhibeant, illicq; intendãt animum, nec quoq̃ pacto superbiãt. genera linguarum. Eo postremo linguarũ gña posuit, vt eos coerceat, q in eiusmodi linguarũ varietate nimium insolescerent. interpretatiões sermonum. Nunquid omnes apostoli, nunquid omnes prophetæ, nunquid omnes doctores, nũquid omnes virtutes, nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid oẽs interpretantur? Qm̃ par erat, vt q minus gratiæ accepissent, eo maiori afficerentur dolore, q̃ & maiora sunt, & minora dona enumerata & patefacta. Rursum inferiores ipse solat, sic inquiens, Quid enim doles, quod minus sis forsan ꝓphetandi grãm assecutus? Illud equidem te clam habeat nolim, deesse ꝓphetæ cuiq̃, q̃d ipse sis nactus: q̃dq; alteri insit, carere & alium. ita fit, vt illud vobis ꝑutile sit, & satius longe his donis esse contentos, quæ iam acceperitis, vt q̃sq; ꝓximi ope indigeat. Aemulamini autem charismata meliora. Arguit hos tacite, vel causam præbuisse, q̃ minus spũs dona acciperent. Nã cum æmulamini dicit, studium exigit, & maiorẽ quandã in cõparandis spiritalibus cupiditatem. Nec maiora dixit, sed potiora, hoc est magis vtilia. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Post hæc, idem adhuc illud significat, si ꝑrsus æmulatores istiusmodi estis donorũ, aperiam equidem vobis præstantiorẽ quãdam viam & excellentem, quæ vos ad hæc dona perducat, charitatem videlicet. Cap. XIII.

SI linguis hominum loquar & angelorũ, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonãs, aut cymbalum tinniens. Haud quaq̃ his viã mox aperit, sed hãc longe prius linguarũ gratiã pstare oñdit, quæ ipsis potior videret: ita sane & optabilẽ præ cæteris donis esse hãc patefacit. Linguis aũt hoĩm

dicit,q̄ vbiq; terrarū sunt. Neq; his contentus,& aliā quan-
dā adijcit excellentiā,angelorū inqens linguis. Neq; id q-
dem q angeli linguas habeant dixit, sed melius quiddam
& præstātius volēs exprimere,q̄d humanas excederet lin
guas. Siquidē potentia quædā intelligendi, q̄ inuicem di-
uina cōmunicant sensa, angelorū est lingua: cui ex nostri
ad verba pmenda organi huius similitudine,nomen indi
Philip.2. dit:Quēadmodū alibi,vt illud,inclinet omē genu cælesti-
um. Quibus & si neq; ossa insint, nec nerui, intentius tñ p
hæc illorū expressit obsequm. Factus sum tanq̄ æs sonās,
hoc est,vocē qdem emittēs,frustra aūt loquens. Et mole
stus cū sit,nemini pdest,q̄a charitas Chrus. **Et si habue**
ro prophetiam,& nouerim mysteria oīa, & oēm
scientiam. Haud simplicem,inqt,hic,pphetiam, sed eam
quæ cū excellentior sit,oīa mysteria teneat. Attende autē
quemadmodū in ipso linguarū gñe nihil dixerit inesse vti
litatis: in pphetia vero mysteriorū oīm asserat contineri
cognitionē. **Et si habuero omnem fidem.** Ne singula
differens molestus appareat,ad parentē ipam & oīm fon
tem fidem deuenit,& eā quæ integra sit & syncera. **ita vt**
montes transferam, charitatem aūt non habue
ro,nihil sum. Qm̄ pmagni apud rudiores habeī,vt mō-
tes transferri aliō possint,ideo & rei huiusce fecit hic men
tionem,inqens:Non solū fide fieri vniuersa hæc posse,qn
vel fidei parte exigua,vti & dñs asseuerat transuehi mōtes
posse,si fides inerit,ait nāq;:Si habueritis fidem vt coccum
Matth.17 sinapis &c̄. Attende aūt quemadmodū p prophetiā & fi
dem oēm sit grām cōplexus Apostolus:qn̄quidem mira-
cula ipsa vel verbis vel opere constent. Neq; si charitate ca
ream dixit,tenuis sum & abiectior,sed nihil sum prorsus.
Et si distribuero in cibos pauperum omnes fa-
cultates meas. Neq; em̄ si partem substantiæ meæ con
tulerim dixit,sed facultates oēs. Neq; simpliciter si dedero
intulit,sed si in cibos pauperū distribuerim,vt in impendē
dis pecunijs diligentior insit dispensatio. **& si tradidero**

corpus meum ita vt ardeam, charitatem aūt non habuero, nihil mihi prodest. Nō vt moriar dixit, sed q̄d oīm est visum grauissimū, vt viuens ardeam, neq; id q̄d aliquā affert sine charitate vtilitatem. Dicet q́spiam, quonam pacto poterunt charitate sublata dispensari in alendis pauperibus facultates? Rn̄dendum ad illud Apostolū ꝓ re non existente, eā posuisse quæ cōstet, queadmodū cū inq̄t, Siue angelus, siue nos aliud euāgelizabimus, præter id q̄d accepistis. cum neq; angelus, neq; ipsemet Paulus aliud erat euangeliū p̄dicaturus, q̄ prædicasset: & alibi item multis in locis. Hæc aūt dicit, vel q̄a impartiri aliquid sine charitate tunc possumus, cū nulla in egenos miseratione id agit, sed hoīm gratia conciliandi bn̄uolentiam. Tunc vero charitatis id gratia fiet, cum quenpiam cōmiseratus aliquis, perinde ac incensus & ardens, id officij munus exeq̄tur. **Charitas patiens est, benigna est.** E differit itaq; & charitatis indicia, & patientiā in primis ꝓponit, totiꝰ philosophiæ radicē & fundamētū. Græce nāq; μακροθυμεῖ, id est, patiēs is appellat, q̄ longiori sit aīo, hoc est magno: & dici latine magnanimus pōt: ex eo est & μακροθυμία, id ē magnanimitas. Et qm̄ nōnulli sunt nō ad philosophandū hac animi magnitudine vsi, q̄les hi sunt q̄ alios se incessentes irridēdo & cauillādo ludificant, pinde acsi his artibus patientiā præferant, eoq; & irā ꝓuocant potius q̄ leniant tolerādo. Propterea benigna (inq̄t) ea charitas, haud secus acsi dixerit, Seruāda est in oēs charitas, benigneq; ac toleranter ferendi sunt, q̄ iniuria nos ipsos affecerint. Hæc aūt eo intulit, vt eos mordeat castigetq;, q̄ Corinthi essent & moribus prauis imbuti, & subdolis. **Charitas non æmulatur.** Hoc est, nemini inuidet. Pōt nāq; patiēs esse q́spiā & liuore duci, q̄d tn̄ charitas ip̄a ꝓrsus defugit: q̄d eo intulit, vt Corinthios nōnullos castiget, q̄ inuidię essent crimine huiusce obstricti. **Non agit perperā.** Hoc est, nō est petulans, non inconstans, q̄n seipsam stabilē reddit & cōtinentem. περπερὸν em̄ græce, instabilis est & leuis, & mētis

Galat. 1

inops. Et hæc in eos intendit, q leuitate quadã & incõstantia pleraq; innouarẽt. nõ inflatur. Concedi potest, bonis his oĩbus supius explicatis fuisse quenpiã forte potitũ: qbus partis, supbire tñ eundẽ & intumescere, cuiusmodi vitio vacat charitas ipa, quæ & humiles reddit, q bona hæc cõpararint. Hæc sane Paulus intulit, vt elatos arguat & insolẽtes. nõ agit turpiter. Hoc est, nõ inflat. Quinetiam vel inhonesta tormenta haudquaquã ducit, ꝓ ignominiosis & turpib⁹, eius gr̃a cuius amore detineat: quẽadmodũ & Chr̃s, ꝓ sua in nos charitate, ignominiosam crucem nõ

Hebre. 12 solũ suscepit, sed gloriæ duxit. Poteris & hoc pacto id intelligere, Nõ agit perperã. i. non est cõtumeliosus, nõ conuitiator. Nihil eñ est cõtumelia & cõuitio turpius. His autem dictis in peruicaces inuectus est Paulus. nõ quærit quæ sua sunt. non irritatur. Ille (inqt) nil turpe agit, q suã non quærit vtilitatẽ, sed ꝓximi cõmodum. Tunc eñ vel inferior quædã dicit turpitudo, cum afficitur iniuria ꝓximus, nec missus fiat. Hoc autẽ illis obiectũ est, q cæteros aspernãtur. Sed neq; charitas irritatur, qm̃ q eã sit affecutus, nemini cõtumeliosum se præbet. Neq; irascitur: est eñ haudquaquã modestus vir iracundus. Ita fit vt nihil indecent charitas agat. Qñquidẽ nec cõmouetur, nec irritatur, hoc est, nõ ad iracundiã ꝓsilit. Vel id Paulus contumeliosis & iniuriã inferẽtibus obijcit. nõ cogitat malum. Vel oĩbus (inqt) charitas malis affecta, ad irã nõ incitatur: nec solũ ad se vindicandũ nil mali molitur, sed ne malũ qdẽ vel cogitatione, vel animo versat. Aduerte aũt, quẽadmodũ vbiq; haudq̃quã dicat vel liuore charitatẽ teneri, vel vt supior euadat adniti, vel ad victoriã incitari, qn potius neq; vllã sinit initio statim magnitudinem succrescere, vti hoc loco nõ malũ cogitat: Qd eo intulit, vt Corinthios cõmonefaciat, ne ꝓ accepta iniuria, iniuriã referãt. nõ gaudet super iniquitate. Hoc est, nil ꝓrsus lætatur, cũ iniuria cuiquã, vel molestia, vel malũ infert. cõgaudet autẽ veritati. Sed q̃d longe est maius, inqt, alioꝝ ꝓbitati con-

gaudet,& ad veritatis successum maxime gratulatur,eum decꝙ sibi ducit in gloriã. Hoc aũt intulit Paulus,vt Corinthiorũ nonnullos inuidiæ arguat. oĩa suffert. Iniurias & plagas,vel mortẽ videlicet si afferãtur. Id eñ tolerãtiæ bñficio consecuta est charitas,cui inesse hãc dixerat. His vero dictis q insidias ꝓximo machinãtur,obiurgat. omĩa credit, Quæcunꝗ scilicet dixerit q̃ à se colitur. Neꝗ subdolũ aliqd vel loquitur ipsa,vel loqui alios arbitratur. omnia sperat,oĩa sustinet. Nil(inqt)de eius vita desperat,quẽ amare ipa occeperit,sed sperat potius magis ac magis hũc ad meliora ꝓuehere. Istiusmodi verba in eos intẽdit, qui facile forte desperãt. Qd̃ si tali spe charitas ducta,eo quem colit,in neqtia ꝑseuerãte,fallat̃, viriliť eius errata latura ẽ. Oĩa nãꝗ(inqt)& suffert. Hæc vero in eos Paulus iaculat̃, q̃ facile dissidia subeunt. Charitas nũquam excidit. Hoc est,nunq̃ fallitur,sed recte oĩa terminat:vľ excidit.i. dissoluitur,dici rectius põt:qñquidẽ nec interciditur charitas, nec conquiescit,sed in futuro seculo cessantibus aliis, ꝑmansura hæc est,vt in sequẽtibus differet. siue prophetiæ euacuabũtur,siue linguæ cessabũt. Enumeratis q ẽ charitate ipa ꝓdeunt ramis, iterato hãc alio q̃dam mõ extollit,cũ vel ꝓphetias ipas & linguas finẽ aliqñ habituras affirmat,charitatẽ vero stabilẽ fore atꝗ perpetuã. Nã si ꝓphetiæ & linguæ fidei suscipiẽdæ grã sunt institutæ,fide iã p oẽs terras diffusa, merito qdem euacuabũtur dixit. Nã si hoc tpe supuacaneæ sunt & inanes,lõge magis in futurũ cessabũt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus,& ex parte prophetamus. Cũ aũt venerit quod perfectũ est,euacuabitur quod ex parte est. Dicet aliqs, si futurũ est vt sciẽtia disperditũ eat, ergo in ignorãtia victuri nos sumus? Absit inqt. Nã de sciẽtię parte aliq̃ differit,vt Paulus idẽ illud interꝑtatur cũ ait:Ex parte sciẽtia euacuabiť cũ ꝑfectior venerit, in futura scilicet vita:vbi nõ qualẽ hoc tpe,verũ cælestiũ habebimus notionem,sed lõge maiorẽ. Exẽpli grã: Haudqua

q̄ nos imprælentiaꝝ latet, deum vbiq; versari, quēadmodum tñ ille versef, ignorare poterimus. Quinetiā & virginem peperisse tenemus, futura tñ in vita plus aliq̄d intelligemus, q̄d ad præsentem plurimum faciet cognitionem. **Cum essem paruulus.** Cum asseruisset in rei perfectioris aduentu, euacuandū id esse q̄d ex parte cōstaret, nunc exemplū inducit, q̄ quantum inter se differant præsens & futura scientia patefacit, inquiens: Nunc quidem paruulis videmur assimiles, tunc vero sumus in viros nos euasuri. **loquebar vt paruulus.** Hoc ad genera linguaꝝ refertur. **sapiebā vt paruulus.** Id vero ad, p̄phetias. **cogitabam vt paruulus.** Hoc demum ad scientiā ipsam referendum est. **Qñ aūt factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli.** Hoc est, cū in futuro seculo firmiorē fuerim scientiam consecutus, tunc sane qua imprælentiarum potimur, imbecillis erit & perexigua & paruuli similis, & euanescet: vnde & alia superinducit, dicens: **Uidemus nunc per speculum in ænigmate.** Declarat quod dictum est de paruulo, ostēditq; subobscuram esse nobis rerum cognitiōem, cum clarior tunc sit omnino futura. Vidernus eñ (inquit) adhuc per speculum. Quod vt expressius indicet, rei inspectæ imitatiōem in ænigmate intulit, vt maximam præsentis scientiæ arguat, quæ ex parte cōstet, pusillitatem. **Tunc aūt facie ad faciem.** Nō eñ quod faciem aliquā habeat deus, id dixit, sed vt ex eo ostendat notionem quādam manifestam nobis, & claram admodum & patentem futurā. **Nunc cognosco ex parte, tunc aūt cognoscā, sicut & cognitus sum.** Duplici modo Corinthioꝝ tumorem tollit, & insolentiā: Primū arguens aliqua ex parte scientiam hanc humanam cōstare, deinde haudq̄q̄ à nobisipsis originē ducere. Siquidem nō ipse, inq̄t, noui eū, sed ille me. Quēadmodum itaq; nūc ille mei habens cognitionem mihi succurrit & opitulatur, sic & ego tunc longe magis q̄ in p̄senti ad eū confugiā. Nā & is qui in tenebris residet, nisi solē prius cōspexerit, neq̄q̄

ad radiorum decorem prior accurrit: quin potius splendor ille solaris visendum se offert luce emissa. Cuius cũ quispiam claritatem exceperit, tũc eam vltro intuẽdo prosequitur: Haud secus igitur se habet id dictũ, sicut & cognitus sum. Nec tñ quod ita, prsus dei simus habituri cognitionẽ, sed tm̃ ad eius notionem progrediemur, quantum ipse sui noscendi facultatem attulerit. Et tãto illi plus adhærebimus, quanto propinquiorem se nobis præstiterit. Nec secus profecto nobiscum nũc agitur, q̃ si quis infantẽ nobilem aliquem expositum & proiectum inueniat ore blandulum & alludẽtem, ita sublatum domũ deferat, educetq́ꝫ liberaliter, opibus demum clarꝫ reddat, in regiamq́ꝫ traducat. Ille vero in ea infantia q̃diu perstiterit, nil sentiet penitus quæ gesta sint: neqꝫ eius qui se gestauerit alueritq́ꝫ clemẽtiam internoscet. At cum in virꝫ euaserit, tunc tandem hoĩem cogniturus est, qui fuerit de se tã benemeritus, eũdemq́ꝫ nec immerito beneuolentia prosequetur. Nunc aũt manet fides, spes, charitas, tria hæc, maior aũt horꝫ est charitas. Nunc quidẽ quæ extãt linguæ, scilicet prophetiæ & scientiæ, & si subobscure, fide tamen in oẽs diffusa, quemadmodum dictum est supra, penitus euacuabunt. Fides vero, spes, & charitas, ipsa lõge his erũt stabiliores. Id enim significat cum inquit, manent, trium scilicet istorum prætendit stabilitatem, & inter hæc eadẽ summum tenere locum charitatem. Cap. XIIII.

SEctamini charitatẽ. Qm̃ charitatẽ hmõi grãde aliquid esse & immẽsum oñdit, ad hãc prosequẽdã nos tandẽ hortat. Neqꝫ eñ seq̃mini eã dixit, sed sectamini, pinde ac si intentiorem quãdam diligentiã ea in re, ac studiũ exigat. Abscessit illa à nobis, opus ergo ingenti celeritate & cursu, vt hanc contingamus. æmulamini spiritalia, magis autẽ vt prophetetis. Ne forte existimarent Corinthij idcirco Paulum charitatem adeo extulisse, vt spiritus dona extingueret, & illud adiecit: Aemulamini spiritalia, dona videlicet, & præcipue vt prophetandi

munus adipiscamini. Hoc autem ratione linguarum dixit, quibus Corinthij maxime superbirent. **Qui enim loquitur lingua, loquitur non hominibus, sed deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem & exhortationem & consolationem.** Linguas ipsas cum prophetia comparat. Nec prorsus has inutiles arguit, neque per se omnino utiles. Non enim homines alloquuntur, sed deum, hoc est, nequaquam cognitu facilia narrant hominibus & apta, sed in spiritu sancto loquuntur mysteria. Cum itaque e spiritu sermonem depromant, magni est res facienda. Quod autem nullam afferant hominibus utilitatem, inferiores sunt prophetia. Hæc quippe a spiritu constat, & utilior est. Siquidem instabiles & labantes ædificat, & segniores hortatur & excitat, & pusillanimes consolatur, ubique Paulus quod utilius est, præstare affirmat. **Qui loquitur lingua, seipsum ædificat: qui autem prophetat, ecclesiam dei ædificat.** Plerique linguis loquentes, nequeunt plerunque alijs quæ dixerint interpretari, igitur sibi ipsis proficiunt: Qui vero prophetat, audientibus universis utilitatem impartitur. Quantum itaque est priuatæ utilitatis, quæ uni prodest, & communis, quæ ecclesiæ ipsi conduxerit, interuallum, tantundem est linguarum & prophetiæ discrimen. **Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare.** Quoniam multi apud Corinthios vario linguarum genere loquebantur, ne inuidia percitus videatur linguas has paruifacere, volo inquit, ut omnes loquantur, non ut unum duósve ædificent, sed prophetandi & maioris utilitatis gratia. **Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur, ut ecclesia ædificationem accipiat.** Præstat (inquit) propheta, sed ei qui linguis duntaxat loquitur, & interpretationum ignaro. Nam si interpretandi cognitionem teneret, par esset prophetæ qui linguis iam loqueretur. Ecclesia quippe obscurioribus inter

pretatis, quæ lingua explicant, ædificatur. Erat aũt spiritus gratia interpretatio, quæ plerisque hoĩm linguis loquẽtibus esset concessa, plerisque vero nequaq̃. **Nunc autẽ fratres si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina?** Vultis ne (inquit) linguas, q̃ interpretandi munere carent, vos internoscere? Concedaꝫ, vt Paulus ipse ego qui vos instruxi, linguis loquar, nihil sane ex his vtilitatis plus quippiã est audientibus obuentuꝝ, ni in reuelatione loquar. i. ni ea tradiderim q̃ solent & ab his explicari, qui à deo sunt reuelationem huiusmodi cõsecuti. quæ reuelatio speciẽ quandã pręfert prophetię, qñ astantibus multis retegunꝫ singuloꝝ dictorum & sensa. Aut in scientia, hoc est, qualia proferre debent, qui ea potiti sint, quive diuina mysteria auditoribus ipsis aperiunt. aut in prophetia, qñ videlicet de præteritis, deque præsentibus atque futuris rebus differit quispiã. Est nanque prophetia reuelatione vulgatior. Aut in doctrina, hoc est, in specie quadã sermonis vim instruendi habentis, cum de virtute vel dogmatibus oritur disputatio, vel ad audientium vtilitatem fiat instructio. Nonnulli autem quod in reuelationem est, hũc in modum intellexere, hoc est, de his dicere, quę facile solui possint, & clariora sint & minus fucata. Itẽ & illud, aut in scientia. i. ea differere quæ cognitu facilia sunt. **Tamẽ quæ sine anima sunt vocẽ dãtia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonituũ dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur?** Veꝝ quid de dãno dixerim & iactura, quæ nobis ex rerum obscuritate inferꝫ: aut quæ ex patentioribus & manifestis subsequitur. dixerim vtilitate? Quandoquidem vel instrumentis ipsis inanimatis nulla vocum aperta varietas insit, sed cõfusa ac mixta, nil prorsus queat q̃d tibia canitur internosci, aut quod cithara ipsa pulsaꝫ: neque vlla in eis erit animi vel iucunditas, vel oblectatio. **Ete-**

nim si incertá vocē det tuba, quisnam se parabit ad bellum? A rebus superuacaneis descendit ad necessaria, & tubæ meminit, inquitq;: Vel in ea modulos quosdam inesse, quorum alteri ad bellum cieant, alteri à prælio reuocent. Hæc itaq; tuba, si minus clarum, sed subobscurum clangorem eliserit, imparatos milites reddet: qd igitur cōmodi potest afferri ex sono aliquo subsurdo atq; incerto? Ita & vos per linguā, nisi manifestum sermonē dederitis, quō scietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Ne forsan Corinthij dixerint, quid ad nos illud vel tibiæ, vel tubę exemplum? Sic inqt, ni vos ob eiusmodi spiritus gratiā, quæ linguis collata est, orationis claritate nitamini, inanis haud dubie erit vester oīs sermo & superuacuus: vtpote qui exaudiri cōprehendiq; possit à nemine. Res nanq; oīs in eo versat̃, vt afferat huiusmodi loquendi gratia vtilitatem. Dicet aliquis, si nihil hæc erat mortalibus profutura, cur ergo conferebat̃? Nēpe vt illi conducat, qui eam acceperit. nam etsi alijs vtilitatem erat hæc allatura, deus fuisset & precibus exorādus, & vitæ puritate excipiendū interpretandi hoc munus, vel alteri cuiq̃ adhærēdum, qui posset obscura dissoluere. Et ideo Paulus hmōi intulit, vt illos mutua animorum coniunctione connectat, neve existimarent sibijpsis sat p se posse hæc omnia suppeditare, sed suscipiendos esse, qui eadē illa interpretari valeant & enodare: hoc pacto fore, vt linguarum gratia vtilior fiat. Tam multa vtputa genera linguarum sunt in hoc mundo, & nihil sine voce est. Hoc est, tot voces constat in mundo esse, Scytharum scilicet, Indorū, Thracū, & gentium aliarum, & oēs exprimūt aliquid. Non eñ sine vocis editione hæ gentes loquūtur. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus. Si haudquaq̃ ipse vim vocis dignouerim, ꝓ barbaro mihi erit, qui mecū sermonē contulerit, vtpote qꝫ stulta loq̃ sit visus: Contra, & illi ego barbarus & insanus videbor,

nõ vocis vitio, sed inscitia. **Sic & vos, qm̃ æmulatores estis spirituũ ad ædificationẽ ecclesiæ, quærite vt abundetis.** Nonnulli illud, sic & vos, à reliq oratione intercidunt, & ita interpretant & construunt: Sic & vos linguis loquentes & obscure, barbari videmini audientibus: deinde in aliã sententiã transferunt, æmulatores estote. Beatus em̃ Basilius, tenere vno & pari sequela, hũc orationis contextũ plegit: q̃ cũ & ipse nunc sentio. Et vos igit (inquit) æmulamini spiritalia dona, sed eo pacto, vt ad ecclesiæ ædificationẽ & vtilitatẽ abũdare nitamini. Adeo nanq nihil prohibeo linguis vos eloqui, vt abundare velim dicendi copia, si mõ illas ad cõmunem vtilitatẽ exerceatis. **Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur.** Modũ exprimit q̃ id donũ multis in commodũ cedat. Oret em̃ (inquit) qui linguis loquit, vt interpretetur, hoc est, vt interpretationẽ accipiat. Ipsi itaq causam præbent, ne illã adipiscant, qñquidẽ nequaq̃ id muneris à deo exposcant. **Nã si orẽ lingua, spũs meus orat, mens aũt mea sine fructu est.** Erant nõnulli apd priscos illos Chrianꝫ fidei sectatores, q supplicãdi grãm lingua exciperent, loquerẽturq vel Persica voce, vel Romana, cũ illoꝝ mens esset earũ reꝝ ignara, q̃ lingua sic ederẽtur. Dicit itaq Paulus, spũs meus orat, hoc est, gratia q̃ linguã agitat, mens aũt mea fructu caret. quia nil prorsus intelligit q̃ proferunt. Attende quẽadmodum progrediendo arguat plane, qui lingua dũtaxat verba faciat, vel sibiipsi minus prodesse, idipsumq sentit hoc loco Basilius. Et nonnulli p̃terea sic asseuerant, Si loq̃r lingua, nil aũt cæteris declarãdo profecerim, spũs quidẽ meus, siue animus, quãtum ad se spectat, vtilitatis plurimũ vẽdicat, mens vero mea sine emolumẽto erit, quia nulli quidpiã impartit vtilitatis. Qui hoc dictũ hoc pacto interpretabant, verebant (vt arbitror) Montani cuiusdã deliramenta. Is nanq hæresin induxit hmõi, prophetas videlicet vniuersos, nil prorsus eorum quæ denuntiassent, intellexisse: sed spiri-

tu captos,prædixiſſe nonnulla ,quorum nullam in poſte
rum haberent cognitionem. Quod ſane haudquaquam
habet aliquem in pręſentia locũ.Neq; em̃ de prophetis di
cit hæc Paulus,perinde acſi ignorarent q̃ dicta per ſe fuiſ
ſent:ſed de his diſſerit,nec tñ omnibus,qui linguis his lo-
querent̃ **Quid ergo eſt? orabo ſpiritu,orabo & mẽ
te:pſallã ſpiritu,pſallã & mente.** Quid igit̃ (inquit)
maiorem poteſt afferre vtilitatẽ,quidve fuerit à deo ma-
gis ac magis efflagitandum? Nempe vt ſpiritu oretur,hoc
eſt,gratia. Quinetiã & mente,id eſt,meditatione , conci-
pere quid ſit orandum,itemq; & quid canendo precandũ
ſit. **Cæterũ ſi benedixeris ſpiritu, quis ſupplet lo-
cũ idiotæ? Quõ dicet Amen ſuper tuam benedi
ctionem? quoniã quid dicas neſcit.** Cum pſallis, in
quit,ſi ſpiritu,hoc eſt,per linguã ſpiritali gratia benedixe-
ris,quis ſupplebit idiotæ locũ? hoc eſt, quo pacto Amen
laicus,cum ipſe oraueris,reſpondebit? Te ſiquidem in ſe-
cula ſeculorũ ſubobſcure & in lingua pronuntiante, neq;
idiota per te ille exaudierit , neq; vllum ex his profectum
accipiet. **Nã tu quidem bene gratias agis,ſed al-
ter non ædificatur.** Ne prorſus videat̃ linguę hanc gra
tiã extenuare,ſic inquit : Ipſe quidem recte gratias agis,
veruntñ proximi vtilitate reiecta,inutiles erunt eiuſmo-
di gratiæ. **Gratias ago deo quod omniũ veſtrũ lin
gua loquor.** Ne forte Paulum Corinthij ſuſpicent̃ ideo
linguę gratiã habere contemptui,quia huius ſit ille immu
nis & expers,illud infert,quod oĩm veſtrum lingua loq̃r.
**Sed in eccleſia malo quinq; verba ſenſu meo lo
qui,vt alios inſtruã,q̃ decẽ milia verborũ in lin-
gua.** Senſu meo,hoc eſt, intelligens & ſciens q̃ dixerim,
potenſq; vel eadem interpretari,vt & alijs pariã vtilitatẽ,
q̃ mille verborũ in lingua,hoc eſt,ſi ea minus valeã expli-
care:tunc nanq; apud me duntaxat reſidebit vtilitas,qui
ea protulerim . Quinq; autem verba ſinguli proferunt
præceptores,qui ſenſibus quinq; qui nobis inſunt,accom

moda applicant medicamenta. **Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia pueri estote: sensibus autem perfecti estote.** Patefacta qualis linguarum sit gratia, tandē quæ magis incessat & vrgeat, oratione vtit, increpatq́ Corinthiorum nonnullos, quod puerilia sapiant. Est enim puerorum sane vel quæuis exigua demirari, quæ temere stupori esse videant, qualessunt linguę. Quodq́ & magna & hi paruifaciāt, perinde acsi nil noui proferant: vel admirandi, quales sunt prophetiæ. Cōmonefacit insuper etiā eos hoc loco, ne in puerorum morem se ad nequitiā habeāt, id est, ne ob linguarum susceptam gratiā, vel efferant, vel intumescant. Nec demū vllam habeant prauitatis cognitione. Sensibus aūt perfecti estote, inquit, vt discernāt videlicet, quæ sint ex grā, aut præstantiora, aut magis vtilia. Vel aliter: Illi nanq; in malitia puerascunt, qui nil cuiquā ingerūt mali, haud secus se habent quam pueri ipsi, & officiunt nemini. Ille vero erit perfectior sensibus, qui non mō noceat nulli, sed prosit quāplurimis. Neq; solū nequitiam fugiat, sed nequitiā ipsam sectet, caueatq́ ne à præsentibus his & tēporarijs bonis, aliquam in se iacturā admittat. Id vero persimile est euangelico dicto, estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. *Matt.10.* **In lege enim scriptum est, quoniam in alijs linguis & labijs loquor populo huic, & nec sic exaudient me, dicit dominus.** *Isaiæ.28.* Rursus prophetiā cum linguis hic cōfert, eamq́ arguit prestantiorē. At quo pacto? Ex his certe quæ subsequent. Legē autē vetus omne testamentū appellare cōsueuit Aplus, ideoq; in presentia quæ apud Isaiā conscripta sunt, in lege ait fuisse cōscripta. Cū vero infert, nec sic me sunt exauditur, ostēdit eos & si hoc poterant percelli miraculo, cū minus crediderit, aut prebuerint fidē, ipsorū esse hanc culpā. Deus nanq;, quod ad se spectat, semper exequit: eiusq́ prouidentiā, & si intelligat, illos minime fidē de se praestaturos, tanquam futuros inexcusabiles, patefacit. **Itaq; linguæ in signū sunt, non fidelibus, sed infidelibus.** Signū quidē terrori

est. Nec tñ omnino vel instruit, vel prodest. Quin potius & plerunq; id afficit, q̃le illud est, q̃d sine interp̃tatione fit & lingua. Quẽadmodum in orationis ꝓgressu sic inq̃t: Qm̃ dicturi sunt vos insanire. Infidelibus præterea signa edunt, quia his haudquaq̃ fideles indigeãt, cum fidẽ iam & tuentur & seruent. **prophetiæ aũt non infidelibus, sed fidelibus.** Prophetia aũt conducit fidelibus, q̃a eos ad fidẽ cõstituat. Dicet aliquis, nulla ergo erit infidelibus prophetia? aut quo pacto in subsequẽtibus sic inq̃t Apostolus: Quod si oẽs prophetent, ingrediatur autẽ quis infidelis &c. ex his sane apparet vel infidelibus ipsis prophetiã eiusmodi fuisse oblatam. Dicendum itaq;, nequaq̃ dixisse Apostolum, hanc non posse infidelibus ipsis conducere, sed minus his esse in signum vtilẽ, q̃lis & lingua est. Et (vt breuius dixerim) erit sane in signũ infidelibus lingua, hoc est, ad infideles duntaxat perterrendos accõmodata. Prophetia vero vt fidelibus, ita & infidelibus vsui fuerit, vt pote quæ illos infidelitatis coarguat, tametsi minus in signũ his tradita fuisse dicatur. **Si ergo conueniat vniuersa ecclesia in vnũ, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ vel infideles, nonne dicent, quid insanitis?** Tacite ostendit iacturæ causam linguã præbere & nocere, si munere careat interpretandi. Id aũt dicit, vt Corinthijs insolentiam demat, qui linguarum ob gratiã existimarent cæteris se admirationi esse debere: q̃d tamen longe aliter se habere demonstrat, asserẽs ad ignominiã eis linguarum genera potius cedere, siquidem hæc hos videãtur vesanos reddere & furibundos. Vt itaq; nil duxeris id esse spiritalis gratiæ opus, q̃n quidem qui eã sit nactus, infamia cõplectatur, sic infert: Nonne idiotæ vel infideles dicturi sunt vos insanire, hoc est, dementes, q̃les erant qui maledictis apostolos incessebant, dictitabãtq; vino madere, & ebrios esse? cum hi quibus mens sanior esset, & ab eiusmodi linguis lucrum assequebantur, aliter longe sentirent. Quales erant, apostolos qui demirarentur

Actu. 2. *ibidem.*

& obstupescerent, qui dei magnitudinē, & mirāda quędā edocerent. Si aūt omnes prophetent, intret autē quis infidelis vel idiota, cōuincitur ab omībus, diiudicatur ab oībus, occulta cordis eius manifesta sunt, & ita cadens in faciē adorabit deum, pronuntians quod vere deus in vobis sit. Vides quemadmodum maior sit prophetię utilitas: quippe quę v& cordis abdita retegat, faciatq; hominē infidelem, & dei habere cognitionem, in faciemq; procumbere orādi gratia, confiteriq; deū nobis inesse, quod sane & in Nabuchodonosor contigit. Cui cum Daniel somnium aperuisset, sic dixit: Vere deus vester, ipse est deus, reuelās mysteria. Danie. 2. Intellige itaq; ex his, quid illud sit q̄d dictum superius est, in reuelatiōe. Reuelatio nanq;, prophetiæ est species quędā. Aduerte pręterea quēadmodū se spūs habeat. Inq̄t enī vere deus in vobis est. His autē qui prophetant, omnino spiritus insit, necesse est. Sic enim superius dixit, quoniam prophetiæ in spiritu tradunt. Quid ergo est fratres? cū conuenitis, vnusquisq; vestrū psalmū habet, doctrinā habet, apocalypsin habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant. Quinetiam psalmos ex priscis illis nonnulli per spiritalem gratiā componebant, & donum plerisq; alios instruendi concedebatur. Reuelationem autē prophetiam appellat, à specie genus denominans. Linguę autem mentionem facit, ne prorsus vel abiectior hæc videatur, vel spernenda: néve nō in gratiarū ordine cōputetur. Hæc itaq; omnia (inquit) ad ædificationem fiant. Id enī est Christiani hominis proprium, vt alijs prosit, & vtilitatem impartiat. Verum quonā poterit pacto qui benigne gratiam sit adeptus, alios ædificare? Id certe hauddubie fiet, si in vnum conueniatur, & qui interpretationem habeat, dona hæc vtraq; cum cæteris conferat. Prophetæ aūt duo aut tres dicant, & cæteri diiudicent. Erāt inter prophetas & vates, latitantes nōnulli & subdoli, &

ideo dijudicent(inquit)hoc cæteri,ne quis forte lateat falsus vates,sicuti prædictũ est. Erat præterea decernẽdi & dijudicãdi gratia,qua vates cum veri,tum falsi dignoscerentur,eoq́ duobus vel tribus prophetãdi munus demãdat,vt & ordo seruet,& in ea turba prophetæ non lateãt. **Quod si alij reuelatũ fuerit sedenti,prior taceat. Potestis enim oẽs per singulos prophetare,vt oẽs dicant,& omnes exhortentur.** Ad modestiã hoc loco & humilitatẽ erudit:siquidem silentium vel præsidẽti tibi iniungat,cũ alteri spiritus quidpiã reuelauit. Nam si maluisset spiritus priorem te loqui,haudquaq̃ alium ad loquendum excitasset.Cæterũ consolaturus eos,sic inq́t: Potestis em̃ oẽs per singulos prophetare.Neq́ enim vnicuiq̃ intercluditur eiusmodi gratia,sed in omnes diffunditur,vt ecclesia omnis instruatur,& solamen ad virtutem excipiat. **& spiritus prophetarum prophetis subiectus est.** Vel hoc ad eius solamen facit,qui ad taciturnitatem hortatur.Quod aũt dicit,tale est: Noli contendere vel factiones exercere,cũ spũs ipse.i.quæ in te inest gratia,& spiritussancti quæ te inuasit operatio,subiecta ẽ alterius gratiæ qui sit ad prophetandum impulsus. Si itaq́ spiritus ipse alteri subest,longe magis & ipse debes,q̃ spiritum fueris adeptus,nil contentionibus niti.De hoc nõnulli aliter sentiunt,inquiuntq́:Gentilium vates,à dæmone perciti,nec volentes q́dem poterunt conticere: Apud vos vero prophetæ non ita se habent: quippe quorũ in arbitrio sit,vel profari aliquid,vel silere:idq́ velle Apostolum explicare,cũ inquit:Spũs prophetarũ,videlicet quod spiritus dona prophetis ipsis subdãtur, quibus silentium seruare velint nec ne,permissum est. Verum ne quis illud obijcere queat,qui sit spiritus gratiam assecutus,quonam pacto vt iubes potero conticere,qui sim ad loquendum à spũ concitatus? Ad id Paulus ita respondet: atqui spiritus iste qui te concitauit,tuæ suppositus est ditioni:& ita, vt in tua sit posita taciturnitas hæc potestate. Nec frustra

velim de cætero vt spm̄ cautus excuses. **Non em̄ dissensionis est deus, sed pacis, vt & in oībus ecclesijs sanctorꝫ docco.** Ondit vel id deo videri vt conticeat, q primatū obtineat. Neq; em̄ dissensionis (inq̄t) est deus & turbæ, quæ eo plerunq; oborit̄, q a taciturnitate sublata, ꝓphetare simul vniuersi contendunt, sed pacis est deus, quę hauddubie passim in ipsis sanctorꝝ ecclesijs & conuentu, hoc est fideliū, diuersat̄. Extāt nanq; & gentiliū & Iudęorꝝ ecclesiæ. Pudeat itaq; vestræ vos insolentiæ, q præt̄ cætera rum ecclesiarꝫ consuetudinē, vos ipsi gesseritis. **Mulieres vestri in ecclesiis taceāt. Non em̄ pmittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit.** Rite oībus rebus, quę cū ad linguas, tum ad ꝓphetas ipsos specta rent, dispositis, & his plane coercitis, ne cateruatim vaticinent̄, vnde confusio, quædā & inconstantia subseq̄tur necesse sit, nunc & obturbationē quæ posset ex muliebri dicacitate afferri, reprimit demū, tollit'q; ingens: Sileāt illæ in ecclesia velim. Deinceps q̄d maius est infert, & subditas eē oportet, & viris morigeras. Eiusmodi nāq; subiectio taciturnitatem quādam ꝑtendit cum timore coniunctā: qualis solet & seruis inesse. Legem aūt, Genesis librū appellat, in q̄ scriptum est, Ad virꝝ sit conuersio tua, & ipe dn̄abitur tibi. Si huic itaq; viro vt subsit iniungit̄, longe magis & spiritalibus ecclesiæ p̄ceptoribus subijciat̄ & pareat, necesse est. **Si quid aūt volunt discere, domi viros suos interrogent.** Si loquēdi facultas mulieri adimit̄, quo pacto poterit edoceri q̄d nesciat? Dicit itaq;, domi velim hęc instruat̄ à viris. Id em̄ & fœminis decori est, & viros reddit attētiores, vt q ea quæ in ecclesijs audiēdo pceperint, debeant rogātibus fœminis renūtiare. Aduerte aūt queadmodū in ecclesia vel de necessarijs rebus & animæ cōducentibus, nulla sit mulieribus loquēdi cōcessa facultas. **Turpe est em̄ mulieri loqui in ecclesia.** Cū in ecclesia cōfabulationē eiusmodi etiā spiritalē ornamēto fœminæ ducāt, occurrit Paulus, asserēs ad ignominiā potius eis eā rem ce

Gene. 3.

dere,neq; id eas decere. An a vobis verbum dei processit,aut in vos solos peruenit? Perinde ac contradicentibus sibi nonnullis rñdet:Cur eñ mihi obsistitis, neq; bonã existimatis hanc mulierũ in ecclesijs conticentiã? Num vos præceptores estis?Num à vobis ꝓfluxit in cæteros euangelij prædicatio? Vel in vobis solũ stabilita est fides?Neq; necesse est ꝑ vos ea admitti, quæ ab alijs fuerint excepta. Nõ eñ vos oĩm primi estis fideles nec soli. Oportet igit̃ & vos his acquiescere,quæ mundo sunt visa,& cæteris cõprobata. Siquis videtur propheta esse,aut spiritalis, cognoscat quæ scribo vobis,quia domini sunt mandata. Quod sane cunctis est fortius, postremũ hic posuit,deum videlicet ꝑ me demãdasse,quæ factu sunt necessaria, & ei male id innotescere, q apud vos vel ꝓpheta appareat esse vel spiritalis. Vel q spiritale aliquod sit donum adeptus .i. scientiæ. Siquis autem ignorat ignoret. Perinde acsi inqt,Ipse quidẽ officio functus sum meo. Dixi nanq; q̃d erat dicendũ, pereat mõ q velit. Cuiusmodi verba hoĩem exprimant,q nihil suam voluntatem cõmendet,sed cõmuni vtilitati ꝓspiciat. Cõsueuit aũt dicendi hunc modum his in rebus seruare Apostolus,qbus haudquaq̃ sibi foret enixiꝰ reluctandũ. Quid eñ necesse est Paulo alijs aduersari,psuadereq; dei esse,nõ sua quæcunq; iniunxerit, præsertim cum habeat ad discipulos verba,afferatq; spiritalem hoĩem sua dicta pro diuinis recognituꝝ? Est eñ pspicuum, vt spiritales esse appareant oẽs,qui diuina esse hæc iussa,nõ Pauli dixerint. Itaque fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. Cũ de spiritalibus donis disseruisset, interposito de mulieribꝰ mox & sermone,de spiritalibus gratijs mentionẽ nũc facit,& priores partes ꝓphetię accẽset,æmulamini inq̃ens:secũdas vero linguis demãdat. Neq; eñ intulit, sinite loq,sed nolite ꝓhibere,q̃d vsurpare ipsi necessarijs minus in rebꝰ & supuacuis sic cõsueuimus. Nolite hũc illũmve,vt de rebus tã friuolis & nulliꝰ mo

mẽriloquaṫ,hortari. Oĩa aũt honeſte & ſecũdum ordinem fiãt in vobis. Breui oĩa corripit,tũ quę ad eos q linguis loquunṫ,tũ quæ ad fœminas attinẽt,tũ demũ & reliq quæ apud eoſdẽ nulla vel ratiõe vel õrdine gerunṫ caſtigat. Honeſte aũt hęc & ordine ſuo gerenṫ,ſi mulieres cõticeãt,& ꝓphetæ ſibi alternis cõcedant. Cap. XV.

NOtum autem vobis facio fratres euangelium quod prædicaui vobis. De reſurrectione dicere iã ipſe aggrediṫ,quę nr̃æ fidei caput eſt & principiũ. Nã ſi reſurrectio iſta tollaṫ,& illud tolliṫ Chr̃m ipſum reſurrexiſſe. Si non reſurrexit,necꝙ incarnatũ fuiſſe (quod abſurdum eſt) ſequereṫ. Sic nancꝙ nr̃a oĩs euerti tur fides, quæ tantopere apud Corinthios ipſos labaret, quippe qui cum exterioris huius eſſent & humanæ ſapientiæ ſectatores,quæuis alia credenda potius quàm reſurrectionẽ ipſam admiſerint. Qua de re Paulus contẽdit plurimum. Prudẽter autẽ Corinthios earũ rerũ commonefacit, quæ iam fuiſſent eorũ fidei creditæ, Nihil (inqens) vobis vel noui,vel ꝑegrinum nũc prædico,niſi q̃d vobis cognitũ eſt. Vobis aũt euangelium notũ facio. hoc eſt repeto,& ad memoriã redigo. Fraterna aũt illos appellatione & mitigat ſimul & recordaṫ,vnde id fraternitatis acceperint nomen,& quẽadmodum videlicet cũ ex ipſo Chriſti in carnẽ aduẽtu, à q̃ ne deſciſcant piclitantur: tum à baptiſmo, q ꝑfectoChriſti eſt ſepulturæ & reſurrectiõis figura. Euãgeliũ vero cum inqt, bona innumera prætẽdit & memorat,quibus ob Chriſti incarnationẽ,reſurrectionẽꝙ ipſi iã fruimur. quod & accepiſtis. Nõ em̃ q̃d audiſtis (inquit) ſed quod accepiſtis,quippe quod nõ ſolũ verbis,ſed operibus & miraculis accepiſſent. Quinetiam accepiſſe hos euãgelium dicit,vt eius ſuadeat haud ſecus illud quod accepiſſent ſeruarent, ac ſi fidei eorum eſſet aliquid demãdatum. in quo & ſtatis,ꝑ quod & ſaluamini. Enimuero Corinthios,& ſi labantes,cõſiſtere tñ in euangelio dicit. Et volẽs quidem diſſimulat eorũ incõſtantiæ ſe eſſe ignarũ. An- Roma. 6.

ticipat aūt eos, vt etsi negare id admodū velint, nequeant ꝓrsus. Verꝫ qd lucri, si in euāgelio steterint, Corinthijs sit obuenturꝫ si quæras? Cōparatio nimirꝫ salutis. **Qua ratione prædicauerim vobis.** Perinde acsi inqt, de resurrectionis essentia nihil vobis significo, queadmodū videlicet resurrectio fiat. **si tenetis, nisi frustra credidistis.** Hoc est, ni incassum estis Christianum nomen sortiti. Christianitatis em̄ vis oīs, in resurrectionis dogmate ipso cōsistit. **Tradidi enim vobis in primis quod & accepi.** Quia cæteris esset de resurrectione id dogma p̄stantius, in primis hoc ip̄m tradidi vobis, vtpote q̄d totius sit fidei fundamentū. Accepi aūt & ego illud, à Chr̄o videlicet. Queadmodū itaq; ip̄e acceptum illud & credo & teneo, ita & vos tenere debetis, & credere: & eo acrius, quia oīm primum id accepitis. Nunc vero neq; ęquitatē ip̄am, nec tp̄is rationē seruatis: qppe qbus in ambiguo est resur

Isai.53. rectio. **quoniā Christus mortuus est pro peccatis nostris secundū scripturas.** Liquido Christi verba sunt hæc in Paulo ip̄o loquētis. Occurrerēt nāq; Manichæi, Ap̄l̄um assere ̄tes pc̄tā mortē dixisse, & erratorꝫ liberationē resurrectionē denoīasse. Apparet itaq; hisce verbis illos coargui: Obijt sane Chr̄us mortē. At quā mortē? Corporalē videlicet, nō eā quæ sit delicto obnoxia: qppe q pc̄t̄m non fecerit. Q̄d si asserāt vel hunc in pc̄tis obijsse, q̄ pacto pro nostris erratis mortem hūc diceret subijsse? Si vero & ille peccator fuisset, quō ꝓ nostris cōmissis mortise obiecisset? Cū vero scd̄m scripturas inquit, Corinthios plane vituperat & arguit vanitatis. Siquidem vbiq; cor

Psal.21 poralem hanc mortē Christo sacræ literæ cōtestantur. Fo

Zach.12. derunt em̄ (inquit) manus meas & pedes meos. &: Vide-

Ioh.19 bunt in quē trāsfixerunt. &: Vulneratus est ꝓpter delicta

Isai.53. nr̄a. &: A pc̄tis populi mei venit in mortē. **& quia sepul**

Ionæ 2. **tus est.** Ergo & corpus hic habuit, & corpus vtiq; est q̄d

Osee.6. sepulchro sic demandat. Nec scd̄m scripturas adiecit, vel sepulchrū dixit cunctis patere. **& quia resurrexit tertia**

die secundũ scripturas. Dicet aliqs, vbi nam id affirmãt scripturæ, Chrm tertia die resurrexisse? Ex Ionę certe figura, & añ id tẽpus ex Isaac, q̃ triduo salutẽ sit assecutus. Nec demũ occisus, ita vt viuẽs matri sit redditus. Et ex figuris alijs idipsum veteribus patet innumeris. Quin & ex Isaiæ verbis, cũ inqt: Dñs vult eũ purgare à plaga, vt ostendat illi lucem: Et Dauid, Nõ derelinques animã meam in inferno. & quia visus est Cephæ. Ponit in primis, qd' cæteris est dignius fide, tãetsi euãgelium afferat Christum primo Marię apparuisse, sed ex viris prius Petro est visus, vt q cæteros discipulos anteiret. Oportuit eñ vt q fuerat prior Christũ confessus, prior spectaret & resurgentẽ. Et qa eum negasset, neganti prius apparuit, vt oñderet eum haudquaq̃ ab se fuisse reiectum. & post hoc vndecim. Quæret aliquis, si perspicuum est in dñi assumptione Matthiam in Iudæ locum fuisse suffectum, quo pacto dicitur Christus duodecim visendum se præbuisse? Respõderi potest, iure fieri id potuisse, vt post assumptionem Christus Matthiæ sit visus, cum & Paulo ipsi post assumptionẽ vocato apparuit: eoq; neq; tempus aliquod explicasse, sed infinite id posuisse. Nonnulli aũt dicunt vel scripturæ esse id vitium. Vel quia pręscius esset hũc deus vndecim esse annumerandum & illi apparuit, ne cæteris dignitate videretur inferior, cuiusmodi rem declarat Iohannes sic ingens: Thomas autem vnus ex duodecim. Dixerit pręterea quispiam & longe melius, secundum suam præscientiam deũ reliquis apostolis Matthiam potius annumerasse, q̃ Iudã post eius, pditionẽ & laqueos. Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul. Post scripturæ indicia, & testes inducit, cum apostolos, tum summæ autoritatis alios & integros viros. Plusq̃ aũt illud, q̃d græce significantius ἐπάνω dicit, id est, supra, nonnulli superne & cælitus interpretant̃, pleriq; supra, hoc est, vltra quingẽtos intellexere. ex quibus multi manent vsque adhuc, quidã autẽ dormierunt. Habeo inquit, & testes non

Ionæ. 2. Gene. 22. Isai. 53. Psalm. 15. Luc. 24. Mar. 16. Mat. 16. Mat. 26. Iohan. 20 Iohã. 20.

nullos superstites, quosdam vero vita iã functos. Cũ autẽ dormierunt (inquit) initium resurrectionis proposuit. Est enim qui dormit, & vita excessit, resurrecturus. **Deinde visus est Jacobo.** Qui frat domini assertus est, & primus fuit Ierosolymorꝝ episcopus. **Deinde apostolis oĩ**
Lucæ. 10 **bus.** Erant quidem & alij, hos præter apostoli, vt septua ginta illi. **Nouissime autem omnium tãquam ab-**
Actu 9. **ortiuo visus est & mihi.** Humilitatẽ verba hæc prę se fe
22.26 runt, qua vtiq; prudenter hic vtitur. Quippe cum magnũ sit illud de se dicturus, maiorem q̃ cæteri laborem insum psi, id cauet maxime, ne velut insolenti iactabundoq; fides forsitan abrogetur. ἔκτρωμα græce, quod abortiuum latinus dixit interpres, ἔμβρυον dicitur imperfectum quod ex vulua eijcitur muliebri. Et quoniam indignum se apostoli noĩe asserit & reijciendũ, arguit plane vt pro apostoli dignitate minus perfectum. Nonnulli vero vltimum mulieris partum esse ἔκτρωμα voluere, perinde ac si Paulus apostolorum fuerit postremus, cui nil quicquam decessit, qđ vltimus dominum viderit: quemadmodum & Iacobus nĩhil quingentis illis habetur inferior, quia post oẽs & dominum ipse spectauerit. **Ego autem sum minimus apostolorum, qui nõ sum dignus vocari apostolus: quoniam persecutus sum ecclesiam dei.** Sententiam in se tulit Apostolus, quippe qui non modo duodenis se dicit inferiorem, sed & cæterorꝝ omnium. Aduerte aũt quemadmodum idcirco de his faciat erratis nũc mẽtionem, è quibus per baptismum fit postmodum liberatus, vt ostendat quantis se donis deus affecerit. Quęret aliquis, cur seipm Paulus resurrectionis dominicæ testem ꝓducit, deinceps & sua errata commemorat? Nempe vt fides ei maior adhibeatur. Haud enim parcet alienis commissis, qui sua expromit. **Gratia aũt dei sum id quod sum.** Peccata quidem sibi adscribit, diuinæ gratiæ, officia & virtutes. **Et gratia eius in me vacua nõ fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui.** Et hoc qui-

dem submissius fatur. Non em̄ dixit pro diuinæ gratiæ dignitate me gessi, sed nihil (inquit) superuacanea dei in me cōperta est gratia: quippe qui abundantius, & longe magis q̄ cæteri apostoli euāgelio insudauerim. Neq; pluribus (inquit) sum periculis iactatus, sed remissius, ita laborib⁹ nomine proprias laudes intercidit. Hæc autem ideo intulit, vt fides ipsi præstaretur scribenti. Oportet nanq;, qui alios instruit, vt fidem hanc sibi vel præcipuam ab auditoribus vendicet. **Non ego autem, sed gratia dei mecum.** Quinetiam (inquit) vel labor hic meus omnis, dei est mihi gratia iniunctus, nulla mea virtute finitus. **Siue em̄ ego, siue illi, sic prædicamus, & sic credidistis.** Siue ego maiores prædicando insumpserim, siue illi, tamen quod ad euangelij prædicationem hanc spectat, vnum omnes sentimus. Neq; eiusmodi aliq̄d intulit, si fidem mihi minus præstatis, illis saltē hanc velim adhibeatis. Abiectiorē em̄ se reddidisset, neq; testē se fidū satis testādæ veritatis ōnderet, sed ip̄m se asserit nulla humana ope p̄dicationi huic satisfacere, & illos p se satis sufficere. Cum vero inq̄t, prædicamus, vera eē quę dixerit patefecit. Neq; em̄ seorsum & in angulis loq̄mur, sed in propatulo. Neq; non nūq̄ sed in p̄sentia. Et sic me prædicāte & vos credidistis. Nec sane nūc creditis dixit, q in stabiles erāt & nutabūdi. Int̄ cætera illorū fidē in veritatis testimoniū vocat. Nō em̄ (inq̄t) temere dictis, pinde ac cōmentitijs & fallacibus vlla fuisset p vos præstita fides, nisi vera eē dixissetis, & certi ora quæ p me sunt prædicata. **Si autē Christus prædicatur quod resurrexit a mortuis, quomō quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est?** Optimo vtit̄ argumēto. Nam cum prius ōnderet Christum resurrexisse, & hunc in modum, cum abs se, tum ab apostolis cæteris prædicatū ex Christo sic resurgēte & mortales oēs resurrecturos confirmat, tanq̄ caput ipsum reliquos subsecuturos. Nec tamen Corinthios vniuersos incusat, ne videatur oēs magis vituperare,

sed quidã(inq̃t)in vobis id dicunt. **Si aũt resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit.** Ne asserendi hmõi aliq̃d ijs det occasio, & si Christum diximus resurrexisse, haud tñ futurã credimus & mortuorũ resurrectionẽ: hanc Paulus sic inq̃ens asseuerat: Si mortuos resurrecturos negamus, & Chr̃m resurrexisse negem᷑, necesse est. Qua em̃ de causa resurrexisset, nisi præuium se ille nobis ad resurgendũ præstitisset ducẽ? **Si aũt Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est fides vestra.** Si em̃ moriens resurgere nequiuisset, neq; pc̃tm̃ fuisset sublatum, neq; mors ipsa deleta, & nr̃a demum inanis fuisset & superuacanea p̃dicatio, & fides vestra inanior argueret. **Inuenimur etiã & falsi testes dei, quoniam testimonium diximus aduersus deum quod suscitauit Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt.** Minus (inquit) religiosi nos dep̃hendemur, vtpote q̃ deum calumniantes resurrexisse affirmemus qui nõ resurrexit. Id em̃ eueniat necesse est, si mortui resurrecturi non sunt: q̃d q̃a vt ita futurum sit, est plane absurdius. Nec illud credendũ, nõ aliq̃n mortuos resurrecturos. **Nã si mortui non resurgũt, neque Christus resurrexit: quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra.** Iisdem rursum nitit̃ rationibus. Propterea(inq̃t) hic resurrexit, vt cunctis mortalibus resurrectionẽ pararet. Q̃d si nulla mortuorũ futura sit resurrectio, ergo nec resurrexit Chr̃s. Id vero si concedatur, & fidem vestram inanem esse dicamus necesse ẽ, quod est om̃ino absurdum. **Adhuc estis in peccatis vestris.** Si enim Christus non resurrexit, ergo nec mortem subiuit. Si minus est ille mortem perpessus, neq; peccata dissoluit. Mors quippe illius, peccatorum est resolutio. Inquit enim, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata
Iohan.1. mũdi. Agnum vero eum appellat, qui fuerit occisus & nostri gratia immolatus. Quod si haudquaquam est Christi morte delictum sublatum, estis sane delicto obnoxij,

In eoq́ꝫ permanetis. Cur ergo existimatis fuisse vos crimine hoc liberatos? **Ergo & qui dormierũt in Christo, perierunt.** Hoc est, qui ob Christum sunt morte affecti, adeptiq́ꝫ & martyrij palmã, deperditi forent, ni & resurrectionis spes esset. Oẽs præterea in Christi fide dormientes, qui vitã vixere arctiorem, perijsse videnť, cum mundi huius priuantur voluptatibus, neq́ꝫ vllis in posterũ bonis fruentur, si tollitur resurrectio. **Si in hac vita tantũ in Christo sperãtes sumus, miserabiliores sumus omnibus hoĩbus.** Si adusq́ꝫ hanc vitã, spes oĩs nostra prouehiť, in eaq́ꝫ & sola versamur, neq́ꝫ hanc præt quicq̃ vltra cupimus, nos qui in Christo speramus, hoc ẽ, quorum est in Christo spes sita, neq́ꝫ aliã vllã opperimur in cælo vitam, miserijs hauddubie & calamitatibus cæteros hoĩes anteimus: quippe, q̃ neq́ꝫ præsentibus fruimur, vt diximus supra, & futuris carebimus: quia vt inter vos quidã existimant, resurrecturi non sumus. Dicet aliqs, solam animam vsum esse bonorum cælestium habituram. Verũ quid illud? neq́ꝫ eñ hæc sola laborẽ suscepit, sed corpus etiam bonis actibus insudauit. Quo ergo pacto par illud videri debet, vt corpus quod maiores labores subierit, nil prorsus futurũ habeat, & pręmiorũ sit expers, solãq́ꝫ aĩa coronet? **Nũc aũt Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientiũ effectus est.** Cũ ostendisset quot absurda ex resurrectionis diffidentia orirenť, resumpta oratione, sic inquit: Contingent sane q̃ diximus, si nulla futura est cõmunis oĩbus resurrectio, q̃d nec secus haberi debet, q̃ si Chr̃us ipse non resurrexerit. Nunc autẽ cõstat hauddubie Christum resurrexisse, ergo & vniuersi à mortuis excitabunť. Neq́ꝫ tãta absurditas subsequetur. Ex mortuis vero frequenter vsurpat, vt ora obstruat Manichæis, qui aliť sentiunt. Quod si primitiæ, hoc est, pręuius ille & dux dormientiũ resurrexit, vel mortui oẽs suscitabunť. Habet eñ & qui præcesserit se subsequentes, tum vel maxime cũ è multis vnius rei cuiq̃ initiũ dederit, q̃ sit

I. Cor. 4.

per cęteros exequenda. qm̄ quidem p̄ hominē mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adā oēs moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Causam infert, q̄ sua dicta confirmet. Erat em̄ necesse, vt natura ipsa q̄ plane succubuit, victrix euaderet, & ille victoriæ palmā referret, q fuerat prostratus. Nam vt in Adā (hoc est, in Adæ delicto) om̄es sunt morti obnoxij, sic & in Christo resurrecturi sunt omnes: quia sine peccato sit vnus ille inuētus, nec morti obnoxius, & volens paulopost resurrecturus obierit. Fieri em̄ non poterat, vt vitæ dux illi corruptioni subijceret, quæ oīa Manichæos conuincunt & refutant, qui mortuos negant resurrecturos. Vnusquisq; aūt in suo ordine. Etsi intelligis oēs esse viuificandos, nequaq̄ vel peccatores ip̄os saluos fore existimes. Quod ad resurrectionem aūt spectat, vitam quidē sunt oēs habituri, suo tñ quisq; ordine p̄manebit, & vti fuerint emeriti singuli. primitiæ Christus, deinde ij qui sunt Christi, qui i aduētu eius crediderunt, deinde finis. Principium & via resurrectionis factus est Christus: post hunc qui Christi sunt, hoc est oēs fideles, & qui in eo probati sunt, priores resurgēt, eodem cælitus descendente. Hoc em̄ prætendit, cū in eius aduentu inquit: Oportet nanq; & aliquod habeant priui
1. Thes. 4 legium iusti vel resurgendo. Nam vt in aera obuiā Christo procedent, sunt rapiendi, ita & primi à mortuis excitātur, quemadmodum contra & peccatores in terra & locis inferioribus hisce iudicem vt damnati operiētur, mox & finis resurgendi omnibus fiet, vtpote cunctis vna suscitatis. Neq; vt in præsentia, cum solus surrexerit Chrūs, & suo loco permanent res humanæ, sic tunc pari erūt conditione, sed finem oīa assequētur. cū tradiderit regnū deo & patri. Duo sunt apud sacras literas regnorum genera: alterum vtiq; fit ex coniunctione quadā & sanguinis necessitudine, alterum ex ipsa rerum creatione. Imperat enim deus & gētilibus, & Iudæis, & horum dæmonibus

vel inuitis iure creationis. quippe quia eos cōdiderit. Imperat aūt fidelibus ipsis & sanctis, vltrò sese illi subijcientibus, coniunctionis de causa. De hoc vero imperij genere sic disserit Dauid, Postula à me, & dabo tibi gentes. Et alibi Iesus: Data est mihi oīs potestas. Eiusmodi itaq; regnū & patri tradit, hoc est, cōplet & perfectius reddit. Exempli gratia: Imperator quispiā filio bellum aduersus remotissimas nationes procurandum demādat. Subactis itaq; gentibus illis, & bello finito, dici tunc quidem filius pōt, bellū patri tradidisse, hoc est, demandatum sibi à patre negotium, absoluisse. Dicit itaq; Paulus, tunc oīa finē esse iā nacta & terminata, cū ea suæ ditioni subiecerit filius. Christus nanq; in nobis tūc perfectè imperium est habiturus, cū non amplius inter nos diffidebimus, nec deo partim, partim dæmonibus paruerimus. Quo fit vt patri Christ⁹, haud secus q̄ à tyranno quopiā arreptum imperium, expeditū & liberū tradat. cū euacuauerit oēm principatum & potestatē & virtutē. Hoc ē, qn̄ deuicerit & cessare fecerit prauas oēs hic potestates. Quę vt in p̄senti plurifariā opant, & iugi sunt actiōe, sic demū tūc cessabūt & cōquiescent. Oportet aūt illū regnare, donec ponat oēs inimicos sub pedibus eius, nouissime autē inimica destructur mors. Quoniam deum dixerat, q̄ ab se desciuissent potestates, inanes & vacuas redditurū, præfixurumq; trophæa in victoriæ signum, merito quis dicere subdubius & hæsitans posset, nullo eo pacto futurū infirmiorem, sed necessario regnaturū, hoc regis instar, & præpotentis factitare hunc omia oportere, quousq; & hostes subegerit, & mortē demū ipsam subijciat pedibus. Perspicuum præterea est, vti vel sua opa, mortē sit sub iugum missurus. At quo pacto mortis huiusce seruitus apparebit, & hanc ipsam constabit fuisse subactam, nisi euomat quæ olim exceperat corpora? Tunc enim hanc proprie deuictā dicemus fuisse, cū ei⁹ exuuiæ diripient. Haud quaquā igitur, vbi auditu forte perceperis omnem hunc

Psalm. 2.
Mat. 28.
Psal. 106.

esse Christũ mortis dominatũ,& potestatem deniq; sublaturum,verendum erit:perinde ac si extenuatus ille & rei huiuscemodi impotens,vt id perficere nequeat:quippe q cunctis imperitando oĩa exequetur,&bellũ ipsum pertractabit,quousq; inimicos oẽs subijciat. Vides quemadmodũ,Donec, particula, hic nõ vt futura tollat posita sit,sed ea quæ explicata est causa.perstat eñ eius(inquit) imperiũ.neq; lẽtescit,aut debilitatur,donec oĩa cõpleat. Rebus vero omĩbus absolutis,longe magis nullus erit illius imperij finis. Basilius aũt Chr̃m regnare oportere, ita interpretatur,perinde ac si subiectionẽ operetur,vt nos sua subditione constituat,ea lege,vt cũ illi subijciemur, paruerimusq;,desinat eiusmodi in nos imperiũ exercere,hoc est, studiũ eius omne nobis imperitandi,& actio cõquiescet. quemadmodum eñ faber murarius tãdiu construit domũ, q̃diu ad eius fastigium prouectus ab opere faciendo desistat:sic filius ipse imperitat,hoc est,suũ in nobis exercet hic dñatum,quousq; sibi subijciamur. **Oĩa eñ subie**
Psalm. 8. **cit sub pedibus eius. Cũ aũt dicat oĩa subiecta sunt ei,sine dubio præter eũ,qui subiecit ei omĩa.** Q.ñ dixit de filio q hostes esset inanes & vacuos redditurus,p̃fixurusq; & tropħa,& veritus est, ne aliud quoddã inducere principium,& ingenitus esse filius putaretur, idcirco oĩa ad patrẽ refert,inquiens:Cũ filio subiecisset inimicos. Cunq; ad gentiles hoĩes scriberet,qui Iouẽ crederent Saturnũ patrẽ olim insectatum, eundemq; imperio priuasse,cauens ne tale aliquid de filio dei suspicarentur, perinde ac si patri insurrexisset,sic inquit:Oĩa filio p̃ter eũ subiecit,hoc est,p̃ter se patrẽ:quippe qui reliq̃ filio potius subiecisset. **Cum aũt subiecta fuerint illi oĩa,tunc & ipse filius subiectus erit illi,qui subiecit sibi oĩa.** Ne quis diceret,& si minus filio subiectus est pater,haudquaq̃ impedit,quin illo sit potentior filius. Quã quæstionẽ in primis Paulus sustulit,inquiens:Filiũ se patri subiectum,sic summã filij cũ patre concordiã patefacit. Quocir

ea intelligas velim patrē causam esse & originē eiusmodi potentiæ filio, nec filiū aliam quandā esse potentiam patri obsistentē & obuiā. Quod si vltra modū humili sit & abiectiori dictione vsus, nihil mireris. Consueuit enim Paulus, cū aliquid est radicitus auulsurus, rē magis ac magis augere. Exempli gratia: Cum ostensurus esset fidelem mulierem nullā ex eo iacturā perpeti posse, si viro infideli copularetur, sic dixit: Vir infidelis per mulierē &c. nō tñ exprimens ꝙ sanctior efficiat, sed verbi quadā excellētia arguens, nil prorsus fideli fœminę nocere ex eiusmodi copula potuisse. Nec secus hoc loco ac dictū est, subiectionis hoc noīe auellit penitus & eradicat prauā quāuis suspicionem, quā inducere quispiā auderet, videlicet ꝙ patre sit potentior filius, vtpote qui res tantas moliri & perficere valeat. Nysses vero Gregorius ille, sic sentit, filiū scilicet nostra oīa pro suis habere, subiectionē insup nostrā, propriam ducere: hoīes vero dissensionibus niti aduersus deū, qñquidem hunc negant infideles, & fidelium plerique, quia vitijs dediti, haudquaq̄ illi obtēperant. Cū autē infideles eius notionē habebunt, quē in p̄sentia diffitent, nosque fideles vitæ huius vitia cū virtutibus cōmutabimus, tūc filius subesse dicet: quippe qui humanā indutus personā, nostra oīa ꝓ suis duxerit. vt sit deus omnia in omnibus. 1. Cor.7.
Hoc est, vt oīa à patre dependeant, ne quis forte duos liberos principatus, diuulsos & discissos ab inuicē suspicet: siquidē inimici, filij pedibus prostrati subiaceant, filius vero nihil à patre diffideat: Quin poti⁹ vt filiū decet deo subiectus sit patri, sic deus omnino & pater erit oīa in omnibus. Nonnulli aūt ex his volunt nequitiæ significari interitū, q̄d deo oīa subsint. Cum em̄ prorsus peccatum fuerit sublatū, perspicuum est, deū esse in oībus oīa: quinetiā cum haudquaq̄ vltra in istiusmodi vitæ irritamētis & vitijs ipsis versabimur, nil penitus deū in his offendētes, sed dei oēs speciē aliquā p̄feremus, eundemque colendū vnice susceperimus, tunc deus ipse nobis oīa suppeditabit, qp-

pe qui & cibus nobis, & potus, & amictus, insuper & cogitatio, & motus denique futurus est. alioqui quid faciet qui baptizantur pro mortuis, si omino mortui nō resurgunt, ut quid baptizantur pro illis? Mos est Marcionistis hæreticis, cū aliquis apud eos sine baptismo decesserit, eius qui vita iā funct⁹ esset feretro viuū aliquē submittere hoīem. Proinde feretrum ipsi adeūtes, a mortuo sciscitant, vtrū ei libeat baptizari, moxque qui latitat viuus, de loco inferiore respondens, se velle inquit, asserentemque demortui loco baptizabant. Hic itaque prauę huius consuetudinis insimulati, Apostolū dictitant eā rem iniūxisse. Producuntque dementes illi & vesani id dictū, quod haudquaq̄ ita se habet, vt ipsi affirmant. Porro qui erant baptismū accepturi, integra pronuntiabant fide symbolum, moxque & illud, Credo mortuos resurrecturos. Inqt itaque Paulus, Qui futurā credunt mortuorum corporum resurrectionē, sub specque eiusmōi sunt baptizati, quidnā sint, cū eis Christus sit occursurus, acturi? Quid p̄terea resurrectionis gratia prorsus hoīes baptizant, hoc est, pro resurrectionis expectatione, si mortui non resurgūt? vt quid & nos periclitamur omi hora? Si ad resurrectiōis argumentū haudquaq̄ id omne admittitis, quod plane p̄fitentur baptismo abluti, vocē saltem excipite, q̄ ipsa re cōprobatur. Nos nāque apostoli vniuersi periculis agitamur assiduis. cur ergo hmōi discrimina subiremus, aut cuiusmodi meriti alterius gratia, si nulla certior esset futura humanorum cadauerum resurrectio? Quod si ob inanē gloriā & iactantiæ causam malit quis se periculis offerre, semel id, aut amplius his ille optauerit: verum singulis momētis velle periclitari, summo indicio est, nos de resurrectione esse iā certiores. Quotidie morior propter vestrā gloriā fratres, quā habeo in Christo Jesu dño nostro. Cū inquit, vt q̄d periclitamur, discriminū expressit magnitudinē, vel potius assiduas mortes. Verum q̄ pacto diebus singulis mortē obibat Apostolus? Quid ni? animi prom-

ptitudine,& quia esset ad mortē obeundā semper paratior,taliaq́ pateret,quę mortem afferrent,propter vestrā gloriam,hoc ē,vestri prouectus gratia,quo ipse glorior. Cedit nanq́ discipulorum in meliora progressus, ad gloriā præceptori.Qua re postmodum deo cōmissa, sic inquit: Quā habeo in Christo Iesu.cuius videlicet id omē ē opus, non meū,perinde acsi dicat:Queadmodum vobis proficientibus laudem mihi & gloriam vendico,sic remissior ipse efficior,& animo cōsternatus, cū calamitose adeo vobiscum agatur,vt rationi iā diffidatis. Si secundū hominē ad bestias pugnaui Ephesi,quid mihi prodest? Quantum(inquit)ad hoīes Ephesi concedi, belluūq́ mihi hauddubie cū bestijs fuit.quid eñ si deus me periculis exemit,quid inq̄ mihi ex eo potuit vtilitatis obuenisse, si nulla futura esset resurrectio?Illud aduersus beluas certamen appellat,quod cū Iudæis & Demetrio argyrocopo inierat Ephesi.Quid eñ à bestijs ipsis distabant,si mortui(vt isti affirmant)haudquaq̄ resurgunt? Manducemus & bibamus,cras eñ moriemur.Si nulla ē futura mortuorum resurrectio,consequens est,vt in eo seculo nulla sit bonorum fruitio.Fruamur interea p̄sentis seculi bonis,edendo & perpotādo.i.dūtaxat nobis erit lucri. Hoc aūt dictū,ab Isaia desumptum est,vulgo illorum dementiā increpāte,q nullā asserūt resurrectionem. Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia praua. Ad castigationē diuertit sermonē,sensimq́ hos & leuitatis incusat & dementiæ. Hoc eñ prætendit,cū Nolite errare inquit.Bonos autem mores,qui facile circunueniuntur,appellat. Arguit p̄terea Corinthios,ad resurrectionem hanc diffitendā,ab alijs fuisse deceptos. Euigilate iuste,& nolite peccare. Ignorantiā eñ dei quidā habent. Haud secus ac temulentis,vigilantiā Corinthijs iniungit Apostolus. Iuste autem,perinde acsi vtiliter interpretetur. Possunt enim homines,veluti super prauo aliquo facinore & abstinere,vt grece habet,& vigilare. Et

Actu.9.
Isaie.22.

nolite peccare subiungit. Nã ex hmõi peccãdi licentia vestra, hæc de resurrectione oritur incredulitas: quippe qui malorũ sibi sunt conscij, nullã esse existimant tormentorũ formidine, resurrectionem. Dei aũt ignoratione tenent, qui nullam resurrectioni adhibent fidem. Non eñ norũt dei potentiã. Neq; habetis dicit, sed habent. tam prauum imminuens facinus, cum in alios illud reijciat. **Ad reuerentiã vobis loquor.** Cum satis iã eos carpsisset, sic iniquiens consolat: Istiusmodi vobis locutus sum, non vt in sensus & hostis incesserẽ contumelijs, sed pudore afficerẽ. Græce eñ verecundiã habet, & eius rei ob gratiã, vt correctos vos tandẽ & castigatos, & verecundia quadã affectos, ad veritatis notionẽ traducerem. **Sed dicet aliquis, quõ resurgẽt mortui, quali aũt corpore venient:** Haudquaq̃ ipsi id affirmatis: sed alius quispiã inquit, dicit: quod eo facit, vt sine aliq̃ animi passiõe sua hęc videatur deprõpta oratio, perinde acsi alijs minus resurrectura corpora existimantibus, rẽ ipsam disquirat. Duo igitur quædã in dubitationem veniunt, modus scilicet resurgẽdi, quo pacto corpus in cineres semel collapsum & resolutum subleuetur: & quo corpore, hocne an alio quopiam. Vtraq; aũt hæc graui exemplo dissoluit. **Insipiens tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur.** Ex re notiore & ab his continue gesta obiecta dissoluit, eoq; & insipiẽtes appellat, vtpote q̃ rẽ adeo notã ignorent. Tu (inquit) qui seminas, hoc est, tu q corruptibilis es, id agis, quid ergo ambigis idipsum & deo licere: Non eñ viuificatur (inquit) nisi & moriatur, verbis vsus nihil semini propinquioribus, aut accommodis, sed corporibus ipsis. Neq; eñ intulit, haudquaq̃ scilicet germinat nisi & resoluatur, sed minime viuificabitur (inqt) nisi & moriatur. Aduerte aũt quemadmodũ ad id quod contrafacere videt, sermonẽ conuertat. Corinthijs nanq; illud, vt mortui resurgamus videbat absurdius. Paulus vero cõtrario asserẽs, ait eo nos suscitari, qa & morimur, p

inde acsi non aliter liceat in vitã preduci, nisi mors ipa prę cesserit. Et quiſeminas,non corpus quod futurũ eſt ſeminas,ſed nudum granũ,vtputa tritici,aut cæterorum cuiuſpiã. Cum duo dixerit, ſubdubitari poſſet,quemadmodum ſcilicet mortui excitẽtur,& q̃ ſint corpore reſurrecturi,reſurgẽdi modum iã ſoluit,quia per mortẽ is fiat,& in tritici morẽ.Nunc aũt explicans,quõ reſurrecturi ſunt mortui,& reliquũ aperit de q̃ ambigebat. Inqt itaq; q corpus illud idẽ ſuſcitat, hoc eſt, q̃d eiuſdem ſubſtantiæ ſit,ſplendidius tñ & cõptius reddit. Hęretici vero non idẽ illud q̃d fuerat dictitant ſuſcitari.Id ẽm(inquiunt)ptendit Apoſtolus,cum dicit:Non corpus q̃d futurũ eſt ſeminas,cum ille haudq̃q̃ ſic ſentiat, ſed id hauddubie exprimit,Non ſeminas ipſe q̃le futurũ eſt, fulgentius ſcilicet & ornatius,ſed nudum & tritici grani potius ſimilitudinẽ,ẽ q̃ ſpica ipſa pulchrior ita enaſcit,vt nequaq̃ idẽ ſint ſpica & granum.neq; ẽm in ſpicæ formã illud eſt ſatũ,culmo videlicet & ariſtis obductũ,ſed nudum. Neq; pro eo aliud qppiam pſeminatum. Quippe non ex frugum aliarũ cocco,ſed ex nudo illo frumenti grano ſpicã ipãm pdiſſe conſtat. Deus aũt dat illi corpus ſicut vult. Si deus (inquit)daturus eſt corpus,qd ipſe tã curioſe inquiris,quali ſumus corpore reſurrecturi,& reſurrectioni diffidis, cũ dei potentiã audis & voluntatẽ:Deus quidẽ reſolutũ ſuſcitat corpus,præſtantius tñ pulchritudine,& ſpũ redditum, quod plane poteſt vel in ſeminibus ipſis cõprehendi. Siqdem mandato terræ ſemine,formoſius lõge ſurgit, quod pullulat ex eo & pcreatur, & vnicuique ſeminum proprium corpus. Id prorſus hæreticorũ obſtruit ora,aſſerentium,non idẽ hoc corpus, ſed aliud quoddã eſſe in reſurrectiõe deniq; ſuſcitandũ. Ecce iam audis,pprium eſſe cuiq; corpus conceſſum. Non om̃is caro,eadem caro,ſed alia hominum,alia pecorũ,alia volucrum, alia aũt piſcium. Ne forte cum intellexeris granum pari modo omne & paſſim concreſcere,ſic etiã in reſurrecti

one existimes, honore similes fore oẽs de dignitate osten dere nititur, vel resurgentium fore discrimen. Quod prae- ueniens patefacit, cum dixit: Vnusquisque in suo ordine. Ad iecit praeterea, nõ oĩs caro eadẽ caro, hoc est, nequaquam oẽs pari honore resurgent. Sed tñ iustorum differunt corpora ab impiorum corporibus, quantum à terrenis hisce, caelestia. Erit praeterea & int iustos ipos haud paruum graduũ discrimen, quemadmodũ in subsequẽtibus dicturus est: quin etiã vel inter improbos ipos distabit plurimũ. Inquit eñ quemadmodum caro humana à pecorum & reliquorum brutorum est longe diuersa, sic erit peccãtibus & damnatis, vel in ipsis supplicijs magna diuersitas. Quae aũt dicta in praesentia sunt, peccatorum duntaxat exprimunt differentiã. Est nanque de iustis paulo post dicturus, cum de caelestibus ipis faciet corporib⁹ mentionẽ. **Et corpora caelestia, & corpora terrestria. Sed alia quidem caelestium gloria, alia autem terrestrium.** Hoc loco, quemadmodũ diximus, differentiã exprimit, q̃ iusti & reprobi inter se differunt. Iustos quidem caelestia corpora nuncupans, reprobos vero terrestria. Et alia quidem est iustorum gloria, peccantium alia, quorum haud tñ dicenda est gloria. Neque enim haec illis conceditur, sed gloriae loco vita quaedã intelligenda, hoc est, aliter longe cum peccatoribus actum iri. **Alia claritas solis, alia claritas lunae, & alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate.** Quẽadmodum paulo añ noxiorum & delinquentiũ corporum explicauit differentiam, ab ipsis hoibus initium sumens, deinceps pecorum & pisciũ meminit, q̃d peccatores ipi à principio hoĩes conditi, mox in irrationabilium animãtium sint similitudinem delati: sic & iustorum exponit discrimẽ, oẽs inquiens in claritate sunt, sed alius quidam est solis splendor, & alius lunae. Nam & stellae inter se differunt fulgore & claritate. Est eñ astrorum gloria lux ipsa & splendor. Nonnulli vero caelestia corpora pro ipsis angelis accepere, nec recte arbitror, q̃d inde liquet, cum solem alibi &

Supra eodem.

Gene. 1.

lunam, & stellas inducit. Quo fit, vt de iustis potius haberi sermo hic videat. **Sic & resurrectio mortuorum.** Sic, Psal. 135
vt mortuorum varia est resurrectio, quẽadmodum supioribus exemplis explicatum iam est. **Seminatur in corruptione, surget in incorruptione.** Supius cum de seminibus diceret, verbis est vsus corpori pximioribus. sicuti nõ viuificatur (inquit) nisi & moriat. Nunc de corporibus disserens, verbis vtit seminibus pximis. Seminat inquens in corruptione. Semen aũt nunc non illud dixit, quod vuluæ, sed qd terræ demandari videt. Qñquidem & ipa cadauera sepulchro conduntur, perinde acsi inqat, Deponũtur in terram demortua corpora in corruptione, hoc est, vt corrumpantur. Bene autem surgit dixit, non nascit, ne terræ id opus esse existimes. **Seminatur in ignobilitate, surget in gloria.** Quid em̃ mortuo hoïe est ignobilius? Surgit tñ in incorruptionis gloria, tãetsi haud pari honore fruant oĩs. **Seminatur in infirmitate, surget in virtute.** Nihil valet vel ad quintũ diẽ caro demortua corruptioni resistere, surgit tñ in incorruptiõis potentia. Qñquidẽ cõprehendi corruptione nulla hæc possit, tã etsi peccatoribus maiori supplicio futura sit incorruptio. **Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.** Animale corpus ab animalis potentia regit, in qd & anima ipa imperiũ habet, & gubernationẽ. Spiritale autem, qd spũs sancti opa abunde vtit, ab eodemq; & gubernat. Qui spũs in nobis & si in p̃sentia opatur, non tñ adeo, neq; tam assidue qppe q delinquẽtibus nobis abscedit statim, & auolat. Eodẽq; præsente, anima corpus ipsum moderatur & regit. Tunc autem cum resurgemus, perpetuo idem iustorum corporibus aderit spiritus. Vel simpliciter spiritale dixit, quia incorruptum perinde ac tenue magis ac leuius, & quale in aerem deferri possit. Non tamen eiusmodi quale asserit Origenes, aerium scilicet & ætherium, vel ex aeris ipsius vel ætheris substantia compactum. Quod si corporum resurgentiũ incorruptioni diffidis, respi-

ce cælestia illa quæ interea neq; senescunt, neq; labore ullo conficiuntur. Itaq; qui creauit nostra hæc corpora, quæ facile corrumpuntur, incorruptibilia reddit. **Est corpus animale.** Quod nunc gerimus in præsenti hac vita. **est & corpus spiritale.** Quod sumus in futurum habituri, idem illud existens, quod est in præsenti. Animale vero, hoc est, corruptibile. **sicut scriptũ est, factus est primus homo Adam in animã viuẽtem, nouissimus Adam in spiritum viuificãtem.** Atqui hoc primũ traditum literis fuisse constat, postremum vero illud nequaq̃, sed ex rerum ipsarum cõsequentia & euentu dignoscit. Scriptũ tñ vel

Gene. 2.

Zach. 8. id dicit fuisse, quemadmodum & propheta de Ierusalem dixit, Vocabitur iustitiæ ciuitas, cum tñ haudquaq̃ id explicasset. Et euangeliũ dñm Emanuel nuncupat, cum ipse minime sic diceret, sed res ipsæ vocem hãc indidere & nomẽ.

Mat. 1.

Primus itaq; Adam homo erat in animã viuentẽ effectus, hoc est, corpus habebat animæ viribus gubernatũ. Nouissimus vero, q Christus est, in spm̃ viuificantẽ. Non em̃ viuentem dixit, sed viuificantem, id exprimẽs, quod & præstantius erat, & longe maius. Dñs nanq; substantialit̃ habebat spm̃ sc̃tm̃ sibi vnitum, quo & propriam carnem viuificabat, & nobis p eum est incorruptionem largitus. Quo fit, vt vitæ huius corruptibilis, pignora in priori Adam cepimus, futuræ vero in Christo. **Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spiritale,** Ne qs forte q̃rat, Cur ergo corpore hoc animali, qđ deterius est, nũc ipi potimur, spiritali vero sumus quod satius est potituri? Rñdet vtriusq; principia sic fuisse disposita: Adam primo, postremo Chr̃m. ita fit, vt in melius prouehantur res nr̃æ. Quinetiam psuasum habeas velim, vel ea quæ nunc in te insunt corruptibilia hæc & peiora, in id quod incorruptum est & p̃stantius, commutatũ iri. **Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis.** Ne optimum negligant viuendi modum, futurum est vt de vita eos commonefaciat, quæ deo fit

placita, inq̃t, itaq; Adam fuisse ex terra ꝓgenitum, & idcirco esse hoc nomen sortitum. Adam enĩ significat terreum & è puluere plane effictum: secundus vero homo, dñs scilicet, è cælo erat. Quorũ alterũ à deteriore denominat, alterum illum & secundum à potioribus noĩat. Neq; ꝓpterea ꝙ homo siue ipa humanitatis assumptio è cælo esset, quẽadmodum demẽs ille Apollinaris delirabat, sed ꝙ vna sit vnius Christi persona. Et homo de cælo esse ꝓpter vnitatem dicit, & deus fuisse eandem ob causam crucifixus asserit. **Qualis terrenus, tales & terreni.** Hoc est, pariter & perditum eunt, & interibũt. Vel quia pctĩ mortem obituri sunt ij, qui terrenis rebus inhæserint. **Qualis cælestis, tales & cælestes.** Hoc est, sic immortales sunt permãsuri, & claritate fulgẽtes. Nã si secũdus Adã mortuus ẽ, mortẽ tñ vt ipẽ dissolueret, mortẽ subiuit. Vel alit: Ipsi scilicet diuinam vitam degentes, pinde ac sapientes cælestia, glorificabunt. **Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portabimus & imaginem cælestis.** Hoc loco enodatius retegit orationis in commonefaciendo figuram. Imaginem aũt terreni praua ipa facinora dixit: cælestis aũt imaginem, optimã actionem. Quemadmodũ igit in nequitia viximus tanq̃ terreni filij, & terrestria sapiẽtes, sic rursus in virtute victuri sumus, vtpote qui cælestis imaginem imitando seruabimus. Imago quidem terreni, vt illud, quia cinis es, & in cinerem reuerteris; imago autem cęlestis, mortuorũ est resurrectio, & incorruptibilitas ipa: ita vt tanq̃ de resurrectione, non de modo viuendi dicta hæc fuisse intelligendum sit. Et illud, Portabimus imaginem cælestis, nõ consulentis esse dictum intelliges, sed rei futuræ indicium, hoc est, ꝙ cælestem sumus imaginẽ portaturi. **Hoc aũt dico fratres, quia caro & sanguis regnum dei possidere non possunt.** Postq̃ imaginẽ terreni expressit, pinde ac si eandẽ interpretetur, sic inquit, Qm̃ caro & sanguis, ꝙ imaginẽ præferunt terreni, hoc est carnales actiones, & corporis crassitudini cõformes, quæ Gene. 3.

haudquaq̃ poterunt cæleſtis regni cõſequi hæreditatem. neq; corruptio incorruptelam poſſidebit. Hoc eſt, neq; tia animi ingenuitatẽ corrumpẽs, neq; t gloriã illã poſſidere, & bona incorruptibilia. Poteris & hæc oĩa, non ad vitæ inſtructionem referre, ſed vti de reſurrectiõe ediſſerãt, cape, videlicet caro & ſanguis. i. q̃d ex carne & ſanguine hoc corpus cõcretum, in futuro ſeculo cæleſti imperio nõ potiat̃. Quo in ſeculo, nec potus erit, nec cibatus, quibus oĩno tale corpus nutrit̃. Neq; corruptio, hoc eſt, corruptibile corpus, incorruptibilia vẽdicabit. Neceſſe eſt itaq;, vt ſpiritale noſtrũ hoc corpus, corruptiõis ſit expers futurũ, tãetſi Baſilius hæc ab Apoſtolo dicat eo fuiſſe ꝓlata, vt Corinthios ad recte viuendũ cohortaret̃. Ecce myſterium vobis dico. Ad cõceptum de reſurrectiõe ſermonẽ iã redit, pollicet̃q; ſe illis horribile q̃ddam & arcanũ denuntiaturũ. Sic illos, queadmodum plurimi faciat apit, q̃ñ ea quæ recondita ſint, neque liceat ſibi effari, dicturus ſit. Omnes quidem reſurgemus, ſed non oẽs immutabimur. (oẽs quidẽ non moriemur, oẽs aũt immutabimur, ſic græce.) Non oẽs inq̃t, ſunt morituri, verũ oẽs immutabimur. Vel ij, q nõ moriunt̃, hoc ẽ, q ad incorruptionem transferunt̃. Nequaq̃ igitur cum moriendum ſit, vereri debes, q̃n reſurrecturus ſis aliq̃ñ. Ecce iam tibi p̃dico pleroſq; mortem eſſe non obituros, haud tñ id illis ad eam reſurrectionẽ ſat valet, niſi & immutẽtur: & ſic ex hac corporũ mortalitate, ad immortalitatem ptranſeant. Vt itaq; illi cum mortis immunes ſint, nihil ex eo capiunt vtilitatis, ſic nobis mors ipſa effecerit, illis vero mors eſt immutatio. Morit̃ nanq; in eis corruptio, in incorruptibilitatem deniq; cõmutata. In momento in ictu oculi, in nouiſſima tuba. Hoc eſt, momentanea tpe & breui admodum, & quãto diſtringi ſupcilium poſſit, res eiuſmodi fient. Neq; ſolum mirũ illud videri debet, q̃d tabida iam & putrefacta reſurrectura cadauera ſint, q̃d'q; ſinguli ꝓprium ſint recepturi corpus: ſed q̃a tanta ſit hoc celerita-

te futurũ, vt nequeat explicari. Nõnulli aũt in nouissima tuba ita intellexerunt, pindeacsi illud ab Apocalypsi Iohannis euangelistæ desumptum sit: E septem nanq; tubis (inquit) priores quidem hominibus finem denũtiant. Nõ enim omnes vna interibunt, sed diuerso quisq; tpe naturę necessitati cõcedet. Et hoc quidem fiet diuina dispositiõe, vt priorum, qui sunt pempti, exemplo, qui reliqui erunt, malefactorum pœniteat. Nouissima aũt tuba & momento, q̃d est & oculi ictu, hos & resurgere facit & immutari. Apoc.8.

Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Ne quispiam talia fieri posse in oculi ictu diffidat, certiora esse quæ dicit, ex dei potentia arguit, q eiusmodi faciat: inquitq;, tuba canet, & hæc vtiq; fient. Cuius dicti persimile istud est, ipse dixit & facta sunt. Per tubam aũt, quæ nulla pfecto in futuro iudicio erit, dei nutum & imperium patefacit, qui ad omnes sit perventurus. Psalm.32

Et nos immutamur. Haudquaq̃ de seipso id asserit Paulus, sed de his qui tunc superstites erunt, & in humanis agẽt. **Oportet eñi corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.** Ne forte audiens quispiam, quia caro & sanguis regnum dei non hæreditabunt. Et rursum, quia incorrupti resurgent mortui, existimet corpora ipsa præterea minus resurrectura, quoniam nũc ex carne & sanguine cõposita sint, sic infert, Resurgẽt quidem corpora hæc, nõ tamen quæ sanguine sint & carne concreta, sed in incorruptionem hauddubie commutata. Nota autem hæc dicta in eos proferri, qui asserant corpora non eadem in illa esse resurrectura, quæ in hac vita fuere, sed alia quædã. Inqt eñi Apostolus, corruptibile hoc, & mortale hoc, nõ aliud quidpiam, sed hoc duntaxat corpus designat. Quo fit, vt corpus qdem idipsum maneat, nõ est q̃d induitur. Mortalitas autẽ & corruptio tollitur, immortalitate & ĩcorruptiõe supante. Differt aũt corruptio à mortalitate: siqdem in animata duntaxat cadit mortalitas, corruptio vero vel in ea quæ aĩa carẽt. Nobis Supra eodem

itaque insunt nõnulla, quæ inanimatis similia sunt, vtpote capilli & vngues, quod & immortalitatem cũ reliquo corpore induẽ necesse est. **Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scri-**
Osee.13. **ptus est, Mors absorpta est in victoria.** Quoniam quæ præt Corinthiorum essent opinionẽ, explicauit Apostolus, scripturæ testimonio hæc demum confirmat. In victoria autem, hoc est, in fine videlicet, vt deuicta mors penitus dispdatur, neque in posterũ spes vlla sit reliqua. **Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus?** Perinde ac rerum ipsarum fine, pspecto, effertur spiritu, & victoriæ carmẽ decantat, exultãsque proclamat, haud secus ac morte ipa, pstrata, hanc ipam pmit & calcat. Comperies autẽ aliquod eẽ inferni & mortis discrimẽ, videlicet quod animas infernus contineat, mors vero corpora. Nam immortales sunt animę. **Stimulus autem mortis peccatum est.** Peccatum nõ morte erat validi⁹, quo mors ipsa, p stimulo vtebatur. Nam vt scorpius minutum animal, in caudæ stimulo vim habet oẽm, sic & mors per delictum poterat plurimum, tametsi suis viribus minime vteretur. Potest & præterea aliquid de Iesu significari, in quo cum nullum inuenisset pctm̃, in eum moliri nil potuit. **Virtus vero peccati, lex.** Lex nãque, cum nulla cõstaret ex iustitia, delinquẽtes nequaquam grauiẽ damnabamus. At postquam lex ipsa delictum monstrauit, & quod cauẽdũm esset constituit, condẽnauit nos acrius, vt q sciẽter deliquimus: & pctõ vires adiecit, & fortius reddidit, nõ, p sua natura, sed, p nostra ignauia, qui minus recte vtamur cõcessa medela: queẽadmodum in epistola ad Romanos diffusius & multis iam est explicatum. Non igitẽ ambigas de resurrectione ô homo, cum videas pctm̃ esse sublatum. Quod cum mors ipsa, p armis habuerit, & lex ipsa iam cesset, quod fuerit eius ex fine pcti robur. Perspicuum itaque est, hanc mortẽ, quia armis sit spoliata, nil amplius habere iam virium. **Deo autem gratias, qui dedit**

nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Domini Iesu certamen est, hoc ille gessit. Nobis vero collata victoria est, nulla beneficiorum nostroꝝ vicissitudine, sed per dei patris gratiam atq; clementiam, qui nos per filij intẽsissimam operam, superiores effecit. **Itaq; fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere domini semp.** Cum compertum apud vos sit, esse omnino resurrectionem futuram, futuramq; & bonorum prauorumq; retributionem, stabiles vosipsos præstate. Erant enim Corinthij de resurrectione subdubij & nutabundi. Cumq; & vitæ melioris esset apud eos neglectus, vtpote qui se minus resurrecturos sperarent, abundantes (inquit) in dei opere estote, hoc est, non solum quæ dei sunt operamini, quinetiam abunde hæc velim exerceatis. Opus autem domini, hoc est, quod sit domino gratum, quodq; à vobis dominus exigat, virtutẽ videlicet. **Scientes quod labor vester non est inanis in domino.** Hoc est, sperantes resurrectionem futuram. Et quodcunq; fuerit per vos laboris impensum, haudquaquã vobis iacturæ erit. Olim nãq; à vobis virtus ipsa negligebatur, quia resurrecturos vos minime credebatis, eoq; neq; in vacuum laborẽ insumere libebat. Nunc vero pro certo habetis, vestros labores nequaq̃ fore inanes. In domino autem eo intulit, vel quia tunc in domino laboramus, cum superne & cælitus opem excipimus, quod obuenire ex deo gratis operibus solet: vel quia haud frustra p eum erit domini gratia quiuis labor impensus, quin & ab eodem sit præmia recepturus.

Caput XVI.

De collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite. Absoluto de dogmatibus ipsis sermone, ad virtutum fastigium eleemosynã venit, leuiorẽ initio statim hanc ipsam rem faciens. Leue enim singulis videbatur, quod erat à multis collatum. Mox illos ad imitati-

onem aliorum vt conferant,inducit,alieni officij narratione.Infert nanq; quemadmodum & Galatæ fecerunt. Neq; commonefeci dixit,sed ordinaui.quod sane maioris est potestatis,vt intelligas vel regium decere imperiũ, eleemosynam impartiri,nec quoq̃ pacto esse hanc negligendam. **Per vnã sabbati vnusquisque vestrum apud se reponat,recõdens quod ei bene placuerit.** Per vnam sabbati,dominicum diem intelligit,hoc est primam sabbati,vel primũ hebdomadę diem. Cuius diei commemoratione,ad eleemosynas erogandas hortat. Quin & diei eiusdem recordatur mysteriũ.Prudent autẽ iniũgit,vnumquenq; quodlibet recondere,hoc est,quodcunq; destinauerit deus seruare,& q̃d factu facile sit cuiq; conferenti.Neq; enim dixit statim conferte,ne quem forte cuius tenues essent tunc facultates,pusillum quidpiã tribuere puduisset,sed recõdat(inquit)apud seipsum quisq; & cumulet,auctumq; deinceps & cumulatum deferat. **Ne cũ venero,tunc collectæ fiãt.** Ne forte(inquit) cum dispensandi est tempus,tunc colligatis.Cum aũt venero dicit,promptiores ad colligendũ hos reddit, ꝗ postea dispensentur,vtpote cũ in eis conspectu hmõi sit futura collatio. **Cum aũt præsens fuero,quos probaueritis per epistolas,hos mittã perferre gratiam vestrã in Jerusalem.** Recte illud,quos ipsi probaueritis, intulit:vbiq; aliorũ offensionẽ declinans, ne illis forte suspicio oboriretur,cupere Paulum collectas pecunias, egẽtibus impartiendas sibi,non alijs vẽdicare. Idcirco quos ipsi idoneos iudicaueritis,inquit,hos ego per literas destinabo,perinde acsi dicat,Et ipse his adero,& mearũ literarũ ratione particeps,& meriti dispensando. Gratiam aũt rem ipsam appellauit,hoc est,liberalitatem & munificentiã,vt arguat eos rem grandẽ factitare,nõ animo iniquo, vel vlla coactos necessitate. Hęc quippe dici gratia debet, quæ vltro offerat. Gratiã pręterea id beneficij appellauit, quia indignum videretur,eleemosynam dicere,quæ esset

in sanctos postea eroganda. **Quod si dignũ fuerit vt ego eã, mecum ibunt.** Si tãta(inquit)fuerit collectę pe cuniæ magnitudo, vt me dispẽsatore indigeat, vel ipse ac lubens iturus sum. Quibus dictis ad munificentiam hortatur Corinthios. Quinetiam cum testes illos habere velit, quemadmodum nihil sit ipse ex collatione huiusmodi accepturus, mecũ infert commigraturi sunt. **Veniã autem ad vos, cum Macedoniã pertransiero. Nã Macedoniã pertransibo. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo, vt vos me deducatis quocunq; iero. Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero enim me aliquantulũ temporis apud vos fore, si dominus permiserit.** Haudquaq̃ dixit, me in Macedoniam conferam, ne obiectarent Corinthij Macedonas sibi prælatum iri, sed pertransibo(inquit)Macedoniã, hoc est, citatim & præteriẽs illos visurus sum, apd vos vero cõmoraturus. Vnde ostẽdit, quemadmodum Corinthios vti propinquiores discipulos & digniores Macedonibus anteponat. Erat enim Corinthi fideliũ maior conuentus. Territat præterea delinquentes, cum mansurum se apud eos affirmat. Adiecit præterea, Forsitan illud, ob dubium rei euẽtum. Erat eñ nescius, vtrũ id sibi spiritussancti permissu facere liceret, nec ne, cuius arbitrio ducebatur. Ephesi enim cũ esset, concessurus inde in Macedoniam erat, eamq; celerrime prę teriturus, aditurusq; mox & Corinthios. Multis itaq; argumentis suam in Corinthios aperit beneuolẽtiam: cum quia nequaq̃ eos vellet transeundo reuisere, tum quia se ab eisdem deduci percupiat. **Permanebo autẽ Ephesi vsque ad pentecosten.** Vel id quidem maximum est amantis indicium, cum & quo sit loco, & quamdiu mansurus significet, & profectionis causam patefaciat, cum ita infert: **Ostium enim mihi apertum est magnum et euidens, et aduersarij multi.** Hoc est, complures sunt ad CHRISTI fidem hanc concessuri, ad

quos liberior mihi patet accessus, vtpote quorum feruētior ad fidem sit animus. Tunc enim angitur magis præceptor, & quasi ab docendo reprimitur, cum minime habet attentos discipulos: spatioso vero & amplo in loco tunc eius mens diuagatur, cum auditores sit nactus æmulatione mutua excitos. Multos autem sibi dixit aduersarios imminere, quia cum diabolus se iam sentiat potestate pristina spoliatum, acriori formidine percitus, alios cōcitat vt aduersent. **Si autem venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos.** Quoniam par erat vt Timotheus suo interuentu offenderet qui deliquissent, obiurgaretq; eorum facinora, certiores hos reddit, & commonefacit ne Timotheo insurgant, qui apud se sapientes haberentur & diuites: neq; eo quod futurum esset, vt præ timore ille succūberet, sed quia Corinthijs ex eo obuentura esset calamitas. Timotheus siquidem admodū erat ad pericula subeunda paratus & promptus. Recte autem apud vos dicit, perinde acsi inquiat: Nequaq̄ id à gentibus vllis exigerem, sed à vobis deposco, vt tutior ille apud vos maneat. **Opus enim domini operatur sicut & ego. Nequis ergo illum spernat.** Hoc est, haud secus atq; ipse, prædicaturus est ille, & alios instructurus ad fidem, quod sane magnam cedit Timothei in laudem. Cum itaq; istiusmodi sit, nemo hunc paruiduxerit velim. Erat nanq; is non grandis natu, sed iunior, & solus ad eam rem tam arduam destinatus. quippe cui elati & superbientis populi fuerat cura permissa. Vnde nec poterat mirum videri, si ab his paruifieret. **Deducite autē illum in pace, vt veniat ad me. Expecto enim illū cum fratribus.** Quin potius (inquit) honore hunc prosequamini, quod certe, cum deducite inquit, prętenditur. In pace autem, hoc est, in tuto sine vlla formidine, altercatione quauis & contentione sublata, & obedientia pręstita. Expecto autem illum, ad territādos hos dixit, perinde acsi cuncta quemadmodum gesta sint, in eius aduentu si

bi sit Timotheus renũtiaturus: eoq; ne illi molestos se prę beant, commonefacit: simul etiã vt reuerentia eũ efficiat digniorem: vtpote, qui adeo sibi sit necessarius, vt eũ duxerit expectãdum. **De Apollo aũt fratre, vobis notum facio, qm̃ multum rogaui eum vt veniret ad vos cũ fratribus, & vtiq; non fuit voluntas eius vt nunc veniret.** Erat Apollo Timotheo ætate prouectior, & vir satis facundus. Ne itaq; quererẽtur Corinthij, non hunc potius ad se fuisse transmissum, sed eum q iunior esset, sic inquit: Multum rogaui eũ, & cohortatus sum ad vos se conferret. Neq; hunc dicit sibi iã obstitisse, quin vt culpa liberum reddat, vtiq; non fuit voluntas eius subiecit, hoc est, deo non libuit. Et ne præterea excusationes has esse & commẽta quædam affirment, hæc subdit: **Veniet aũt cum ei vacuum fuerit.** Et Apollo simul excusat, & Corinthios hunc visere cupientes, eiusdem spe futuræ præsentiæ consolat̃. **Vigilate.** Rursum eos in epistolæ calce commonefacit, ostendens minus esse duntaxat præceptoribus confidendum, quin & in seipsis spem fore habendam. Vigilate, inquit, hoc est, ne seducamini. Quod eo intulit, vt somnolentiæ illos arguat. **State in fide.** Hoc est, non in exteriori vestra hac sapientia confidatis, in qua nemo gradu potest consistere firmiori: quin etiam state eo adiecit, vt illos ostendat esse instabiles & in fide labantes. **Viriliter agite, & confortamini.** Id q-dem eorum gratia dixit, qui cum molliores essent & effœminati, insidijs aduersum hos niterentur. **Omnia vestra in charitate fiant.** Hæc in eos intendit, qui factionibus & dissidijs ecclesiam ipsam discerperent. Siue, inquiet, instruit quispiã, siue instruitur, siue obiurgat, in charitate hæc peragat velim: ita fit, vt neq; elatio, nec tumor animi subsequatur, media charitate, neq; vlla oriat̃ dissensio. **Obsecro aũt vos fratres:** Videlicet vt vos istiusmodi præbeatis. **Nostis domũ Stephanæ & Fortunati, qm̃ sunt primitiæ Achaiæ.** Vos (inquit) rei

huiusce estis non inscij, ita vt nequaq̃ ea instructione indigeatis. Hos aũt Achaiæ appellat primitias, vel quia priores illi in ea regione crediderant, vel quia optimam ducerent vitã. Debent nanq̃ primitiæ de reliqua summa, potiorem partem desumere. Achaiam vero Græciã vocat. **& in ministeriũ sanctorum ordinauerũt seipsos.** Vt fideles videlicet egenos excipiant, eisdemq́ vt ministrent & opem ferant, seipsos constituerunt, non inuiti & coacti, sed vltro id agũt. **vt & vos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laborãti.** Hoc est, vt & vos cæteris vna auxilio sitis fidelibus hisce, vel iuuando pecunijs, vel corporis necessaria subministrando. Neq̃ simpliciter ferte his opem dixit, sed vt intentiorem quãdam exprimeret obsequẽtiam, subditi estote subintulit. Et ne Stephanæ duntaxat illi gratificari appareat, adiecit, Et laboranti cuiq̃: At qua in re? In sanctorum nimirum ministerio. Sũt enim istiusmodi omes honore dignissimi. Sic nanq̃ & labores leuiter tulerint, cum se & sanctorum gratia suscepisse hos videant, & alios habeant ad id muneris socios. **Gaudeo autem de præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi suppleuerunt.** Hi quippe erãt qui ad Apostolum Corinthiorum dissensiones & errata protulerãt. Et quoniam nõ immerito forsan, eam ob causam Corinthij efferacius in hos se gerebant, commendat eosdem, inquiens: Hi sane quod vobis deerat impleuerunt, hoc est, vr̃i oĩm loco ad nos commigrarunt: & vosq̃ ad me tã lõgo itinere transmissi sunt. **Refecerunt em̃ meũ spm̃ ac vestrũ.** Ostendit quemadmodũ sui animi recreatio ex illis prodierit, q̃s ad se transmisissent perinde ac si inquiat: Me p hos recreato, mea est vobisq̃s in lucrũ futura. Nil itaq̃ velim vel ingratũ his, vel q̃d iniucundũ sit inferatis. **Cognoscite ergo quæ eiusmodi sunt.** Hoc ẽ, in honore eos habetote. **Salutãt vos oẽs ecclesiæ Asiæ.** Cõnectit (vt facere semp consueuit) per impartitam salu-

rem, Christi membra. Salutāt vos in domino mul tum Aquila & Priscilla, cū domestica sua ecclesia, apud quos & hospitor. Apud hos nanque morabatur Apostolus. Erat ēm ipse quemadmodum illi, scœnofactoriæ artis peritus. Attende aūt horum virtutem, qui ex propria domo ecclesiam, hoc est, fidelium conuētum effecerint. Salutant vos omēs fratres. Salutate inuicē in osculo sancto. In osculo sancto adiecit, propter varias Corinthiorū dissensiones. Commonefecerat ēm eos plerunque, vt vnum sentirent omēs. Osculo aūt sancto dicit, quod dolo careat, ne fictum sit. Salutatio mea manu Pauli. Salutem ēm hanc propria manu conscripsit, vt ostendat plurimi se hanc epistolā facere: tum eos, ad quos illam perscriberet. Si quis non amat dn̄m nostrū Jesum Christū, sit anathema. Hoc vnico dicto oēs perterrefacit, adulteros. s. subdolos, & q idolothytis vescerent, qui ve resurrectioni diffiderēt, & oēs denique qui p̄ter eius doctrinā & traditiones ducerent vitā. Hi nanque vniuersi haudquaq̄ dn̄m colūt. mara natha. Hoc est, dn̄s venit. Quod eo intulit, vt & incarnationis mysteriū confirmaret, assereretque p idip̄m & resurrectionē. vel vt illos pudore afficiat, p inde ac si dicat, Cūcta nō minus vr̄i causa tolerauit, vos vero illū odio habetis. Quippe q partim noīa vobis ab hoībus consciueritis, partim prauis incūbitis facinoribus. Atqui eo hoc loco Græca haudquaq̄ vsus est lingua, sed Hebræa, vel Syra potius, qa ad Corinthios sermonē haberet, q exteriorē hāc & humanā saperent sapientiā, & Græcæ linguæ ornatum gloriæ ducerent, arguens eorū se lingua nihil indigere, sed vulgata quadā, humili, & abiecta potius gl̄ari, adeo vt vl̄ barbara dictiōe sit vsus. Gratia domini nostri Jesu Christi vobiscū. Præceptoris officiū est, non solum cō monefacere, quin & bn̄ precari, confirmareque auditores, cū doctrina, tum & cælestis cū precatione præsidij. Et qm̄ ipse loci distantia aberat longius, perinde ac si dextera

Actu. 18.

ipſa corporis ſalutandi gratia porrecta, animi manibus eos complectitur, inquiens: Charitas mea vobiſcum in Christo Jeſu, Amen. Hoc eſt, omnibus vobis præſto ſum ipſe, & adſum vel abſens. Neq; enim ſi loco videor à vobis diſtare, animo procul ſum. His itaq; patefacit quæ ad eos ſcripſiſſet, & ſi acrimoniam quandam præferrent, nequaq̃ ab odio vel ira prodire, ſed à charitate & cura quam de his geſſerit. Et ne aſſentandi gratia intuliſſe hæc videatur, in Chriſto Ieſu ſubiecit, hoc eſt, nihil mea hæc charitas in ſe vel humani habet vel carnis, ſed ſpiritalis eſt tota. Precemur itaq;, vt mutuo amore detenti, in nobiſipſis mundanæ beneuolentiæ, quæ deo inſenſa eſt, & odioſum nil præferamus. Sic eñ iucundiſſimis dei dignabimur habitaculis in Chriſto Ieſu: qui nos tanto eſt proſecutus amore, cui glora in ſecula ſeculoꝝ, Amen.

Miſſa fuit e Philippis per Stephanam & Fortunatam, & Achaicum, et Timotheum.

ARGVMENTVM SECVNDAE AD Corinthios epiſtolæ.

Poſt actam a Corinthiis pœnitentiam, conſolatoriam eis ſcribit epiſtolam Apoſtolus, a Troade per Titum. Et collaudãs eos, hortatur ad meliora, contriſtatos quidem eos, ſed emendatos oſtendens.

IN SECVNDAM AD CORINTHIOS epiſtolam, Theophylacti prologus.

SEcundam idcirco beatus Paulus ad Corinthios ſcribit epiſtolam, quia cum in priori ad eos ſe profecturum pollicitus eſſet, idq; demum neglexerit, utpote quem ſpirituſſanctus neceſſariis magis in rebus exercuiſſet, & alia pleraq; quæ eum urgerent, exorta incubuiſſent, oportuit ut longioris ſuæ profectionis tarditatem purgaret. Cuius purgandæ gratia, hanc ſcripſit epiſtolam, excuſans et qua id ratione ſit factum commemoraus: Simul etiam hi cum ex ſuperiori epiſtola profeciſſent, et admittendi erant et laudandi, Proinde quos et delinquentes iam obiurgaſſet, et correptos deniq; et in uiam redeuntes, extollere laudibus oportebat. Et ideo nihil eis ex huiuſmodi epiſtola uel ad contemptum ingeritur, uel contumeliam: niſi forte in calce perpauca, et ea quidem eorum gratia, qui ex Iudæis fideles effecti adeo inſoleſcerent, ut Paulum haud ſecus ac literarum ignarum et nullius momenti uirum acriter incuſarent.

PAVLVS apostolus Christi Iesu per volũtatem dei, & Timotheus frater. In priore epistola, cum ad Corinthios Timotheũ misisset, excepissetq́ item ex Corintho ad se redeuntem, merito eũ sibi coniungit. Dederat nanq; ille apud Corinthios ꝓpriæ virtutis experimenta. Quocirca eundem clarũ iam factum, & plurimis non ignotum: quippe qui Corinthijs cum exhortando, tũ præceptoris mandatis ad eos perlatis, magnum in modum ꝓfuerat, socium sibi in epistola hac conscribenda consciuit. Aduerte aũt quemadmodum & filium hunc nõnunq̃ appellet, cum inquit, Tanq̃ patri mihi filius seruiuit: nonnunq̃ vero cooperatorem, vt illud: Opus eñ operatur, vt ego. Nunc vero fratris noĩe & veneratione quadam dignatur. Philip. 2. 1.Cor.16.

Ecclesiæ dei, quæ est Corinthi. Rursum hos dei ecclesiam remissius nũcupat. Qui eñ ab ea fuerint auulsi, haud quaquã hoc ecclesiæ noĩe dignandi sunt. cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia. Ita hæc infert, pinde acsi per epistolam hanc, reliquos Græcos appellet, gentemq́ eam vniuersam ad concordiã cogat. Quinetiã qa communiter facile mouebant, & medelam cõmunem affert. Quod item facit, cum ad Galatas scribit, aut Hebræos. Sanctos aũt cum dicit, arguit plane immũdum aliquẽ & impurũ, nequaquã esse hmõi appellatione dignũ. Gratia vobis & pax a deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Consuetam in pñtia præfationem facit, vt dictum alibi est, gratiamq́ his comprecatur & pacem. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi. Promiserat in priori epistola ad Corinthios se ꝓfectu- 1.Cor. 16
rum, qua ꝓfectione dilata, suspicabatur illos idęgre ferre, tãquam alios sibi prætulerit, vt ad q̃s mallet potius, q̃ ad se cõmigrare. Volens itaq; Paulus excusare id moræ, insup. & patefacere sese molestijs plurimis, quæ sibi incubuis-

sent, fuisse detentum, ingeniose admodũ sui purgationẽ ꝑtendit, Gratias ingens, ago deo, ꝙ me scilicet exemit peri culis, & ita vt gratias agendo oñdat, magna quædã, quę se intercepissent, fuisse discrimina, qbus liberatus tandẽ gra tiasq; agat. Pater dñi nostri Iesu Christi, eo dicit, quia secun dum humanitatem Christi, est deus: secundum vero diuinitatem, est pater. **pater misericordiarum, & deus totius consolationis.** Hoc est, ꝙ tantopere nostri cõmiseretur, vt ab ipsis foribus mortis retraxerit, dignatusq; sit in afflictionibus cunctis & pressuris nos cõsolari. Est aũt sanctis consuetudo, vt cum bñficijs afficiuntur, deũ vt nominent, & gratias agant: queadmodum Dauid cum victo

Psalm.17 ria esset bellãdo potitus, sic inqt, Diligam te domine fortitudo mea, & dominus defensor meus. Cum vero cogitationum nebula, & mentis obtenebrati one vel tristitia li-

Psalm.26 beratur, Dominus fit illuminatio mea proclamat. Sic itaq; nunc & Paulus misericordiarum patrem, & consolationis deum, ex his quæ sibimet contigissent, appellat. Attẽde autem incredibilem pene hominis humilitatem, qui cũ pręndicando, tentatione quauis & pressuris vrgentibus exi meret, nequaq̃ pro suis se meritis esse affirmet, sed dei mi sericordia, tot malis solutũ. **qui nos cõsolatur in omni tribulatione nostra.** Haudquaq̃ dixit, ꝙ nos premi aut angi permittit, sed cum vrgemur & premimur, nos consolatur. Sinit nanq; nos ille vrgeri & diuexari quampluri mis, vt per tolerantiam assequamur mercedem, quos itẽ & consolatur & fortiores reddit, cum succubuisse perspexerit, semperq; in hoc consolandi officio perseuerat. Propterea Paulus nequaquam illud quod semel nos consolatus est, intulit, sed qui consolatur adiecit, vt perpetuitatem consolationis ostẽdat. Neq; in hac solum aut illa pres sura, sed in omni tribulatione, quæcunq; sit illa. **vt possimus & ipsi consolari eos, quæ in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipsi a deo.** Nõ eo, inquit, quia & digni ipsi cõsolatione hac su-

mus,solať nos deus,sed vt cæteros ꝑ huiusce cõsolationis exemplo, q̃d in nos editum est, & reliq̃s qui vrgeri varijs morbis solent,cõsolari possimus. Vt vos itaq;,q̃nquidem & me cõspicitis,inquit,eiuscemodi cõsolatione affectum, nequaq̃ velim animo cõcidatis, cum in angustijs fueritis, & pressuris immersi.Qua ex re,& apostolorum officium patefacit,qui ad aliorum subleuandos angores sint constituti.Nõ vt commentitij solent & falsi apostoli, qui dãtes delicijs operam & domi quiescentes, negligunt eos q̃ cõsolandi forent & subleuandi. **Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis,ita & per Christũ abundat consolatio nostra.** Quo recidis(inqt)ô auditor passiones cum audis & cruciatus? Quãto em̃ magis affluxerint,tanto abundantior erit & cõsolatio. Nec simpliciter passiones expressit, sed Christi,vt ex his & Corinthios cõsoletur.Christi quippe sunt huiusmodi passiones, q̃s nos toleramus.Quo fit, vt in his ferendis Christi simus effecti participes.Debet ergo magnum in modum vel illud tibi consolationi esse, q̃d Christi subieris passiones. Quin potius nec eas solum,sed longe his acriores. Abundãt em̃ (inquit)Christi in nos passiones,hoc est,lõge plura ipsi debemus quàm Christus perpessus sit pati.Cæterum sentiẽs quantæ illud sit magnitudinis, q̃d ꝓtulisset,rursum dicta hæc comprimit,hoc pacto inquiens: Ita & per ipsum abũdat cõsolatio vestra.Id enim omne Christo adscribit.Neq; parem pressuris cõsolationem asserit fore,sed lõge abũdantiorem. **Siue autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute.** Propterea(inqt)minus vobis molestæ ferendæ sunt meæ pressuræ,qui vos consolandi gratia,proq; vestra salute,sic premimur. Liceret nanq; & nobis reiecta euangelij p̃dicatione, vitã in tuto ducere. Nũc vero prædicantes,vt ex his bonis quæ ex eiusmodi ꝓficiscunť prçconio,oĩno vobis pariamus salutem,in has pressuras incidimus. Ergo & si vestræ salutis gr̃a hæc mala ꝑpetimur,nihil oportet nos malis affici, & vos perturbari.

siue consolamur pro vestra consolatione, siue exhortamur pro vestra exhortatiõe, quæ operatur tolerãtiam earundem passionum, quas & nos patimur. Paratur aũt (inquit) hæc salus, nõ solum vestra ex tolerantia, sed mea, hoc est, non mõ mea est opera, sed vestra etiam parta hæc salus. Nam quemadmodum prædicans ipse pressuris afficior, sic & vos, qui meum excipitis de Christo præconium, iisdem estis passiõibus, quibus & ipse affecti. Plurimum vero inesse Corinthijs virtutis testatur, qñquidem vel varijs modis diuexati, Paulum admitterent prædicãtem. vt spes nostra firma sit pro vobis. Hoc est, hauddubie ipsi confidimus nihil vos ex pressuris hisce incidentibus immutari, neq; perturbationis quidpiã ex his perpessuros, quibus nos affici cõspicamini. siue cõsolamur pro vestra consolatione & salute. Cum dixerit superius, Siue aũt ipsi tribulamur, ne graue aliqd dicere & molestum his videatur, sic infert, Et nostræ salutis gratia consolamur, hoc est, nostra consolatio hæc in nostri animi subleuationem cedit. Nam si parumper & ipsi respirabimus, satis arbitror ad vos cõsolandos id valiturum: quippe qui mihi sitis eiusmodi consolationis participes. scientes quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Quemadmodum eñ, cum ipsi nos affligamur, haudquaquã me fugit, id moleste vos ferre, angiq; haud sec⁹ atq; ipsimet pateremini. Sic sane cõpertum habeo, nostram vos consolationem, ꝓ vestra ducere, Vel alit: Sicuti eñ mecum estis in hac vita mala perpessi, sic in futura bonis mecum vna sempiternis afficiemini. Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus, supra virtutẽ, ita vt tæderet nos etiam viuere. Cũ cõfuse fecisset de ingestis sibi molestijs mentionem, nunc quales hæ fuerint enũtiat, vnde suũ erga Corinthios patefacit amorem. Est eñ bñuolentiæ signum adinuicem, quæ nobis obtigerint

denudare. Simul etiã excusationẽ de eius ꝓfectionis mora contexit. Inqt eñ, in Asia fuisse se grauit̃ diuexatũ. Qua de re in priori epistola sic dixerat, Porta mihi patuit magna, & aduersarij multi, q̃d etiã significare videt̃ hoc loco, cum supra modum (inqt) atq; supra virtutem: tametsi aliter se habeat sensus. Quod aũt sup his sentit Apostolus tale est: Erat qdem supra modum tribulatio, hoc est ingens hæc erat: cuius de magnitudine cum iã satis constaret, qppe vt quã cõstans vir aliquis & robuste & viriliter ferret, exigebat̃, sic infert: Non solũ erat illa acerrima tribulatio, sed talis etiã, vt meas excederet vires, hoc est maxima & intolerabilis: & vehemens adeo vt & tæderet nos vitæ, hoc est, vt nulla nobis esset de vita spes reliqua, nec nobis viuẽdum de cætero putaremus. Cuiusmodi tribulationes & p̃ssuras portas inferi Dauid appellat, & dolores q mortẽ pariãt, vel mortis vmbrã. Sed ipsi in nosmetipsis responsum mortis habuimus. Iudicum scilicet sententiã & damnationẽ. Rñsum vero dicit, q̃d res ipsæ vocem pene edẽtes reddiderãt, ꝑinde acsi inq̃at, Eousq; mort; expectatio ista processit, & adeo est animo meo iã obfirmata, vt eum hauddubie opperiremur. vt non simus fidẽtes in nobis, sed in deo. Eo hæc inqt ꝑmissa sunt, vt discamus nihil esse in nobis habẽdum fiduciæ, sed deo duntaxat apprime confidẽdum. Quod qdem haudquaquam Paulus infert, vt ip̃m se instruat. (Quis eñ id acrius quàm ip̃e callebat, spem nobis oẽm esse in deo sitã, ab eoq; oĩa nr̃a pẽdere?) sed vt alios hęc de se commemorãdo instituat, simul etiã vt studeat humilitati. qui suscitat mortuos, qui de tantis piculis nos eripuit & eruit. Rursum Corinthios de resurrectionis ratione habẽda cõmonefacit. Qua de in supiori epistola tam multa disseruit, eã vel ex p̃sentibus rebus cõfirmans eoq; & illud adiecit, qui ex tãta nos morte exemit. Neq; enim discrimine dixit, sed morte. Nã cum esset resurrectio ip̃a, futurũ aliqd, & mult; incertũ ostẽdit, quẽadmodum in dies singulos à mortuis

I. Corin. 16

Psalm. 17

I. Cor. 15

excitari cõtingat. Nam cum hominem ab ipsis inferi foribus retraxerit deus, nil aliud quàm resurrectionem ipsam prætendit. Vnde & vsurpare eiusmodi re id dictum solemus, à mortuis videmus hunc illúmve excitatum. **in quã speramus, quoniam & adhuc eripiet.** Hinc cognoscere licet nostram hãc vitã in assiduis versari periculis oportere. Deũ vero cum asserit futurorum tentationum liberatorẽ, densissimas procellas denuntiat. **adiuuãtibus et vobis in oratione pro nobis.** Quoniam illud minus videlicet esse nobismetipsis confitendum, in communem fortasse Corinthiorum cedere videbat calumniam. Cum eorum nonnullos momordisset Apostolus, dictum id acrius visum mitigat, & illorum animos lenit, cum eorum afferat preces, vel maximo sibi adiumento futuras. Licet præterea ex his ad humilitatem nos instrui, quandoquidem & Paulus dicat Corinthiorum se votis & precibus indigere: nec minus & orationis ipsius potest & virtus perdisci. Plurimum nanque hæc valet, si rite decenterque ab ecclesia premat ur. Quid ni? Quam & Paulus ipse sibi necessariam fore existimarit. **vt ex multarum personis facierum, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.** Eripuit nos (inquit) à periculis deus, erepturusque est pro me vobis precantibus, Vt quod in nobis est donatiõis, hoc est, quæ in me collata est gratia, per multos, hoc est per vos, qui plurimi estis, pro me orantes, ex multarum personis facierum gratiæ habeantur, hoc est à vobis. Nam salutem quæ mihi vestris precibus iam parata est, vniuersis vobis largitus est deus, vt multi sibi mei ob gratiam grates dicant. Erit præterea vobis insuescendum nõ solũ precari pro inuicem, sed gratias agere. Aduerte autem, quemadmodum dei clementia saluum dixerit fuisse se redditum, moxque & horum precibus acceptam salutem ascribat. Oportet nanque post diuinam misericordiam, & ipsi vt salui simus, pro nostra virili opis aliquid conferamus. Ex his itaque Paulus, neque officiorum summã Corinthijs tribuit, ne superbiendi his causam præbeat,

neq; ꝓrſus ab hoc officij genere alienos effecit, ne pigrio-
res reddat & torpidos. Liberabit eñ (inquit) me deus, vo
bis orando iuuantibus, hoc eſt, conferentibus vobis ꝓ ve
ſtris viribus vota. ¶Nã gloria noſtra hæc eſt, teſtimo
nium conſcientiæ noſtræ. Vel hoc (inquit) ad me con
ſolandum occaſionem attulerit, conſcientiæ ſcilicet nr̃æ
teſtimoniũ, quæ nobis plane teſtificat̃, nullis nos aut prauis
teneri, aut vrgeri facinoribus, ſed virtute ip̃a duntaxat niti,
& ſalute quã iam ipſi multis peperimus. Prior itaq; conſo
latio ex deo eſt inquit, hæc vero ex meæ conſcientiæ puri-
tate, ideoq; & gloriam appellat, plurimum præ ſe ferens fi
duciæ, ob conſcientiã cuiuſuis labis exortẽ. quod in ſim-
plicitate cordis, ⁊ ſynceritate dei. Cuius (inqt) rei te
ſtimonio nobis eſt conſcientia: Et cur gl'iamur? Nempe
quia in ſimplicitate cordis, hoc eſt, mente nõ improba: &
ſynceritate, id eſt, animo puriore, & q̃uis dolo vel fraude
vacuo, qui nihil habeat in ſe adumbratum fictúmve: & ta
lis exiſtat, vt deo & gratus ſit & acceptior. Hæc aũt ap'lo-
rum q̃rundam gratia intulit, qui fallaces eſſent inter eos,
& dolo pleni. ⁊ non in ſapientia carnali. Hoc eſt, nõ
in eloquẽtię vi, & ſophiſmatum perplexiõibus (Id nanq;
carnalis prætendit ſapientia, cuius gratia cum Corinthij
inſoleſcerent, hanc ipſe negat ſapientiam eſſe, reſpuitq; &
lõge ꝓpulſat.) ſed in gratia dei conuerſati ſumus in
hoc mundo: Hoc eſt, in ea quæ à deo nobis dono data
eſt ſapientia, verſati in mundo ſumus, Signis inſup & ꝓdi
gijs, quæ diuina gr̃a ſubminiſtrabat. Id nãq; nos maxime
conſolatur, cum nobiſipſis conſcij ſumus, qcquid agimus,
nõ humana potẽtia, ſed diuina id agere. Neq; Corinthijs ſo
lũ, ſed ĩ orbe terrar̃ vniuerſo eadẽ hęc factitare. abũdãti
us aũt apud vos. Cur illud? Quia & ſigna ediderat, &
grat' apud hos euãgeliũ p̃dicaſſet. Aduerte aũt queadmo
dũ q̃d ſua ẽ virtute effectũ, gr̃ę diuinę accenſeat. ¶Nõ eñ
alia ſcribim' vobis, quã quæ legiſtis ⁊ cognoui
ſtis. Qm̃ magna q̃dã polliceri de ſe ac dicere videbat̃, ne

quis obijceret, verborum id præferre iactātiam, sic infert: Ea scribimus ipsi ad vos, quæ his in literis vosipsi prælegitis, & quorum antehac notionem habuistis. Nec illud, q͞a nuper vobishisce ex literis cognitus sim, aduersat. **Spero autem quod vsq; in finem cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte.** Rem omnem deo p̄mittit. ait nāq;, Spero, hoc est, in deo spes omnis sita est mea, nec dubito talem me vos cognituros, qualem & epistolæ præferunt, & spondet mea anteacta hæc vita. Ex parte autem me cognouistis, hoc est, in partem me experti iam estis, & fecistis mei periculum, signa nōnulla bene viuendi præferentis. Quod sane inḡens, humilitatē expressit. **quia gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die domini nostri Iesu Christi.** Quid em̄ vos ex ea estis cognitione adepti? Nempe quia gloria vestra sum ego, hoc est, q̄ talis sim ip̄e, vt causam vobis præbuerim de me gloriā di, q̄ talē sitis p̄ceptorem sortiti, q̄ nihil humanum edoceat, nihil q̄d vel falso agi vel dolo queat. Mox ne superius videatur aliquid de se iactitasse, communem facit hāc gloriā, dicēs: Et vos gloria n̄ra eritis. Nā & tales me fuisse discipulos nactum, gloriæ duxerim, q̄ nihil sint à pristino statu immutati, neq; à falsis apostolis seduci se patiunt̄. At q̄ñ dabit̄ nobis is gloriādi locus? Certe & si hoc t̄pe nobis gloriari liceret, præcipue t̄n in dñi Iesu die, hoc est, iudicij tempore. In p̄ñtia nanq; permulti, vbi contumelias & ludibria quæ toleramus aduerterint, criminabuntur nos forsitan, & calumnias ingerent. Tunc vero vniuersis patentibus videbor & ip̄e haudquaquā talis, qualem non veri apostoli calumniantur. Quinetiā estis mihi ad gloriam concessuri, q͞a vos instruendo ad fidem perduxi, & saluos feci. **Et hac confidentia volui prius venire ad vos.** Qua confidentia? Ea nempe, qua constat meip̄m mihi nullius esse conscium mali: neq; vllo inundante huius sapientiæ commercio vti, sed in dei duntaxat gratia versari, q̄d equidem gloriæ vobis ac laudi futur᷑ esse confido, vosq; præ-

cæteris horum omnium malim testes habere. Cuius testimonij habendi gratia, erat animus ad vos commigrare. **vt secundam gratiā haberetis.** Hoc est, duplicē iucunditatē, ex epistola alterā, alteram ex mea præsentia. **ꝛ per vos transire in Macedoniā.** Quinetiam in superiori epistola illud præfatus est, veniā ad vos cum Macedoniam pertransiero: nunc vero inquit, volui prius ad vos venire. Videt ergo sibijpsi contraria protulisse, quod tñ haud ita se habet. Neq; em̄ scripsi per vos inquit, me in Macedoniā concessuꝝ, sed venire volui. Itaq; etsi haudq̄quā hoc pacto scripserim, alioqui maturabā accessum, & animo inerat priusquā Macedoniam ipsam cōspicerem, vos statim adire. Et tantopere absum à quauis negligentia, quin ad vos iter accelerē, quod meis vos velim pollicitationibus fraudari, vt vel promissa hęc mea pręuenisse maluerim. **ꝛ iteꝝ a Macedonia venientē ad vos, ꝛ a vobis deduci in Iudæam.** In priore epistola tēpore nullo præfinito, vt vos me deducatis quocunq; iturus sum dixit: veritus, ne si in Iudæā iturum se diceret, alio postmodū à spū abire compulsus, mendacij argueretur. Nunc aūt omni spe dānat Corinthios adeundi, fidens inquit, volebā per vos in Iudæam deduci, deo tñ ne ad vos me omnino conferā visum, neq; vt à vobis in Iudæā deducar. **Cum ergo hoc voluissem, nunquid leuitate vsus sum? aut quæ cogito, secundū carnē cogito, vt sit apud me est, ꝛ nō?** Aptius hoc loco sui accessus excusat tarditatē, inquitq;: Cum adire vos vellē, cuius rei gratia non adierim, nū vt leuis & fidei solutioris & fallacis, & animo varius & nutabundus id egerim? Minime. quippe qui secundum carnem cogito, hoc est, pro humana mihi cōditione voluntas inest, ducorq; propria q̄dam animi sententia, ita vt quod ipse apud me destinauerim, id exequar, siue peragendū sit, siue minime. Quod tñ facere in præsenti non licet, quia spū trahor, nec potestatem habeo abeundi quo velim, sed quo ille iniunxerit: ita

1. Cor. 16.

fit, vt persæpe quod fuerim pollicitus, exequi nequeã, q̃a spiritui id minus appareat: Nec si quid abnuerim, seruare id possim: q̃a quod ipse negauerim, iniuncturus est spiritus. Aduerte Apostoli sapientiam. Quod em̃ erat obtrectatoribus ad insimulandum occasionis oblatum, se scilicet vt erat pollicitus nõ venisse, idipsum in laudis suę partem constituit. videlicet, ꝙ nequaq̃ sui sit iuris, sed pro spiritus ferebat̃ arbitrio, quocunq; illi sit visum. Dicet aliq̃s, quid illud? Nonne q̃ Paulus pollicebat̃, spũs suggestione spondebat? Nũ futuri erat ipse ignarus? Ita sane. neq; em̃ cuncta tenebat: quippe qui uel inutilia sibi precaretur, cũ
2.Cor.12 carnis stimulũ peteret ab se auferri, et in Actis legitur apo
Actu.16. stoloꝝ. cum aliquo decedere uellent, fuisse à spiritu impeditos, quod proculdubio deus in eoꝝ profectũ faciebat,
Actu.14. ne illis essent homines, ut dijs intenti, quod malũ Lycaones illi patiebantur. **Fidelis aũt deus, quia sermo noster qui fuit apud vos, non est in illo, est ⁊ non.** Soluit, q̃ incumbere videt̃, obiectionem. Posset quispiam merito dicere, Si nulla tuis inest firmitas dictis, quandoq; dem aliquid tecum facturum affirmas, nihil postmodũ egisse deprehenderis, vereor ne sermo hic tuus & prædicatio istiusmodi sint, videlicet, est & non, hoc est, nihil in se habeant firmitatis. Ad hæc itaq; respondens Apostolus inquit: Erat profecto mei iuris profectionem ad vos polliceri, eo'q; me mea fefellit opinio. prædicatio vero dei est opus, & ideo nec fieri potest, vt quenpiam fallãt diuina mysteria. Vnde & subdit, Fidelis deus, hoc ẽ, veridicus & neminem fallens. Cum itaq; talis sit deus, neq; eius sermo qui ad vos habitus est, & per nos prædicatus, vel infirmior, vel instabilis erit, ita fit, vt plerũq; diluat quod affirmauerit: aut confirmet, q̃d añ diluerit. **Dei em̃ filius Iesus Christus, qui vobis per nos prædicatus ẽ, per me ⁊ Siluanũ ⁊ Timotheum, non fuit in illo est ⁊ non, sed est in illo fuit.** Explicat demũ quale illud sit dictũ, quod eiusmodi negandi & asserendi subierit ne-

cessitatem, in filio (inquiens) dei, quē ipsi apud vos prædicauimus, non fuit est & nō, hoc est, nulla eius apud vos varietate vulgatum est, nomen: sed est quidē in illo fuit, hoc est, tenore verborum vno firmo ac stabili hunc prædicauimus: adiecit præterea Siluanum & Timotheū, vt horum testimonio fides sibi non abrogetur, & humilitatem edoceat, qn̄quidem eius discipulos p̄ceptores appellet. **Quotquot em̄ promissiones dei sunt, in illo est. Ideo & per ipsum amen, deo ad gloriā vestrā.** In prædicatione promissiiones pleræque sunt, quemadmodum mortuorum resurrectio, adoptio filiorum, & futuri denique spes seculi, & hmōi alia. Dicit igit, nō solum prædicatio eodem semper statu perdurat, firmáque profertur ac stabilis, quin etiam & promissiones constat in ea consistere: quippe q̄ dei, non hominum sint. Nam quæcunque sunt à deo promissa, EST & AMEN in se cōtinent, hoc est, firmitatem præ se ferunt. Neque em̄ in vllo hominum, sed in deo ipso finem sunt nacta diuina promissa: ita fit, vt istiusmodi particulæ, est & amen, futura confirment. Cedet p̄terea deo ad gloriā, si qs eius promissa, etsi nulla re alia, eiusdem tamen ob laudem adimpleuerit. Per nos autē hoc, pro suis in nos beneficijs. Nos nanque causam illi præbemus, vt quę pollicitus sit, exequatur. Si itaque dei pollicitatiōes sunt certiores, lōge magis qui de eo fit sermo firmior erit. Potest & per nos illud, in hāc sententiā capi, videlicet ad dei gloriam, quæ illi nostri respectu defertur: quippe qui nr̄i gratia ex eius in nos beneficijs adeptus sit laudem. **Qui aūt confirmat vobiscum in Christo, & qui vnxit nos deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spūs in cordibus nostris.** Dixit superius, fore vt deus ipse promissiones adimpleat. Nunc vero idipsum confirmat, sic inquiēs: Stabilitatē vobis & mihi, vestróque item præceptori, cōsistendi quę in ipso est fide, deus ipse largitur. Idémque nos & vnxit & signauit, hoc est, prophetas, & sacerdotes, & reges nos ille effecit. Istiusmodi nanque est, quicunque

est in baptismo perlutus. Prophetas quidem, quia q̄d ne-
I. Cor. 2. quit oculis intueri, ipsi perspicimus: audimusq́ʒ quod au-
ris nūq̄ auditu percepit. Sacerdotes vero, quia necesse est
Rom. 12. vt deo nosipsos hostiā offeramus, viuentem, sanctā, & il-
li acceptam. Reges demum constituit, quia nos ille sibi in
Rom. 8. filios adsciuit, cuius in ditione sunt oīa, futuriq́ʒ & cælestis imperij fecit hæredes. Atqui vt in veteri testamēto, sacerdotes ipsi & reges oleo vngebant, sic & nos hoc tempore spiritu oblinimur, eiusq́ʒ & pignus, q̄d deus immisit cordibus nostris, excipimus. Et quemadmodū id pignoris contulit, sic & reliq̄ nobis est proculdubio largiturus. Pignus autē dicit hoc loco, spiritus dona. Ex parte nanqʒ cognoscimus, & ex parte prophetamus. Tunc aūt erit perfecta cōciliatio, cum Christus in sua gloria manifestabit. Haud quaq̄ itaqʒ velim existimetis nos esse, qui talia vobis polliceamur: quippe qui forsan & falli possumus. Nec prætereal argimur ipsi stabilitatē, sed deus ipse hanc pollicetur. Vos item ac me offirmat, cui & curæ est oīa adimplere. Qui aūt cōfirmat nos, atqʒ alia pleraqʒ facit, subintellige, is suas est promissiones adimpleturus. **Ego aūt testem deū inuoco in animam meā, quod parcēs vobis non veni vltra Corinthum.** Cum dixerit superius, propterea ad vos non veni, quia nullā haberem meijpsius facultatē, sed à spiritu prohibear, quo pacto nunc inq̄t, non vltra Corinthum veni, quia parcerem vobis? Respōdendum: vel quia à spiritu idipsum prohibeat, qui sibi id suggessisset, Corinthiorū auaritiā causatus: vel si à principio spiritus prohiberet accessum, ipse postmodū satius id fore existimans, manendum potius q̄ abeundū statuerit. Aduerte aūt q̄ prudenter id Paulus dicat. Nā cum in vulgus Corinthij iactitarēt, ideo Paulum ab hmōi profectione destitisse, quia sui odio teneret, ipse contraria subdidit, inquiens: Eo nondū sum ipse ad vos profectus, q̄ a vobis parcā, hoc est, ne vos castigem abstineo. Quod quidē ea de causa intulit, quia erant pleriqʒ Corinthij delinquen

res,quos erratorũ minime pœniteret. Castigasset'qȝ hauddubie eos,si Corinthum se conferens,emendatos nõdum comperisset. Quo fit,vt suã profectionem remoret Apostolus,vt prius correctis illis & emendatis,aduenicns ipse nullã his habeat pœnas ingerẽdi occasionem. **Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri.** Qm̃ quod dixerat,dominantis præferret potentiã,& tanq̃ eius vim explicaret, qui in Corinthios haberet imperiũ(parcit em̃ qui potest pœnis afficere)mitigat sermonis asperitatẽ,inquit'qȝ:Dixi equidem veniam me vobis daturũ,non eo qȝ fidei vestrę imperitarem,(qppe quæ voluntaria est. quis em̃ ad hanc inuitum quempiã cogit & nolentẽ?)sed quia vestram animi iucunditatem pro mea duxerim,nequaq̃ me ad vos contuli, ne vos ad mœrorem compellerem,essem'qȝ vestræ mœstitiæ particeps. Cũcta em̃ ad vestrã lætitiam factito,propterea'qȝ & meum aduentum distuli,vt ex meis duntaxat cõminationibus ad rectum vobis pateat reditus,veniens'qȝ inoffensos conseruem. **Nã fide statis.** Remissius iã ad hos & lenius habet sermonem,quia in priori epistola incessiuerat plurimum. Quod aũt inquit,istiusmodi est: In his quidem quæ fidem contingunt,recto statu cõsistitis:quo fit vt nil habeã cuius insimulare vos queam, in cæteris vero infirmiores estis & nutabundi:à quibus si pedem non retuleritis emendati,merito nec secus vos pœna afficere & mœrore potero,ac ipse v̄ri ob gratiã tristitia sum affect⁹.

Caput II.

Statui autem hoc ipsum apud me,ne iterũ in tristitia venirẽ ad vos. Cum iterum,inquit,arguit plane vel alias sæpe ex horũ erratis,fuisse sibi mœrorem iniunctũ. Nec tñ id dixit apertius: neqȝ em̃ iniuria id illis obijcere poterat, Vos mihi tristitiam vel ante hac iniecistis,& eapropter nõdum ad vos commigraui, ne vobis afferrem mœstitiã:eo nanqȝ Corinthios obiurgando vrgebat,quia se illi peccando incesserent,quod hauddubie

magis angere videbatur. Si em̄ ego contristo vos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Si em̄ (inquit) vobis videor vitia exprobrando mœrorē afferre, criminandoq́ue vos auersari, nihilo minus ea ex re lætitiā capio, quia plurimi facere me videmini, cum mea eiusmodi vos mordeat criminatio, & prauorum facinorū exprobratio vrgeat. Nemo em̄ (inquit) adeo me lætitia afficit, q̄ is, qui me sibi cū succensere inspexerit, mœrore contrahit. Præfert nanq́ue hoc pacto haudq̄q̄ me habere contēptui, & spē affert sese corrigēdi, q̄d sane & mihi aīm explet iucūditate. Et hoc ipsum scripsi vobis, Quod illud? Quia vobis parcens nō venerim. Vbi aūt id scripserit si quæras, nēpe in hac ipsa epistola. vt non cū venero, tristitiā sup tristitiam habeā, de quibus oportuerat me gaudere. Propterea (inqt) nunc ad vos scripsi, vt ipsi vos corrigatis: ne forte, vos si inemendatos deprehenderem, futurum esset vt vestri grā mœrore conficerer, quorum profectu lætandum mihi potius esset. confidens in oībus vobis, quia meum gaudiū oīm vestrū est. Scripsi (inqt) cōfisus, vos aliqn̄ redituros in viā, idq́ue mihi & lætitiæ fore. Non em̄ existimo animi mei affectus esse à vestris alienos, eoq́ue & illud adieci, Ne tristitiā habeā, nil prorsus q̄ mea intersunt, sed q̄ vr̄a considerans. Habeo nanq́ue pro re certiori, & vos itē lætari, cum hilarem me & lætiorem videritis: nec minus, si vicem vestrā dolētem, & vos dolituros. Nā ex multa tribulatiōe & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas. Qm̄ dixerat: Qui contristat, me gaudio afficit, ne illi forsan hunc in modum occurrerent, Ergo eo nobis tristitiā ingeris, vt ipse lętitia explearis: propterea infert, Maximum & ipse in modum vestri ob gratiā doleo, dolendoq́ue delinquentes vos ipse excedo: quippe qui nō solum non simplici quadam & exigua mentis affligor angustia, sed multa & abundanti. Non in lachrymis modo, sed cordis angustia hæc ad vos scripsi, hoc est, cor meum angeba

tur mœrore, qui me acerbius detineret, eoq; & literas scripsi. Nam & medicus quispiam qui filij præciderit vel adusserit plagam, duabus de causis doleat necesse est: cum quia filius sit valetudine non æqua affectus, tū quia præcidere illi corporis partem cogatur. Alioqui speratæ & futuræ salutis gratia cum id agit lætatur, libensq; & filiū medendo dolore afficit. Sic itaq; ipse, cum vos peccatis obnoxios videam, mœrore partim afficior, lætitia partim: qa vos ob cōmissa mœrentes intueor, & emendationis spes mihi vestræ offertur. **Nō vt contristemini, sed vt sciatis quā charitatem habeā abundantius in vobis.** Consequens erat, hunc in modum vt diceret: Nō vt contristemini, sed vt corrigamini. Id tamen pteriens verbis potius placabilitatem quandam adiecit, maiorem afferens suā esse in Corinthios, q̄ in cæteros discipulos charitatē: id agēs, ad se vt illos pelliceat, arguatq;, si quā eis iniecisset tristitiam, ex charitate illam esse, non ex ira profectam. Est enim (inquit) maximū id amoris indicium, vt vobis peccantibus & ipse mœream, & vos increpādo dolore afficiam. Nam si nulla vestri tenerer beneuolentia, neglectos plane, & incuratos abire in pceps permitterē. **Si quis autem contristauit me, non me contristauit, sed ex parte, vt non onerē omnes vos.** Nititur his dictis Corinthiorum erga fornicantem illum, de quo in superiori epistola fecerat mentionem, conciliare, 1.Cor.5. & confirmare beneuolentiā, illius scelere alienatā. Erant enim ab eo tanq̄ ab homine reprobo & nefario, Pauli iussu, auersi omnes. Ne itaq;, si rursum eiusdē imperio iubeātur illi veniā dare, moleste id & grauiter ferant. Quid ni? Qui leuitatis Paulū incusarāt, prudētissime illos demulcēdo hęc scribit: Quemadmodū nobis ille communē iniecit tristitiā, sic velim vt venia per vos illi concessa, communē vobis ad lætitiā cedat. Neq; ēm (inquit) mihi solū doloris hic causam pbuit, q facinus tā atrox cōmiserit, sed & vobis ex parte, hoc est, parū vobis doloris, ne plurimū dicā

ingessit, quia non multum fornicanti illi oneris imposuisset, qui nõ minori vos q̃ me dolore affecerit. Verũ quia pro sceleris merito, nequaq̃ illum depresserim, ex parte di co, & vos ob tristitia fuisse affectos. Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc, quæ fit a pluribus. Non dixit fornicanti illi, sed ei qui eiusmodi est, quẽ admodum & in superiori epistola fecit, in qua neq; illius nomen voluit explicare. In hac vero, & si venia data, nullam tñ facit delicti & sceleris mentionẽ, instituens vt erga mœrentes & oppressos clementius nos geramus. Ita vt e contrario magis donetis & consolemini. Nõ mõ (inquit) soluẽda est oĩs vestra in eum cœpta obiurgatio, & tollenda conuitia, quin & plus illi aliquid veniæ cõcedendum, & consolemini, hoc est, solãdo reficite. Nec secus agite, q̃ solet quispiã, qui post plagas ingestas curari illas permiserit. Donetis præterea dixit, ne fornicarius ille, & quia fatebaẽ peccatum, & satis iam pœnituerat, solutũ se iam & liberum eẽ à scelere existimaret. Ostẽdit itaq;, nõ tantum hunc pœnitendõ, quantum horũ gratia & dono accipere se posse. Ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. Necessario (inquit) est ille & suscipiendus, & consolandus, ne veluti ab efferatiore aliqua belua, vel procella arreptus, absorbeatur mœrore, veniatq; tandẽ per desperationẽ, quemadmodũ & Iu-
Matt. 27 das, ad laqueos, Vel se prȩcipitẽ saltu ferat, vtpote qui ex acriori & immoderata castigatione, dolorem nõ toleret, & eat in scelus maius aliquod præceps. Aduerte quemad modum & reprimat fornicantem, exciteţq; ne segnior fiat venia consecuta. Nec tñ hunc nõie explicat, cum inq̃t, q eiusmodi est. Propter quod obsecro vos, vt cõfirmetis in illum charitatem. Perinde ac si dicat, velim equidem, vt ea q̃ in hoc eijciendo vsi estis antehac charitate, in eo restituendo vtamini, ne desperando in peiora labatur & ruat. Idq; nunc obsecro vt peragatis, & si iubere id queam. Ideo eñi scripsi, vt cognoscã expe-

rimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. Idcirco (inquit) hæc ad vos scripsi, vt qui vestram sim antea expertus obedientiam, cum fornicantē illum è vestra ecclesia eiecistis, eandem illam hoc tēpore recognoscam, iterato periclitando, in oībus, hoc est, vel in hoc ipō ꝙ deprecor, tum cæteris in rebus, quas vobis iniunxerim. Cui autem aliquid donastis, ⁊ ego. Vt vos (inquit) veniam illi dedistis, ita & ipē, hunc miseratus, consolandum iā cēseo. Nam ⁊ ego donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi, vt non circumueniamur a satana. Ipse vero, vestri ob grām, veniam huic dedi, si quā iam cōtuli, & in Christi persona donaui, hoc est, haud secus ac Christus ipē donasset, ne à satana circūueniamur, & instigemur, vt asperiores erga hunc simus & pœnas exigamus acerbiores. Non enim ignoramus cogitationes. Id est, satanæ instigationes ad acriora. Cum venissem autem Troadem per euangelium Christi, ⁊ ostium mihi apertum esset in domino, nō habui requiem spiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meum, sed valefaciens eis, profectus sum in Macedoniam. Cū Troadē (inqt) me cōtulissem euāgelij grā prędicandi, & ostiū esset mihi apertū, hoc est, auditorꝝ paratiores animos inuenissem in dn̄o. i. domini ope, non habui requiem spiritui meo, nequiui scilicet voluntati meæ tunc satisfacere, qa fratrem minus inuenerim. Id forte dicit, qa Titus erat apud Troadas testatior & lingua illa peritior, Vel qa haudquaq̄ posset Apostolus fideles solus instituere, incredulis obstrepētibus. Cęterum vbi fideles inquit hortatus, saluere iussi, me in Macedoniam contuli. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu. Deo (inquit) gratias agimus, qui triumphat nos, id est, triumphare nos facit in Christo Iesu, hoc est, cum Iesum filium prędicamus, pinde acsi dicat, triūphent alij pro terrenis reb⁹ his decertando, ipse vero Iesum solum gloriæ duxerim, vt & alibi

Galat.6 dixerat, Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. ꝛ odorem notitiæ suæ manifestat p nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus deo in his qui saluifiunt, ꝛ his qui pereũt. Quod aũt dicit tale est, Siue salutẽ assequant, p̃miumq́ꝫ, siue interitũ & pditionem, præstat tñ sua virtute & robore euãgeliũ: nosq́ꝫ eodẽ q̃ sumus statu consistimus. Et queãdmodum lux ipsa & fulgor, imbecilliora quæqꝫ obtenebrans, in suo splẽdore alioq̃ pseuerat: mel itẽ, & si his qui deprauato sunt gustu, amarius videat, suã tñ seruat dulcedinẽ: sic euangeliũ odor ẽ & suaue, tãetsi increduli nonnulli intereãt & dispdantur. Nos vero deo iure optimo sumus in suauitatẽ odorẽ. Cui, qs vnq̃ cũ sententiã tulerit, aduersabit? Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. Cũ dixerit supius, odoratu suaues int pditos sumus, ne existimes, & hos esse deo acceptos, inducit hęc, inqens: Ad eiusmodi odoris fragrãtiã, eo pacto nonnulli accedũt, vt salui reddant: nonnulli

I. Petri. 2. vero vt in interitũ seipsos ꝓripiant. nec secus ac mulsum solet, & sues & cancros suffocare. Et Christus quidẽ scandali petra, & ad ꝓtionẽ expositus, & ignis qui aurũ reddit fulgentius, vepres & senticeta comburit. Et ad hæc quis tam idoneus? Postq̃ magna quædam præfatus est Paulus, & suauissimũ nos spirare odorẽ, & triumphare, rursum hæc moderatius differens, ait: Nihil fore ad imbecillitatẽ hanc nr̃am idoneum satis, nisi præsto sit & dei potentia. Ad eũ nanqꝫ & solũ, non ad nos spectat rerum oĩm summa. Non eñ sumus sicut plurimi adulterãtes verbum dei. Hoc loco falsos apl'os carpit, q̃ dei gratiã, ꝓpriæ virtuti ascriberẽt. Non enim (inquit) commentitiorum sum ipse apl'orum persimilis, qui deprauare, & adulterare dei gratiam velim, sed deo equidem vniuersa permisi. Quis enim posset ad hæc per se satis sufficere? Arguit præterea eosdem apl'os exterioris sapiẽtiæ argutiolis quibusdam docendo alios inescare, & venalia ha

bere, quæ dari gratis oportuisset. Se tamē haudquaq̃ istiusmodi esse, in subsequentibus demonstrabit. **sed ex syn ceritate, sicut ex deo, coram deo in Christo loqui mur.** Hoc est, animo puriore & apto nos loquimnr, tanquam ex deo accipientes quæ dicimus, neq; à nobisipsis mirandum aliq̃d edimus facinus: & Christi virtute, non nostri sapientia euangelium prædicamus. Coram deo autem dixit, vt sui cordis & rectitudinē præferat, & libertatē. Abest em̃ tantopere à quouis dolo cor nostrum & labe, vt liceat nobis, vel in dei conspectu libere id aperire.

Caput III.

Incipimus iterum nosmetipsos commenda re. Cū magna de se Paulus p̃dicarit, quæreret aliquis, Quid illud? Teip̃m extollis, cū de te alia iactitas? Hāc igit̃ quæstionē ex sequentibus soluit. **Aut nūquid ege mus sicut quidā cōmendatitiis epistolis ad vos aut ex vobis?** Hæc non sine indignatione aliq̃ refert, vt Corinthios verbis vrgeat acrioribus. Oñdit aūt subdolos & fictitios nonnullos apostolos, q̃rum fama cū esset obscurior, q̃a nullis essent proprijs operib⁹ clari, in suam commēdationem finxisse epistolas, quas in suā ipsi commendationem quocunq; liberet deferrent, ex hisq; & laudē sibi & nomen apud exteros comparasse. Quod vero Paulus non sine animi acerbitate loquit̃, tale est, Nū forsan dixerit q̃spiā, circūferendas esse & nobis cōmendatitias ad vos epistolas, vel ex vobis ad alios, vt p eas notiores efficiamur? Deinde quæ sequunt̃, sic inquiens subdit: **Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus homi nibus.** Quod inq̃t, epistolæ in meā commendationem egissent & laudē, id ipsi p vos agit̃. Nā cū ab alijs vel spectamur vl̃ audimur, vel q̃cūq; p̃fectū ē, vos circūferim⁹: quippe quos cordi habemus inscriptos, & vestras virtutes oībus p̃ palamus. Cū itaq; ep̃l'ę loco vos habeā, q̃ me apud alios cōmendat̃, & laudib⁹ summis effert̃, nullas ali

as à vobis exegerim literas, vt me nesciētibus innotescā. Accedit præterea, vt neq; aliorum apud vos commendatione indigeam, quandoquidem insiti mihi menti & cor di sitis. Sunt nanq; ad eos necessariæ commendatitiæ literę, quibus ipsi incogniti sumus. Vos aūt mihi animo estis inscripti, ita vt excidere nullo pacto possitis. Quibus dictis, non modo illorum suo testimonio cōprobat charitatē, verum & virtutes extollit. Siquidem ad præceptoris manifestandam cæteris hominibus dignitatē satis habere virium videbant. Magistro nanq; discipuli virtus deco ri est. **manifestati qm̄ epistola estis Christi.** Quo fieri id pacto potest? Nimirum quia Christi mandata & leges apud vosipsos, tanq̄ apud aliqua literarum monumēta, & manent, & conseruantur. **ministrata a nobis & scripta, nō atramento, sed spiritu dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.** Occasionem arripiens legem cum euangelio conferendi, ex ea sic inquiens initium sumit: Quemadmodum legis Moyses fuit olim minister, sic & nos ad fidem hanc nostram vulgandam, & prædicandam ministerio fungi-
Exod. 31. mur: Vtq; & tabulas ille insculpsit, sic & nos corda. Atq;
34. & lex erat atramento inscripta, in nobis vero euangeliū spū est exaratum. Quantum itaq; differt ab atramēto spiritus, & cor ipsum à lapide, tantundem nouum à lege veteri, testamentū. Potest & in aliū sensum id dictū capi. Nā cum constet, se cruciantibus Iudæis, & alijs à fide alienis, corda inesse lapidea, eò fidelium corda carnalia intulit, vtpote quæ & rationem admittant, & eadem hac gubernētur. **Fiduciā autem talem habemus per Christū ad deum, non quod sufficiētes simus cogitare aliquid a nobis.** Quoniā ostendit nouam hanc, antiquam illam legem pręstare, consequēs erat, sic Paulū orationem fuisse prosecuturum, vos videlicet apostoli, quorum ministerio lex noua tractatur, præstantiores Moyse estis, qui veterem administrauit. Quod dictū ne ferre prę

se superbiam videretur, sic infert: Neq; enim accenseri nostræ illud virtuti debet, sed deo, in quo habemus p Christum fiduciam, hoc est, in quo per Christum oĩs nostra si ta est gloria. Nostræ nanq; huius in deo iactantiæ Christus est causa. Nec quidpiã est, quod sit opera nostra effectum, nec minimum quidpiam. Hæc eñi dicere voluisse designat, cum inquit: Sufficientes non sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. **sed sufficientia nostra ex deo est, qui 7 idoneos nos fecit ministros noui testamenti.** Virtus inquit nostra & vigor oĩs ex deo haud dubie proficiscit. Ipse nanq; nos idoneos reddidit, hoc est roborauit, & aptiores effecit, ad rei huius diuinæ & noui testamenti administrationem. **Nõ litera sed spiritu.** Et lex quidem spiritalis erat, hoc est, à spiritu concessa & prodiens. Nec tamẽ in noua, vetus illa spiritũ conferebat. *Roma. 7.* Ait igitur haudquaq̃ nobis quemadmodum Moysi literæ duntaxat creditæ sunt, sed spiritus ipse concessus: non enim spiritalibus quibusdam & diuinis tantũ apostolorũ nitebat doctrina, sed simulac manus imposuissent, & spiritum largiebantur. **Litera aũt occidit, spiritus aũt viuificat.** Lex inquit illa vetustior, si quem deprehendat vel rebus in minimis delinquentem, nõ secus afficit morte, q̃ ligna sabbato legentem effecerit. Spiritus autẽ sanctus, vel si mille hominem facinoribus obstrictus excepe *Num. 15.* rit, baptismi lauacro, & iustum reddit, & peccato viuificat mortuum. **Quod si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus fuit, in gloria.** Patefacta superius noui & veteris testamenti differentia, asserit alterum atramento, alterum spiritu esse cõscriptum, & insculptũ lapidibus illud, hoc vero cordibus: itemq; ex altero mortem, vitam ex altero cõparari. Nunc quidem ostẽdere nititur, longe maiorem esse euangelij gloriã, q̃ legis fuerit. Lex quippe vetus sensibilem quandam nacta est gloriã, *Exod. 34* Moysis scilicet faciem fulgentiorem: noua vero eam videlicet quæ mente cõcipitur. Quandoquidem hãc ipam

nemini iam sensibiliter licet oculis intueri. Ostendit itaq; euãgelij excellentiã ipam animi cõceptu q̃dam cõprehendi posse, inq̃t q̃ priorẽ legẽ mortis fuisse ministrã. Neque em̃ effectricẽ dixit, ne vllã p̄beat hæreticorũ errori occasiõẽ, sed ministrã. Em̃ uero p̄ctm̃ mortẽ pepererat, mors vero suppliciũ afferebat. Litera p̄terea ipsa veteris testamenti sola cõstabat, neq; vllã afferebat opẽ certãtibus. q̃d sane in baptismo nõ accidit. Arguit & simplicia illi nec desinere vnq̃ nec tolli: inq̃t nãq;, mortis hãc administrationẽ in lapidibus fuisse formatã. Si lex itaq; cũ talis extiterit, in gl'ia est effecta, quãto magis & grã, quæ adeo præstat, vt nihil q̃at eius excellentiæ cõparari? **ita vt nõ possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur.** Tacite hoc loco Iudæos incusat, q̃ adeo erãt mente obtusi, vt ne ipam q̃dem sensibilẽ Moysi gloriã possent suspicere. Neq; em̃ dixit legẽ ipam vel tabulas eiusmodi gloriã habuisse, sed Moysi faciẽ. Moyses nãq; nõ legis tabulę hanc præ se gloriã & splendorẽ ferebat, quã demum gloriã & Moysi demit, cũ inq̃t (euacuat̃) hoc est, vacua & inanis effecta est. Aduerte aũt queẽadmodũ nequaq̃ iniquã gloriam dixerit, sed euacuatã, hoc est, desitã iã & otiosam & finem nactã. **quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria?** Queẽadmodum legẽ asseruit mortẽ subministrare, sic cõsequens erat, vt euangeliũ diceret vitæ ministrũ. Veruntamen q̃d præstantius erat sp̃us dixit, qui vitã præbeat. Longe itaq; nouum hoc testamentum præstantiori est gloria, q̃ lex illa vetusta. **Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria.** Rursum in eadem sentẽtia interp̄tanda p̄sistit, explicãs quemadmodũ litera ipa occidat. Legẽ em̃ inq̃t, ministrationẽ quandã esse dãnationis, q̃a tormẽtis afficiat, nõ gignat supplicia. Iustitiæ aũt ministeriũ euangeliũ dicit, q̃d nõ solũ nos eximat à pœnis, sed iustos reddat vel delinquẽtes: q̃ fit, vt

Exodi.34

maiori habendũ sit euangeliũ in gloria. **Nã nec glorificatum est, quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam.** Quid (inqt) veterẽ cũ noua legem cõtulerim, cũ sit tãta & nouæ præstantia, vt in hac parte, hoc ẽ, in eiusmodi cõparatiõe, nullã habere gloriã existimabit q̃d fuerit glorificatum. i. vetus lex ipsa, ob nouę excellentissimã claritatẽ: ita fit, vt & si gloriosa per se sit vetusta illa, alioqui, ꝓpter euangelij ipsius præstantiã cõuincitᵉ oĩs gloriæ esse immunis. Aduerte aũt, quẽadmodum veterẽ illã ex eiusmodi euangelij cõparatione cõmendet. Neq̃ em̃ in dissimilibus cõparatio cadit, sed in his quæ ꝓpinquiora sint inter se & fere paria. **Si em̃ quod euacuatur per gloriam est, multo magis quod manet in gloria est.** Si em̃ lex (inquit) quæ abrogãda foret & tollenda, p gloriam lata est, multo magis nouũ hoc testamentũ in gloria est permãsurũ, q̃d stabile ac ꝑpetuum sit futurũ. **Habentes igitur talem spem, multa fidutia vtimur.** Qm̃ plurimũ quidem nouo huic testamento inesse gloriæ testatus est, optarẽtq̃ forsitan auditores ꝑinde infirmi & imbecilles, sensibilẽ aliquã gloriã cõtẽplari, q̃lis ex fulgore illo in Moysi facie ferẽ apparuisse, spem (inqt) talẽ habemus, maioribus lõge donis, & gloria quadã ꝑstantiori nosipsos fideles fuisse, q̃ Moysen ipm̃ dignatos, ideo q̃ & his cõfidimus plurimũ, q̃s ipsi instruximus, cũ eos nihil celemus, nec vereamur, neq̃ illorũ reformidemus aspectũ, quẽadmodũ Moyses Iudæorũ exhorruit. Neq̃ enim estis vt illi, fragiles & labantes. Moyses sane cũ secũdo tabulas excepisset, diuinis manibꝰ exaratas, è monte descẽdẽs faciẽ fulgentẽ adeo retulit, vt eũ Iudæi haudq̃q̃ ante vel adire vel alloqui possent, q̃ caput sibi operimento velassent. Cuius historię sic Paulus ingens meminit: **Et nõ sicut Moyses ponebat velamen super faciẽ suã, vt nõ intenderent filij Israel in faciẽ eius quod euacuatur.** Hoc est, nequaq̃ ipsi in Moysi morẽ velãdi sumus, quippe quibus eiusmodi gloriã spectãdi facultas Exod. 34

in sit, quã nacti sumus, euãgelij scilicet gloriã, quæ longe sit Moyse clarior. i. licet vobis optimã habere diuinorũ mysteriorũ notionem, hoc est, euãgelij. Nec ꝑterea necesse est vt eiusmodi mysteria vobis clam habeamus, videamurq́ horum obscuritatẽ & ignorantiã, nõ secus ac velamen aliq̃d vobis oñdere. Atq cum esset Israeliticus populus rudior, nec queadmodum lex ipa finiret spectabat, neq́ q̄ desitura esset aduertit, & inanis reddẽda. Velamẽ vero q̃ Moysi dixit fuisse faciẽ obuolutã, Israelitarũ ingenij crassitudinẽ quandã & ruditatẽ ꝑtendit, sicuti ex sequẽtibus innotescet. Nõnulli aũt sic sentiunt, neq̃sse videlicet illos in Moysi faciẽ obtutũ intẽdere, argumẽto fuisse, finẽ iã esse hmõi gloriã cõsecutam: q̃ppe quæ vt videri nõ poterat, sic nec gloriæ loco erat habẽda: asseruntq́ illã sic fuisse prætentã, q̃a esset breuis æui futura, q̃ñ neq́ tũ q̃dem gloria appareret. **sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem, idipsum velamen in lectiõe veteris testamenti manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuetur.** Obtusi (inquit) eorũ sunt sensus, hoc est, eorũ mẽs hebetata, eoq́ neq́ tũc tp̃is Iudæis vidẽdi erat facultas, neq́ his q̃dem q̃ in humanis nũc agũt. Sũt nãq́ & mẽte obtusi, & eodẽ q̃ Moysi facies, operti velamine, hoc ẽ, superficietenus lectitãt legẽ. Abraã eñ legẽ Moysen nũcupat, vt illud, Habẽt Moysen & ꝓphetas. Neq́ illis
Lucæ.16 vel reuelat̃, vel innotescit, queadmodum Chr̃us legẽ hanc vacuã esset & inanẽ facturus: q̃ fit, vt eorũ mẽs peccet obtenebrata. Obtusio nãq́, mẽtis est error. Nequaq̃ igit̃ (inq̃t) mirũ vobis videri debet, si nequeunt vel Chr̃i gloriam spectare Iudæi, vel eius fidem admittere: q̃ppe q̃ nec legis gloriã, quæ vtiq́ inferior est, potuerint intueri. Nã si hãc inspexissent, & Chr̃i gloriã ꝓuidissent. Legis eñ gloria Chr̃m ꝑfert. Quæreret aliq̃s, vbi nã hæc ipa fatet̃ in Chr̃o se desiturã? Propheta nimirũ sic inq̃t: Resurget dñs deus, illũ audite
Deut.18 in oĩbus. Cũ itaq́ audire hũc iuberent̃, horũq́ vt instituta &
Actuũ.3 legẽ, vtpote circuncisionẽ ipsam & reliq̃s ritus, dissolueret

Christus. Lex ergo propriam videbat destructionem iniungere. Accedit præterea, vt sacrificia vno in templo fieri mandaret, idipsumq́ rursum & demoliri, nonne aperte 3. Reg. 9.
& immolãdi tollebat consuetudinem? Et tu sacerdos in Psal. 109.
æternũ secundum ordinẽ Melchisedec. & illud: Sacrificiũ Psal. 39.
& oblationẽ noluisti. Hęc sane vniuersa legem dissoluũt. **sed vsq; in hodiernum diẽ cũ legitur Moyses, velamen positũ est super cor eorum.** Qm̃ dixerat superius, velamentũ quoddam in veteris testamenti lectione esse illorũ menti obtentum, ne forte existimet quispiã se legis obscuritatem appellare velamen, haud ita est inquit, sed illorũ cordis obtusionem & ruditatem, velamẽ dixerim. quod plane esset Moysi faciei, nõ ipsius gratia, sed ob istorũ crassitudinem & cæcitatem obductum. **Cũ autem conuersi fuerint ad deũ, auferetur velamẽ. Dñs aũt spiritus est.** Modũ nunc explicat, quo in viã possent Israelitæ reduci, cum ad dñm (inquit) fuerint conuersi, hoc est, cum à lege defecerint, & ad euangeliũ se contulerint spiritale, tunc hauddubie operimentum illud & velamen tollet. Erat aũt Moyses (vt historiæ proditũ est)
cum ad deũ iter repeteret, facie reuelata & aperta. Quod Exod. 34
sane futurorũ præferebat figurã, videlicet cum ad spiritũ quispiam fuerit conuersus, quia spiritus dñs est, tunc nudam & rectam latoris legis, hoc est dei, faciẽ inspecturus. Quin potius pro Moyse ipso habebit & glorię, hoc ẽ, splẽdoris fruet magnitudine, vt dictum est. Legis em̃ hanc spiritus ipse gloriam, quippe qui dñs sit & omnipotens, largietur. **Vbi aũt spiritus domini, ibi & libertas.** In lege iugum & seruitus inerant, in spiritus vero lege & euangelio, libertas Quo fit, vt facile queas & libere dñi gloriam inspectare. **Nos vero oẽs reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem trãsformamur a claritate in claritatem, tanq̃ a domini spiritu.** Adeo (inquit) ingenuitate quadã nos fruimur & libertate, vt omnes haudquaq̃ in vnius Moy-

factitarent: pſertim cũ acceptis muneribus, nil tñ ſe acce-
piſſe à fidelibus ſimularent, ſanctimoniaq́ imbuti cum
viderent, eſſent tñ impuriores. Nos itaq;(inqt) praua hæc
& fucata facinora propulſemus à nobis, & abdicemus:
nec talia committamus, quę poſtmodum manifeſta cum
fiunt, & in lucẽ edita fuerint, ignominiã afferũt perpetran
ti. Mox ita infert, ambulantes in aſtutia. Cedũt nanq; ad
dedecus q̃ verſute & dolo geruntur. Quod ſi & de reliqs
prauis actionibus id dictum fuiſſe exiſtimes, profecto nil
aberrabis, nec poterit id abſurdũ videri. Sunt nanq; & qui
praua committũt pro falſis apoſtolis iure habendi. **Neq; adulterantes verbum dei.** Non ſolũ(inquit) vitã ipi
ſimplicem ducimus & purã, & cuiuſuis doli expertem, qn
& dogma hoc noſtrum & ſermo noſter hic omnis, argu-
tijs vacant. Neq; eñ quidpiã ipſi vel externæ huius & hu
manæ ſapientiæ interiecimus noſtro ſermoni, vel ad gra
tiam verba fecimus. Neq; pecunias ex prædicationis hoc
munere cumulamus, neq; hoc illud ve habita tẽporis &
perſonarũ ratione, vt fallaces ſolent apoſtoli, edocemus.
ſed in manifeſtatiõe veritatis commendãtes nos metipſos ad omnem conſcientiam hominũ, coram deo. Apoſtoli(inquit) qui fallere alios conſueſcunt
fucatis operibus, alios ſe q̃ ſint, mentiuntur. Ipſe vero ve-
ritatis manifeſtationem & nuditatem commendationi
mihi eſſe velim, hoc eſt, rebus ipis pro teſtibus vtor, voſq́
mihi teſtimonio eſtis quemadmodum nihil à quouis fide
lium acceperim, neq; ea egerim q̃ factitent hi, q̃s dixi apo
ſtoli. Quo fit, vt meipſum apud omniũ hoĩm conſcientiã
fideliũ ſcilicet & infidelium, commendatiorẽ efficiam, vi
tamq́ meam ſic palam enudando, euangelium prædico,
vt oĩbus quemadmodũ vixerim, ſit pernoſcẽdi facultas.
Proinde quia fallere hominem forte liceret, corã deo ad-
iecit, quem haudquaq̃ iſtiuſmodi apoſtoli in teſtem ſuæ
admitterent conſcientiæ. **Quod ſi etiam opertũ eſt euangelium noſtrum, in ijs qui pereunt, oper-**

tum est. Cum superius dixerit Israelitis esse velamen impositum, nosq; fideles facie reuelata ꝓspicere: nunc vero, & si apertum est euangelium, inq̃t, infidelibus tñ opertum est. Quod eñ tunc tp̄is Iudæis in Moyse cõtigit, idip̄m infidelibus & euangeliũ fuit. Vtq; illi splendorẽ q Moysi inerat, neq̃q̃ tolerare oculis poterãt, sic hos euangelij veritas latet: nõ euangelij culpa, sed ipsoꝝ q fide carẽt. Clare nãq; & his si crederẽt, Chr̄i gr̄ia & vis oīs euãgelica pateret: in quibus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi. Inter ꝑditos, inq̃t, q̃s plurimos esse & diuersos constat, vel infideles ipsi haberi debent, q̃rum mẽtem huius seculi deus cæcitate obduxit. Atqui Marcionistæ de conditore ipso orbis terrarum deo, asserunt fuisse id dictum: quem iustum dicunt, non probum: Manichæi vero de diabolo, quem mundi huius prædicant fabricatorem, cum horum neutrũ sit, sed de deo nr̄o id dici sat patet. Q̄d
Neeme.2 autem seculi huius deus asserat̃, nil mirum: nam & cæli dicitur deus, cum haudquaquã cælorum sit duntaxat deus:
Exodi.3 quinetiam & Abraam dicitur deus, & Isaac, & Iacob: neq; horum modo, sed cunctorum est deus. Quid itaq; nouum videri potest, si oportune hoc loco Paulus seculi huius deum appelllat, vt infidelibus ipsis validioribus argumentis patefaciat, illum vel hæc q̃ visuntur fabricasse, quibus hi etsi pro delicijs fruantur, fabricatorem tamen repudiant? Potest & ita præsens orationis contextus perlegi, videlicet, infidelibus seculi excæcauit sensus deus. Futurum nanque seculum illud, nullos continet qui fide careãt. Excæcauit itaque, id est, cæcos esse permisit. huic persimile il-
Roma.1. lud est, Tradidit eos in passiones ignominiæ. Hos nanque cum à se desciuissent, missos fecit & dereliquit. Non enim inuitos ad salutem traducit deus. Aduerte autem, quemadmodum nequaquã, eos vt minus crederẽt excæcauit, dixerit Paulus, sed ne diuinæ gloriæ fulgorẽ, ingnati & ꝓfani oculi, ꝓspectarẽt. Cuiusmodi splendor in eo constat,

ut Christum quis credat & in crucem fuisse sublatum, & in cælos assumptum, & bona futura largitur. Quemadmodum enim qui oculorum valetudini consules, eum qui ea laboret, obscuro aliquo in loco recondit, ne solis radios intuendo aciē offendat: sic & his cū per se à fide defecerint, haud secus deus euangelij intercludit fulgorem, quā Israeliticis micantem Moysi faciē: nobisq; item ne margaritas inter porcos semper geramus iniunxit. Recte autē fulgeat dixit, siquidem mediocri nunc luce fruimur, neq; illuminati penitus sumus. Quod profecto & ante expressit, cum odoratu duntaxat eum cælestium rerum, velut pignore quodā potiri dixisset, arguēs q̄ potiora sunt & maiora, ī futura seculo nos manere. qui ē imago dei. Ostēdit hoc loco, infideles non Christi modo, sed etiam pr̄is esse gloriæ ignaros: quādoquidem patris imago sit Christus. Quo fit, vt qui hunc nesciat, nec patris habeat notionem. Non enī nosmetipsos prædicamus, sed Jesum Christum dn̄m nostrū. Nos enī seruos vestros per Jesum. Superius dixerat minus se astute incedere, moxq; de infidelibus mentionem interiecit, quemadmodum videlicet operti sint & obcæcati. Nūc vero infert, propterea nihil à vobis per versutiam agit, quia haud quaq̄ nosipsos (vt falsi apostoli solēt) extollimus. Hi nāq; auditoribus suadebant, quatenus ex seipsis denominationem acciperent, quemadmodum in priori epistola significauit, cū diceret: Ego quidē Apollo, alius Cephæ. Neq; existimetis, qui nos impugnatis, nobis bellum inferre, qn̄ quidem haudquaq̄ nosipsos, sed Christū prædicamus. Ille itaq; à vobis oppugnat, de quo nos prædicando differimus. Cæterum adeo ipse procul sum, vt aliquid de meipso iactitem, vt non fugerim pro Christo à vobis vel iugū mihi & seruitutem imponi. Christus vero tanta erga vos detentus est charitate, vt cuncta vestri ob gratiam gesserit. qm̄ deus qui dixit de tenebris lucē splendescere illuxit in cordibus nostris, & illuminationem sci

Matth.

I. Cor. I.

tamen vel angimur, vel coartamur, quandoquidem corda nostra Christus dilatet. **Aporiamur, sed non destituimur.** Hoc est, etsi in rem ancipitem & dubiam incidimus, nihilo minus erecti pedibus stamus, nec vlla desperatione succumbimus, sed via potius euadimus regia, & in deo comperta victores ab eo nihil destituti. Vel aliter, aporiamur, quod Græce ἀπορούμενοι dictum, id sane prætulerit. Etsi necessaria desint, haudquaq̃ tñ in vero thesauro consequendo deserimur. **Persecutionẽ patimur, sed non relinquimur.** Etsi homines nos persequũtur, haudquaq̃ tñ deserit deus. Ad nostram nanque hæc pmittitur persecutio exercitationem, nõ vt vincamur. **Deijcimur, sed non perimus.** Exterioribus aduersariorum telis corpus hoc leditur, nullã tñ perniciem propter animi promptitudinem & cõstantiam sustinemus: quin potius quod ad ipsum attinet corpus, à deo defendimur. **Semp mortificationẽ Iesu in corpore nostro circunferẽtes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.** Hoc est, mortes quotidie ipsi subimus, & domini mortẽ imitati, eiusdem & vitã siue resurrectionẽ in nostro corpore circũferimus, vt illa in nobis pateſiat. Quocirca si quis Christũ dñm resurrecturum diffidit, cũ nos spectauerit mortẽ obire quotidie, & vitã quotidie ducere, ei rei haudquaq̃ amplius sit diffisurus. **Semp enĩ nos qui viuimus, ĩ mortẽ tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in mortali carne nostra.** Per hæc quidẽ declarat, qd illud sit quod dixerat Iesu mortẽ. Erat nanque subobscure id dictũ. Consueuit aũt enodare Apſus q̃ minus paterent. Illud autẽ, in vita Iesu manifestet, à supioribus pẽdet, & in hunc. s. sensum accipitur. Quẽadmodũ enĩ nos Chri mortẽ nunc toleramus, & mortẽ pro eo obire, si locus det, vel viui malumus, sic & ipse in animũ magis induxerit, vel mortuos nos plane viuificare, quod & alibi differit, ingens: Si enĩ commoriemur, Roma. 6.
& vitã simul ducem⁹. **Quo fit vt mors in nobis ope-**

retur, vita aũt in vobis. Mortem hoc loco tentationes dicit: Quod aũt inquit, huiusmodi est: Nos quidem in periculis sumus, vos autem vita quæ ex periculis constat, fruimini: quippe quibus euangelium prædicatũ est, q̃ vitã viuitis sempiternam. Habemus aũt eundem spiri-
Psalm. 115 tum fidei, secundũ quod scriptũ est, Credidi propter quod locutus sum, & nos credimus propterea & loquimur. Tentationes meminerat & mortes superius, deinceps vel ex his (inquit) nos eximet deus. Insuper & illud adiecit, Idcirco his malis vos eruet deus, vt eum resurrexisse credatis. Nunc vero inquit, nõ mẽte solum & cogitatione, sed fide erit id adstruendum, infertq́: Quemadmodum Adã cum esset tentatiõibus diuexatus, ex hisq́ à deo & solo ereptus credidi dixit, propterea locutus sum, haud secus & nos eundem fidei spiritum assecuti, quem & Dauid ille sit nactus, credẽtes id loquimur, quod quemadmodũ Christus ipse à mortuis resurrexit, ita & nos nunc superatis periculis, iterato sumus resurrecturi. sciẽtes quoniã qui suscitauit Iesum, & nos excitaturus est, & constituet vobiscũ. Omnia enĩ vestri gratia toleramus, vt affluens gratia, per multos abundet in gloriã dei. Quid credimus, inquit, vel ipsi quid videmus? Id sane, quod à quouis discrimine nos liberabit: ac denicq́ is suscitabit, qui & Christũ iam excitauerit, adstituetq́ vobiscum vna bonis perpetuis fruituros. Facit insuper eos, cum ad credendum, tum ad recte viuendum fidentiores. Nec secus & falsos hoc loco carpit apostolos, sese affirmantes pro discipulis, vt bona hmõi comparent, intercedere. Vnde id confutãs Paulus, hunc in modum edisserit: Vestri ob gratiam vniuersa sunt condita, quinetiã & resurrectio idcirco effecta est. Non enim per hũc illum ve recti aliquid geritur. Nam & id omne deus exequitur, & plurimis impartitur. Quo fit, vt abundante gratia, abundet etiam necesse est multorũ ad dei gloriam in habendis gratijs & officium. Apostoli

itaq; istiusmodi deceptores, cū dei grām sibi iniquus vēdicant, illius hauddubie obscurāt & gloriā. Propterea nō deficimus: quin etsi exterior noster homo corrūpitur, interior tñ innouatur de die in diem. Qm̄ (inqt) spectatā habemus dei potentiā, eundē q; nos periculis exemisse pspeximus, futurū q; tādē vt claros fulgētiores q; à mortuis excitet, haudq̄q̄ vt malis victi iā succūbamus, neq; de spe excidamus, cū patimur. Q̄nquidē exterior hō, hoc est, corpus cum cæditur siue exagitat̄, corrūpi solet: interior vero, hoc est, spūs ipse & aīa innouat̄, q̄ pacto si quęras, nimirū bñ sperādo, & fidendo plurimū. Siqdem vbi p Chr̄o tormēta iā subijt, ingenti gaudio expleat̄. Momētaneum enim illud & leue pressuræ nostræ supra modum in sublime, æternū gloriæ pondus operatur in nobis. Explicat q̄ pacto interior is innouet̄ hō, ideo (inqt) id fit, qa in animū ille inducat, p breues eē p̄ssuras & momētaneas, & idcirco toleratu leuiores videri, q̄ñ ad exiguū tp̄is inferunt: gloriā vero perpetuā esse, & pondus, hoc est, magnitudinē ingentē habere. Id nanq;, supra modū & in sublime, p̄tendit, non contēplantibus nobis quæ videntur, sed quæ nusquā apparēt. Visibilia nāq; tparia sunt, inuisibilia vero sempiterna. Oñdit queādmodū quæuis p̄ssura facilior fit, inqt q;: Cuncta eñ quæ nobis sub aspectū veniūt & visunt̄, tparia quidē & breuia sunt. Cruciatus itaq; & p̄ssuræ, q̄a cerni oculis possunt, momētanea erūt. Atq inť visibilia hęc vacatio ipa & otiū cōnumerant̄: qppe quæ & spectari queunt. Eo eñ visibilia intulit, vt eiusmodi à p̄ssuris & molestijs vacatione cōplecteretur. Nil itaq; erit vel aduersis & vrgentib⁹ succumbendum, vel psperis hebescendum & quietiorib⁹ rebus. Breuia enim vtraq; sunt. His igitur sic ita habentib⁹, constat pfecto quæ videri nō possunt, perpetua esse, hoc est, regnū illud cæleste, & æterna supplicia. Quo fit, vt horum declinare alterum debeamus, alterum cupere. Mat. 25.

Caput V.

ingemiscẽdum, q̃d corpus hoc corruptibile, nõ ꝓrsus exuimus, vt hocipm̃ incorruptibile induam⁹. Vñ nec tabernaculũ dixit, sed habitationẽ, vt q̃ diutius sit & firmius permãsura. siti vestiti, non nudi inueniamur. Neq; ẽm nobis ẽ vniuersis (inq̃t) incorruptibilitati corporis confidẽdum, q & sumus post acceptum corpus q̃d infici neq̃t, corruptiõe obducti, nõne gl̃iæ & securitat; nudi coarguemur? pinde acsi ex prauis his facinorib⁹ ignominiã assecuti. Siquidẽ cunctis futura cõis sit resurrectio, nõ tñ honor & gl̃ia. Nã & qui sumus in tabernaculo isto ingemiscimus. In quo nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est a vita. Cũ durius esse & graue q̃d dixerat apparet, ingemiscere nos & grauiẽ ferre ꝓcupidos hoc corpore liberari, cum cõstet ineffabilẽ eẽ animi erga corpus affectum, idcirco inq̃t, Haudq̃q̃ ꝓpterea ingemiscim⁹, q̃d è corpore simpliciẽ sit abeundũ, sed q̃a nos libido incesserit incorruptionẽ supinducere, pinde acsi haud sat fuerit, hãc ipam induere, vel corruptionis volum⁹ vacui eẽ, vt illa non corpus à vita cõsumaẽ & pereat. Nec corpor; gr̃a solũ grauemur, sed q̃a corruptibile sit moleste ferim⁹. Hinc obstruunẽ hęreticorum ora, q̃ppe cũ de corpor; diuersitate nulla fiat hic mẽtio, q̃ñ de corruptibilitate duntaxat & incorruptibilitate disseriẽ. Qui aũt effecit nos in hoc ipsum deus. Deus ẽ (inq̃t) q nos à pricipio ad hocipm̃ creauit. Quippe q̃ nos eo effinxit, vt incorruptibiles simus. Neq; id illi ẽ in p̃sentia visum, sed ab initio, q̃ fit vt oĩno sine corruptiõe futuri. qui & dedit nobis pignus spũs. Vis (inq̃t) vt aliis id argumẽtis oñdam? Per baptismũ nẽpe & spm̃ nobis largit⁹ ẽ. incorruptibilitat; insup pignus hic detulit. Aĩam nãq; & corpus simul sanctificauit, eaq; diuinitati ꝓpinquiora effecit, q̃a & exemit à crimine, à q̃ mors ipsa subsequitur. Itaq; cum spm̃ cõtulit, ꝑspicuum est, q̃d à peccato eruerit. Qui vero à peccato iã eruit, & incorruptionẽ effecit, à pc̃tõ nãq; corruptio oriẽ. Spũs igiẽ hoc pacto futur; im Sapi. 2

mortalitatis pignus efficit. Vel aliter: Qui in pñti aliquã nobis in parte spm̃ est impartitus, oĩno vel aliq̃d nobis detulit pignus, vt totũ in posterũ largiat. Verũ q̃ pacto, id est largiturus, nisi spiritu & corpore incorruptibiles ipsi futuri sumus? Cum itaq; quod tenue est & exiguum, spiritu & corpore sub pignoris specie in hac vita acceperis, sperandum est, quod reliquuum sis integre habiturus. **Fidẽtes igitur semper et scientes, quoniam manentes in hoc corpore peregrinamur a domino. Per fidem nãque ambulamus, non per speciẽ. Confidimus & probe potius volumus peregrinari a corpore, & manere apud dominum.** Persistit adhuc vt illud cõfirmet q̃d dixerat supra, q̃m nullæ sunt nobis curæ. Discrimina q̃ppe quæ & mortes, rẽ nobis optabilẽ, incorruptibilitatẽ scilicet, subministrãt. Cuius gr̃a & ingemiscimus, deducimurq; ad dñm ocyus: Cõfidentes itaq; semp, hoc ẽ intrepidi, neq; insidias, neq; psecutiones vel mortes horrescite. Apostoli aũt aduerte prudentiã, q̃uo vitæ ac mortis tacite expresserit nomẽ, cũ alterã versari apud dñm dixerit, alterã ab eo lõge pegrinari, vt nemo à pñti hac pẽdeat vita, vt quæ à dño ipso diuertat. Proxime autẽ ne q̃s illud obijciat, Quid ergo? Nũ corpus à deo reddit nos alienos? sic illud inq̃ens castigat & corrigit. Per fidẽ em̃ nõ per speciem ambulamus, hoc est, in hoc seculo illũ nouimus, sed modice. Id nãq;, cũ p fidem inq̃t, ptendit. Haud dũ tñ facie ad faciem illius vllã habemus cognitionẽ, q̃d etiã vbi p fidem intulit, explicat. Cũ itaq; hæc ita se habeãt, malumus,
1.Cor.13. hoc est, valde desideramus, corpus hoc exui, cũ dñoq; versari. Neq; immortalitatis dixit participare, q̃n q̃d satius ẽ, cũ dño esse, q̃d vtiq; incorruptibilitate est lõge præstantius. **Propterea connitimur siue absentes, siue præsentes placere illi.** Quod quærit illud est, vt dño morẽ viuẽdo geramus, ne forte cum peregrinationẽ intelligis, existimes satis ad salutẽ tibi id fore. Vnde sic inq̃t: Stude vt hinc deo gratus abscedas vitę ratiõe, quam illi acceptã

hic dixeris. Nos enim omnes præsto esse oportet ante tribunal Christi. Deterret hoc loco Corinthios, cum recordatiõe, tum assertiõe quadã tremẽdi illius, & diuini iudicij, asserens, vniuersorum tunc gesta vt pateãt necesse fore. Neq; existimes ibi cordis recõdita, aut quęuis opa, aut animi vllã libidinẽ, vel mẽtis vllis posse velis obtensis occultari, sed vniuersa tũc patẽtia erũt & apta. vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. His dictis q recte egerint, vt bona sperẽt magis hortat̃, q etiã segnes & desides futuri supplicij obiecta formidine, ad vigilandũ compellit. Confirmat præterea, quem habuit de resurrectione sermonem. Qñquidem asserat eos qui vel bonis, vel prauis inseruierint facinoribus, vel corona donatum iri, vel tormentis affectũ. Obstruunt̃ etiã per hæc hæreticis ora, diuersa his sentientibus. Scientes ergo timorem domini, hominibus suademus, deo autem manifesti sumus. Spero aũt & in conscientijs vestris manifestos nos esse. Habẽtibus nobis (inqt) tremendi illius iudicij notionem, cõnitendum omĩ studio erit, ne hoĩm quenpiam offendamus. Id nãq; Apostolus sentit, cum hoĩbus inqt suadem⁹, hoc est, ne cuiuspiam per nos animus offendat̃, temperandũ est. Nã & si mali nil cõmiserimus, suspectos tñ cõmissi nos criminis facimus, sitq; in nostra potestate, ne alios offendamus defugere, nec tamẽ id declinamus, cõdemnatio nobis proculdubio subeũda est. Quippe & deo patemus, quẽ haudq̃q̃ latet, quemadmodũ nobis vita degatur, nec suaderi potest, nec falli, cum nostris fuerit actionibus prauis offensus. Proxime autem & vobis patebimus, vtpote qui nostra omĩa optime calleatis, eoq; haudquaq̃ necesse erit, vt vobis suadeamus. Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis. Frequentẽ quæ incidere posset, suspicionem hic detergit, ne qd de se videat̃ insolentius iactitasse, aitq; nequaquam ipsi ad hunc sermonem deuenimus, vt Hebræ. 14

qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Urget enim nos charitas dei nobis perspicua, & valde cōpellit, ut eius grã pericula adeamus, iudicemusq; apud nosipsos perspicuum esse, quia ꝓ oĩbus sit mortẽ perpessus, eo & illum mortem oppetijsse, quia interijsse vniuersos constaret, voluisseq; eundẽ ꝓ perditꝭ mori, vt vitã nobis elargiret. Cũ itaq; nobis sit vitã hic elargitus, non viuere ampli⁹ nobis, sed illi debemus cuius munere aurã hanc ipsam spiramus. Qui non solum ꝓ nobis mortem obiuit, quin & ab inferis resurrexit, primitiasq; nr̃as, hoc est, suum corpus ad cœlum mox sustulit, vt nos etiã eodem oĩno sit traductur⁹. Quid eñ erat necesse ad cælos illum deferri, nisi fuisset & nobis eodem conueniendum? Quo fit, quia mortuus nostri gratia sit, vt & vitam donarit, immortalitatis nobis & pignus item contulerit, vt illi, non nostris cupiditatibus viuere debeam⁹. Itaq; nos ex hoc neminẽ nouimus secũdum carnẽ. Postq̃ oẽs q morti obnoxij scelerũ rõne iã fuissent, p Chr̃m baptismi gr̃a reuixere, merito inqt, neminẽ fidelium cognoueramus, scd̃m carnẽ, q viueret, hoc est, scd̃m veterem illum & carnalẽ viuendi modum. Oẽs nãq; fideles spũ ipso renati, nouã quandã & spiritalem transigunt vitã. Etsi cognouimus secũdũ carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Ostẽdit vel in degenda, non secundum carnem hãc vita. Christũ nos ꝑuium habere & ducem, inquitq;, Et si fuit vnq̃ carnali cõditione Christus, haud tñ in pñtia est. Dicet aliquis, quid ita? Num carnẽ ille deposuit? Absit. Quippe qui quo assumptus est statu, eo sit & iterato venturus. Actuũ. 1
Atqui in carne ille & corpore sublatus est, quid igit? Tam diu ergo nos dicimur secundum carnem hanc viuere, q̃diu peccatis erimus obuoluti: tunc vero procul à carne vitã hãc degere, cum nihil delinquimus. Christus aũt tunc dicitur secundum carnem vixisse, quando pro naturæ passionibus, nulli tamen culpæ obnoxius vixit, videlicet cum famem ac sitim & labores perpessus est. Nunc vero neq̃-

filium ad id ille demisit,nunc infert, Filium quidem trans-
misit,is tñ duntaxat hoĩes hortabat,pater vero is erat,qui
mundum sibi in Christo recõciliaret,hoc est, per Christũ.
Adeoq́ se beneuolum erga hoĩes & placabilem prçstitit,
vt non modo nullum his intulerit cruciatũ,sed reconcilia
tionem offerret.Nec solum missa fecit delicta,quinetiam
nec illa cuiq̃ imputauit.nam si rationem factorũ is exegis
set,oẽs vtiq; interiissent.ꝛ posuit in nobis verbum re
conciliationis.Nihil quod graue sit vel molestum, vt
vobis afferrem,iniunctum à deo est mihi, sed solum vt in
gratiam vos secum reducerem.Cunq; nihil ipse persuadẽ
do profecerim,insistite vos tamdiu hortantes,donec pos
sit his persuaderi vt deo reconcilient.¶ Pro Christo er-
go legatione fungimur,tanq̃ deo exhortãte per
nos: obsecramus pro Christo, reconciliamini
deo. Pro Christo,hoc est,Christi loco,legatione nos fun
gimur.Quodcunq; eñ erat ille facturus,nos in præsenti
exequendum suscepimus. Et quemadmodum per illum
hortabat nos deus,sic vos hoc tempore per nos ille horta
tur,vt sibi conciliemini.Neq; eñ dixit,deũ vobis concilia
te,sed vos illi reconciliamini. Quod si vel hostium more
huic obstiteritis,nihil tñ ipse vobis obnitit.Deus nãq; hic
pater est,nec secus acsi quidpiã ipse in hoĩes deliquisset,ad
vos legauit apostolos,vt veniã deprecet.Miram sane pie
tatis & indulgentiæ magnitudinem. Eũ qui non no-
uerat peccatũ,pro nobis peccatũ fecit, vt nos ef
ficeremur iustitia dei in ipso.Ne reliq̃ ipse commemo
rem,quemadmodum scilicet de vobis vel bene merẽtem
affeceritis ignominia , vt prior ipse in gratiam redire vo-
luerit,nonne vel ex recentibus eius beneficijs dignum cẽ
seri debet,vt cũ ipso sitis animo placatiori deuincti?Quid
ita?Qm̃ suum filiũ,qui nullum norat peccatum, hoc est,q̃
ipsemet iustitia esset,pro nobis fecerit mortem obire, pin
de acsi peccator esset is & maleficus:Inq̃t eñ, Execrabilis *Deut.21.*
qui suspensus est ligno.& cũ iniustis reputatus est.Nõ eñ *Isaiæ.53.*

peccatorē fecit, hic intulit, sed peccatū, q̄d vtiq; maius est longe, vt nos dei iustitia efficeremur, non ex operibus vel lege, sed dei ex grā. Id eñ designat dei iustitia, cum gratis quispiā iustus efficit, cunq; nulla in eo dep̄henditur labes. Et ideo neq̄q̄ dixit, vt iusti efficiamur, sed dei iustitia, grǣ arguens immensitatē. Caput VI.

ADiuuantes aūt, exhortamur ne in vacuum gratiā dei recipiatis. Adiutores vestri (inquit) sumus, & vobis ad consequendam salutem, & deo vt eius expleat voluntatem: hoc est, quę vobis vt salutem impartiat procliuior est, fungimurq; exhortando Christi vice, quoadusq; ille secundo adueniat, & q̄diu in vita hac fuerimus, ne incassum gratiam dei accipiatis. Quid eñ cō duceret diuina gratia prauis facinorib' eximi, si deinceps ad pristinam negligētiam rediretur? Id nanq; nil aliud foret, q̄ in pristinam inimicitiam illam relabi: sic fieret vt frustra videret diuina fuisse in nos gratia tāta collata. Haudquaq̄ itaq; existimandum est, in fide duntaxat peccatorū cōstare vacationem: quin & optimo viuendi opus est ge
Isaie. 49. nere, vt ab his simus immunes. Ait enim, Tēpore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Tempus acceptabile dicit, in quo per gratiam & peccatorū remissio fit, & iustitia condonatur. Nā illud haud dubie est acceptabile tempus, quo nos excipit deus, exauditq;, & saluos facit. Nam in iudicij die neq; aures nobis præstabit, neq; opem laturus est vllā, nec salutem peccantibus. Necesse est itaq; dum interea gratiæ tempus offertur, vt enixe certemus. Nā facile hoc pacto potiemur victoria. nemini dātes vllā offensionem, vt nō vituperetur ministeriū nostrum. Hortamur vos, inq̄t, & operā simul præstamus, vt vitā nemine offenso degatis, perinde ac si inquiat: Me velim duce vtamini. nā sic mihi viuendum institui, vt nulli ne criminandum quidē me duxerim, sed ne vel leuiter incusandi lædendive occasio-

nem præbuerim. Quod eo feci, ne nostra notetur administratio, & ignominiã subeat. Non eñ ne culpentur res per me gestæ, vel mea institutio dixit, sed ne quam vel tenuem labem, aut vituperationem admittant, enitor. Nõ nulli vero id dictum hunc sunt in modum interpretati, videlicet ne recidat quæuis ignominiæ nota, quam ipse ministerium dicit. Tunc enim vituperationem subiret p̃dicatio mea, cum ipse vitã improbe ducerem. Tacite etiã & Corinthios carpit, vt quorũ mala acta iã vita à multis culpetur, culpãtiumq; execratio oĩs in Christum & eius fidẽ redundet. **sed in oĩbus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros**, Vel id sane maius videtur, cum inquit, nõ solum necesse erit, vt q̃uis culpa & labe vaces, sed ĩta vt viuas, vt ex tuo hoc recte viuendi mõ, perspicuũ facias, dei ministerio te fungi. **in multa patientia**, Narrat præterea quemadmodum talis ipse tolerando euaserit. Neq; simplici quadã patiẽtia dicit, sed multa: quippe q̃ nõ semel atq; iterũ oĩbus erit in rebus præstanda, sed vsq; ad finem erit exhibenda. **in tribulationibus, in necessitatibus**, Ideo quidem pressuras accumulat, cum nullus fiat, q̃ hominem angũt, exitus malis. **in angustiis**, Videlicet q̃ per inediã, vel tentationes alias offeruntur. **in plagis, in carceribus**, Vide q̃ntum hęc afferãt mali, cum vtrunq; per se grauissimũ sit. Plagis præterea affectus est Paulus, & in carcerem sæpe coniectus. **in seditionibus**, Matt. 10.
Hoc est, in persecutionibus, cum nullum haberet hic locum, quo posset consistere, quia multi eum insectarẽtur. **in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis**, Explicatis iã ijs quę per alios sunt sibi ingesta, superinducit quibus se ipse Act. 20.
vltro afficiat, manuum scilicet laboribus, quibus ipsum se 1. Cor. 4.
& alios aleret. Is insuper & vigilijs se & inedia macerabat. **in castitate**, Vel continentiam per castitatem prætendit, vel eius omnibus in rebus puritatem seruatam. Vel, quia gratis, & nullis illectus muneribus, prædicaret. **in scientia**, Hoc est, in dei sapientia, quæ vere dici scié-

tia debet, non in exteriori hac & mundana, q̄ fallaces apostoli niterentur. **in longanimitate, in suauitate,** Animi est profecto adamantini, agitatum vndiq; & circũpunctum, non solum mentis seruare celsitudinem, sed & bonum se & æquum præstare. **in spiritu sancto.** Ostendit vnde hãc sit virtutem adeptus, ẽ spiritu videlicet sancto. Nam cum præclarũ aliquod de se facinus edit, mox spiritus sancti ope factum id infert. Potest etiã intelligi in spiritalibus donis. Ex his nanq; ostẽdimus ministros nos dei esse effectos. Quandoquidem mirãda quædã quæ supra hominem sunt, factitem⁹. Vel q̄a in in spiritu sancto, hoc est, in spũs donis neminẽ ipsi offendimus. nam etsi intumescũt pleriq; q̄ linguis potiti sint, q̄bus nequaq̄ necessarijs in rebus vtant, ab eiusmodi tñ longe alieni nos sum⁹. **in charitate non ficta.** Charitas hæc hauddubie bonorum est illi omnium causa. Hæc inq̄, vt apud se spiritussanctus maneret, efficiebat. **in verbo veritatis.** Hoc ẽ, dei verbum nihil adulterantes. **in virtute dei.** Nil(inquit) horũ mihi debet ascribi, cum constet dei potentia vniuersa hæc fieri. **per arma iustitiæ a dextris & a sinistris.** Arma iustitiæ sinistra appellat, quæcunq; tristitiam afferunt: arma vero, quia tanq̄ muris nos sepiat, & tutos reddat: Sinistra præterea dicit, ob variã multorũ conscientiã. Iniunxit nanq; & dñs, non vltro adeundas esse tentationes, sed si offerant, ferendas. Dextra aũt quæ lætiora sunt nuncupat. Horũ itaq; alterutris nil Paulus arguebat obnoxius: quippe qui neq; tristibus & aduersis contraheretur, neq; lætitia & prosperis insolesceret, sed potius iustitię arma hæc ipsa reddebat. **per gloriam & ignobilitatẽ.** Explicauit iã nobis, quid dextera & sinistra significarent, vt quæ & gloriam simul præferant & ignobilitatem. Verum si quæras quo pacto pro armis iustitię hæc futura sit gloria, respondebo equidem: Quia multos ad religionẽ inducat & fidẽ, qui præceptori defertur honos. Quid igitur? Pauli ne id erit accensendum virtuti? Maxime. Quia

nihil vel laudatus is deflaccebat, nec prædicãdo fatigabatur, vel ignominia affectus deterrebatur: q̃n potius hæc ad patientiam & probitatẽ, cũ prædicationis successu exercebat. per infamiam & bonam famam. Vel hoc magni momenti est, infamiam tolerare. Hæc nãq; acerrime animum mordet, eoq́; & dñs beatos hos asserit, qui conuitia & contumelias perferunt. Quæ infamia, vel cruciatibus ipsis videtur acerbior. Nã cum corpus tormentis vrgetur, tum anima patitur dolorem: Cum vero nota afficimur aliqua, animo incumbit quicquid est oneris. Vnde & Iob vxoris conuitia molestius longe ferebat, q̃ plagas & hulcera. vt seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti. Idipsum est quod per infamiã dixit & bonã famam. Hi nanq; quibus Paulus curæ esset & cognitus, eũdem quasi nusquã antea nossent, dedignabant. Quod profecto idem prætẽdit, quod per gloriã dixerat & ignominiam. quasi morientes, & ecce viuimus. Hoc est, quasi morti adiudicati, & condemnati. nam quod ad insidiantium nobis animũ spectat, hauddubie morimur: q̃ntum vero ad dei virtutem, ecce hac vita fruimur. vt castigati, & non mortificati. Fiũt hæc (inqt) ad nostri castigationem dei permissu. Quo fit vt ad futuram mercedem haudquaq̃ exiguum sit castigationis huiusce interea lucrum, quod sane dictum à Dauid scriptis desumptũ fuisse constat, cum inquit, Castigans castigauit me dominus, morti aũt non tradidit me. quasi tristes, semper aũt gaudẽtes. Exteriori quidẽ hac facie videmur mœrore confecti, intus vero incredibili fruimur suauitate: nõ ẽm interruptum nostrum est & instabile gaudiũ, sed continens & perpetuum. sicut egentes, multos aũt locupletantes. Non solum diuitijs spiritalibus plures ditauit, sed mundanis etiã hisce & temporarijs cõplurimos iuuit. Nam cum omnium bonis fideliũ domus paterna opulentior videbatur, multis bona hæc præsentia impartiebatur & victũ. Nã & sanctos q Ierosolymis erant ale-

Matt. 5.

Iob. 2.

Psal. 117.

bat, q̃d & in sequentibus patefacit. **tanq̃ nihil habentes, & oĩa possidentes.** Qui eñ nullis vitæ pręsentis inhæserit bonis, oĩbus nimiũ abũdat, perinde ac si inq̃t: Vos oĩa petenti mihi ad nutũ suppeditastis, quibus aliorũ subuenirẽ necessitatibus. Quę aũt superius dixit, eo commemorauit, ne in rebus aduersis & mœstis perturbarent Corinthij. **Os nostrum patet ad vos o Corinthij: Cor nostrũ dilatatũ est.** Enumeratis proprijs certaminibus, ostensoq̃ in modũ narrationis, quemadmodũ necesse sit vt illi sese imitent, futurũ est tandem eosdẽ vt carpat, vt q suspisius haudquaq̃ magna tenerent beneuolentia. Quod tñ anteq̃ ipse aggrediatur, aperit suã erga illos sic charitatẽ: Vellẽ eqdem perpetuã apud vos habere orationẽ, & multa differere, palãq̃ & fidẽter vos alloqui, q̃d plane ostendit, cũ inquit: Os meũ patet ad vos. Idq̃ propterea dicit, q̃a illos & obiurgaturus ẽ, & facturus perspicuũ, maximũ esse charitatis indiciũ, increpãdi fiduciã. Vnde non solũ (inquit) verbis meã erga vos præfero charitatẽ, sed corde, cũ illud apud vos diffusum habeã & ampliatũ. Ardor nanq̃ amoris ille, non mõ mihi os patefacit, sed mentẽ dilatat: & ita vt vos capiat vniuersos, quod ipsum subinfert, dicens: **Nõ angustiamini in nobis, angustiamini aũt in visceribus vestris.** Vos quidẽ inq̃t, etsi q̃plurimi sitis ●eo in corde, quod sane patientissimũ est, haudquaq̃ in arcto vagamini. Vestris vero in præcordijs & visceribus in angusto estis, & ita astricti, vt ne vel vnũ quidẽ me largit possitis excipere, perinde ac si inq̃t: Ipse equidẽ ingenti vos prosequor beneuolentia, vos vero etsi erga me aliquo estis amore affecti, & cõplexum vestris in præcordijs detinetis, arctior tñ vestra hęc charitas est & angustior, q̃ me cõplectimini. **Eandẽ aũt habentes remunerationẽ, tanq̃ filijs dico, dilatamini & vos.** Hoc ẽ, eandẽ ipsi amoris vicissitudinẽ, & parẽ p̃statẽ in me beneuolentiã, estoteq̃ & vos, quemadmodũ ip̃e, in charitate effusi. Idq̃ pro debito quodã deposcit, cũ in-

quit, Tanq̃ filijs dico. Neq; eñ videor magis aliquid effla gitare, si pater cũ sim, à liberis coli duxerim non indignũ. Debent nanq; & filij hoc in patrem pręstare officiũ. Nolite iugũ ducere cũ infidelibus. Ne videat̃ suiipsius hæc gratia protulisse, ostendit pro Corinthiorũ vtilitate, nõ sua, illorũ se exegisse beneuolentiã. Quasi id dicat, illud sane vestrã erga me patefaciet charitatẽ, si nullum vobis cũ infidelibus fuerit commerciũ, neq; ad illorũ partes declinaueritis. Quæ eñ participatio iustitiæ cum iniquitate? Hoc loco haudquaq̃ se cum infidelibus cõfert, sed Corinthiorũ virtutẽ & ingenuitatem cum infidelium cõparat improbitate. Nec secus agit cum his, q̃ pater aliquis solet, qui filium videat cũ perditissimis hominibus diuersari, ad quę verba hmõi habeat: Quænã tuæ esse potest nobilitati cum illorum iniquissimis moribus consociatio? Vos itaq; Paulus inquit, indubitatam præfertis iustitiam, illi vero deperditam quandam nequitiam. Quęnam ergo potest & vobis cum infidelibus esse communicatio? Quæ societas luci ad tenebras? Quæ aũt conuentio Christi ad Belial? Cum vellet omnino Apostolus, vt Corinthij ab infidelium desciscerent contubernio, haud sane dixit, quæ esse potest cõformitas eorum qui in luce sint, cũ his q in tenebris degant, vel Christi sectatoribus, cum his qui dęmonũ partes sectantur, sed res ipsas pro personis induxit, lucem scilicet & tenebras, & quod amplius erat, Christum ad Belial: Belial vero apostatã dicit & desertorem. Porro ex Christi & Belial appellatione, atrociorem reddit orationẽ. Aut quæ pars fideli cũ infideli? Hoc loco & personarum meminit, ne simpliciter vel incurate nequitiã videatur vel uirtutẽ extollere. Qui aũt consensus templo dei cũ idolis? Vos eñ estis tẽplum dei viui. Sunt quidẽ infideles idolorũ templum, vel idola potius, vos aũt dei ædes. Nec qualem illis fabulis suis confingunt, sed viuentis. Qui igitũ erit vobis cũ istis cõsensus? hoc ẽ, similitudo & cõuentio.

ficut dicit deus, Qm̃ inhabitabo in illis, & inam
Leuiti.26 bulabo, & ero illoꝝ deus, & ipsi erunt mihi popu-
lus. Ne ad gratiam hæc dicere videatur, oñdit sacraꝝ li-
teraꝝ testimonio, quemadmodum dei sint tẽplum, an-
teactæ (ingens) vitæ integritas, deum in vobis fecit inha
bitare, sed vestra in posterum vigilãtia & inambulare cõ
pellet. Inerit nãq; hoĩ deus, q pure deget & pie. Deinceps
cum ad aliã bonoꝝ operum exercitationem prouehitur,
& patriarcharum more ad altiora conscenderit, obambu
lare in eo, & versari dicit deus, quemadmodum & in Ia-
cob & Abraã & Isaac dicebatur. Propter quod exite
de medio eorum, & separamini dicit dominus, &
Isaiæ.52 immundum ne tetigeritis, & recipiam vos. Neq;
enim dixit haudquaquã quæ absurda sunt, facite, sed ne
attigeritis. Est aũt duplex immunditiæ genus, corporeũ
scilicet, & spiritale. Spiritale quidem vt impuri & sordidi
cogitatus, & oculis lasciuientib. intueri, vel odia exercere,
& dolos nectere, & eiusmodi. Corporeum vero, vt ince-
stus & adulterium, & quicquid reliquum est praui facino
ris. Vult itaq; Corinthios cum animi, tum corporis puri-
tatem seruare. Quocirca exite, inqt, de medio infidelium
& separamini, hoc est, illos iã declinate, & puriores effici-
amini. Sum nãq; vos tales effectos, libenti animo susce-
pturus. Cum eñ quis malis actionibus liberat, deo con-
iungit. & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in
Ieremi.31. filios & filias, dicit dominus omnipotens. Vides
quemadmodũ longe añ prædixit ꝓpheta, quæ in nobis
baptismi ob gratiã sunt finem iam consecuta, regñationẽ
videlicet & ipsam adoptionem. Cap. VII.

HAs ergo habentes promissiones chariſſi
mi, mundemus nos ab omni inquinamen
to carnis & spũs. Quas illas narras ꝓmiſſiões?
eas scilicet qbus nos sumus certiores effecti, templũ nos
dei futuros, eundemq; habituros, & inhabitantem nobis
& inambulãtem, huncipm̃q; nobis in deũ futurum, & pa-

trem. Quocirca purgemus nostipos actiõibus malis. Hæ nãq; inqnamenta sunt carnis, & sordidarũ & infectarum cogitationum illuuies. Hæ inquam, spũs sunt. i. animi labes. **perficientes sanctificationem in timore dei,** Nec plane sat est à sordibus abstinere & vitijs, qn & boni aliqd peragaĩ necesse est. Sanctificationẽ aũt munditiam dicit & cõtinentiã. In timore vero dei eo adiecit, vel qa ex industria fit alia quędã ad hoĩm gr̃am & laudẽ consequẽdam, non ꝓ dei timore seruata continentia. Vel vt nobis oñdat, vt deum veriti, puriores nostipos exhibeam' & cõtinentes. Nã vel si vim inferat carnis cõcupiscentia, dissolueĩ mox oĩs libidinis furor, si deũ verebimur. Nec solum continẽtia hæc erit, ꝓ sanctificatione habenda, sed oĩs denicq; vitæ integritas. **Capite nos, Neminẽ læsimus, neminem corrupimus, neminem circũuenimus.** Rursum de charitate differit. Et qm̃ cũ ab se deficiẽtes dixisset infidelibus adhæsisse, illorũ pculit animum, nũc eos mitigaturus, sic inqt: Capite nos, hoc est, recipite, & ample adeo & effuse, vt nõ angusta q̃dam & tenui charitate à vobis nos cõplectamur. Porro vt fraudulentos patefaciat apl'orum q̃rundã mores, sic infert: Neminẽ læsimus, hoc est, neminẽ vel verbis vel factis offendimus: neminẽ corrupimus, hoc est, seduximus, vel impijs dogmatibus nulli mentẽ infecim': neminẽ circũuenimus. i. nihil à quo q̃ auaritiæ cupiditate extorsimus, vel pecunias sub p̃dicatiõis obtentu subtraximus. **Nõ ad cõdemnationem vestram dico, prædiximus enim quod in cordibus nostris estis ad commoriendum, & ad conuiuendum.** Neq̃q̃ hæc condẽnandi vos gr̃a dixerim. Vñ id liquet dicet aliqs? Nimirũ & ex charitate ipã, qa in cordibus nr̃is estis. Et qm̃ possumus quenpiã ꝓsequi beneuolentia, nulla tñ subeundi discrimina volũtate, ad commoriendum dixit. Cumq; pleriq; ob inuidiam nil amicorum prosperitati congaudent, ad conuiuendum adiunxit, perinde acsi summatim inqat. Neq; in piculis deserturus vos

ſum,nec ſecũdis veſtris &,pſperis rebus inuidebo,ſed vobiſcum potius vna ſum vitã ducturus. **Multa mihi fiducia eſt apud vos,multa mihi gloriatio pro vobis.** Qm̃ inceſſere hos videbat,cum diceret, in anguſto eſtis,& me capite,rñdet nunc velut rogatus eoſdẽ conſolaturus,ſic inqens: Haudq̃q̃ hæc dixi,qa in vos ſententiã tulerim,& condẽnarim, ſed qa multa mihi fiducia apud vos eſt,& vobis confido plurimum,cupidus ad officium & virtutẽ traducere.Quod aũt mihi alienus ſit à veſtri cõdemnatione iã animus,licet ſane ex his cõſpicari,quę pro vobis,hoc eſt, ,p veſtro ,pfectu iactare apud alios ſoleo, & gloriæ ducere. **Repletus ſum conſolatione,ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.** Qm̃(inqt)correcti iã eſtis,& ab his ,prſus alienati,q̃s ipſe per ſupiorem epiſtolã improbauerã,conſolatione me expleuiſtis.Nec ſolum mihi attuliſtis ſolamẽ, q̃ oĩs mea pellerẽt mœſtitia. quinetiã abundantiori q̃dam iucunditate me,vel plurimis oppreſſum malis oppleſtis. Præfert em̃ lætitiæ magnitudinem cum ſuperãdo inqt.Cõtraria hæc ſupioribus eſſe apparẽt,quæ pauloante de Corinthijs diſſeruit Paulus,cum haudq̃q̃ diuerſa ſint.Nã vtrunq;,pfitẽtis eſt charitatẽ,& illa quidẽ caſtigantis erant,hæc confirmantis, nõ ex odio ,pfectam eſſe caſtigationem eiuſmodi,ſed à bñuolentia natam. **Nam & cum veniſſemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro noſtra.** Et preſſuras explicat,& verbis extollit,vt oñdat tantã fuiſſe gaudij magnitudinem,vt vel dolores,quibus caro eius affligaret,decuſſerit.Recte aũt ſuã carnem nullam habuiſſe remiſſionem ſubiecit,qa animus illi & conſtans erat, & inſuperabilis. **Sed omnem tribulationem paſſi ſumus,foris pugnæ.** Videlicet quę ab infidelibus inferũtur. **intus timores.** Timebat em̃ ne à falſis apoſtolis infirmiores nonnulli ſubtraherentur. **Sed qui cõſolatur humiles,cõſolatus eſt nos deus in aduentu Titi.** Qm̃ magna quædã hic ,pfitetur,,pdu

cit & Titum in testem. Quis aũt ille sit qui cõsolationem hanc afferat? Deus est inqt. Is nanq; & nos cõsolatus est, qa ad nos Titum remiserit, cuius aduentus satis admodũ ad leuandos angores hos meos fecit. Cupit præterea veneratiorẽ hunc apud Corinthios reddere, cũ dicit, Titi aduentũ cõsolationi sibi fuisse. non solum aũt in aduentu eius, sed etiã in consolatione, qua consolatus est in vobis. Nõ solum (inqt) ob id ipm, qa nobis in anxietatis & molestiaꝝ tpe, & præsto fuit, & cõsolatus est, verumetiã qa de vestris virtutibus talia retulit, vt vel ex his solamẽ maximum ceperim, hoc est, vestri gratia gaudio sim affectus, & vos ob vestra officia, & reꝝ optimaꝝ ꝓfectũ collaudauit. Reddidit ꝑterea & Titum his verbis cõiunctiorẽ Corinthijs: vtpote, q̃ eos apud se cõmendauerit. referẽs nobis vestrum desiderium, vestrũ fletum, vestram æmulationẽ pro me. Erat sane nõ indecẽs in luctu illos versari, & dolore torq̃ri, partim qa eoꝝ institutor Apl'us tot malis affligaret, partim q̃d tãdiu abesset. Eoq; non lachrymas simplicit dixit, sed fletũ, hoc est, mixtã cũ gemitu querimoniã. Quinetiã epipothesin intulit, hoc est, acerrimã quandã cupiditatẽ. Neq; irã dixit, sed aduersus fornicationẽ, ęmulationẽ, pinde acsi dicat, Estis eñ summo ardore accensi exequendi quæ iusserã, & mei gratia falsis apostolis aduersari. Hæc autẽ dicit non solum, vt prioribus vlceribus, qbus Corinthios ipos affecerat, medeatur, sed vere vt videatur, emendatos hos suscepisse. Erant nanque ex his perditis moribus imbuti complures, & laudibus hisce nõ digni: alioqui nil eos secernit Apostolus, quin potius & laudes communes his facit, & crimina in medium impartitur, permittens singulis pro eorum conscientia, vt sua vel bona, vel praua facinora recognoscant. ita vt magis gauderem. Etsi ob Titi lætor aduentũ, maiori tñ ex his sum iucunditate affectus, quæ ipse mihi de vobis renuntiauit. Quoniã etsi contristaui vos in epistola, non me pœnitet: etsi I. Cor. 5

pœniteret. Et si talia (inqt) ad vos scripsi, quæ castigandi modũ excederent, mihi tñ pœnitudinem attulerũt, qa moderatius vos pupugissem: alioqqd maximũ vobis obuenit ex his emolumentũ, nihil me in psenti, vt pœniteat facit. Hæc aũt dixit, nõ qa præt modũ Corinthios increpasset, sed his vt pmeritas laudes augeret. **Vidẽs quod epistola illa z si ad horam vos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia cõtristati estis ad pœnitẽtiam.** Aduerte aũt quemadmodũ illatã eis tristitiã epistolę tribuat. Neq; em hãc dixit plurimum his pfuisse, qd verius erat, sed virtuti illorũ rẽ oẽm adscribit, dicens: Gaudeo eqdem, non qa mœrore sitis affecti, sed qa vos mœror ille ad pœnitendum induxit: quę em mihi posset ex vestro dolore afferri cõmoditas? **Cõtristati em̃ estis secundũ deũ, vt in nullo patiamini ex nobis.** Increpiti (inqt) à nobis, tristitia qdam, q deo est placita, vos ipe affeci, q fit, vt nullã sit à me aliqin re iacturã ppessi. Qnquidem vos vniuersi vel idẽ ille q atrocius fornicando deliqt, haud parũ me castigante & tristitiã afferente iã pfeceritis. Solet nanq; pceptorũ magis obesse discipulis, cũ peccantibus nihil cõuitiat. Nã si cõuitio insectaret delinquentẽ, futurũ eẽt oĩno, vt castigatus ille, & acrioribus verbis increpitus, pficeret plurimũ. **Quæ enim secundum deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.** Differit nunc de tristitia, oñditq; haudqq hãc officere cuiq, nisi cum ex mundana qdam cupiditate oborit, pecuniarũ videlicet vel iactura, vel quæstu, vel gloriæ auiditate & charorũ amissiõe, q vita excesserint. Huiusmodi nãq; tristitia mortem parit, & animę qdem semp, corpori vero nonnunq. Nã & multi cã ob causam fato sunt functi, animiq; & corporis iacturã ppessi. Verũ si quis cõmissorũ scelerũ grã mœrore magis torquet, tristitiã hauddubie subit, quæ deum oblectat. Hæc nanq; vel sola ad hmõi morbi facit medelã. Quippe quæ adeo salutifera sit, vt cũ acceptæ salutis pœnitere nõ

liceat, tum & iã q à spirituali morte hoïem subtrahat. Nemo eñ non seipm condemnat, qui ob pctã mœrore conficit. **Ecce eñ hocipsum secundum deum contristari vos, quantam in vos operatur solicitudinem.** Nullis alijs (inqt) argumentis oñderim, q̃d scdm deum est tristitiæ cõmodum, nisi ex his quæ p vos impſentiarum geruntur: q̃d non solum nil prſus pœnitet iniecti mœroris, qnetiam & solicitudo accreuit & studium. **sed defensionem.** Estis nãq vestrã ob pœnitudinẽ apud me excusati. **sed indignationem.** Qua estis in fornicantẽ vsi. **sed timorem.** Quia me veriti estis, à timore quidem tanta & tã accelerata pcessit vr̃a hæc emẽdatio. **sed desiderium** Mei videlicet. Nã cũ timorẽ dixisset, ne videret tyrannum agere potius q̃ instructorem, statim id dictũ castigat, desideriũ (inquiens) q̃d amorẽ, non dñatum prætẽdit. **sed æmulationem.** Quæ dei habet ob gratiam. **sed vindictam.** Diuinę legis respectu. Qñquidem in eius detractores vindictã exercuistis. **In oĩbus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio.** Non solum (inquit) vos estis nil tale facinus ausi, q̃le fornicator ille commisit, quinetiã neq illius vsi estis cõsortio. Et qm̃ in superiori epistola dixerat, & vos inflati estis, quod dictum criminis hos faciebat participes, sic ait: Nũc vero vel eiusmodi detriuistis suspicionẽ, & palã fecistis eius negotij, hoc ẽ pcti & labis vos fuisse immunes. **Igitur & scripsi vobis non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est, sed ad manifestãdam solicitudinem nostram, quam habemus pro vobis coram deo.** Ne forte obijciendi eiusmodi habeant Corinthij occasionẽ. Quid ergo nos obiurgabas, si puriores eramus & cõtinentes, & eius negotij plane expertes? Ad hæc ita rñdet Aplus: Tãtas eqdem habeo literis illis quas scripserã gratias, adeoq nihil me pœnitet vos increpasse, vt afferã illas, eo me cõscripsisse, vt oĩbus innotescerẽt: cũ charitas mea vobis iã impartita, tũ oĩs solertia ac studiũ, 1 Cor. 5

vestri ob gratiã per me susceptũ, sit deo corã, hoc est, deo spectante, & non ignaro, vera hæc esse. Verebar nanq; ne & vos inuaderet pestis quæ fornicantẽ illũ inuaserat. Verũ quẽ nã Paulus dicit, & intulisse, & ꝑpessum iniuriam? Eos hauddubie qui inuicẽ sunt fornicati. Nã alter alteri mutuã iniuriã intulit. Cur ꝑterea (inqt) Apl'us nõ ꝓpter eũ se scripsisse qui iniuriã fecit. Scripseram eqdem (ait) illius scelere impulsus nephario, haud tamẽ prior ille mihi, vt scriberẽ attulit causam, sed vestri de causa epl'am exaraui, contẽdens ꝑcipue ne ciuitas vniuersa, illius morbo inquinaret: q̃d vtiq; neq̃q̃ ab eo diuersum est, q̃d alibi dicit Paulus, num de bobus & nulla est deo cura. Non eñ deũ

1. Cor. 9 nil boues curare dixit. Nã q̃ aliter pacto cõstare possent? Sed qa haudquaq̃ principaliter boum gratia tulerit legẽ. Ideo consolati sumus. Q̃m studium oẽe meũ ꝓ vobis susceptũ esse perspicuũ est, neq; fefellisse me cogitationes & vota, propterea & maximũ in modũ sum consolatus. In consolatione aũt nostra abundãtius magis gauisi sumus super gaudio Titi. Ad consolationẽ quã ex vobis, vt dictũ est, ceperã, accessit etiã & abũdãtior quædã ex Titi gaudio lætitia, cuiusmodi cõsolatio & gaudiũ ꝓ vos mihi ex vestris operib⁹ iniecta sunt, & deinceps sic sequit: quia refectus est spũs eius ab omnibus vobis: & si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus. Propterea, inquit, sum iucũditate affectus, qa tales vos Titus inuenit, q̃les fore sibi prędixerã. Vñ & ipse refectus ẽ spũ, cũ eiusmodi vos cõperisset, & nil sibi vel graue vel iniucundũ à vobis occurrerit. Istiusmodi igit Pauli gl'iatio & Corinthios virtute præditos arguit, & sese in eos, vti in liberos beneuolum & propensiorẽ oñdit. Tales igit oporteret hoc tpe, vt discipuli se præstarent & præceptores, & his moribus viuerẽt. sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra ad Titum veritas facta est. Quemadmodum (inquit) quæcunq; vobis prædicaui, &

vera sunt & certiora: vel quia merito erant & Titi laudes apud eum explicādæ, quæ haudq̄q̄ cōmentitiæ essent & fictæ: sic & quæcunq; de vobis gloriatus sum, haudquaq̄ conficta esse comperta sunt. **Et viscera eius abundā tius sunt in vobis.** Propterea apud Corinthios Titum cōmendat, vt mutuum & illi in eum amorē rependāt: vtpote qui huic sit animo cōiunctissimus, & illorū ardeat charitate. Viscera autē ipsius ideo intulit, vt intimū eius affectum & flagrantē amorem in hos patefaciat. **reminiscētis oīm vestrū obediētiam, q̄uo cum timore & tremore excepistis eum.** Causas exponit, quibus tanta in eos afficiat Titus bñuolentia, oñdens amoris primordia ab ipsis cepisse, simul ad charitatis officia obeunda hortatur. Neq; ēm (inquit) simplicem quendā in Titum amorē vel studiū prætulistis, sed filiorū more præcepto facile paruistis: nec secus hunc ac principē aliquē excepistis venerabundi & trepidi. Duplicem aūt illos testat̄ in Titum beuolentiā præstitisse: cum quia vt parentem diligerēt: tum q̄a vt dñm vererent̄, ne charitas ipsa, si timore vacaret, sol ueret̄: neve si timor charitatis sit expers, minus sit gratus. **Gaudeo q̄d in oībus cōfido ī vobis.** Neq; ēm adeo Titi ob gratiā lætor, q̄ honorifice sit à vobis except⁹, sed q̄a tales vos reperi, vt nil prorsus existimē ignominiæ mihi posse afferre, quin potius causam attulistis, vt queā & vobis confidere, & vestro ex profectu gloriari. Potest et aliter id dictū intelligi: In vobis confidimus, videlicet, quia dicta mea erga vos oīa et facta animo æquiori et libenti ad vestram ædificationem accepistis. Vel si vrgentia nimis sint visa, vel in vestram laudem edita, vel factu grauia sint iniuncta

Caput VIII.

NOtā aūt facimus vobis fratres gratiā dei quæ data ē i ecclesijs Macedoniæ. Haud temere Corinthijs plurimum collaudatis, his verbis subsequit̄. Quod eo facit, vt eorū animis p̄linitis, ad habēdam in pauperes charitatē hortet̄. Et ideo superius di- supra. 7

xit,in vobis confido,videlicet vt quæcunq; dixerim,factu ros vos sperem. Neq; id confestim adiecit, eleemosynam conferre,sed aliorũ facta in mediũ producens,ad hos imitãdos & illos inuitat. Aduerte autẽ quemadmodum dei gratiam dicat,mentem aliquam clementiorem & piam, faciatq; itẽ id dictum minus inuidiosum, nitatq; simul vt Corinthios prouocet ad dei hanc gratiam rapiendã. Neq; hanc illamve vrbem deprompsit,sed vniuersam extulit laudibus Macedoniã,vt & Corinthij sint vniuersi similibus intenti officijs. **Quod in multo experimẽto tribulationis,abũdantia gaudij ipsorum.** Hoc ẽ, plurimum afflictati,& adeo vt, pbi sint tolerando effecti,nil tñ animo cõciderunt,sed lætitia potius afficiunt. Nec simplici qdam & exili,sed abundanti & profusa. **Et altissima paupertas eorũ abũdauit in diuitias simplicitatis eorum.** Hoc est,quemadmodum pressuræ magnitudo in gaudium se effudit,sic ingens illorũ & pfunda inopia,nõ solum nulli fuit ad eleemosynã erogandam impedimento,sed potius affluere opibus fecit. Nec rei collatę dixit,sed simplicitatis diuitias,hoc est,animi vacantis inuidia, & ad impatiendum facilis. non ẽm beueficiorum

I. Cor. 6 copia,sed animi promptitudine liberalitatẽ metimur. Hi năq;(quod sane debet permirũ videri)cũ ære alieno adeo essent oppressi,vt eorũ vel tenues facultates à creditorib⁹ diriperẽt,nil tñ intermittebãt sese in paupes liberales pstare. **Quia secũdum virtutem testimoniũ illis reddo,et supra virtutem volũtarij fuerũt,cum multa exhortatiõe obsecrantes nos.** Explicat qđ dixerat supra,aitq; p viribus,imò supra quã vires suppeterent,illos fecisse. Hoc ẽm pfert simplicitatis abundantia,vt maiora facere quis connitat, q̃ eius patiat facultas. Non ẽm (inqt)ad id officij à nobis sunt puocati,sed vltro ipsi adierunt. Verũ quid illud dixerim? qñquidem priores ipsi me vt id agerẽ sunt deprecati,plurimum cõsolationis attulerint. Hæc autem dicit, nõ solum vt hortetur Corinthios,

affatim conferant vt eleemosynā, sed lubenti id animo factitent, & ideo in his differendis plusculum immoratur. **gratiam & communicationē ministerij quod fit in sanctos.** Deest hoc loco q̄d merito erat dicendū, Hortabar vos equidem ad suscipiendum id ministrādi munus. Gratiam aūt dixit, qm̄ cum sectatores essent spiritaliū gratiarū Corinthij, vel hāc ipsi ministerij gratiā aggrederent, sicuti & superius dixerat. Munus vero ministerij dixit, vt intelligant suas facultates sanctis impartiendo, nil contulisse se magis q̄ accepisse. **Et non sicut sperauimus.** Nulla (inquit) nobis spes erat, hoīes qui tāta rerū penuria & angustijs tenerent, enixe adeo à nobis exposcerent precibus, vt eorū ministerium, hoc est, eorū bona sanctissimis viris impartienda acciperemus. **sed semetipsos dederunt primū dn̄o, deinde nobis per voluntatē dei.** Vel alias quasdam hoc loco Macedonum adstruit suo testimonio & probat virtutes, perinde acsi dicat: Neq; eñi cum erogandis eleemosynis intenderent plurimū, veluti excæcati, officia reliq̄ negligebāt, sed dn̄o potius sese obtulere, in omne opus deo acceptum, animo non hæsitabūdo propēsiores. Quinetiā & nobis tradidere seipsos, hoc est, cunctis in rebus nobis subiecti nutu, q̄ iam diuino charitatem prætulere. Quo fit, vt dei voluntate, non vllo hominum instinctu id agāt. **ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodū cœpit, ita perficiat ī vobis etiā gratiā istam.** Adeo (inquit) Macedones enixe ad clemētiā, & ad id conferēdæ eleemosynæ munus se contulerūt, vt ego re ipsa perspecta adiecerim animum, vt itidem & vos faciatis, ne illis sitis inferiores: Et Titū hortatus sum ad vos iter arripere, quemadmodum & ipse cœpit, hoc ē, qui priusquā esset per me impulsus, venire ad vos destinauerit. Quibus verbis & Titum Corinthijs facit coniūctiorem, vt aduenieti illi, & eleemosynam hubertim impartiendam esse cōsulenti, facilius pareāt, perinde acsi ea sentiat & sit consulturus, quæ in eorū sint vtilitatem & cōmo

dum concessura. Rursum eiusmodi rē ad pietatē spectantem, gratiā dixit. Est nanq; dei dono id adscribendū, q eū sibi pietate similē reddat, qui se ad id muneris & officij cō tulit. Vnde & sapiens quidā inqt: Magni est quidem vir, & honore dignus, quem alienæ vel abiectioris fortunæ misereat, vł inopiæ. Sed sicut in oībus abūdatis fide, & sermone, & scientia, & omī solicitudine, insup & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis. Eos laudando hortał, dicens: Quemadmodū & cęteris estis abunde potiti, sic & in hac gratia abundetis necesse est. i. vel vt Macedonas beneficia impartiendo excedatis, vel simpliciter, vel laxiori liberalitate vtamini. Fidē aūt dicit donoꝝ, sermonē vero indubitata sapientiæ verba, scientiā dogmatum, solicitudinē quæ erga alias virtutes exhibeł: charitatē demū, qua erga se essent affecti. Prędixerat nanq; illud, Ostendistis in Tito quā in me haberetis charitatē, pro me æmulantes. non quasi imperans dico. Hoc est, nihil vos cogens dixerim, perinde ac si aliquā habeam in vos potestatem. sed per alioꝝ solicitudinē etiā vestræ charitatis ingeniū bonum comprobans. Hoc est, propterea Macedonas extulerim laudibus, vt illoꝝ ex studio vestrā erga sanctos oēs charitatem testatiorem esse ostendā & clariorem. Scitis eñ gratiam dñi nostri Jesu Christi, qm̄ propter vos egenus factus est, cū esset diues, vt illius inopia diuites essetis. Hoc est, cognoscite, & mente ingens illud versate mysteriū, & nulli rei parcetis. Quod si forsan diffidis paupertatē diuitias pariturā, cōplectere cogitatione & dñm tuū, nec vltra his dictis fidē abrogabis. Nā si ille non esset paupertatē sectatus, hoc est, si carnē hanc terreā abiectā, & honoris immunem non accepisset, & reliq̄ ignominiosa nr̄i ob gratiā, q tantis his sumus bn̄ficijs indigni, nō esset ꝑpessus, nunq̄ essemus has opes adepti. Verū q̄s opes narrat? pietatis videlicet, religionis, vitioꝝ expurgationē, & sanctimoniā, & bona reliq̄, q̄ antehac no-

bis cõtulit deus, & collaturus est. **Et consilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile est.** Attende aũt quemadmodũ minus se grauẽ studeat exhibere. Do em̃ (inqt) consiliũ, nõ necessitatẽ impono: ꝗ eo attulerim, vt vobis potius cõferat, ꝙ̃ cæteris, q illud sunt accepturi. **qui nõ solũ facere, sed & velle cœpistis ab anno priore, nunc aũt & facto pficite.** Non em̃ solũ vltro & aliena solertia & studio, sed ex propria animi prõptitudine eos hortat̃, inqt'q;, non solũ vltro ad id officij concessistis, nec mõ solũ ad rem peragẽdam dedistis initiũ, quinetiã & ad velle, hoc est, sponte & factis, & nemine impellente rẽ exeqmini. Nũc aũt vobis id consulo, vt opus iã cœptũ terminetis. **vt queadmodũ prõptus est animus voluntatis, ita sit & perficiẽdi ex eo quod habetis.** Videlicet, vt non prõptitudine tenus & voluntate constet facinus aliq̃d bonũ, sed ad finẽ vt traducat̃. Nã quemadmodũ volũtas ipsa animũ reddit ad rem gerendã propensiorẽ, sic & facta ex rerũ copia perficiunt̃. Quicũq; igit̃ fortunę bonis potit̃, & rem ipsam pficiat, & eleemosynã impartiat̃: q vero nil habet, volũtate exequit̃ beneficiũ. **Si enim volũtas prompta est, secundũ id quod habet accepta est, non secundũ id quod non habet.** Aduerte ꝙ̃ prudent̃ Apl̃us Macedonibus collaudatis, hoc est, Thessalonicensibus ipsis, qa supra vires eleemosynã contulissent, à Corinthijs vero nil magis deposcat, ꝙ̃ eorũ supperant facultates: Si itaq; pauperibus aliquid impartiri libuerit, cõferte pro viribus, & erunt hæc voluntate collata deo accepta. **Non enim vt alijs sit remissio, vobis aũt tribulatio.** Neq; em̃ (inquit) vt alij p quietem & otiũ in delicijs sint, necessariũ est præter vires aliquid ipsi impertiatis, vnde & indigentiã patiamini, & angustior res vestra familiaris reddat̃, tametsi dñs eo viduam laudauerit, quia omnem substantiam contulisset, quod tñ impræsentiarũ Apostolus ab his haudquaꝙ̃ contendit: tum quia adhuc infirmiores erant Corinthij, tum quia & opibus afflue- *Lucæ.21.*

bant,& ita,vt si pro viribus singuli collaturi essent, copiosa admodum & insignis futura esset collatio. Sperat præterea illos Thessalonicensium exēplo magis ac magis incitatum iri,& ideo eorum potestati rem omnem permittit,& in sequētibus deniq; cauet,etsi subobscure ad idipm hortatur. **sed ex æqualitate in præsenti tēpore vestra abundantia illoꝝ inopiā suppleat.** Hoc ē, vos pecunijs abundatis,illi vero plurima in deum confidētia. Date(inquit)quibus affluitis bona,cum illi his careāt, vt sitis eorum fiduciæ non expertes, quę illis huberior inest, & cuius vos estis immunes. Aduerte autem, quemadmodum tacite moliatur,vt vel prætervires hi sua impertiāt. Si ēm vis(inqt)frui hac tua copia,largire & ipse copię huius portionem. Quod si solidam cupis mercedem accipere,præbe & ipse id integre,quod sane præbitum carentiā affert,& supra vires videt. Et id quidē tacite sentit Apostolus:alios quibus id perspicuum est,pro suis facultatibus vt conferant,commonefacit. **vt fiat æqualitas,sicut**
Exod.16. **scriptū est: Qui multum habuit,nō abundauit: & qui modicum,non minorauit.** Quo pacto hæc fiet æqualitas? Nimirum si alternis quæ vobis supersunt contuleritis,& aliorum egestatem supplebitis. Veꝝ quæ esse potest parilitas,si spiritalia pro carnalibus repēsent? Neq; ēm pro pretij magnitudine vel paruitate,collati vel redditi ęqualitas dicitur,sed cum ipsi quod superest largiemini,& illi quod nimium est, condonabunt:& rursum,quæ vobis defuerint accipietis:& illi contra,quibus indiguerint accepturi sunt. Sic fit,vt dici æqualitas possit. In futuro aūt seculo maior sane earum erit reꝝ excessus,q̄s illi cōtulerint qui minus habent. Contrahamini necesse est diuites:siquidem rerum stabilitate & copia vos superāt inopes. Inducit pręterea quod gestum apud Iudęos fuerat, cum legerent manna,vt arguat quo pacto fiat æq̄tio hęc. Nam qui multis abundat vir opulentus,cum pauca habēti quod superest dederit,nec sua accrescunt,nec illi decre-

ſcũt,qui paucis potiatur,vtpote qui à diuite ea acceperit: quod item dici de fiducia poteſt,quę in deo ex optimis vitæ actionibus haberi ſolet. Aliud præterea quiddam peragit maius. Aperit nanq; diuitibus,quẽadmodum mannæ,ſiue qui plus collegiſſet,ſiue qui minus,eandem habuiſſe menſuram inuenti ſint,deo immoderatam cupiditatem caſtigante. Nolite ergo & vos maiora & plura cõcupiſcere. **Gratias aũt ago deo,qui dedit hanc ſolicitudinẽ pro vobis in corde Titi.** Cum de eleemoſyna quæ eſſent neceſſario dicenda,diſſeruiſſet, laudat demum qui eam erant ad recipiendã tranſmiſſi,vt omni ab his auaritiæ ſuſpicione ſubmota,ad maiorem illos induceret conferendi promptitudinem: Titum vero, qa primatum hos inter qui eſſent ad eam rem deſtinati obtinuiſſet,collaudat Paulus: aſſeritq; eundem ad hmõi rẽ adminiſtrandã dei fuiſſe opera excitatum. quippe qui eãdem illi,quã ſibi,iniecerit ſolicitudinem. Quocirca illos hortatur,vt liberaliores ſint in conferendo,perinde acſi dicat: Si cõſtat deum ad id miniſterij munus Titũ excitauiſſe (ſub huius perſona deus ipſe depoſcit) debetis ergo quæ deo ſunt digna conferre munera,& eleemoſynã impartiri inopia laborantibus. **qm̃ exhortationẽ quidem ſuſcepit,ſed cũ ſolicitior eſſet ſua volũtate,profectus eſt ad vos.** Quæret aliquis: Vnde ergo id patet deum eã ad rem Titũ impuliſſe? Ex eo profecto,quia à me cohortatus,libenter hanc meã exhortationẽ exceperit,nihil obmurmurans,ſed vltro abiens ad vos iter ſuſcepit. Quo fit vt nullo meo impulſu ſtudium id ille & ſolicitudinẽ præ ſe tulerit. **Miſimus etiã cum illo fratrem noſtrũ, cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias.** Nonnulli Lucã hunc eſſe dicunt, quem Paulus euangelij gratia quod ille conſcripſerat,fratrẽ appellat. Nõnulli vero Barnabã aſſerunt,qui etſi euangelium minus conſcripſit,p̃dicationem tamen quam exercebat,euangeliũ nuncupat. Cuius tñ in laudes nihil effunditur, quemadmodũ

in Titi effusus est laudem, & forsan idcirco, quia Barnabę nomen Corinthijs erat obscurius, Titi vero notũ & celebre. Alioqui & illi satis laudum tribuit. Non eñ simplicit (inquit) euangeliũ prædicat, sed in euangelio laudem est adeptus. Neq; apud duas trinasve, sed apud oẽs ecclesias, hmõi est gloriã assecutus. **Non solũ aũt, sed ⁊ ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ in hãc gratiã, quæ ministratur a nobis.** Laudat hoĩem vel ex eoꝝ qui hunc delegissent iudicio, non modo (inquiens) cũ euangelium prædicat, laudem hic ꝓmeretur vt probus, sed ab ecclesijs etiã est institutus, vt nostrum iter comitaret. quocirca & tẽtationũ est mihi & discriminum particeps. Hæc aũt Barnabæ congruunt magis. Is nanq; fuerat ad id muneris & gratiæ destinatus, vt cum Paulo vna pecunias administraret. **ad domini gloriã ⁊ destinatam voluntatẽ vestrã.** Hoc est, vt ob id & gloriam assequatur deus, & vos conferendi promptitudinem. Quandoquidem & probi sunt qui collatam per vos pecuniam capiunt, & nihil his insit quod parere queat suspicionem. **deuitãtes hoc ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur a nobis in dñi gloria.** Dignum id sane Pauli sanctimonia & curæ, quam pro his susceperat magnitudine, & indulgẽtia. Propterea eñ (inquit) hos destinabimus. Neq; vnum duntaxat, sed plures: quia deuitantes gratiæ suspicionem, veriti sumus ne quẽ forte incessat suspicio, perinde acsi haꝝ ipsi pecuniaꝝ partem nobis aliquam vendicemus. Nec tñ dixit, ne vos, sed ne quis, ne molestius ferrent Corinthij, si quibus esset forsitan persuasum, sese eiusmodi aliquid de Paulo suspicari, hoc est, pecuniarum hæc copia nobis credita, satis valeret ad inferendã improbis & maledicis suspicionem, nisi futurã ipsi securitatẽ prætulissemus. **Prouidemus eñ bona, nõ solũ corã deo, sed etiam corã hominibus.** Attende Pauli ꝓbitatem. Præcauebat eñ ne fratres offenderet, quippe qui non hmõi iacti

tauit, mundus sum ipse & purior, doleat q velit, & flagret inuidia, sed illud intulit, in dei cōspectu prouidemus, hoc est, illud apprime curamus, vt culpa vacemus, nec minus & corā hominibus idipsum eo enixius factitamus, q̃ imbecilliores sunt & infirmi, quibus haud secus nos condescēdimus, q̃ pueris solemus, q̃s sumus laturi. Misimus aūt cū illis & fratrē nostrū, quem probauimus in multis sæpe solicitū esse: nunc aūt multo solicitiorem confidentia multa in vos. Alium insuper inducit, quem fratrē appellat, commendatq́ue, quia illū in multis fuerat expertus, & perinde acsi sentētiam ferat, studio hūc dicit & industria pollere. In multis vero, & sępe cū ait, huius laudem auget. Solicitiorē demū hunc multa in vos confidentia dicit, quia plurimū ille confideret, profusiorē Corinthios eleemosynā facturos, q̃ esset ab se dispensanda. siue pro Tito, qui est socius meus, & in vobis adiutor. Si quid videlicet de Tito dicendū est, hæc equidem q̃ dicam habeo: quia & sociū se mihi & adiutorem in vestrā institutionem & vtilitatē exhibuit. Vel alit: Quod eīm Titi ob gratiā egeritis, id oīne nō in alienigenā quēpiam, sed in meum comitem & adiutorem contulistis. siue fratres nostri. Hoc est, si de alijs libet aliquid audire, iure quidem & illis fides est adhibenda, & fraternum id nomen præstandum, quos pro fratribus ducimus. apostoli ecclesiarum. Hoc est, ab acclesia ad id destinati & instituti. gloria Christi. Quod omnium erat præstantius, postremo posuit, perinde acsi inquiat: In Christo rerū omniū vertitur summa, q̃ ab illis gerūtur. ostensionēq́ue & charitatis vestræ, & nostræ gloriæ pro vobis in illos ostendite in facie ecclesiarum. Ostendite (inquit) hoc tēpore, quemadmodū amore proseq̃mini, vtq́ue & ipsi haud frustra gloriemur in vobis. Quod sane tunc prætuleritis, cum charitatē significabitis, q̃ sitis in hos affecti, quos ad vos mittimus. Id enim omne in ecclesię estis personam facturi, quod in nosipsi gesseritis, hoc est, in ec-

clesiarum honorem. Præferunt enim hi ecclesiarum personam, qui ab ecclesijs transmittuntur.

Caput IX.

NAm de ministerio quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis. Cum tanta de his superius dixerit, dicturusq́ deinceps sit, asserit tamen inane id fore & superuacaneum, si rursum ijsdē de rebus ad eos perscripserit. Id aūt agit prudētius, vt Corinthios magis alliciat. Pudebit em̄ cū tanti se fieri à Paulo viderint, si eius æstimatiōe arguant inferiores. Scio em̄ promptū animum vestrū pro quo de vobis glorior apud Macedones, qm̄ & Achaia parata est ab anno præterito. Cōpertam (inqt) ipse habeo vestram animi in conferendis pecunijs promptitudinē, quā & iactare consueui, dicereq́ non solum ad id paratos vos Corinthios esse, sed vniuersam Achaiam: nihil vltra deesse, nisi eorū aduētum q pecunias sint accepturi. Quo circa verecundiæ ducam, si deprehendar inaniter & falso hęc iactitasse. & vestra æmulatio prouocauit pluri
Supra .8. mos. Dixerat superius, sponte illos ad eā largitionem fuisse inductos, & ita, vt nihil eius vel opera vel instigatione indiguerint: cur ergo inqt, Quia vestra ęmulatio prouocauit plurimos? Nempe plurimos dixit, non omnes. Quorum nonnulli & voluntate erant ad officium propensiores, & Pauli ope indigebant. Nonnulli vero vestri æmulatione inducti, ad optimum opus prouocabantur. Homines nanq́ maiorē in partem, vt recte agant, aliorū ducunt exemplo. Vel aliter: Hoc est, qa volētibus vobis eleemosynā egentibus impartiri, nec consiliū dedimus, neq́ adiecimus stimulos, sed laudibus duntaxat prosecuti vos sumus, quod satis valere ad vos cohortandos videbat. Vides quemadmodum & Macedones ipsos Corinthijs collaudatis ad beneficentiam excitet, & Corinthios prouocet, Macedonum probata ad eam rem promptitudine. Estis em̄ (inquit) illorū pręceptores effecti. Nolite ergo di

scipulis, cũ sitis magistri videri defectiores. **Misimus autem fratres, vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in parte hac, vt quemadmodum dixi parati sitis.** Tanq̃ Corinthiorũ se membrum adstituit, doletq́ eorũ vicem, qm̃ gloriatus sum ingens, vereor, ne vituperatione afficiamur & ignominia. Propterea & fratres misi, ne q̃d de vobis gl'iamur, euacuet, hoc est, ne inanis & vacua deprehendat hæc mea de vestro ꝓfectu iactãtia. Ipse nãq; cum ducerẽ vos mihi apud oẽs decori, gloriatus etiã apud Macedones sum. Quocirca si fuerit; ad officium id obeundum posteriores inuenti, cõmunis futura mihi vobiscum est ignominia. Etsi haudq̃q̃ cæteris in rebus, in hac tñ parte, hoc est, in eleemosyna per vos conferenda, vereor ne vituperandus sim ipse. Estote ergo paratiores, quẽadmodum & Macedonibus dixerã paratos vos esse, simul & reliquum Achaiæ populũ: ita vt nihil sit q̃d vos ad eleemosynã impartiendã hãc remoret. **Ne cum venerint Macedones mecũ, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos, vt non dicamus vos in hac substantia.** Rursum ĳsdem in rebus versatur, augetq́ ꝓ vario q̃dam humani ingenĳ discursu illorũ angorem. Fortius nãq; erubescimus, cũ in aliorũ cõspectu ignominia nobis infert. Agit;(inq̃t) mecũ forte fidẽtius, vtpote q vobis indulgeã. Sũt tñ vobis Macedones nõ incogniti, quorũ verecũdia tenere vos debet: siqdem mecũ vna ad vos sunt & hi cõcessuri. q̃ si vos imparatos inuenerint, hoc est, eleemosynã detrectãtes, & me mẽdacĳ arguent, q vos paratos eẽ retulerim, & vos auaritię incusabũt. Erubescendũ qppe erit, si in nr̃o aduentu vestra hæc, nec prõpta sit, nec cita collatio: Aut si nuſq̃ q̃d deceat in eleemosynã contulerit;. Castigat aũt suũ sermonem Apostolus cũ inquit: Erubescamus, ne vos dixerim in hac substãtia gloriationis (vt græce habet) hoc est, in sola vestrę huius eleemosynæ mea iactantia, p̃sertim cũ cæteris in rebus haudq̃q̃ crimini sitis obnoxĳ. Q̃d sane nõ vt his gratifice

tur adiecit, sed vt illos faceret ad eleemosynā promptiores: ne cū in reliquis, ꝑfecerint plurimum, in hac deprehēdanť non ꝓbi, & seipsis inferiores. Cum aūt inqt, ne vos dixerim, arguit magis esse erubescēdum, si arguanť ad id officij tardiores. Substantiā aūt, rem ipam dicit, & eleemosynæ collationē, vel gloriationis vim & iactantiā. Necessarium ergo existimaui rogare fratres vt præueniāt ad vos, ⁊ præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse, sic quasi benedictionem, non quasi auaritiā. Ne contraria dicere videať, qppe qui dixerat supra, supuacaneū est, vt ad vos scribā, eadem illa nūc repetit, & de liberalitate & munificētia disserit, & quemadmodū animo ꝓptiori id obeundum sit opus cōmonefacit, eoq; & fratres se mittere dicit, ad duo quædā exhortās: cum vt liberaliť ꝓbeant, & abunde, tum vt animo libētiori id agāt, prudenť vtraq; sane ptractās. Nam primo de voluntaria largitione disputat, deinceps & alterꝝ caput aggrediť, ait igiť: In bñdictionem his ꝙ largiunť concedere. Siqdem nemo q bñdictionem sit, hoc ē, eleemosynā impartitus, mœrore afficiť. Oñdit ꝓterea pullulantem ex ea mox fructū, & quēadmodum bñdictione expleať, q effusius ꝓbeat. Neq; his dictis contentus, nō q̄si auaritiā, intulit, ꝑinde acsi dicat: Neq; eñ existimetis cupiditatis & auaritiæ grā, quæ vos contuleritis, nos acceptu ros, sed quia sumus bñdictione vos cōdonandi cupidiores. Quo fit, vt q eleemosynam ab inuito extorserit, quasi ad auaritiā videať hāc ipamexigere. Hoc aūt dico, qui parce seminat, parce ⁊ metet: ⁊ qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus ⁊ metet. Ad alterꝝ caput ptransit, videlicet quēadmodum ad liberalitatē sit largiendū, inqt{q;}: Vel id ipse adiecerim ad ea quæ dixerā, qm̄ nihil sit parce dādum. Neq; auare dixit & sordide, sed q̄d plane honestius est, parcitatis nomē ingessit. Et semē nuncupauit rē ipam, vt statim ad cōpensandam mercedem attēdas, ꝑdiscas{q;} plura te accepisse, q̄ dederis.

Et qa abunde cõferendum esse disseruit, iterato volunta riã & promptã largitionẽ cõmeminit. Nã q in bñdictionibus seminat, illud ꝑtendit qd dictum supius est. Unusquisq; prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem em̃ datorem diligit deus. Immoratꝰ diutius rõni eiusmodi differendę voluntarię largitionis, haud sane ignarus, satis iã exemplorũ dedisse Macedones, q̃bus & Corinthij possint ad munificentiã excitari. Quippe q̃s pudeat his munificentia videri inferiores. Eorundẽ ꝑterea & mentẽ sanat, vt virtutis sit, q̃d illi cõtulerint, non necessitatis. Nã longe à virtute abessent, si inuiti qd agerẽt. Quærit itaq;, tãq̃ verus ꝑceptor, vt virtutis rõne discipuli factitent q̃dcunq; his est peragẽdum. Quinetiã vt merita illis sunt integra, q̃ vltro quæ recta sunt, peragunt. Quemadmodũ contra q̃d iniq̃ animo fit, ꝓmeritum primũ intercidit. Et ideo vnusquisq;, inq̃t, scd̃m q̃d destinauit in corde suo, nõ ex tristitia, aut necessitate, q̃d vt testatius faciat, ex Salomonis dictis exemplũ ꝓducit: Tãetsi hæc à sapientissimo illo ad liberalitatẽ sint dicta, & beneficentiã. Potẽs est aũt deus oẽm gratiam abũdare facere in vobis. Cõfutat his verbis opinionẽ, q̃ capti, pleriq; sumus illud præcipue soliti vsurpare: Si alijs multa cõtulerimus, verendũ ne ad egestatẽ ipsi mox redigamur. Inq̃t igitꝰ, põt hauddubie deus adeo nos om̃i immunes reddere indigẽtia, vt oẽm grãm, hoc est vt oẽm eleemosynã possimus abunde facere. Cõferte ergo affluentꝰ, vt vr̃a eleemosyna magis ac magis, & ꝑpetuo q̃dã fluxu redundet. Ut in oĩbus semper oẽm sufficientiam hñtes, abũdetis in om̃e opus bonum. Vides queadmodũ nõ opes illis cõprecetꝰ Ap̃lus, sed quod ad vitã sit satis. Id aũt inquiens, arguit neq̃q̃ se illos cogere, vt alijs ea impartiantꝰ, quibus ipsi indigeant. Simul etiã instruit, quibus in rebus sint dei dona vtenda, vt abundetis videlicet in om̃e opus bonum: perinde acsi dicat, in his equidẽ quæ carnis sunt, sufficientiã vobis optauerim. In

Eccle. 35

spiritalibus vero (id em̃ prætendit in om̃e opus bonum) abundantiã scilicet & hubertatem, vt non solum magnũ in modum quis clemẽtior sit, sed om̃e opus q̃d deum oblectet, liberalit̃ obeat. **Sicut scriptum est, Dispersit** *Psalm. 111* **dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ seculi.** Dixit superius, vt abundetis, idip̃m itaq; cõfirmaturus, ꝓphetæ inducit testimonium, cum dispersit inquit. Hæc quippe dictio, munus, affatim datum, & affluentiã monstrat. Nam pecuniæ q̃dem, q̃a fluxæ & fragiles sunt, haudq̃q̃ diu cõsistunt. Iustitia vero hoc est, pietas ipsa, atq; clementia. (Per iustitiæ em̃ nomen pietatem designat, vtpote quæ iustiorem hoĩem reddat, & soluat peccata) in omne æuum permãsura, in præsens videlicet seculum, & futurũ. Qui em̃ pietatẽ seruauerit, & præstiterit se clementiorem, nõ solum ab oĩbus colit̃ q̃diu egerit in humanis, sed eius insup futura & soboles clarior posteris erit. **Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semẽ vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ.** Simul his quæ cum corpori, tũ animæ conferũt, comprecat̃. Facitq; ex sensibili hac terræ cultura verbis sui s fidem. Nã si terrã serentibus semen subministrat deus, & cibum nutrientibus corpus suppeditat, longe magis & his qui cælum colunt, & animã alunt, daturus est semen. Cum aũt præstabit & multiplicabit semen vestrũ inquit, de tẽporarijs hisce opibus disserit. Quod plane semẽ mauult vt egentibus distributum, spiritale reddat̃, & transferat̃ in animã. Ex hoc em̃ quiduis boni operis nobis succrescit, & iustitiæ insuper manipuli augescũt, ob idq; & illud subiungit, & augebit incrementa iustitiæ vestræ. Hoc aũt loco deum inducit, cibum nobis & escã, non delicias subministrantem. Panem em̃ (inq̃t) in cibum præstitit, quod dictum ab Isaia accepit Apostolus. **vt in om̃ibus locu-** *Isaiæ. 54* **pletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem deo.** Rur

sum demõstrat quo pacto vtendæ sint opes, aitq; minus has esse condendas, sed habendas potius ad oẽm simplicitatem, hoc est, cum liberalitate has esse euacuandas. Et quia eandem pleriq; in scortis & mimis donandis præferũt simplicitatem, sic infert. Talem aũt dixerim simplicitatẽ, quę p nos deo grãs referat. qn potius nec gratias solũ, sed alia pleraq;, quæ in ꝓcessu patefaciet oratiõis, vt ostẽsa bonorũ copia, quæ ex eiusmodi simplicitate gignũtur, ad eã promptiores nos reddat. **Quoniam ministerium huius officij, non solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino, per probationẽ ministerij huius glorificantes deum in obedientia confessionis vestræ in euangelio Christi, & simplicitate communicationis vestræ in illos, & in omnes & in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderãtiũ vos propter eminentẽ gratiã dei in vobis.** Ministerium (inqt) hoc est pecuniarũ præbitio plurimum valet. Nã non mõ supplet per vos fratrum egestas, sed etiã abũdat, hoc est, vltra q̃ satis sit, necessaria illis subministratis. Vñ & plurimas hi gratias referunt deo. Nec minus eundem & laudibus ꝓsequunt, qa tantopere estis euangelio ipsi morigeri, vt illius iussa abundantius exeq̃mini. Euangeliũ nãq; eleemosynã impartiri instituit. Deum præterea vel aliã ob causam illi extollunt, & gratias agunt, qa simplicitas hæc & bonitas vestra, non eorũ satis duntaxat necessitatibus facit, sed in oẽs fideles paupertate oppressos diffundit. Neq; em̃ hi liuore ducunt, vt solent reliqui pauperes, quin & grãs agũt, q̃d vel in alios bñficiis. Quod ꝓfecto haud mediocre est illorũ virtutis indicium. Necesse est itaq; & his q adeo cæteros virtute præcellunt, vt nil ꝓrsus inuideant aliis, effusius aliq̃d condonari. Accedit etiã, quod vestri gratia deum p̃cãtur, vt vos sit eis aliqñ visendi facultas, non pecuniarũ respectu, sed diuinæ grãæ vobis concessę præstãtia. Rursum & gratiam *Luce.11.*

eleemosynã nuncupat, oĩm summã deo permittens, ne forsan illi his largitiõibus intumescãt. Cũ aũt eminentem gratiã dicit, cõcitat eos, vt ampliora munera factitent, ita vt nemini sint largiẽdo inferiores. **Gratias ago super inenarrabili dono eius.** Donũ dicit, q̃ p eleemosynã pueniunt bona, tũ largitoribus ipsis, tũ his q ea accepint. Vel bona ipsa cõmemorat, qbus ob Chr̃i incarnatiõem dignati nos sumus, pinde acsi dicat: nequaq̃ ipsi existimate magnũ aliqd (nequeunt eñ quæ à deo bona accepim⁹ explicari) quod si quid & ipsi perexiguum & corruptibile egentibus impartimur, qd magni egimus? Cap. X.

Ipse aũt ego Paulus obsecro vos per mãsuetudinem & modestiam Christi. Cum finẽ iã de eleemosyna differẽdi fecisset, aggredit̃ quæ duriora sunt, & admodũ grauia, inuehit̃q; in falsos apl̃os, & sui obtrectatores, qui se inscitiæ incusarent, inanisq; iactantiæ. Dicturus præterea in sui laudẽ pauca, inuitus tamen ne eius prædicatio contemptui haberetur, enumerat & sua officia, & gratiam quæ sibi à deo sit tradita. Quo fit, vt nequaq̃ fallatur, si quis in Pauli laudem dixerit hanc esse cõscriptam epistolam. Dicere autem incipienti, respondentiq; ad eos, qui se infirmum dicerent & insolẽtem, & prorsus ignarũ, eiusmodi videt̃ sensus inesse: Obsecro vos Paulus ipse ego, terraæ orbis instructor. Dignitatẽ p̃fert, cũ ipse ego Paul⁹ inqt, queẽadmodũ alibi: Ecce ego Paulus dico vobis, & obsecro vos, ne me cogant detractores vti potestate mea in eos. Nec sane parui sunt faciendæ Pauli preces, cum & Christi interponit mãsuetudinem, perinde ac si inquiat: Vereamini Christi, per quam vos, oro, mansuetudinem. Simul etiam patefacit, cur illis parcat, id scilicet quia saluatoris Christi imitetur mansuetudinem. Nõ qa ad obiurgandum sit impotentior. Nolite ergo nolẽti mihi occasionem præbere, vt ab hac absistam benignitate, quam tantopere concupisco, vt vel hanc ad meum erga vos animum conciliandum interponendam iam censeã.

qui in facie quidē humilis sum inter vos, absens autem cōfido in vobis. Vel id ironice dicit, pinde ac si obtrectantiū verbis vtat. Hoc eñ illi in ore habebāt, cū primum aderit Paulus ille nullius esse momenti dephen detur. Est eñ ille abiectior, & facile contemnēdus. Cū ve ro abest, intumescit & gloriat, audētiorq; in nos est, & cō minat. Vel certe de seipso hæc disserit, videlicet apud vos ipse cum præsto sum me humilem præbeo & benignum. Nunc vero si absens magni aliquid loquor, haudquaq̄ de speratione id egerim, sed quia plurimum vobis confido. **Rogo autem vos ne præsens audeam per eam confidentiam qua cristimor audere in quosdam, qui arbitrātur nos tāquam secundū carnem ambulemus.** Oro, inquit, ne me cogatis, vt mea fidentius vtar potestate. Confidētiam enim suam appellat potēti am, qua existimor audere, hoc est, in suspicionē venio, q̄a falsi me vrgēt apostoli aduersum me inuehentes, qui mihi obtrectādo, & hypocrisim & simulationem obiectāt & insolētiam. id eñ sentit cum inquit: Tanq̄ secundū car nem ambulemus. Aduerte autē quēadmodum confiden tiam vocet, à nonnullis illatam vlcisci iniuriam, tametsi ni hil sui ob gratiā, sed pro ipso euāgelij præconio vindicando id esset facturus. Magis est tñ præceptori consentane um, tardiorē semper se ad pœnas inferēdas præstare, nec ad castigationē mox prosilire. **In carne eñ ambulan tes, non secūdum carnem militamus.** Hoc est, carne obducti, nihil carnalibus armis nos vtimur. Prædicationē aūt hoc loco cōmeminit, arguens haudquaquā humanā hāc esse, vel terrena ope aliq̄ impingere. Militamus aūt cū inquit, ōndit plane se prædicādo bellū & certamē aliquod inijsse. **Nam arma militiæ nostræ nō sunt carnalia.** Hoc ē, nō opes pferunt, nō gloriā, nō sermonis lenocinia, nō dicta q̄dā blandiora & simulata, istiusmodi nāq; sunt carnis arma. **sed potētia deo ad destructio nē munitionū.** Nec sane spiritalia dixit, q̄d dicere ad car

nalium differentiam consequens erat, sed potentia intulit arguens obtrectantium dicta imbecilliora esse,&nulli us momenti. Aduerte insuper & Pauli humilitatem. Nõ eñ seipsum id posse dixit, sed arma deo potentia, hoc est, validiora hæc deus parauit. Nam cum veri apostoli diue xarent, nonnulli & vapularent, impotẽtiæ esse indicium videbatur, ait igitur: Potẽtia quidem hæc deo sunt arma, his quippe vel maxime dei potentia innotescit, & ille est, qui hæc factitat & prœliatur, tametsi nos videamur istiusmodi esse armis operti. Verum vbinam illa potentia sunt, & vbi vires suas exercent? In euertendis nimirum muniti onibus, quæ quales sint, ita subiũgit: **consilia destruentes.** His nanq; armis, inquit, gentilium syllogismos & ca ptiunculas & tumorem prostrauimus. Vel illorum com menta & cogitationes euertimus, & animos eorum deijcimus qui erroribus detinentur, & veritati subijcimus.
Actu. 17 Nam & Areopagitæ illius ea mentis elatio, Paulo prædicante, ab impietate subtracta est, & ad veram religionem deflexit. Aduerte autẽ quemadmodum nulla dixerit debellandi gratia tormenta admouimus, sed mox destruimus intulit, vt & victoriæ facilitatem, & spiculorum qui bus hoĩm animos pcellebat, vim patefaciat, **& omnem altitudinem extollentem se aduersus sapientiam dei.** Immoratur eiusmodi euersionibus, vt clarius faciat quod eius aĩo insidebat. Infert itaq;, vel quãcunq; dixeris altitudinem siue animi, siue locorum, quæ perpetua sint & bene munita, quæ dei sapientiæ aduersetur, vel euãgelio obsistat, hanc ipsi omnem demolimur. **& in captiuitatem redigẽtes omnem intellectum in obsequium Christi.** Per captiuitatis id nomen duo prætendit, & & à libertate prolapsum, & absolutam capturam. Cum itaq; qs capitur, vt nequeat reluctari, nec se capienti obsistere, postremam hanc significantiam præfert Apostolus, cum in captiuitatem dicit redigentes, perindeac si inqat, Non modo humana quæq; cõsilia & cogitatiões tol

limus & superamus, quin & in seruitutem redigimus. Qđ sane perfectiorem designat victoriam. Moxq; & ad graue illud seruitutis nomen, subiungit in Christo obsequiū, hoc est, in eam hos deducimus seruitutem, quæ libertate quauis est honoratior. nam à perditione in salutē, à morte in vitā sese Christo subijciunt homines. Repete illos memoria, qui Christi iugo deuincti, magicę artis volumina concremarunt, cognosces hauddubie quo pacto & alios plerosq; Apostolus huiusmodi captiuitate obstrinxerit. **Et in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cū impleta fuerit vestra obediētia.** Hoc loco Corinthios terrefacit, illud inquiens, expectamus, vt vobis me cohortante iā emendatis, & à consortio falsorū apostolorum semotis, illos incurabili morbo affectos, & per vos destitutos, mox prædicemus. In promptu nanq; habemus supplicia, quæ his, vobis inter eos versantibus, prohibemur inferre, ne & vos corripiat illata plaga. Cum aūt infert, vestra fuerit impleta obedientia, ostēdit etsi mo rigeros se Corinthij ad id temporis præstiterunt, non tamen perfecte obtemperasse. Hęc autem sic comminatur, vt cum hi, tum illi quos asserit pœna afficiendos, & in viā redeant, & eorum offendat neminem. Atqui nobis cogitatione sæpe oboriuntur diuersæ, potioribus prauis reluctantibus, subsequuntur deinceps superantium cogitationum elationes, cum aduersus diuinam sapientiam ipsi extollimur, ita vt in furias conuertantur. Est præterea & intelligentia simplex quædā, & mentis impræmeditatus occursus, quæ longe melius rem ipsam demonstrat, q̄ index aliquis posset. Insunt demum & his qui à dæmonib⁹ circumueniuntur, tales animi cōceptus, quales Paulus, & quiuis alius qui cum Paulo sentiat, & in seruitutem redigit, & Christo facit obsequentiores. **Quæ secundum faciem sunt videte.** Non solum seductoribus formidinem incutit, quinetiā & seductos obiurgat, & ideo inq̄t, ex his quæ secundum faciem sunt, hoc est, quæ videntur, Acta. 19.

videte.i.iudicate,si quis videlicet inflatus superbit,si quis opibus affluit,si qs demũ virtutis figura vel vmbra opertus est. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterũ apud se, quia sicut ipse Christi est, ita et nos. Iactabãt nanq; falsi apostoli, Chr̄i se sectatores eẽ, eũq; forsan & proprijs oculis cõspexisse, à seipso aũt in eã sententiã dicit, nihil expectet istorũ quispiã sese à me obiurgatũ iã iri, sed intelligat velim, etsi se Christi discipulũ gloriet, neq̃ q̃ plus quidpiã se q̃ nos assecutos. Nõ eñ is Chr̄i minister erit, ipse vero à Christo alienus. In progressu tñ oratiõis patefacit, quantũ illos excedat. Nã etsi amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quã dedit nobis dñs in ædificationẽ, & nõ in destructionẽ vestrã, non erubescã. Haudquaq̃ dixit, ipse & cruciandi & occidendi potestatẽ sum nactus, cũ illi nil habeant istiusmodi, sed submissius protulit amplius quidpiã. Neq; si glorior dixit, sed si gloriatus fuero.i.si gloriari velim de potestate quã mihi contulit dñs. Rursum deo vniuersa permittit. Accepi eñ hanc (inqt) à dño facultatẽ, vt in fidẽ aliquid exædificẽ, beneficia conferẽdo, nõ vt tormentis afficiã quenpiam. Verum cur illud dicet aliquis, Consilia destruẽtes intulisti? nimirũ quia & putrida demoliri, & impedimenta prosternere, plurimũ facit ad noua molimina. Cur p̃terea his comminaris, si minus ad internicionem hanc acceperis potestatem? Fateor equidẽ hanc me in primis ad ædificandũ accepisse potentiã, verũ si quis insanabili morbo laboret, ad perniciem demolitione mox vtar. Igit si gloriari voluerim, quia plus quidpiã deus sit mihi q̃ cæteris elargitus, ita vt & benefacere possim, & si necessitate cogar, nil me pudeat ad demolitionẽ & cruciatus ingerere, hoc est, nihil ipse vel mendax deprehendar, vel insolens & elatus, vt ea mihi asciscã, quę mihi nequaq̃ fuerit per deum cõcessa. Vt aũt nõ existimer tanquã terrere vos per epistolas, qm quidẽ epistolæ inquiũt graues sunt & fortes, præsentia au

tem corporis infirma, & sermo contẽptibilis, hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes facto. Quod inquit, tale est, Poterã equidẽ gloriari, verum ne videar vos per literas paruifacere, quemadmodũ dictitãt detractores, qui asserũt me per epistolas iactitare multa, & ad terrorem plura conscribere, præsentem vero facile contẽni, conuincique haudquaquam talẽ me esse, qualem me literæ præferunt, intelligat velim quicunque sit ille, qui ista obiecerit, nõ solum nos grauia cõminari absentes, quinetiã præsentes posse ad facta cõminationes deducere. Non enim audemus inserere aut comparare nos quibusdã, qui seipsos commendãt. Hoc loco falsos apostolos & insolẽtiæ, & inanis gloriæ arguit, perinde ac magna quædã de se assuetos iactare. Inquit igitur, Nequaquam ipsi audemus inserere, hoc est connumerare, vel cõparare, hoc est, opponere nosipsos horum nõnullis, qui laudibus seipsos extollũt. sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & cõparantes nosmetipsos nobis. Illi (inquit) nequaquam dignũ existimant, sese cũ vllo posse conferri mortaliũ, quin potius sibiipsis se comparant mutua quadam concertatiõe, neque intelligunt qua sint irrisione dignissimi, qui hunc in modum superbiãt. Nam cum singuli potiores esse se gloriantur, aliis detrahunt. Quo fit, vt omnes ab inuicem arguantur improbitatis. Quod quam ridiculum fit, nil sentiũt. Nos vero contra nosipsos metimur, cum nihil aliud nobis quam quod iniunctum est vendicamus, & comparamus nos nobis: quia quod nostrum officiũ exigit, factitamus. Nos aũt non in immensum gloriabimur. Illi forsitan arrogantes & iactabũdi, dictitabant eiusmodi, In vltimas terras profecti sumus, & orbẽ vniuersum prædicando obiuimus. nos vero Paulus inquit, haudquaquam talia quæ immẽsa videntur, factitabimus. sed secundũ mensurã regulæ, qua mensus est nobis deus mẽsuram pertingendi vsque ad vos. Deus (inquit) nobis terminos præfi-

niuit, vt nostra gloria ad vos vsq; pertingeret. Non enim quasi non pertingētes ad vos superextendimus nos, vsq; ad vos peruenimus in euāgelio Christi. Credi potest, falsos apostolos nulla gratia prædicandi, sed temere quocunq; profectos, ex solo accessu fuisse gloriatos, & ita vt omnium summā sibi adscriberent. Dicit itaq; Paulus, nequaq̄ ad vos pertingentes superextendimus nosipsos: peruenimus nanq; non frustra, sed in euangelio Christi, hoc est, non simpliciter vt illi, ad vos profecti sumus, sed euangelij gratia prædicandi. Non in immensum gloriātes in alienis laboribus: spem autē habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari secundum regulā nostram in abundantia, etiam in illa quæ vltra vos sunt euangelizare, nō in aliena regula in his quæ præparata sunt gloriari. Ostendit hoc loco illos gloriā sibi in apostolorum laboribus vendicasse, & in infinitum gloriari, hoc ē, maximum in modum in alienis laboribus gloriā comparare. Ipsi vero nequaq̄ hoc pacto agimus, sed ad vos vsq; pertingimus, & in vobis nostra omnis gloria terminat. Spem autem habemus in deo, videlicet qm̄ satis vos nostra doctrina iam profeceritis: quia vobis & fides accreuit, ita vt vestri huius profectus gratia & ipse sim auctus. Sunt nanq; vel ad dignitatem, vel famam præceptoribus incremento, discipulorum ampliatæ virtutes, & ipsius regula in abundantiam fuerit prouecta, hoc est, cum mensura quam ille fortitus est abunde profecerit. Quid igitur speremus, si quæras? Id certe q̄ ad eos etiam qui vltra vos sunt, euangelium prædicabimus, futurumq; vt vel de his forsitan nobis sit gloriandum, si etiam aliquid profuerimus. Regulam autem & mensuram, tanq̄ optimus architectus & orbis terrarum fabricator, appellat, vt ostendat
Iere. 9 in deo rem omnem cōsistere, qui & regulā præbeat & mēsuram. Vnde & ita subsequitur: Qui autē gloriatur, in dn̄o glorietur. His itaq; operibus potiti, nihil vobis

vel gloriæ ducimus vel accenſemus,ſed deo cuncta , vel hancipſam quam adepti ſumus menſuram adſcribimus. Oportuit igitur & falſos apoſtolosin huiuſmodi gloriari. Non enim qui ſeipſum commendat,ille proba tus eſt,ſed quem deus commendat. Non enim dixit,probatiores nos ſumus, ſedille quē dominus cōmendauit,hoc eſt,quem certiores res geſtæ,& veri labores dei cum gratia aſſumpti,probum demonſtrant.

Caput .XI.

VTinam ſuſtineretis modicū quid inſipientiæ meæ,ſed & ſupportate me. Proprias laudes explicaturus Apoſtolus,pluribus modis illas caſtigat,ne alios ſe laudando offendat: Quas ad laudes de ſe prædicādas, neceſſitas quędam induxit. Verebatur enim ne in diſcipulorum iacturam cōcederet ſui contēptus, & falſorum apoſtolorum nimia autoritas. Quod aūt neceſſitate quadā & vtilitate diſcipulorum ad id rei proceſſerit, neminem latet:quippe qui & præterita commiſſa baptiſmo deleta cōmemoret, indigneq́ ſe adſtruat apoſtolū dici. Alias nanq́ re nulla vrgente,tam magna de ſe haud temere prædicaret. Inquit itaq́,vtinam ſuſtineretis me in paucis delirātem, quin potius me ſupportate. cōfido eñ in poſterū vos me beneuolentia proſecuturos, foreq́ vt me per oīa toleretis. Æmulor enim vos dei æmulatione. Ne arbitrentur Corinthij pro rebus humanis, pecuniarum videlicet vel gloriæ gratia, Apoſtolum ſui charitate deuinci,dei zelo adiecit. Dicitur nanq́ & deus noſtri zelo teneri,quia nos plurimum amet,non vt lucrū aliquod aſſequatur,ſed vt ſaluos nos reddat, cum ad ſe trahit & applicat. Talis eſt igitur meus erga vos zelus, non vt mihi aliquod commodum pariam, ſed ne in perniciē ipſi penitus prolabamini. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtā exhibere Chriſto. Deſpondi(inquit)vos dño,cuius gratia zelo hoc ducor,non mei. Non eñ ſponſus ipſe futurus ſum,ſed ſponſæ ductor. Attende

I. Cor. 15.

quemadmodũ non illorũ se præceptorẽ profiteaẗ, vt debeat sui ab his exigere tolerantiã, quin illos in sponsæ modũ, se vero pronubæ loco constituit, nubentẽ compositurum. Mirũ sane quod ecclesiæ contigit, qñ quidem post nuptias non amplius nuptæ seruant virginitatẽ: in ecclesia vero, vel q̃ non antea virgines extitere, nuptijs hisce confectis, virginitati reddunẗ quã ꝑq̃ vniuersa tutaẗ ecclesia. Hæc equidẽ ad oẽs differit Paulus, tũ qui vxores duxerĩt, tũ q̃ denubunt. Verũ quænã dona afferens despõdit Apostolus? Nimirũ cælorũ regnũ. huius rei figurã & Abraã pferebat, q seruũ dimisit ad gentilẽ fœminam desponsandã.
Gene.24. Hoc vero seculo, & deus seruos suos destinauit, ꝓphetas,
Psal.44. vbi ecclesiã ipsam Chr̃o filio suo despondit, sicut & Dauid inquit: Audi filia & vide, & obliuiscere populi tui, &
I.Cor.5. domus pr̃is tui. Quinetiã & apostolos misit, vt Paulus ipse testaẗ, dicens: Pro Chr̃o legatione fungimur. Est itaq; p̄sens hoc tẽpus desponsatione accõmodũ, futurũ vero & nuptijs, cũ fiet vox illa, ecce sponsus venit. **Timeo autẽ**
Gene.3. **ne sicut serpens Euã seduxit astutia sua, ita corrũpantur sensus vestri, & excidãt a simplicitate quæ est in Christo.** Vobis quidẽ impẽdet interitus, me vero vrget formido. Neq; eñ tanquã decernens, corrupti iam estis, inquit, tãetsi essent illi coinqnati, sed id in ambiguo posuit, dicens, ne forte vt serpens Euã seduxit. Is nãq; ingentia pollicendo, Euã deceperat: ita & apostoli isti mendaces & iactabundi, permagna quædã vobis edisserunt, vt sua versutia vestrã circũueniant simplicitatẽ. Sed quem admodũ neq; serpentis astutia, neq; Euæ simplicitas satis illi ad veniã fuit, sic quidẽ neq; illorũ dicta nostris anteponenẗ. Nec præterea Adã intulit fuisse à serpente seductũ, vt arguat facile deceptionibus mulieres parere. Neq; nolite decipi dixit, sed ne corrumpantur sensus vestri, (corrũpi nanq; & virgines ipsæ dicuntur) videlicet ne corrumpantur vestra ignauia qua erga Christũ vtimini, hoc ẽ, ne quaq̃ debetis præ vestra inertia decipi. Nonnulli vero ita

intelligunt: Nolite scilicet & fidei simplicitate ad exteriorem vos hanc solertiam accõmodare & studiũ. Hæc eñ maxima est humani sensus corruptio. Nã si is qui venit aliũ Christũ prædicat, quem non prædicauimus, aut aliũ spiritũ accipitis, quem non accepistis, aut aliud euangeliũ, quod nõ recepistis, recte pateremini. Quid inquis o Paule, q ad Galatas scripseris, Si qs aliud vobis euangelium prędicauerit, vltra id q̃d accepistis, anathema sit: nunc vero inquis, Si aliũ quis Iesum prædicauerit, recte pateremini? Quod sane sic excusat: Gloriabant nanq̧ fallaces illi apostoli, q̧ plus aliqd ipsi quã veri propagandæ fidei attulissent: & quia plurimum delirabãt rerũ inanium & externę sapientiæ nixi iactantia, sic Paulus subdit, Si Christum alium prędicarent, quem prędicari oporteret, & eiusdẽ ipse pręconiũ pręterissem, vel his in hoc prædicãdo viderer inferior, recte pateremini, hoc ẽ, iure illorũ ferretis ineptias: quippe q̃ haud quaquã de eo mentionẽ fecissem, qui erat merito prędicãdus. Verũ si fidei ipsius prædicando iecimus fundamenta, & ea ꝓfecto q̃ principalia sunt patefecimus, quid ergo illi amplius quippiã attulerunt, q̃ ipsimet attulerimus? Attende aũt quemadmodũ non venientẽ quenpiã dixerit plus aliq̃d prædicaturũ. Nã longe plura etsi supuacua, loq̃bant fallaces illi & maiori licẽtia, & verborũ ingenti ornatu, aliũ tñ Iesum hunc, præter quẽ Paulus prædicasset, nihil inferebãt, q̃d vtiq̧ minus indiget oratiõe exculta. Vel spm̃ aliũ accipitis, hoc est, nũ vos ditiores spiritalibus donis effecti estis, ad q̃ consequenda nihil opus est expoliti sermonis lenocinio? Nũ euãgelium aliud, q̃n neq̧ id quidem ad explicãdum vlla sint verba necessaria, q̃ compta sint & ornata? Vbiq̧ igit patefacit, nihil esse penitus aduertendum, si quid vltra illi protulerint quã sit necesse: sed si quid afferunt, q̃d dici oporteat, ab se intelligant accepisse. Attende autem cũ dicit alium Iesum, quẽ non prędicauerimus, spm̃ alium quem nõ accepistis, & euangeliũ aliud Gala. 1.

quod nō recepiſtis, id velle prætendere: cū eadem hæc proferant illi q̄ nos prædicauimus, cur eos cum tanta attētione vos audiſtis? Dicet aliquis: Cur igitur Paule, ſi eadē illos q̄ tu, dicere profiteris, eos prohibes loqui? qa ſimulatione vſi, alia quædam inducunt decreta, à noſtris & veris aliena. Exiſtimo enim nihil me minus feciſſe a magnis apoſtolis. Confert ſe tandem cum his qui apud Petrum erant apoſtolis, tanq̄ id inquiat: Si me plus quidpiam effeciſſe illi iam norunt, vel his ſe apoſtolis præferunt qui maiores habentur, abſurdum videtur. Attende viri huius humilitatem, exiſtimo, inquit, id eſt, puto, & nihil præterea de ſe iactat, neq; ſimpliciter apoſtolis dixit,
Galat.2. ſed à magnis adiecit, Petrum videlicet, Iohannem & Iacobum indicaturus. Hæc aūt impræſentiarum de ſe licētius differit, quia res ita depoſcit, cum alibi pro rei ipſius digni
1.Cor.15 tate, eandem præferens humilitatem ſic inquit: Qui non ſum dignus appellari apoſtolus. Etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia. Cum hanc ſibi dicendi peritiā præcipue gloriæ ducerent falſi apoſtoli, oſtendit hic Paulus nihil ſe ruditatem defugere, quin vel maxime de hac gloriari. Neq; id dicit, ideo ipſe expers ſum literarum, quia & reliqui veri apoſtoli literas neſciunt, ne & illis ſimul detrahere videretur: ſed exterioris ſapientiæ vim oēm ſub-
1.Cor.1. uertit, quemadmodum in priori epiſtola, hāc demonſtrauit non modo inutilem eſſe, quinetiā & crucis gloriā deuaſtare. Sum itaq; ſermone, non ſcientia imperitus. qbus dictis & illos arguit, quo magis eloquentiam iactent, eo etiam maxime diuinæ eſſe notionis expertes. Et quātum ad eam ſpectat, deprehendi prorſus ignaros. In omnibus aūt manifeſtus ſum vobis. Nequaq̄ falſorum more apoſtolorum, alijs q̄ ſim ipſe moribus imbutus me præfero, ſed vobis in om̄ibus dictis factisve pareo. Neq; vlla nobis, vt illis, vel duplicitas ineſt, vel ſimulatio: q facie duntaxat quadam, modeſtię & lenitatis obducti, q̄uis teterrima factitent. Aut nunquid peccatū feci me-

ipsum humilians, vt vos exaltemini? Omnino gratis euangelium dei euangelizaui vobis? Nū id inquit, deliqui vel eo à vobis sum accusandus, vel mihi idcirco insurgitis, qa meipm depresserim? Famelicus scilicet & mē dicans, vt ipsi extollamini, hoc est, vt in fide ædificati efficiamini firmiores & stabiles. Qua in re eo acrius erāt Corinthij insimulandi, q̄d minus ægre ferebant se non aliter iri ædificatū, nisi Paulus esuriret, qa & illi absentem Apl'um superbius incusabāt, & p̄sentem humilem se præstare obijcerent. Ideo nūc eos rn̄dendo pcellit sic ingens: Et si humilis qdem sum ipse effectus, vos tn̄ ex hac mea humilitate estis ad altiora prouecti. alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendia ad ministerium vestrum. Poterat sane id dicere: Hisce qdem manibus victū mihi subministraui, sed vt acrioribus verbis hos vrgeat, ab alijs inqt, accepi stipendia, vobis vt inseruirē. Quippe qui alios, vobis euangeliū subministrādi gr̄a expoliauerim, & imminutos reddiderim facultatibus. Hos autē Macedonas fuisse arguit. q cum essent summa rei familiaris adstricti inopia, & me inquit, habebant se atterentē, tāetsi minus ad delicias, sed ad necessitatē sumptibus indigerem. Accipiebā nanq; ab his stipendia, quæ tn̄ ipsi mihi haudquaq̄ suppeditastis. Quo fit, vt maxime sitis ob id incusandi: qa cum vobis euangeliū p̄dicans subministrarē, & gererem rē vestrā, ab alijs eleemosynā desumebā. Et cum essem apud vos & egerem, nulli onerosus fui. Triplex ea in re facinus admisistis. Nā & apud vos cū manerē, & vobis subministrarē, & essem egenus, nulla mei sit habita ratio. Quippe q non solum nihil absenti mihi aliq̄ transmisistis, q̄d vtiq; Macedones factitarunt, sed ne præsentē qdem vos aluistis. Arguit p̄terea Corinthios ad eleemosynā erogandā tardiores effectos. Nōnulli vero illud onerosus fui sic interpretant: hoc est, me haudq̄q̄ ad prædicādū vel negligentē præstiti, vel inertē & torpidū. qn om̄ia sunt p me quæ facto ecclesiæ opus erāt, ad vr̄am salutem

effecta. Ipse vero cum in egestate versarer, nihil vnq̃ defla gitando vos expilaui, cum torpidior essem tolerando iã redditus. **Nã quod mihi deerat, suppleuerũt fratres qui venerũt a Macedonia.** Ad ęmulationem istos inducit, vt ad impartiendã eleemosynã concitet magis, perinde acsi in se alendo cum fuissent à Macedonibus superati, & in conferendis fortunæ bonis vincantur. Cũ aũt q̃d deerat inq̃t, oñdit nihil se pręter necessariã indi
Philip. 4. gentiã accepisse. Erãt nãq; & Philippenses, q̃ sibi vitæ necessitatẽ suppeditarent. **ꝛ in oĩbus sine onere me vobis seruaui, ꝛ seruabo.** Arguit Corinthios oneri sibi duxisse, alimoniã Paulo subministrare. Recte aũt seruabo inq̃t, pinde acsi dicat, Neq; eñ velim existimetis eiusmodi me dixisse, tanq̃ aliq̃d in futurũ à vobis sim acceptu rus, sed seruaui, hoc est, abstinui antehac, ne vobis oneri essem, & seruaturus in posterũ sum & abstinebo. Quod ꝓ culdubio hos acrius ferit, q̃n quidem his minus confisus Apostolus, desperet etiã aliq̃d se acceptuꝝ. **Est veritas Christi in me, q̃m hæc gloriatio non infringetur in me in regiõibus Achaiæ.** Ne forte arbitrẽtur Corinthij Paulũ, ꝓ uabo me, eo dixisse, vt se magis pelliceret. Est veritas Chri in me ait, hoc est, ꝓ veritate, quæ in Christo Iesu inesse constat, asseuerarim inq̃t, haudq̃q̃ à vobis me aliq̃d acceptuꝝ. Et ne dolore vel ira impulsum existimet aliquis hæc intulisse Apl'um, gloriationẽ, rẽ ipam appellat. Gratis q̃ppe euangeliũ p̃dicare, ingẽti illi erat gloriæ: qui Christi ob gratiã, vel Christi iussa transiliret, id im
Matth. 10 perantis, vt de euangelio viueret, qui euangeliũ p̃dicaret. Non infringetur aũt, ex quadã fluuiorum metaphora expressum est, tanq̃ vndequaq; Pauli fama manante. Non igitur inquit infringetur vlla vestraꝝ reꝝ cupiditate optimus meus iste & gloriosus defluxus, & vitæ institutio. In regionibus vero Achaiæ, eo subiecit, vt magis hos angeret. Nam si gloriæ debet illud haberi, gratis videlicet euãgelium prædicare, vel vbiq; id erat seruandum. Quod si

apud Corinthios duntaxat hac vtitur pertinacia, perspicuum est non ea hos esse, q̄ cæteri, fidei valetudine. **Qua re? Quia nō diligo vos: deus scit.** Causam cur ab istorū abstineat donis, iā allaturus, etsi pseudapostolorū id gr̄a ageret, primum confutat, q̄d forsitan præmeditati obijcere possent Corinthij: Quia nos odio habes, eo & nostra munera aspernaris, sic ait, Quin potius q̄a vestri deti neor bñiuolentia, nolim vllam vos pati iacturā: vtpote q facile offendimini. Haud tñ aperte hæc loquit̄, ne illorū perspicuā faciat imbecillitatem, sed ad aliā causam diuertit sermonē. **Quod autem facio & faciam, vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionem, vt in quo gloriātur, inueniātur sicut & nos.** Apertissime hoc loco causam patefacit, cur ab his nihil acceperit. Nam cū calleret diabolus, his q præsentibus bonis incumbūt esse pergratum, eos se nactos præceptores fuisse, q ab se nihil deposcant, instruxit & falsos ap̄los vel id callida quadā & latenti exigendi arte dissimulare. Qui sane, & si erāt prædiuites, cum nihil capere viderent̄, clam oblata captabant, & ideo non in quo ꝓmerentur, sed in q̄ gloriantur subiecit. Quod plane illos superbiæ arguit. Cuius rei cū esset Apostolus nō ignarus, statuit animo secum nihil à quouis se vel pressum inopia acceptu℞, vt illis demeret occasionem, ne quam inuenirēt se criminandi opportunitatem: tametsi id nil sibi vel in labem, vel in crimē cōcederet, quippe quod erat dei iussu & lege iniunctum, vt de euangelio victitarent. Alioqui quia facile offendebantur Corinthij, cauendum sibi maxime censuit. Quocirca cū & in cæteris essent falsi apostoli Paulo ipsꝰ inferiores, neq; hac ipsa in re superabāt, ni forte dixerit quispiā, hos vel in hoc imminutos fuisse. Quia cum opibꝰ abundarēt, nihil acciperent: Paulū vero vel egestate oppressum munera respuisse. Et q̄a q̄d illi dissimulabāt, re ip̄a Paulus exequebat̄. **Nā eiusmodi pseudapostoli sunt operarij subdoli, transfigurātes se in apostolos Christi.** Matth.10

Quid ais Paule, eos ne q Christũ prædicant, qui euãngelium aliud, vt dixeras supra, nullũ induxerint, nunc pseudapostolos noĩas? Ita qdem. Nã eiusmodi oĩa dissimulantes, clã tñ vel impia quædã decreta subinferũt oparij subdoli. Quid ni? Qñquidem sub boni & recti operis specie, plantata reuellunt: & figurã duntaxat apłoꝝ dum præferunt, & tergore ouillo obducti, lupi sunt, ꝓrsus ferociores & rabidi. **Et nõ miꝝ: Ipse enim satanas trãsfigurat se in angelum lucis.** Cũ eñ hoꝝ instructor satanas ille ad q̃duis facinus sit audẽtior, nil miꝝ si hũc eius discipuli imitant̃. Angelum aũt lucis eũ asserit esse, qui fidens illi splendori assistit, denuntiatq; & ꝓfitetur deum lucem esse, cũ ipse lux sit: transfigurat̃ itaq; in hmõi angelũ diabolus ipse, non tñ talis efficit̃: sic igit̃ & hi figurã dũtaxat præ se ferunt apłoꝝ, non vim eãdem & actionem, q̃ ex re pdiscere possumus q̃dcunq; ad ostentationẽ & iactãtiã gerit̃, id præcipue dæmoniacũ esse. **Nõ ergo est magnum si ministri eius trãsfigurent se, velut ministri iustitiæ: quoꝝ finis erit secũdum opera ipsorum.** Hoc est, tanq̃ ministri euãgelij iustitiã continentis. Vel qa hi iustoꝝ hoĩm gloriã vsurparunt, veruntñ haud quaq̃ tandẽ sunt euasuri. Erit nãq; ꝓ eoꝝ operib⁹ & finis futurus, hoc est, malus. Quo fit, vt eos simus ex proprijs operib⁹ cognituri. Nã & finem parẽ factis habebũt. **Iterum dico ne quis me putet insipiẽtem, alioqui velut insipiẽtem accipite me, vt & ego modicũ quid glorier.** Etsi his ad castigationẽ est vsus, alioq neq̃q̃ inquit, superioribus dictis cõtentus, rursum hæc repeto, ne qs existimet insipientẽ me esse. Est nãq; illud insipientiæ argumentum, temere & nulla occasione iactari. Ipse vero neq̃q̃, vt demẽs id egerim, sed inuitus, & necessitate vrgente. Veꝝ si veniã mihi nullã dederitis, velim equidẽ vel insipientẽ me ꝓrsus vos iudicet̃: tãetsi nõ vltro sim gloriatus. Me igit̃ suscipite. i. tolerate dicentẽ, vt & ipse. i. quẽadmodũ & illi, quid glorier. Tãetsi moderatior futura sit,

mea hæc gloriatio. Quod loquor non loquor secũ dum deum, sed quasi in insipientia, in hac substãtia gloriæ. Quod loquor, inquit, scd̃m deũ non est, hoc est, quæ nup dixi, ꝓcul à deo sunt. Verborũ vero admodũ scd̃m deum est sensus. Neq; in insipientia dixit, sed q̃si id dicat, apparet forte q̃d glorior ipse insipiens, cum minus sim. Ne forte existimes, insipiẽter eum vbiq;, nõ ꝑ dei nutu & voluntate cuncta ꝓfari, in hac substantia gloriæ dixit, hoc est, in hac gloriãdi parte, non cæteris tñ in rebus. Quoniam multi gloriãtur secundum carnem, & ego gloriabor. Hoc est, à bonis externis erit mea hæc gloria, videlicet à gñis nobilitate, à circuncisione, & quia Hebræos sim ꝓgenitores sortitus. Id nanq; erat q̃d neq̃q̃ scd̃m deum loqui se dixerat, de istiusmodi videlicet gloriari. Quid eñ ꝓdest, ab Hebræis esse aliquem oriundum? Non ergo virtutis loco id duxerim, sed cũ illi (inqt) id gloriæ ducant, cogor & ip̃e me eis vel hisce ex rebus non imparem facere. Libenter enim suffertis insipiẽtes, cum sitis ipsi sapientes. Vos, inqt, me cogitis huiusmodi dicere. Nã si non illos excepissetis, id'q; & vobis obfuturũ non antea præuidissem, neq̃q̃ & ip̃e ad hæc descendissem. Insipientes aũt dicit, q rebus carnalibus gloriañt. Nam si dementis est, spiritalia sibi in gloriã accẽsere, quãto magis quæ nullius sunt ꝓrsus momenti iactare, insulsum videbit? Illud aũt, cum sitis sapientes, & si ad gratiam dictũ videt, vrget tñ hos acrius & criminat, vt q scientes delinquerent. Nam si fuissent dementiꝗ morbo correpti, veniã forsitan ꝓmeruissent. Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit. Attende quam abiectioris & infimæ Corinthios arguat seruitutis, qppe q maximum in modũ falsis apostolis succubuissent. Si quis deuorat, si quis accipit. Vides quẽadmodum hos ipsos ap̃los patefaciat, excipiendis muneribus esse intẽtos. Nã cũ deuorat inquit, idip̃m prætẽdit. Non eñ poterat illorũ expleri cupiditas. Quo fit, vt q̃d supius dixerat, in q̃ glori-

antur,rectius dixerit. Iactantiã nanq; & ostentationẽ hi p̄ferebant nõ veritatẽ,q se nihil accipe simularẽt. si quis extollitur. Si qs in vos dñatum exercet & insolẽtiã. Nõ eñ humiles se in subditos exhibẽt pricipes, sed molestos & graues,quorũ ij insistebãt vestigijs. si quis in faciem vos cedit, secũdum ignobilitatem dico. Vides vt Corinthiorũ & ignominiã auget, & iniuriam: qñquidem his haud secus ac seruis falsi illi vterent apli. Hęc aũt dicit, nõ q in faciẽ cederent Corinthij, sed q nõ minoris eẽnt iniuriæ quę illi patiebant, q̃ si in faciẽ vapulassent. qd sane his ad vituperationẽ obiecit. Quid eñ hoc fieri vel inhonestius vel turpius põt? qñ his ipsis libertate adẽpta, honore priuatis, & demũ subtractis pecunijs, vterent p seruis. quasi nos infirmi fuerimus. Cuius rei hos grã toleratis? Num q imbecilles nos & inualidi sumus, eoq; & vobis vti illorũ more neqmus? Nõ se ita res habet, possumus & nos supbe ire, & intemperant vos conculcare, sed minus id libet. Oẽm itaq; istorũ dementiæ causam Corinthiorũ seruituti adscribit. Vos eñ (inqt) quia nimium illis succubuistis, & illatæ vobis iniuriæ, & præsentium nobis verborũ præbuistis occasionẽ. In quo quis audet, in insipiẽtia dico, audeo & ego. Vide vt rursum audaciã & insipiẽtiam rem ipsam qua de agit appellet: quasi id inquiat, eam eqdem ad rem coactus deuenio, tãetsi superius ad castigationem plurimis vsus sit verbis, & alias sæpe hos castigarit. Hæc aũt eo subiecit, vt nos etiã cõmonefaceret, minus esse ad eiusmodi verba diuertendum, nisi cogat necessitas. Ait igitur, quacunq; in re gloriari quis audeat, & ipse ausim. Deinceps enumerat quibus illi in rebus gloriãt. Hebræi sunt & ego. Israelitæ sunt & ego. Semẽ Abraæ sunt & ego. Cũ neq̃q̃ Hebræi oẽs eẽnt Israelitæ, siquidẽ & Moabitæ, & Amonitæ Hebræos se dicerẽt, ppterea gñis nobilitatem diffiniens intulit, Semen Abraæ sunt, & ego, Isaac ipm designãs. Ministri Christi sunt & ego, vt minus sapiẽs dico, plus ego. Di-

cunt nonnulli nequaq̃ recte per comparationem deprõpta esse hæc verba, sed fuisse omnino negandum, nõ Christi illos esse ministros. Respondemus autem idipsum expressisse Apostolum, cum pseudapostolos dixit. Nũc vero à compassionibus exorsus sermõem, ex rebus ipsis argumenta producit, & si ministri sunt Christi, plus tamen ego, hoc est, hos quidem ministrandi hoc munere longo interuallo excesserim. Cum vero, id minus sapiẽs inquit, suæ humilitatis profunditatem demonstrat. **In laboribus plurimis, in carceribus abũdãtius, in plagis supra modum.** Enumerat quæ vere ap!'um exprimũt, & signa præteriẽs à tẽtationibus ipsis ordit, inquitq;: Non solũ subeo equidẽ labores innumeros, & vagus per varia loca noctu & interdiu multos ad fidẽ erudio, quin etiã manibus opor, & plagis affligor, & his supra modũ: & q̃d plane grauius est, & plagis carcer hisce adijcit. Supra modũ aũt & abundantius, ad falsoꝝ ap!'oꝝ cõparationẽ sunt posita, pinde ac si dicat: Etsi illi labores susceperint, abundantius tñ ipse hos cepi, & longe maiores. Nonnulli vero nulla cõparatione dicta his esse affirmant, sed simplicẽ quandã laboꝝ abundantiã & magnitudinẽ significare. **In mortibus frequẽter.** Non solũ volũtate demorit Paulus, sed periculis etiã mortẽ hauddubie afferentib' destinat. **A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi.** Cur vna minus? Quia lege cautum erat, vt qui vltra q̃dragenas vapulando acciperet, honoꝝ esset in posterum & dignitatũ immunis. Iussere itaq; vna minus plagis infligi, vt si forsitan pcussor ille verberãdo euectus plagã vltra constitutũ, vel vnam aliquã inferat, q̃dragena sit illa, nec cedat ad ignominiã vapulãti, vtpote qui vltra numeꝝ vapularit, qui lege sit præfinit'. **Ter virgis cæsus sum. Semel lapidatus sum.** Haud sane vniuersa q̃ ppessus ẽ Paulus, Lucas cõscripsit. Vides nanq; vt pleraq; hoc loco enumerata discrimina ille omiserit, quia nõ ad ostentationẽ scribendi laborẽ ille insum-

pserat. Ter naufragium feci, nocte & die in profun do maris fui, in itineribus saepe, Dicet aliquis, Quid ergo ad euangelium, si naufragiũ feceris? Quia euangelij gratia diuulgandi, longius saepe maritimum iter nauigãdo emensus, naufragus fui: Diem vero & noctem in pro fundo subnatans egi. periculis fluminum. Nam & flu mina traijcere cogebat. periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gẽtibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari. Vbiq; & diabolus oppugnabat Ap'lum, & dñs certamina pponebat. nam & à piratis ille diuexabat, & in vitae saepe discrimen à gentilibus ipis, tum à Iudaeis, ppinquioribus deducebat, qui ei longe q̃ caeteri acrius efferati, & liuore impulsi, aduersabant. Erat ergo Apostolus in ciuitatibus tutior? Minime: Num in eremo? Neq; hoc quidẽ loco. Hunc ẽm vel si è terris abscesserat, pericula maris excipiebant periculis in falsis fratribus, Hoc rursum aliud est tentationum genus, q̃d sane dolore afficit acerbiori. Q̃nquidem à fratribus, & noĩe, simulatq;, & fictis, pa

Psalm. 54 rantur insidiae: Id quidem & Dauid deplorat, cum inquit: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtiq;, tu

Psalm. 40 autem homo vnanimis. & alibi, Homo pacis meae. in labore, & aerumna, in vigilijs multis. Haud satis erãt Apostolo quae ab externis inferebantur, quin sponte & ipe laboribus se, & ęrumnis et vigilijs macerabat. in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate, praeter illa quae extrinsecus sunt. Tanta ppessus terrarũ orbis instructor, nondum erat vel necessarij victus copiam assecutus et vestiũ, sed nudus afflictabat, et decertabat famelicus. Maiorẽ praeterea tentationũ partẽ omisit, quod vtiq; praeter illa quae extrinsecus sunt inquit, prętendit, Quin potius neq; ea quae meminisset, sigillatim expressit, sed illa recensuit, quorũ numerus facile potest comprehendi. Quinquies dicens, et abũdantius, et frequent. Aduerte autem quemadmodũ tot rebus aduersis cõnu-

meratis,numerum tñ eorum nullum expresserit,quos ad Christum conuerterat.Quod eo fecit,vt partim humilitatem seruaret,partim commonefaceret,vel si aliud nihil in sudandi pro Christo præmij obueniret,sat tñ id fore mercedis. **instantia mea quotidiana,** Hoc est, furibundus insultus,& insidiæ q̃s aduersum me populi communi cõsensu diebus singulis parant. **solicitudo omniũ ecclesiarum.** Id plane est omnium maximũ.Nã etsi ei qui vel domus vnius curã susceperit,eius præsertim q̃ seruos habeat & dispensatores multos,vix detur respirandi facultas, quidnam pati existimandum est animulam vnam, tot cum periculis vniuerso terrarũ orbi prospicientem, certantemque pro animarum salute? **Quis infirmatur, & ego non infirmor?** Ne quis dixerit suscepisse hunc quidem vel mundi curã,sed simplicem quãdam & admodum tenuem,ostendit cuiusmodi illa sit cura per se suscepta.Neq; enim tristitiæ particeps ego sum dixit, sed haud secus me habeo,ac si ipse egrescerem, cum aliquem sentio esse infirmiorem,vel animi morbo,vel corporis laborare.Quis aũt.i.siue egregius aliquis sit ille & præpotens,siue vilis & tenuis. **Quis scandalizatur, & ego non vror?** Attende quemadmodum doloris exprimat magnitudinem: Vror enĩ inquit,& ardeo,tãetsi cum talia pateret,lętitia gestiebat,haud quippe ignarus hæc se Chri ob gratiã perpeti.Infert itaq;, cũ quenpiã specto,vel abiectioris fortunę viro offendi,incredibili dolore conficior. Dauid aũt nobis demonstrat,quid illud scãdalum pati significaret,cum inquit:Dũ superbit impius,incendit pauper:hoc ẽ,perturbatur animo pauper,conspicatus & opibus abundare indignos & efferri. Et quemadmodũ dixerat Paulus,quis infirmatur,& ego non infirmor?sic inqt, & si quis scandalizatur,& ipse hauddubie scãdalizor,studeoq; alienæ ægritudini medicari,haud secus ac meę. Psalm.9. **Si gloriari oportet,quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.** Infirmitatem persecutiones appellat,siquidem

in fame ac flagris & naufragio tolerandis, hominis arguitur imbecillitas. Nullã aũt hoc loco signorũ facit Apostolus mentionem, quia dei munere singulari, non humana virtute hæc edebantur. Aduersa autem hæc dei nutu patiebatur, in quibus ferendis summam eius tolerantiã demõstrabat. **Deus & pater domini nostri Jesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mẽtior.** Cũ nusquã q̃ superius dixerat confirmasset, hæc præsentia, & q̃ subsequunt, certiora reddit, & fide obfirmat. Quod eo facit, qa antiquiora sunt hæc & magis obscura, cũ cætera essent his non ignota, quemadmodũ & curã ꝓ

Actu.9. se suscepisset Apłus, & hmõi reliq̃. **Damasci præpositus gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatẽ Damascenorũ, vt me cõprehenderet.** Attẽde q̃le sit bellum: qñquidem Pauli gratia excubaret Damasci præpositus, & ciuitatẽ dispositis custodijs communiret. Neq; eñ talẽ se gereret gentis huiusce præses, nisi Pauli zelus omia incendisset. Areta aũt socer erat Herodis. **Et per fenestrã in sporta demissus sum per murũ, & sic effugi manus eius.** Euasit quidẽ, vt dñi legem adimpleret,

Mat. 10. qui etiam de loco in locũ sæpe migrabat. Non eñ par est, vt nosipsi vltro tentationibus offeramus, q̃ vbi defugi nõ possunt, dei opus est adiumẽto, ab eo q; & expetẽda & expectãda ẽ liberatio. Alioq cũ tentatio ipsa non vehemẽs nobis infert, aliq derit vel nostra industria excogitãdum, vt illa tollatur: tametsi deo vel in tentatione hmõi rerum omnium summa sit permittẽda, quemamodum Paulus fecit, qui restis præsidio fugæ remedium adinuenit, q̃uis versari cum Christo concupisceret & mortẽ subire, nihilo

Philip. 1. minus humanæ salutis nimio detentus ardore, sese ad prędicandum seruabat. Caput XII.

SI gloriari oportet, nõ expedit quidẽ: Veniã aũt ad visiones & reuelatiões dñi. Cum ad aliam gloriæ speciẽ trãsit, reuelationis videlicet, q̃ eum conspicuum & clarũ effecerat, sic inquit: Haudquaq̃ mi-

hi id expedit, ne me in elationẽ forte deducat. Quidaũt dicet aliquis, si nemini hęc patefeceris, num propterea non ea intelliges? Intelligam equidem, inquit, sed non æq̃ animo extollemur, si taciti abstrusa illa & arcana præsciscimus, ac aliis palam fecerimus. Nec autem dicit, nõ vt ipse tale quid sit perpessurus, sed nos vt castiget, & commone faciat, vt eiusmodi dei arcana, & nobis credita, silẽtio premere debeamus. Potest & aliter (expedit illud) intelligi, videlicet: Non enim est mihi in commodum id concessum, vt quis me maioris existimet, quã ipse me duxerim, quod in sequentibus explicabit. Enimuero pseudapostoli illi, q nihil essent huiusmodi consecuti, multa ad populũ cõcionantes iactabant. Paulus vero, & si complura esset & visionum & reuelationum dona iam nactus, vnam duntaxat, & hanc quidem inuitus, reuelationem commemorat. Noueris autem reuelatiõem pluris esse quã visio sit. Hæc nanq; spectandam solum rem præbet, illa vero profundiora enudat, quã res ipsa sit visa. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, Neq; omnium meminit reuelationum. Nam cum plurimæ essent, molestior in his enarrandis foret & grauis. Nec tñ vniuersa silentio præterit, sed cæteris omissis, de sola & vnica disserit, vt ostendat vel hanc haud sponte se explicaturum. In Christo vero adiecit, ne obiicere falsi queant apostoli, in Simonis morem, Paulum à dæmonibus fuisse arreptum, & sublatum in aera. Nec temere quidem huiusmodi rei haudquaquã tempus aliquod præfiniuit, sed vt intelligas, qui quartum & decimum annum reticuisset nõ sine causa, necessitate in pręsenti impulsum, reuelationem hanc propalasse: & qui iam quartum & decimum annum tanta re fuerit à deo dignatus, qualem nunc existimare debemus, pro CHRISTI nomine tamdiu periclitatum? siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit, raptum eiusmodi vsq; ad tertiũ cælum. Vide quã modeste id dicat, vt iactantiam fugiat. Nescire nanq;

se profitetͮ siue in corpore, siue extra corpus, quod raptũ est, fuerit. Tertium autem cælum dicit, quod à principio
Gen. 1. simul cum terra conditum fuit. Nam sacræ literæ primum
Psal. 49. cælum aereum dicunt, vt volatilia cæli, & ros cæli: & secũ-
Gene. 27. dum id cælum, firmamentum vocauit. **Et scio huius-**
Gene. 1. **modi hominẽ, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit: quõ raptus ẽ in paradisum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.** A tertio (inquit) cælo in paradisum sum raptus. Sublatus est igitur in paradisum, ne in eo fruendo inferior cæteris apostolis esset, qui cum Christo iam versarentur. Paradisum præterea dixit, quia loci huius celeberrima esset
Lucæ. 23. apud omẽs iã fama, quem & latroni dñs in cruce pollicitus est. Arcana aũt, & quæ dici non possunt, audiuit. i. quæ humana sapientibus, & nihil in se habentibus spiritale, eloqui haudquaq̃ fas est. Hinc liquido patet apocalypsim eã quæ vulgo Pauli dicitur, falso fuisse hoc titulo annotatã: quia narrari non poterant, quæ illæ præuiderat. Atq aliũ quendam paradisus sortitus est locum, & alium cælum. Anagogice tñ pares erunt paradisus & cælum, vel forte dissimiles, sumus tñ perpauca de his, q̃ cognitu sunt faciliora dicturi. Est itaq primũ cælum mortalitatis terminus quidam & diffinitio, cum quispiã suos composuerit mores. Hoc deinceps naturalis subsequitur institutio, hoc est secundum cælum, cum quis totius naturæ cognitionem, vt necessariã circũscripserit. Mox & theologica quædam, tertium cælum prætendit, cum aliquis desideratã earum rerum cognitionem, q̃ diuinæ sint, & homini incomprehensibiles, contẽplando adeptus sit. Paulus itaq in ea loca arreptus est, q̃ circa trinitatem sunt, & sublatus: hoc est oĩa creata transcendens, & neq in corpore quidẽ existẽs: quippe qui nihil pro corporis sensibus tũc factitaret, neq extra corpus. Nã & interea cum sic raperetur, vel intellectus ipse in eo cessarat, ita vt nihil posset vera cognitione complecti. Vacat eñ diuinis in rebus mẽs omnis huma-

na,& penitus torpet,cum homo à deo fuerit arreptus,& ita ab eo educi necesse sit,& à corpore ipso efferri,& eiusdem dicta oĩa operari. Vel alias in paradisum arripit, qa in diuinitatis arcanis,& mysticis rebus versatus est. quas quia incognitæ & inexplicabiles,nisi quis mortalem hãc & abiectam conditionem excesserit, assequi cognitione non poterit. **Pro huiusmodi gloriabor.** Aduerte q̃ sit superbiæ omnis expers Apostolus: Sic ẽm de se hoc disserit loco,quasi de alio narret. Inquit ẽm,pro huiusmodi gloriabor. **pro me aũt nihil.** Nihil horum si non cogerer,frustra ac temere dictur⁹ sum,nec laudi id mihi adscribam. **nisi in infirmitatibus meis.** Hoc est,in pressuris & persecutionibus. **Nã etsi voluero gloriari,nõ ero insipiẽs:veritatẽ ẽm dicã.** Quo pacto cũ dicturus inferius sit,insipiẽtia ẽ gloriari,nunc si gloriari voluero,non erit insipiens inquit?Non enim hoc loco, ne insipiens sit,iactantiæ gratia dicit,sed ne mendacij arguatur. Adiecit nanq;,veritatem dicam. Igitur tanq̃ veridicus,nil ero insipiens. **Parco aũt,ne quis me existimet supra id quod videt in me,aut audit aliquid ex me.** Eã præcipue ob causam Paulus obticebat, ne hoĩes se in deum referrent,Eoq́; perpetuo de seipso silentio vtebat. Etsi qñ dicere quidpiã cogebatur,obscure tamẽ & adumbrate verba iactabat,ne maius aliquid de se homines opinarentur. Neq; enim dixit,ne quis de me loquatur,sed ne quis cogitet,quod p̃ter meam sit dignitatem. Nam si taurosilli immolare,& pro deo colere,signorũ stupore contenderant,quid ei honorum deferre intermisissent, si & reuelationes quas habuit,edidisset? **Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ,angelus satanæ,vt me colaphizet.** Angelum satanæ & stimulum,nonnulli capitis dolorem,quo Paulus angeretur existimabant,perinde ac à diabolo illatum,quod absit. Non ẽm Pauli corpus diabolo traditum est diuexãdum. quandoquidem Paulus illi quæ *Actu. 14.*

vellet iniungeret,& sæpe terminos præfiniret: tum maxi-
1.Cor.5. me, cũ fornicantem quenpiam ei in carnis pniciem demã
dasset, neq; p se ille impositas metas excessit. Quid igitur
satan designat? Nimirũ Hebræa aduersariũ lingua. Angeli
ergo satanæ, hi hauddubie oẽs fuerunt, qui Paulo aduer-
2.Tim.4 sabant, faber videlicet Alexander ille, Hymenęusq; & Phi
2.Tim.2. letus, ac cæteri qui huic & pressuras iniecerant, & praua sa
tanæ opera exequebant. Inquit igitur, Nequaquã permi-
sit deus, meum hoc prædicandi munus sine periculis & la
bore ꝑficere, ne ipse extollar, qui multis sim reuelationi-
bus ab eo dignatus. Verum cur non angeli satanę sunt da
ti, sed angelus? Forte quia pro loco vnus aliquis reperie-
bat, qui Paulũ diuexaret, concitaretq; forsan & populũ,
eundemq; ducem reliqui sequerentur. Vel quod satius ẽ,
Veneris incitamenta, quibus maxime vrgebatur, his ver-
bis expressit. Vel q̃ prędicanti sibi imminerẽt pericula, vel
q; sibi obsisterent homines, dixit: Verum, à quo datus sit
stimulus ille si quæras? A deo certe, cuius pmissu satan hęc
audebat. Id nanq; cum datus est inquit, demonstrat. Neq;
vt semel, sed vt cõtinue me colaphizet atq; diuerberet, tra
ditus est. Illud aũt, ne extollar, nonnulli ita interpretãtur,
hoc est, ne magni ab hominibus fiam. Nec tñ id hoc loco
sentit Apostolus, tametsi hoc ipsum superius dixit, sed id
pręcipue, ne ipse efferar inquit, & insolescam. Erat quippe
& ipse humanus. **Propter quod ter dominum ro-
gaui vt discederet a me. & dixit mihi: Sufficit ti-
bi gratia mea.** Ter, hoc est, sæpius, rogaui. Quod plane
eius præfert humilitatem. Fatetur nãq;, nequaq̃ se aduer
sariorum diuexationes & insidias potuisse perferre, quæ
vt ab se tollerentur, orabat. Dixit autem mihi, Sufficit tibi
gratia mea, hoc est, sat habeas velim, quia & mortuos ti-
bi suscitandi, & potestatibus cunctis imperitandi contu-
lerim gratiam. Nolim igitũ id vltra efflagites, vt tua expers
discriminis sit prædicatio. Id nanq; tibi superuacaneũ fo-
ret, qui quod satis est iamdudũ acceperis. Vel aliter: Etsi

permiserim te diuexari, adsum tñ & tueor. **Nã virtus in infirmitate perficitur.** Velut dicat, Id forsitan doles o Paule, ne me illud impotentiæ arguat, quia verbis tibi & maledictis insidient plerique, confide tñ. Nã tunc maxime perfectior mea patebit potentia, cum illorũ euiceris pertinaciã, qui te insectãtur. Aduerte aũt quemadmodum deus ipse tẽtationibus sinit nos tradi, ne quouis modo insolescamus. vel aliter: Deus videlicet tunc eius virtutem perfectiorem, inquit, esse iam nactam, quando in infirmitate, hoc est, in persecutiõibus & periculis, eius sectatores affligabuntur. **Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.** Postq̃ (inquit) ipse animaduerti, dei virtutẽ iri in infirmitate perfectum, gloriabor ergo in infirmitatib⁹ meis. Hæ nanque quo affluent magis, eo mihi dei virtutem allaturæ huberius sunt. Nolite ergo existimare, quasi dolens querar stimulum hunc mihi fuisse iniectum, sed lætior potius & iactabundus id dixerim. quippe qui maiorẽ in se dei virtutem prę intentioribus pressuris conciuerit. **Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo.** Cupiebam equidem (inquit) à grauioribus hisce & minus gratis liber euadere, sed postq̃ ea accepi & ĩtellexi, q̃ meis his aurib⁹ hausi, glorior plane, & mihi placeo, hoc est, incredibili iucũditate afficior, & in infirmitatibus ipsis oblector & malis. Moxque ne corporis morbũ infirmitatẽ intelligas, cõtumelias dixit, & hmõi alia. Ex his prętcrea pseudapostolos illos vituperat, qui sese vt deo æq̃les, de prauis quibusdã & peruersis actionibus iactitarent, & discipulos suos hortatur, ne quoquã mõ hos pudeat sui, sed honori potius & gloriæ ducant: qñquidem pro dei nutu hæc in se fiant, & pro Christo sint obeunda discrimina. **Cum enim infirmor, tunc fortior sum.** Quid (inquit) miraris, si dei virtus vel aduersantibus vniuersis patescat? Nã & ipse tunc

fortior sum, cum magis diuexor: & dei ob gratiā, hāc adeptus sum fortitudinem, q̄ laboranti mihi præsto est semper, & maximum in modum opitulatur. Nā cum in carcerem esset ille coniectus, qui se asseruauerat, ad fidem in
Actu.14. struxit. Cum naufragiū fecit, barbaros insulæ accolas, ad
Actu.28. quam adnatauit, in sui admirationem conuertit. Iudicem
Actu.25. præterea, cum illi vinctus assisteret & accusatores simul
26. peruicit. Cum demū infirmaretur, hoc est, cum periculis agitaretur, & afflictaretur pressuris, tūc robustior erat, & animo fortiori omnia tolerabat. **Factus sum insipiens vos me coegistis.** Iterato excusat iactantiam. Superius quidem, insipientem me (dixerat) tanq̄ in insipientia excepistis. Nunc vero tanquā non animi compos, insipientem aperte se nuncupat. Et q̄m quæ voluerat comparauit, fidentius tandem damnat iactantiæ vitium, instituens, nil vnquā esse cuiquā gloriādum, ni cogat necessitas, qua cum & ipse iam vrgeretur, insipientem dicit, perinde acsi inquiat: Vos me ad id compulistis. Nam cum vestræ salutis curam susceperim, & fallaces apostolos conspicarer sua iactantes, vos ad se applicando corrupisse, ad meā gloriam his verbis vterer, fuit necesse. Hac igitur de causa, satius duxi, vel aliquid ipse vestræ salutis gratia de me gloriari. **Ego enim a vobis debui commendari.** Decuit (inquit) vos potius p̄dicasse res à me gestas, & laudibus extulisse, quod tamen haudquaquā egistis. Sed q̄a illis potius adhærētes, corrupti iam estis & inquinati, ciusmodi sum ob vestram salutem locutus. **Nihil enim minus feci ab ijs qui sunt supra modū apostoli, tāetsi nihil sum.** Superius quasi subdubitans dixit, existimo me nihil esse inferiorē apostolis cęteris. idipsum nūc fidētius ingens, repetit: Nihil em̄ minus feci, hoc est, haud quaquā inferior sum, vel pro fide minora gessi magnis apostolis, qui Petri tempore extitere. Nihil sum tamē vel hoc loco innatę humilitatis oblitus, etsi nihil sum dixit. Aduerte autem hoīs sapientiam. Nā nō solū nil amplius

Supra.11. (margin note beside "modi sum ob vestram salutem locutus")

se cum falsis apostolis cōfert, sed ne illos qdem vllius esse momenti dicit, & parem se veris apl'is adstruit: vtpote q longe alios antecedat. Proinde in veros apl'os cōtumeliosos esse Corinthios arguit: siqdem se, q sit illis ęquãdus, falsis dicant inferiorem. **signa tñ apostolatus mei facta sunt super vos.** Equidē (inqt) & si nihili sim, haud tñ per vos id debet aduerti, sed illud potius, quemadmodum scilicet nihil sit per me intermissum, q̃d apl'um exprimat, formetq̃. Et vos mihi testimonio eritis, vt cũcta sim executus. **in om̃i patientia.** Prior apl'i forma, tolerãtia est, & oĩa vt ferat viriliť. Aduerte viri modestiam. Quod em̃ discrimina, quot bella domi sibi & foris illata, tã breui designans oratione, p̃teriją? Quinetiã q̃d eius fuerat virtute effectum, patientiã dico, vnico verbo exp̃ssit. Ad quæ ad signa & miracula ptinent, quia non suæ erãt industrię, sed grã diuinæ & muneris, pluribus explicauit, Sicuti in subsequentibus audies. **signis & prodigiis & virtutibus.** Quid à pdigio differat signũ, dictũ est supra. Et ne qs forte existimet, vt libẽtius sua impartirenť Corinthij, hæc dicta fuisse, & virtutibus addidit. qbus liquido specię quandã prętulit castigãdi. Iisdē virtutibus in mortuos cęcosq̃ & dæmone correptos vsus est Paulus, q̃s oẽs maximis affectos bñficijs, charitate prosequebať. Nec secus ac qui castigati contentiores sunt redditi, qualis Elymas fuit. **Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesiis?** Ne qs dicat magni sane Paulus est, alioqui haudq̃q̃ tanta hic gessit, quãta in alijs ecclesijs cæteri apl'i factitarũt, ita quidē: Quid em̃ minus præ cæteris ecclesijs habuistis, hoc est, num minorē estis præ cæteris gratiã assecuti? **nisi quod ego ipse non grauaui vos, donate mihi hanc iniuriam.** Acerrime eos obiurgat, sic inquens: Si eius me rei insimulatis, q a nulli ex vobis oneri fuerim, sed gratis euangeliũ p̃dicarim, veniã postulo. Id si qd est criminis, dono date, simul & illorũ laudes explicanť his dictis. Siquidē ideo iniuriã sibi inferri à Paulo autumant, Act. 13

quia nihil ab se dignet accipe. Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, & nõ ero grauis vobis. nõ em̃ quæro quæ vestra sunt, sed vos. Ne videat idip̃m sæpe, pferre, tã q̃ de cætero sit ab his q̃dpiã acceptu rus, sic inqt: Neq; em̃ qa nihil accipiã, idcirco neq; ad vos pficiscor. qn bis ad vos cõmigrem, & tertio me paro itu rũ, neq; grauabo vos. Nõ qa vel sit; tribuẽdo offensi, vel opibus nil valeat;, sed q̃m nõ vr̃a à vobis deposco, hoc ẽ pecunias, & fortunæ bona, sed hos, hoc est, aĩæ vr̃æ salutẽ. Nec em̃ debẽt filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. Q̃m nõ iniuria obijci hoc loco id posset, neq; ergo nobis fas est nr̃is potiri, & frui reb⁹, q̃n-qdẽ nõ æq̃ sis erga nos aĩo:, ppterea his occurrit Apl's, di cẽs: Parẽtes debere liber; suis thesauros cõparare, p̃cepto rũ & auditorũ illos substituẽs loco, genitoris loco se ducit: & hos in filios habeat, qbus, pspicere poti⁹, q̃ q̃cq̃ adimere sit necesse. Ego aũt libẽtissime impendã, & superimpendar ipse pro aĩabus vestris. Ipe (inqt) non solũ à vobis nihil accipiã, sed dono sum potius & grat; da turus. Id em̃ p̃tendit cũ impẽdã dicit. Verũ qd dixerim pe cunias me impensurũ: qnimo ego ipse impendar, hoc est, si vel caro hæc mea sit, p vestra impendẽda salute, nil par cam. licet plus vos diligens minus diligar. Hæc & criminantis sunt, & amantis dicta. Dicit em̃, Hæc quidem eorũ gratia fecerim, quos ipse psequor bñuolentia, non qui ęque amori r̃ndeant meo. Vide quot modis hos vrgeat: Primum q̃a nihil accipet, q̃d iure capere poterat: & quia necessarijs rebus careret, gratis q; & his euangeliũ prædicaret, largiret potius, q̃ acciperet. Nec simplicit qui dem & parce, sed abunde & liberaliter. Quod q; permaxi mum est, seipsum & dedat colat q; qui se minus ament. Sed esto, ego vos non grauaui, sed cum essem astutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumueni vos: Quod inqt, tale est: A vobis eqdem nihil ad auaritiã flagitando

exegi, tãetsi forsitan aliquis suspicet calliditate me quadã & astutia potius, nihil à vobis accipe destinasse, sed meos ad vos trãsmisisse, q̃ aliqd à vobis efflagitarent. Ea arte, vt vel accipiens nihil videar accepisse, q̃d sane est à vero penitus alienum. Velim itaq; consideretis, vtrum ita se habeat res, necne. Carpit præterea Corinthios ipsos vituperat'q;, tanq̃ animo iniquo aliquid collaturos, existimantes'q; ab se extorqueri, q̃cquid in præceptoris alimoniam erogassent. **Rogaui Titum, & misi cum illo fratrē. Nunquid Titus vos circũuenit?** Vel id qdem ad hor: contumeliam infert. Non ẽm misi inquit, sed rogaui, arguens merito hunc accepisse, si quid acceperit. Rogatus nanq; ad vos concessit, tãetsi apud vos vstrar: rer: immunis p̃mansferit. Erat aũt Lucas, quẽ dicit Tito in comitẽ transmisisse. **Nonne eodem spiritu ambulauimus?** Hoc est, num eadẽ spiritali gratia ipsi incessimus? Gratiã ẽm appellat abstinentiã ipsam, qa ab his q̃ minus accipet quidpiã, abstinuerit. Quod & si eius sit virtute effectũ, deo tñ adscribit id gratiæ. **Nonne eisdem vestigijs?** Neq; vel paululũ inqt, à meo hoc instituto decessi. Et non solũ ipse id egi, sed mei insup sectatores acerrime mea sunt sectati vestigia. Atqui nõ mõ seip̃m his legibus Paulus castigabat, quin & qui secũ essent instituebat, ne q̃ vel iustiori lucro inquinarent. **Olim putatis quod excusemus nos apud vos. Corã deo in Christo loquimur.** Verit⁹ ne assentatoris fungi officio videret, sic inqt: Neq̃q̃ ad gratiã vobis hæc loqmur, tãq̃ excusatiõe vtẽtes, sed p̃inde ac deo spectãte, & in Christo loquimur, hoc est, p Christum ita enuntiamus. Quo fit, vt ea narremus quæ & facta iã sint, & deo ipsi præcognita: vt nõ me apud vos laudem, quod sane & in ipso epistolæ exordio dixerat. **Oĩa aũt charissimi propter ædificationẽ vestram.** Neq; enim (inquit) eam hæc ob causam egerim, vel à vobis nil prorsus ea ratione accepi, quia infirmiores vos sitis & imbecilles (horum nãq; animos offen

disset) sed ædificãdi vos grã & nihil accepi, ne vos obturbarẽ, sed iuuarẽ potius & ꝓdessem. **Timeo enim ne forte cum venero, non quales volo inueniam vos, & ipse inueniar a vobis qualem non vultis.** Vides Pauli diligentissimã curam, & prouidentiã spiritalẽ: Delinquentibus aliis, ipse formidine angebat. Nec peccãtes condẽnat, sed q̃si anceps & dubius inq̃t, ne veniẽs vos forte dep̃hendam, q̃les nõ velim, hoc est, corruptos & deprauatos, dep̃hendarq́ꝫ itẽ & ipse q̃lem non vultis, id est, castigator & pœnarum ingestor. **ne forte contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones, sint inter vos.** Debuerat priori loco inflatiões ponere, sed cauens ne sua videret expostulare & quærere, quippe q̃a in se Corinthii sup̃birent, prius q̃d cõmune est, differit. Ab æmulatione nãqꝫ & detractionibus, vitia istiusmodi cætera oriunt, ab hisq́ꝫ & contra æmulatio incẽdebat. Susurrationẽ aũt, criminationẽ dicit: Inflationes vero, superbos quosdã & tumidos mores, vel cũ in naturã vertit animi tumor. Cũ itaqꝫ in Paulũ insolẽtiores eẽnt Corinthii, falsos ap̃los efferebant, & honore ꝓsequebant. **Ne iterum cum venero, humiliet me deus apud vos.** Hoc est, satis sint quæ antehac admisistis. Vereor equidẽ ne ad vos cum fuerim ꝓfectus, vobis cogar vti seuerius. Pœnas nanqꝫ quibus illorum nonnullos esset acrius affecturus, humilitatẽ appellat: tãetsi castigari à Paulo plerique gloriæ ducerent. Non eñ dixit, ne humilis reddar, sed ne me humiliet deus, arguens vel dei ob grãm id se facturũ, cuius imperio pareat sit necesse, vt se erga hos præbeat duriorem. Cum vero deus meus (inq̃t) ardentissimũ suũ in deũ patefacit amorẽ. **& lugeã multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam sup immũditia & fornicatione, & impudicitia quã gesserũt.** Aduerte Pauli clementiam & charitatẽ immẽsam. Deplorat eñ & luget peccantes. Neqꝫ oẽs dixit, sed mul

tos. Nec peccatores simpliciť, sed pœnitentiã non agẽtes. Sũt nãq; istiusmodi nõ iniuria deplorãdi, q̃ sunt in vulnere accepto ptinaces. Neq; hos p̃terea patefacit, vt eis facilẽ tribuat ad pœnitentiã reditũ. Cuius eo cõmeminit, vt hãc statim arripiãt, neve ad eos ꝓficisci cogať, & pœnis afficere vel inuitus. Id nãq; cũ lugeã inqt, prætẽdit, hoc est, mœrore summo afficiar vos castigãdo. Immunditiã vero ꝑ q̃uis scelerum intelliges gñe, quæ vel singula per se, & priuatim immundos reddit, vel inexplicabilia quæq; facinora quæ in ipso concubitu admittuntur. Neq; vnus aliquis erat, qui fornicando deliquerat, sed multi, & varijs ac detestabilibus impudicitiæ modis. Cap. XIII.

ECce tertio hoc venio ad vos: in ore duorum vel trium testium stabit omne verbũ. Deute.17. Matth.18

Queadmodum deus multa ad suppliciũ cõminať, sic eius imitator Apl'us, multa ante testatur, subditq;: Vt eñ ex scripto cõstat, in duoꝝ triũve testium ore, hoc est, testimonio, oñe verbũ statutũ. i. omne q̃d ambiguũ est, cõfirmatũ iri, sic & in tertio meo aduentu, q̃dcunq; sum comminatus, stabit, & aduersum vos cõfirmabiť, nisi vos pœniteat cõmissoꝝ. Pro testibus aũt suã posuit frequentẽ ad eos ꝓfectionẽ. Prædixi eñ & prædico, vt præsens vobis, & nũc absens his, qui añ peccauerũt, & cæteris oñibus. Qm̃ si venero iterum, non parcã. Et p̃dixi (inqt) & rursum p̃dico. Nã queadmodum cũ secundo me ad vos cõtulissem, sum hæc præsens p̃fatus, ita & in p̃nti p meas has literas, ꝓclamans denuntio his, qui præteritis sunt peccatis obstricti, tanq̃ correctiõe indigẽtibus: cęteris vero, ꝓinde ac testibus. Q̃d si postliminio ad vos concessero, non pœnis afficiã dixit, sed non equidem parcã, mitiori vsus, & quod patrẽ deceat, verbo. Si itaque inemendatos dep̃hendã, haudq̃q̃ vltra, quæ vos manent tormenta distulerim. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Indignabundus sane & ira succẽsus, eos alloquiť, q̃ se vt imbecillũ & con-

temptibilē aspernarent, perinde acsi dicat: Qm̄ periclitari iam vultis, vtrum in me Christus inhabitet, & idcirco me vt infirmū & destitutū à Christo vulgo iactatis, intelligetꝫ plane, si incorrecti estis adhuc permansuri nec nè. Oñdit insuper spiritalia esse quæ dicat, eoq́ꝫ & formidanda quæ cōminetur, vt tāquā Christi sint dicta quæ loquit. Nec ꝓpterea hos castigabat, tanquā experimentū his allatur⁹, sed quia insanabilit illi deliquerāt. Si itaqꝫ vobis (inquit) pœnas cogar & tormēta ingerere, re ipsa q̄d quæritis experimentū, intelligetꝫ. Qui in vobis nō infirmatur, sed potens est in vobis. Cur in vobis adiecit, cum cōstet Christum oībus esse in rebus potentissimū? Quia par erat hos diuinā in se potentiā experiri. Ait itaqꝫ vel ab his quæ iā ipsis experimētis ꝓfecto cognoscitis, quia nihil sit in vobis infirmior Christus, quē iā accepistis, sed potēs & validus. Vel quia in hac vita cū liceat vobis errata corrigere, suas in vos vires oñdit, vrgetq́ꝫ in præsenti, & vexat, vt in futurꝰ venia donet. In infideles vero vim suam oēm ē effusur⁹ cū iudicatur⁹ aduenie t. Significat p̄terea quēadmodū & ipse sit delinquentes supplicijs affecturus, quæ alioqui non ab se, sed à Christo domino inferentur. Nā & si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei. Etsi his dictis perturbent plerīqꝫ, existimantes præ infirmitate, hoc est, impotētia, Christū cruci fuisse affixū, notificant tamen & corporis esse infirmitatem, & mētis. Et hac quidem multos ægrescere, quorꝫ fides & putris est,

Roma.14 & infirmior, vt alibi Paulus: qui fide infirmant suscipite. Porro insidiæ, discrimina, & ignominiæ, infirmitatis hoc

Supra.12. nomine designantur, vt illud: Delector in infirmitatibus meis, & eiusmodi reliqua. Secundum igitur postremam hanc infirmitatis significantiam, præ infirmitate dominus fuit in crucem sublatus, perpessus insidias, discrimen, & ignominiā. Hæc nanqꝫ vidētur præ imbecillitate infer

1 Cor.1 ri & impotentia. Vt enim stultitiam Paulus prædicationem appellat, non quod ita se habeat, sed quia id incredu

li opinent & infideles: sic & infirmitatis ob causam dñm ait patibulo fuisse suffixum, qa & infideles opinarent, nõ quod vlla illi inesset infirmitas. Viuit autẽ ex dei virtute, hoc est, patris vel sua. Sũt em̃ filio quę & patris cõmunia, & patri quę filij. Quo fit, vt vna insit vtrisq; (qui vnũ sunt) & eadẽ virtus. Quin potius filius patris est virtus, ergo & filius semet suscitauit, vt dixerat: Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Hęc oĩa eo intulit Paulus, vt Corinthios pertinaciæ & insolentiæ admoneret, q; se paruifacerent, perinde acsi persecutionibus & insidijs agitatũ, existimarẽtq; ex impotẽtia quadã eum hæc perpeti. Ostẽdit itaq; & dñm nihil noxium fuisse ex eiusmodi infirmitate perpessum. Nam et si nos infirmi sumus cum illo, sed viuimus cum eo ex virtute dei in nobis. Hoc est, psecutionibus premimur & affligamur. Hæc q̃dem infirmitatis vident plerisq; indicia. In ip̃o, hoc est, in ipsius gratia, & sui noĩs prædicatiõe. Sed quemadmodũ illi nihil insidiæ obfuere, ita & nos inoffensi manebimus. Neq; id solũ, qui & cũ eo simul victuri sumus, hoc est, insuperabiles deprehendemur in vobis: hoc est, ad vestrã vtilitatẽ, pinde acsi id eos pterrefaciens dicat. Etsi vobis videmur ipsi infirmiores, in vobis tamen nos viuimus. i. si nihil in melius profeceritis emendati, erimus ad vos castigandos superstites. Vosmetipsos tentate si estis in fide, ipsi vos probate. At quid de me dixerim, quia in me loqt Chr̃us, vtq; & si ptãs sit mihi & vis affligandi, cruci tñ affixũ sectat⁹, nihil vr̃a disqro: etsi vosip̃i velit; diligẽti cura rimari, & vr̃a facta expẽdere, Chr̃m in vobis spectabit;, si fidẽ estis pfectiorẽ adepti: Vel si id min⁹, simplicẽ tñ aliquã erit; & tenuẽ cõsecuti. Credẽtes nãq;, tunc temporis miracula factitabant. Vel fidem signorum dicit, quam magis singuli vendicabant. Fit itaq;, vt si in vobis discipulis adstruatur Christus inesse, lõge magis & in me pręceptore est permansurus. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Jesus in vobis est. Iohan. 2

Nisi forte reprobi estis. Hoc est, ni forte ex signorum gratia excidistis, quam olim exceperatis. Arguit autem ipsos corruptos esse his vitæ bonis. Nam & si plerique fidem haberent, edere tamen miranda non poterant: vtpote qui vita essent & moribus deprauati. Inquit igitur, vti perspicuum est, nullam habetis vestri cognitionem, neq; quod in vobis sit Christus sentitis. Nec manet quidem ille in vobis, qui reprobi vita estis. Nec tamen istorum aperuit scelera, ne eos incesseret acrius, sed posuit quod dixit, ambiguũ. Spero autem quod cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. Ingentes vel hinc comminationes impendent. Quoniam (inquit) experimẽtum vultis ex vestris pœnis accipere, spero equidem nec ingeniũ defuturum, quo minus me non reprobum esse apud vos patefaciam, nec ex signorum & virtutis gratia decidisse. Vel aliter: Non enim ipsi in vita sumus corruptiores, vt à nobis defugiat Christus, sed vitę ob probitatem hic apud nos habitat: & qui inter vos contumaces sunt, tormentis afficiet. Oramus autem deum, vt nihil mali faciatis, non vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonum est faciatis. Attende Pauli in eos charitatem. Contemptui apud eos erat, & contumelijs incessebatur, tanq̃ nullius esset momenti vir, & nihil virtute, sed epistolis niteretur iactabundus & insolens. Nũc vero nõ solum differt illorum debitas sceleribus pœnas, quin & p̃cibus postulat, vt nihil vnquam delinquant, ne ipse è meritis inferre pœnas cogatur. Non enim studeo (inquit) vt videar probus, ob idq; & alios castigandi assequar facultatem, sed vt ipsi quæ recta sunt, continenter agatis. Vtiq; & si in aliquod fueritis crimen prolapsi, vos eius pœniteat, & ego vt reprobus sim: hoc est, vt videar multis infirmus & impotens, vtpote qui nullam in vos animaduertendi occasionem inuenerim. Neq; enim vero reprobus futurus erat Apostolus, sed probus & innocens esse comperiebat. Nam sic discipulos ad fidem erudiebat, vt à pra-

uis omnino abstinerent facinoribus,hortaret. Sed ideo vt reprobus ego sim,dixit,quia istiusmodi esse hũc illi existimarent. Non possumus enim aliquid aduersus veritatẽ.Ne ad gratiã videat hæc loqui,sic inquit: Mẽte placatiori id equidẽ exequar,non superba & insolenti.nã si imparatos vos esse deprehendero,& nil cõmunitos,sed obnoxios crimini,etsi haudquaq̃ nobis satis viriũ ad vos castigandũ suppeteret,vel id aggrediẽtibus nobis,opẽ allaturus est deus. Hanc enim ille nobis contulit facultatẽ, vt verã feramus sententiã,& veritati nihil aduersantẽ.Is enim pro veritate sententiã tulerit, qui sontem & noxiũ tormẽtis affligit. Veritatẽ vero aduersus ille decernit,qui nil delinquentẽ afficit pœnis. Gaudemus enim qm̃ nos infirmi sumus,vos aũt potẽtes estis.Iterato ostẽdit se Corinthijs esse animo cõiunctissimũ. Inquit enim: Nequaq̃ ęstimetis,qa vel si nullis sitis pecccatis obstricti, eo me non posse quid valeã virtute ostendere.Ergo id doles,dicet aliquis?Nequaq̃,quippe qui maxime lætet cum infirmior sum.hoc est,inualidus & infirmus existimor. quia nihil virium valeam alios castigando præferre. Vos vero sitis potentiores,hoc est,virtutibus præditi, & q̃uis crimine vacui. Hoc & oramus vestrã consummationem.Non mõ(inquit)id velim,qn & votis nitor & p̃cibus,vt innocẽtes vosipsi & perfectos exhibeatis,& ita vt nullã cuiq̃ detis vos incusandi occasionem.Consummationem aũt perfectiõem dicit.Ideo hæc absens scribo,vt non præsens durius agã secundũ potestatem quã dñs dedit mihi in ædificationẽ,& non in destructionem.Postq̃ hos plurimũ comminando iam perculit,excusans inq̃t,ideo ad vos istiusmodi vel absens scribo,quia mallẽ solis literis hanc meã terminatũ iri duritiẽ,non re p̃ferri.Nã si nondũ edomitos vosipse & emẽdatos cõperero,acrioribus necesse erit vos pœnis afficiã: q̃nquidem potestatẽ hãc mihi cõtulit dñs.Quibus ex dictis ostendit suo noxios interuentu dñm cruciare. Argu-

ens aūt se nil cōcupiscere in eorum tormentū istiusmodi vsū licentia, non in destructionē, sed in ædificationē adiecit, velut dicat: Dñs quidem in primis haudquaq̄ vult vel destruere, vel tormētis quenpiā diuexare, sed ædificare, hoc est, afficere beneficijs. Alioqui his qui corrigi nequeunt, si exitium inferat, ædificationis loco habēdum est. **De cætero fratres gaudete.** Ipse (inquit) peregi quod mea interfuit: reliquum est, vt & vos conferatis q̄ vestra sunt, videlicet, vt correcti & emendati, ex recti conscientia vobis lætitiā compareτis, nequaq̄ proculdubio defiturā, tāetsi iniucunda & tristia vobis differui. **perfecti estote.** Hoc est, perfectionē asseq̄mini, cum ea q̄ recta sunt senti endo, & dogmata veriora sectādo, tum vita & moribus vosmet excolendo, q̄ vobis desunt supplete. **exhortami ni,** Cū plurimæ essent tentationes & pericula, exhortami ni, inquit, hoc est, & propria & mutua quadā exhortatione ad meliora nitamini. Apprime em̄ recti conscientia, consolari nos solet. **idipsum sapite, pacē habete.** Vel id quidē in priori epistola ab his exegit Apostolus, cū factionibus illi intenderent. Est aūt idipsum sapere, idem de fide & dogmatibus ipsis sentire: Habere aūt pacē, mutua se charitate cōplecti. Vtrunq; itaq; à Corinthijs ipsis deposcit. **Et deus pacis & dilectionis erit vobiscum.** Non solum cōmonefacientis officio fungit, sed cōprecantis, tāetsi nihil hoc loco his videat precari, sed prędicere q̄ deinceps futura sint, videlicet si vos pace vtemini, vobis affuturus est deus. Dilectionis aūt hic dicit, vel qa charitatis fons sit & origo, vel qa immēsam erga nos quandā prę se ferat beneuolentiā: vel quia vbicunq; fuerit amoris con iunctio, ibidē & deus adsit necesse est, & charitatis huiusce tenere appareat principatū. Pacis autē dicit deus, & qa ex eo ortū pax habeat, & quia cælestia & terrena pacauerit, tū quia eā dñationis iure possideat. **Salutate inuicē**
Matt. 26. **in osculo sancto.** Nō ficto & subdolo, vt Iudas ē Christum deosculatus. Idcirco em̄ osculum exhibemus, vt ma

iorem in modum accendamus beneuolentiā, q̄nquidem præ cæteris membris, os ipsum deuinciat animos. Quin-etiā domū peregre redeuntes, vt animoꝶ pręferamus cō-iunctionē, ore exosculamur. Vel aliť: Cum em̄ dei nos tē-plum præferimus, os q̄dem quod huius est tēpli vestibu-lum, deosculamur. Per idipsum p̄terea & Christus ingre-diť, cum sacrosanctum sumimus corpus. Salutāt vos sancti oēs. Pręsentes q̄dem per osculū, absentes vero ap pellatione & scriptis impartita salute, facit coniūctiores. Quin hos etiā ipsum os copulat. Ab ore nanq; & saluta-tio profluit. Gratia dn̄i nostri Jesu Christi, & chari tas dei, & cōmunicatio sancti spiritus, sit cū omi-bus vobis, Amen. Post q̄ vniuersos charitate, osculo, & salutādi officio copulauit, cōprecatur & his pro sua cō suetudine filij gratiā, q̄ nullis n̄ris operibus, sed sua sola be nignitate, morte adita, nos saluos effecerit, & patris præ- *Tit. 3.* terea charitate donarit, q̄ nos ille enixe adeo cōplexus ē, *Iohan. 3.* vt nostri gr̄a traderet vnigenitū. Nec secus q̄ si à quopiam hmōi rogareť Ap̄lus, vnde ergo filij gr̄a procedit? Sic ait: Nempe ex patris charitate. At quid ille peregit? certe spi-ritus sancti communicationem, hoc est, ipsius sp̄ūs q̄ su-mus sanctitatem adepti, participationem, & haustū. Ob paracleti in nobis aduentum, illius effecti participes, quē sp̄m̄ & nosipsi participando proferimus. Vbinā gentium sunt, qui eo esse sp̄m̄ negant, quia hunc in epistolarū sua-rum primordijs nusquā expresserit Paulus? sed ecce iam nunc apertissime sp̄m̄ nominauit, & trinitas tibi ex eo in-tegro numero redditur & explicatur. Per quā velim eq-dem, vt decreta ipsa seruantes percepta firmius veritate, degentesq; sine corruptione & labe, vitam nosipsos tuta-tum iri, vt in vero simus perfectiores, & vtrinq; recte no-biscum agatur, & perspicuum sit, perfecte in trinitate dei, perfectos nos seruos esse, cui gloria in seculorum secula, Amen.

Missa fuit e Philippis per Titum & Lucam.

ARGVMENTVM EPISTOLAE AD Galatas.

GAlatæ ſunt Græci. Hi uerbum ueritatis primum ab Apoſtolo acceperunt, ſed poſt diſceſſum eius, tentati ſunt a falſis apoſtolis, ut in legem et circunciſionem uerterentur. Hos Apoſtolus reuocat ad fidem ueritatis, ſcribens eis ab Epheſo.

THEOPHYLACTI IN PAVLI AD Galatas epiſtolam, prologus.

PAuli epiſtola hæc a principio fere ad calcem uſq;, animi commotione et ira oppleta eſt. Qui enim ſe in diſcipulos, caſtigatione indigentes, ſupra quam ratio poſtulat, indulgentiorem et mitem præſtiterit, haud ſane præceptoris boni officium explet. Nam
Matt.16. et dominus Petrum cum beatum pronuntiaſſet, mox et obiurgat, et diſcipulos ſtultitiæ arguit. Ad alios item Paulus ſcribens, ſeueritatem ſe-
Luce.24 ctatur, uti et in Corinthios egit, et nunc in Galatas præcipua utitur auſteritate. Cauſa autem cur ad hos ſcriberet, huiuſmodi fuit: Cum ex Iudæis qui credidiſſent, quia adhuc a patriis inſtitutis penderent, et inſtruere alios cuperēt, perſuadebant Galatis circuncidendos eſſe credentes, obſeruariq; et ſabbata et neomenias oportere aſſerentes: nec qui apud Petrum eſſent apoſtolos, hæc prohibere. Et ſane nil hi prohibebant, non quod ita faciendum decernerēt, ſed ut illorum condeſcenderent infirmitati, qui nuper et fidem excepiſſent, et quibus ipſi euāgeliū prædicarant. Paulo autem qui gentes prædicādo ad fidem formaret, nequaquam erat neceſſe ut huiuſmodi indulgentia uteretur, ſed hanc ut op-
Actu.16. portunum erat, de ſe præſtabat. Nam et Timotheum circuncidit, et
Actu.21. ipſe pro lege purgatus eſt. Seductores tamen illi cum cauſas nullas pro ferrent, cur Petrus et qui cum eo eſſent id agerent, imperfectioribus circumuentis, id quidem Paulum carpendo iactabant: Quod alias ſcilicet circunciſionem permitteret, et alias tolleret, uarieq; item et inconſtanter alia atq; alia prædicaret, nec ullam eſſe illi fidem præſtandam, qui nec Chriſtum uiderit, nec Chriſti fuerit, ſed apoſtolorum diſcipulus: Eſſe autem omnino admittendos, qui apud Petrum diuerſarentur et propriis oculis Chriſtum ſpectaſſent. His itaq; commotus apoſtolus componit epiſtolam. Et primum quidem ad ea ingenii uires intendit, quibus illi ſuam cōſcientiam offendebant, aſſerentes alios quidem Chriſti eſſe, ſe uero apoſtolorum diſcipulum. Vnde hūc in modum orditur:

PAulus apoſtolus,nõ ab hominibus,neque per hoĩem. Confutat initio ſtatim, ſeſe non hoĩm eſſe diſcipulũ,q̃d illi obiјcerent:neq; eñi ab hoĩbus,ſed ſupne eſt & cęlitus euocatus:neq; per hoĩem,ſed per Chriſtũ. Quę etſi homo quidẽ baptiſmi aq̃ abluerit,nõ tñ prior ad fidem vocauit, Actu. 9.
ſed è cælo Chriſtus exciuit. Quęret aliquis,cur nõ Paulus dixit,vocatus apoſtolus,ſed apoſtolus dũtaxat? Quoniã erat apud oẽs iã ſermo vulgatior,fuiſſe hũc per hoĩes in apoſtolũ confirmatũ. Id itaq; nequaq̃ ſe ita habere, contradicendo Paulus obluctaĩ & negat. ſed per Jeſum Chriſtũ, & patrem, qui ſuſcitauit eũ a mortuis. De- Actu. 13.
ſignant haud dubie apoſtolorum Acta, per ſpm̃ ſanctũ Paulum ipſum ſegregatum ad apoſtolatus munus fuiſſe. Vnde & liquido patet, eandẽ eſſe filij,ſpũs, & patris poteſtatẽ. Nota aũt & per patrem adieciſſe, & prius filiũ poſuiſſe, hæreticorum ob cauſam, qui hmõi ſuperuacanea, vel diligẽti cura diſquirunt. Oportune pterea & mortis meminit, & reſurrectionis, vt his perſuadeat, non eſſe amplius veteri lege intendendũ: vtpote q̃ nil inducat q̃d eis ſit profuturum, ſed Chriſto vacandũ, qui eorum ſalutis gratia & obierit mortem, & poſtmodũ reſurrexerit: moneatq; ab eo, q̃ tã maxime ſit de ſe bñmeritus, aliq̃n deſciſcere, ſummę eẽ ingratitudinis argumentum. Eo autem dixit, patrem filium ſuſcitaſſe, vt infirmiores & labantes confirmet. Et q̃a patri non oĩa accenſentur quę filius egerit, neq; eĩn impotens erat ſeipſum à mortuis excitare, qui mortuos reducẽ- Actu. 5.
di ad vitam, vel ex ſola præſentia & corporis vmbra, in ſe credẽtibus prębuerit facultatem. & qui mecũ ſunt oẽs fratres. Cum hũc aduerſarij carperent, quia velut ſolus & conſulto nemine huiuſmodi prædicaret, oſtendit alios ſe pleroſq; habere, qui ſuæ ſint mentis participes. eccle-

siis Galatiæ. Attende q̃ acriter Paulus & aĩo erat commotus, et vrgeret dolore. Non eñ(vt in alijs cõsueuit epistolis)dilectis p̃fatus est, & sanctificatis: neq; dei ecclesijs, sed Galatiæ simplicit̃ dixit. Et iure quidẽ. Nã cum factionibus essent & dissidijs illi intẽtiores, idcirco & his plures adscribit ecclesias. i. plures diuersosq; & dissidentes cõuentus. Simul etiã vt occasiõe obiecta, qua hos oportebat instabilitatis pudere & inconstantiæ, ecclesiarum hoc noĩe, in vnũ cogat redire dispersos. Non eñ hi possunt, q̃s constat inter se plurimũ dissidere, ecclesiæ appellatiõe merito nũcupari, q̃ concordiã & conuentionem designat. Gratia vobis & pax. Cum ex priscæ legis attentione in discrimẽ venissent ex gratia dilabendi, hanc illis precat̃, optatq;. Et q̃m infensos se deo & hostes reddiderant, quia legem quã ille iam abrogarat, adhuc sectarentur, & affirmarẽt, ad pacem eos reduxit. a deo patre. Hauddubie in genitorẽ nobis effectus est deus. Verum qua ex re? num ex lege, cui vos inhiatis? an à Christi baptismo? Cur igitur aduersi, beneficia afferentẽ contemnitis? & domino nostro Jesu

Matt. 1. Christo. Nomen vtrunq; beneficentiam præfert. Iesus nanq; saluator dicitur, q̃m à peccatis exemerit populum, & saluum effecerit. Christus vero vnctus interpretat̃, vt q̃ spiritus sit vnctione oblitus, & nostri ob gratiam, cognomenq; nobis suo ex nomine reliquit, & mortalẽ hanc sanctificauit naturam. qui dedit seipsum pro peccatis nostris. Ecce vt seipsum tradidit filius, non in serui mo-

Roma. 8. rem quicq̃ hic gessit. Cum igitur audis à patre fuisse hunc ipsum oblatum, & beneplacitum id patri, & sic voluisse illum intellige. Se autem dedit, vt nos peccatorum solueret vinculis, à quibus lex ipsa non poterat liberare. Cum igit̃ (inquit) destituto liberatore, legi intenditis, quæ nihil potest vtilitatis afferre. vt eriperet nos de præsenti seculo nequã. His dictis prosiliunt Manichæi, dicentes: Ecce nunc Paulus præsens hoc seculum, vel vitam hãc nostram, nequitię arguit, quod tñ longe est secus. Non enim

aliquid inest diebus hisce suapte natura malignitatis. Nã quid potest vel solari illi decursui, vel dierum his interuallis inesse nequitiæ? Quinetiam neq; vita hæc nostra & aura quam spiramus, aliquid in se cõtinet prauitatis, in q̃ & dei habemus cognitionem, & de futuris philosophamur. Sed nequam seculum prauas ipsas actiones appellat, & corruptos animi appetitus. quemadmodũ vsurpare istiusmodi dictum solemus: Malum nactus sum diem, non tempus ipsum, sed discrimen & quæ obtigere aduersa, culpãtes. Neq; enim vt nobis exitio esset, vel ex præsenti hac tolleret vita, mortẽ oppetijt Christus, sed vt à prauis nos eruat in reliquum facinoribus. Nam & illud quod dixerat supra, pro nostris seipsum obtulit ille delictis, ita interpretantur, hoc est, moriens ab his quæ olim commisimus liberauit. Ait igitur, vel tutiores nos fecit, vt eximat ab improbis vitæ huius operibus. Lex vero neq; præterita aboleuit delicta, neq; aliquid habet ad futura potentię. **Secũdum voluntatẽ dei & patris nostri.** Cum illi existimarent lege obmissa, nequaq̃ se deo obtemperaturos, eorum mox corrigit præsumptã suspicionem, demõstrans deo libitũ esse, vt per filiũ liberemur. Vides quemadmodum non ex patris iussu, sed voluntate dixerit dei, hoc est, quod deo sit beneplacitũ. Cũ aũt & patrem nostrum deũ appellat, rursum bñficia in nos conferentis cõmeminit Christi, qui patrẽ suum & nostrũ effecerit. Cur ergo ab eo deficitis, q sese erga nos tantopere liberalẽ exhibeat? **cui est gloria in secula seculorum, Amen.** Cũ Amen nullibi in exordijs antea posuisset Apl'us, hoc loco adiecit, indicãs orationẽ consummatã esse iam sibi, & satis ad Galatarum incusationẽ esse iã dictũ. Cõmemoratis qppe iexplicabilibus dei muneribus, quibus hi ingratitudinis cõdemnant, qa Chr'm destituissent de se benemeritũ, deinceps & diuinã munificentiã admiratus, quam verbis extollere nõ poterat, ampliori in dei laudẽ orõne concludit. **Miror quod sictã cito transferamini ab eo qui vos vo-**

cauit in gratiã Christi. Ostendit magnam quandã de Galatis opinionem se præsumpsisse. Miror em̃ inq̃t, q̃ tm̃ insumpsistis in fide laborẽ, fuisse tam celerrime immutatos. Duob' sane modis sunt hi incusandi, & quia diuerterint alio, & q̃a ocyssima adeo fuerit illorũ defectio, vt ad fallendum nulla indigeant temporis dilatione seductores. Quod certe horum arguit leuitatem, qui illorum deceptionibus paruissent. Neq; em̃ transpositi estis dixit, sed transferamini, hoc est, nõdum crediderim, neq; existimo istiusmodi hoĩm fallẽdi artes finem fuisse iam cõsecutas, & circunuenire iã desiuisse. Vide quãprudent̃ hęc tractet Apostolus. Nã cũ crederẽt illi legi inhærendo se posse & patri gratificari, asserit quemadmodũ à patre desciscant qui legi vacent. Ab eo nãq;, qui vos inquit, vocauit, tã cito vos transferamini, hoc est, à patre in gr̃a Christi, vt à Christo videlicet iustificemur, & eius ex gratia nõ nostris operibus. Filius quippe delictorũ veniã in gratia prębet, pater vero ad eã nos euocat. in aliud euangeliũ quod nõ est aliud, nisi sint aliqui, qui vos conturbãt & volũt conuertere euãgeliũ Christi. Cum suas deceptiunculas seductores illi euangelium esse adstruerent, euãgelico nomini insistit Apostolus, aitq; aliud nullum euãgelium esse id, præter q̃d vos accepistis. Vnũ est em̃ q̃d rectã cõtinet fidem, quod nos prædicauimus: ni forte aĩorum vestrorum obtutus perturbent̃, rogantq; quasi q̃busdam præstigijs, alia vos pro alijs conspicari, adnitentes à proprio sensu ad falsa diuertere. Tametsi non oĩa q̃ euangelio continentur, illi præuerterent, sed de sabbato duntaxat & circuncisiõe vetus illud mandatũ desitũ iamdiu, reducerent. Ostendit itaq; Paulus, vel si paululũ fuerit euãgelium immutatum, totum corrũpi. Queadmodum dici de regio nummo potest, qui vel leuiter circuncisus, totus adulteratur. Atqui pleriq; id factum parui existimant, dicuntq; non magni esse momenti, vel idipsum asserere, q̃d illi induxerint: Ipse vero acerrime duxerim horum esse

opinioni obstandū. Arripient nāq; id dictū Marcionistæ, dicentq; nequaq̄ esse q̄tuor illa ab euāgelistis conscripta euangelij volumina admittēda, pinde acsi qui confundēdo nonnulla, demendoq; ea composuere, sed vnū & solū suscipiendum, q̄d Paulus hoc loco euangelium dicit. At quid illud? Et nos itē q̄tuor illa ꝓ eorꝫ cōuenietia vnum eē asseueram⁹. Neq; eñ hoc loco de voluminū numero, sed de varietate ac differētia disserit Paulus. Quia dissentiunt (inq̄t) int̄ se, & seductoribus euāgelia p̄dicantibus. Sic itaq; dep̄henditur quidem, & plane conuincit̄ manifestissima Marcionis hæretici deliratio. **Sed licet nos, aut angelus de cælo euangelizet vobis, præter q̄ quod euangelizauimus vobis, anathema sit.** Ne q̄s forte obijciat inanis gloriæ cupiditate Ap̄l'um sua dogmata extulisse, & seip̄m cum cæteris, si id ageret, detestat̄. Et q̄m hi ad eos confugiebant, q̄ dignitate p̄cellerēt, & vitā cum Petro & Iacobo duxerāt, eosdēq; cæteris longe p̄ferrent, ꝓpterea angelorꝫ nunc meminit, & de cælo adiecit. Cunq; & sacerdotes angeli vocarent̄, sup̄nas potestates expressit. Neq; eñ si cōtraria solum p̄dicauerint, intulit, sed si euangelizauerint, id præt̄ q̄d ipsi euāgelizauimus, hoc est, si plusculum q̄dpiā ipsi adiecerint, execrationi subdant̄. Cū itaq; vel angelos detestat̄, si modo alit̄ prædicarēt, q̄uis aliā vult, vel hoc ipso obstringi anathemate dignitatē. Se vero cū execrat̄, nec familiaritate coniunctis vel amicis parcit. Nec mihi obieceris (inq̄t) meos ap̄l'os, alia atq; alia prædicare: q̄n quidem nec meip̄m exe merim, si aliquid id præt̄ q̄ prædicatum est, addidissem. Hæc aūt non vt ap̄l'os ip̄os cōdemnet adiunxit, sed vt eorum q̄ hisce erroribus tenerent̄, ora obstrueret, ōnderetq; nullā esse dignitatis rationē habendā, vbi de dogmatibus ipsis & fide agat̄. **Sicut prædiximus, & nūc iterꝫ dico, si quis vobis euāgelizauit, præter id quod accepistis, anathema sit.** Ne forsan existiment illi, vel p̄ ira hæc Paulū, vel gloriæ gr̄a vendicandæ dixisse, iterato Mala. 2

eadem illa exponit, indicās nō temere & incerto iudicio, sed vera animi sententia, firmiter hæc apud se decreuisse. **Modo em̄ hominibus suadeo, an deo, an quæro hominibus placere?** Futuꝝ est, vt obiecta, q̄ tum fuerat insimulatus, excuset. Ne itaq; illi, pinde acsi in iudiciū cū præceptore contendat, efferant, sic inq̄t: Neq̄q̄ existimetis me vobis vel rn̄surum, vel id eniti & quærere, vt psuasos vos reddā. q̄n potius meus oīs ad deū intēditur sermo, q̄circa neq̄q̄ id scripserim, quasi per vos cupiā mihi laudē parare, vel vt discipulos cōpararem, sed ideo id scripsi, q̄a deo sum rōnem de decretis ipsis & euāgelio redditurus, eoq; nec velim hoībus gratificari. Vel alit: Cū eum carperēt multi, tanq̄ alia ꝓ alijs p̄dicaret, accōmodaretq; se hoīm volūtati, sic ait: Nunqd hoībus psuadere studeo & illis placere, an deo morem gerere? Si em̄ vellem placere mortalibus, facerem ꝓrsus quæ ipsi obijcitis. **Si adhuc hominibus placerē, Christi seruus nō eēm.** Confirmat quemadmodū ad hominū gratiā nil facere se studeat. Dicet aliquis, Qui em̄ fieri poterit, q̄n hic blandiendo, non hominū aucupet̄ bn̄uolentiam, vel diuersa aliis item aq̄talijs p̄dicet? Si hmōi (inquit) rebus incumberē, nunq̄ ipse à Iudaicis desciuissem: vel Christo deniq; adhæsissem: neq; necessitudine mihi & beneuolentia coniunctos, vel tm̄ gloriæ contēpsissem, vel psecutionibus malu issem & piculis obiectari, & ignominijs. **Notum enim vobis facio fratres euangelium, quod euāgelizatum est a me, quia nō est secundum hominem.** On̄surus quemadmodū hauddubie legē deseruissent, anteactæ meminit vitæ & immutationis tā repentinæ, indicans, neq̄q̄ potuisse se tā subito immutari, ni diuinit⁹ certius aliq̄d cōperisset. Idcirco inq̄t: Non em̄ ē scdm hoīem euāgelium meum, hoc est, nō hominem habui instructorem, sed Christi ip̄ius sum factus discipulus. **Neq; enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Jesu Christi.** Id nāq; aduersarij obie-

ctabant, nequaq̃ Paulũ vt cæteros ap̃los Christũ ꝓprijs auribus audiſſe docentẽ, ſed accepiſſe ab hominibus cuncta. Inq̃t igit̃, Ille idẽ & mihi euãgeliũ reuelauit, qui Petri cõtubernales inſtruxit & ſocios. Audiſtis em̃ conuerſationem meam aliq̃n in Judaiſmo. Vñ liquet, ſi q̃ras, euãgelium per reuelationem me accepiſſe? Nimiru ex priſtina meæ vitæ conſuetudine. Nã q̃ pacto, qui tã acerrimus fuerã eccleſiæ perſecutor, repente adeo animũ immutaſſem, niſi mihi diuina maieſtas retexiſſet arcana, & furentẽ ad ſe traxiſſet? Quod autẽ tã acrit̃ dei ſim eccleſiã inſectatus, vel ex eo perſpicuũ eſt, q̃a & ad vos de me fama peruenit, q̃ tanto interuallo à Iudæa diſtatis. quoniã ſupra modum perſecutus ſum eccleſiã dei, & expugnabam illam. Aduerte vt ſingula magis amplificet. Neq; em̃ ſolũ perſequebar dixit, ſed ſupra modũ vniuerſam ſum eccleſiã perſecutus. Neq; eo contentus, ſed expugnabã, hoc ẽ, euertere cupiebã & tollere. Id em̃ erat perſeq̃ntis negotiũ. & proficiebam in Judaiſmo ſupra multos coætaneos meos in gñe meo, abundãtius æmulator exiſtẽs paternaꝝ meaꝝ traditionũ. Præ cæteris, inq̃t, q̃ mea erãt ętate, ardoris plurimũ p̃ me ferebã, ꝓficiebãq; bello, q̃d aduerſus eccleſiã dei ſuſceperã, & à Iudæis mihi maximi honoris deferebant̃. Nec mirũ, vt quẽ ardentiſſimũ viderãt paternaꝝ traditionũ & legis æmulatorẽ. Neq; em̃ exiſtimes Paulũ iræ vel odij, vel inanis glorię gratia fuiſſe eccleſiã perſecutum, ſed dei zelo & legis. Ignarus tamẽ, quam deo ipſi ingratũ facinus eſſet aggreſſus. Ait igitur, Qui enim fieri poteſt, vt qui talẽ me in Iudaiſmo præſtiterim, nunc cognita veritate, ob humanæ gloriæ cupiditatem alia atq; alia prædicem, nõ ea quę veritas ipſa depoſcit, & Chriſtus ipſe me docuit? Cum autem placuit ei, qui me ſegregauit de vtero matris meæ. Quæret aliquis, Si ex matris vtero in euangelium ſegregatus eſt Paulus prædicãdum, & à deo electus, cur myſterij diſpenſatione tamdiu eſt in Iudaiſmo reli-

ctus? Id scilicet, vt tam repens, illius immutatio & multis faceret fidē, & traheret ad Chrm multos. Segregauit aūt hunc non sorte deus, sed præscientia, vt quē dignū euāgelij præconē longe añ vidisset. **ꝛ vocauit per gratiam**

Actu.9 **suam.** Vocauit hunc deus sua virtute & gra. Vas nanq; electionis mihi (inquit) futurus est iste. Is vero pro hmōi grãæ munere à deo suscepto, humilior redditus, vocatū se dicit. nō ꝙ id fuerit ipse ꝓmeritus, sed qa ita sit diuinæ clementiæ placitū. **vt reuelaret filium suum in me.** Nō eñ mihi dixit, sed in me reuelaret, arguens nō verbis solū se hunc didicisse, sed corde interioris hoīs scientia circunfuso, & Chro in eo loquente, multo spū fuisse imbutum. **vt euangelizarem illum in gentibus.** Reuelauit mihi & filiū, vt non mō eū his oculis cernerē, sed ad alios etiā illius nomē pferrem. Nec solū qa in eum crediderim, dei effectum est gra, sed vt ab eodē etiā cōfirmarer: Cur ergo me dicitis ab hoībus fuisse instructū? Nec simplicit vt euāgelizarem hic dixit, sed in gentibus, pinde acsi inqat: Si eñ ad gentes erat illius nomē p me deferendū, q̄ pacto & gentibus circuncisionē pdicauerim? **continuo non acquieui carni ꝛ sanguini.** Hoc ē, neq̄q̄ me ad aposto los colloquēdi gra contuli. Hos nāq; carnē vocat & sanguinē, à natura eos denominans. Vel simplicit de vniuerso hoīm gñe loquit, pinde acsi dicat, à nemine ipse mortaliū quicq̄ pdidici. Vel forte de necessarijs & sanguine sibi coniunctis nunc dicit, qa nulla illoꝝ habita rōne, ꝓtinus se ad Chri nomen vulgandum cōtulerit. **neq; veni Jerosolymam ad intercessores meos apostolos.** Cur Paulus his vtit verbis, num adeo erat cæcitate offusus, vt satis se tantæ rei facturꝰ virtute ꝓpria existimaret? Nec crederet vllo se indigere ad eā rē cōsultore? Cur eñ

Prouer.3 dicentem illum non intellexit? Ne sapiēs sis apud teipm?

Isaie.5 & heu qui sibijpsis sapientes vident? qd tñ procul à Paulo abfuit, qui hæc dicere cogebat. Nō quo se magnificaret, sed vt detractores frenaret, qui passim iactarent præt se

reliquos non esse sectandos apl'os;q vel ipsum dignitate praecederent.erat qppe nil ęquum, vt qui deum habu erat instructorē,humanę demum doctrinę studeret.Nō igit arroganť hoc loquit, sed vt praedicationis patefaciat dignitatē.Concessit tñ & Ierosolymā longe post,non discendi grā,sed alijs psuadendi.Deinde haudq̄q̄ statim reuertit,in ipsis videlicet fidei susceptae primordijs,sed longo post tpe repetijt Ierosolymam, & tunc quidem psuadendae fidei gratia. sed abij in Arabiam,& iterum reuersus sum. Incultiora sane hęc loca & pene agrestia peragrabat. Nam si fuisset apud apostolos commorat⁹, poterat forsitan eius praedicatio interpellari,ne celeriter adeo euangelium vulgaretur:& ideo ad rudiores gentes & loca minus exculta,se conferebat. Attende Pauli humilitatem,qui ciuitatibus & locis enumeratis,in quibus euāgeliū praedicasset,neq̄q̄ expresserit, quot hoīm millia ad fidem traduxit. Qui vel Damasci Iudaeos adeo confundebat,vt vel à praeside ciuitatis perpessus insidias sit. Fit ergo vt haudquaq̄ iactātiae & laudis gratia dicat,quae videtur de se ingētia praedicare,sed ne illius praedicatio offendatur,si fides prędicanti sibi detraheret:q̄nquidem vilem eum & parui momenti dicerent detractores & discipulorum discipulum. Deinde post annos tres veni Ierosolymam videre Petrum. Vel hoc quidem praefert humilitatem,siquidem qui tantas res gesserat,ad Petrum se contulit. Non vtilitatis cuiuspiam gratia, sed visendi: vt eum qui esset aetate prouectior, veneraret & magnifaceret. Et quēadmodum ipsi viros sanctitate ornatos visum procedimus,tametsi ipsi id agimus, vt aliquid virtute proficiamus,ita & Paulus honoris duntaxat gratia vt Petrum spectaret,accessit. & mansi apud eum diebus quindecim. Quod Petrum hic viseret,delatum praetēdit honorem. Quod secum manserit, charitatis & summae amicitiae argumentum. Nō enim ab eo edoctus sum aliquid dicit,sed apud eū dies quindecim mansi,hoc

Infra.2

Act.9

est cũ eo. alium aũt apostoloꝝ vidi neminem, nisi Iacobum fratrem dñi. Petrum spectandi cupiditate Ierosolymã iuit, adeo illũ venerabat & coluit. Vidit præterea & Iacobum, quẽ honoris causa dñi fratrem appellat, tãetsi erat necessitudine dño iunctus, ꝓpinquitate ac vulgata q̃dam hominum opinione. Cleophas nãq; & Ioseph germani fuere. Cleophas nullis relictꝭ liberis, vita excessit. Huic semen excitauit Ioseph, suscepitq; filios Iacobum & reliq̃s fratres, & Mariã quã Cleophæ esse, & Mariæ Chr̃i genitricis sororẽ, euãgeliũ asserit. In hac itaq; beatissima virgine tutãda patris curã exhibuit Ioseph, nõ viri affectũ seruauit. Quæ autem scribo vobis, ecce coram deo, q: non mentior. Tanq̃ esset pœnas in iudicio subiturus, ita verbis & oratione cõtendit, vt fide nõ indignus appareat, & veridicus depŕhendat. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudææ quæ erãt in Christo. Tantum autem auditum habebant, quoniã qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem. Cũ per causam Petrũ visendi Iudæã adiisset, ex ea rursum abscessit. Tum q̃a esset gẽtibus ad prædicandum iã destinatus, tum q̃a minus æq̃ animo ferret, fundamentis maximas moles imponere, quæ alij haud firma iecissent, & ideo inquit, erã equidẽ Christianis qui in Iudæa tunc versarent incognitus facie. Qui ergo fieri poterat, vt circuncisionẽ his prędicarẽ, q̃bus nõ essem ex facie notior? Ob id nãq; Pauli facta hi detrectabãt, quia in Iudæa de circuncisiõe iã prædicasset. Vñ hoc infert, duntaxat auditu perceperãt, quia ad Christum essem cõuersus, & hũc ipm mox ṕdicarem. & in me glorificabãt deũ. Vel humilitatẽ his prætulit dictis, q̃a nihil de se ad iactantiã dixerit, sed mirabant (inquit) meã cõuersionem & obstupebãt. Quo fit vt eã rẽ oẽm deo adscribat. Inquit eñ, deum glorificabant, & efferebant laudibus, qui rem tantam esset in me operatus. Cap. .II.

DEinde post annos quatuordecim iterũ ascẽdi Ierosolymam cum Barnaba, assumpto Tito. Ascendi autem secundum reuelationem. Prioris ascensus occasionẽ Petrus exhibuit, quẽ visere cupiebat: secundi reuelatio ipsa. Titum vero & Barnabã prædicationis suæ secũ vna testes traduxit, eo quod hæc res grata sit ap̃lis visa. & contuli cũ illis euangelium quod prædico in gentibus. Hoc est, q̃d absq; circuncisionis mẽtione p me p̃dicatur. Quęret aliqs, Quam obrẽ euangelium hoc tã longo post tẽporis interuallo cũ ap̃lis contulit, q̃d erat initio statim cum his conferẽdum, & intelligẽdum, vtrum recte an minime iter accelerarer? Esset vtiq; insipiẽtię accẽsendum, vt ei q festinus adeo curreret, & regiões tã multas iã peragrasset, si longe post p̃discẽdum fuisset, vtrum cucurrisset inuanum necne: At si ob id Ierosolymam repetebat, vt certior de ꝓprio cursu efficeret, visum esset id plane absurdius. Sed cum multos videret iri offensum, animaduertentes Petrum circuncisionem admittere, & se ꝓhibere, eoq; & legem præuaricatum existimãtes, ex sp̃us reuelatione iterato Ierosolymã petijt, sp̃ũ eodem vt eo pergeret suggerente, vt hi qui fuerant hac dissensione offensi, persuasum haberent, nihil à Petri prædicatione differre, q̃d ipse iã prædicasset: crederentq; qui circuncisiõem etiã permisissent, dispensatione q̃dam permittere: q̃nquidem & circuncisis euangeliũ prędicarent. Cur ergo id factum absurdum debet & iniquũ videri, prę sertim cum sp̃us ip̃e, alios tunc dirigendi gratia Paulum instigaret, vt iter Ierosolymam versus remetiretur? Seorsum autem his qui videbãtur aliquid esse. Quoniam erant, vt diximus, ea re permulti offensi, seorsum qui cum Petro essent, alloquit̃ Paulus, ne factio aliqua oriret̃, & acrior longe quã erat occepta, excitaret̃ discordia. Erant nãq; fere innumeri qui ægre ferrent, circuncisionem Ap̃lum inanem iam & superuacaneã reddi disse. Quocirca, si publice p̃dicantem hũc audissent, & eã Actu. 15

tollētem, nimirum tumultuatum forsitan p auditores de nicꝫ foret, & omnia obturbata. Propterea igitur seorsum concionatur, Titum habēs in testē & Barnabam, q apud oēs possent bona venia confirmare, cæteris apostolis visum, haudquaquam aliud prædicandum q̄ ipse iam prædicasset. Qui videntur aliquid esse, cum inquit, nequaq̄ his Apostolus imminuit dignitatem, sed eos potius vt sua, sic & aliorum sentētia comprobet, quēadmodum & de seipso iam dixerat: Qm̄ videor & ipse spiritum dei habere.
1. Cor. 7 Necꝫ enim id dixit, vt spiritum sese habere negaret, sed vt communem induceret opinionem id affirmātium. Qui videbantur autē aliquid esse, hoc est, qui magni sunt & præclari. **ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem.** Hoc est, vt eos commonefaciam quos ipse perculerim, nil prorsus inanē meum esse decursum: non vt ego ab his aliquid discam, quippe cui à patre, & filius sit reuelatus, & filij euangelium. **Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circuncidi.** Cum Titus (inquit) esset incircuncisus, haudq̄quā circuncidi compulsus est, quod sane maximo est argumēto, necꝫ apostolos ipsos, nisi dispēsatiōe quadam & arte, ne circuncisos fideles offenderēt, circuncisionem hanc permisisse, neve Pauli prædicationem detrectandi haberēt occasionem, cuius discipulus esset incircuncisus. **sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, vt nos in seruitutē redigerent.** Perinde ac si dicat, Non enim pro inductitijs fratribus circuncidi compulsus est Titus, hoc est vel si præsentes essent mihi qui aduersantur, haudquaquā illorum respectu, veri apl'i Titum vt circunciderent compellerent. Verum q̄ pacto falsos hos fratres, q a circūcisionem induxerint nuncupat, q̄nquidem vel hāc ipsam apl'i excepissent? Quia cū apl'i credentib⁹, longe antequā ad fidem venissent circūcisis, vt ad eorum solamen aliqd indulgerēt,

circuncisionẽ huiusmodi admittebant: vtpote q apud Iudæos & concionarent, & euangeliũ prædicarent, qui circuncisi iã erant, & lege in primis circuncisionẽ sanxissent, tanq̃ legẽ ipsam tutantes. quocirca falsorũ his fratrũ indi dit nomen. Quinetiã cũ subintrogressi sunt inquit, latẽtes illorũ prætendit insidias, eoq́ꝫ & libertatem hos nostrã explorasse affirmat. Vnde & hostes hos eẽ designat. Exploratores nanqꝫ dimissi, nihil ob aliud clandestino ingressu subeunt castra, nisi vt hostium perspectis conditionibus, delere illos & subigere queant facilius. Quod sane & hĩ factitabant. Nã quales essent circuncisi perscrutabanẽ, qui in Christo haberent libertatem, hoc est, qui nequaq̃ legi subiecti essent, vt eos deprehendant, cogantq́ꝫ circuncidi, & nos iterato legis seruitute obstringãt, qua Christus exemit. Inde igitur liquet, apostolos eo promisisse q̃ legis essent, vt pedetentim à legis subtraherentur seruitute: hi vero contra, vt seruitutem huiusmodi stabilirent, machinabantur. **quibus neqꝫ ad horã cessimus subiectioni, vt veritas euãgelij permaneat apud vos.** Nec verbo dixit, sed subiectioni: quippe qui id non instruendi nos gratia facerent, sed vt subactos redderent & seruituti obnoxios. Vnde & apostolis quidem non cessimus inquit, his vero qui circuncisionem inducunt, nequaq̃, vt firmiora permaneant & indubitata, quæ vobis ipsi iã prędicauimus. Cuiusmodi illa fuerint si quæras, hæc equidẽ dixerim: Et quia vetera trãsiere, & lex ipsa inanis sit & vacua reddita, & demum quia circuncisos nil vltra Christus admittat, nec iuuet. Illis itaqꝫ obsistendo docuimus vera esse, quæ vobis de legis vacatione prædiximus. Nolite ergo à veritate eiusmodi per me prædicata procul abesse. 2.Cor.5. 2.Cor.3. Galat.5.

Ab ijs aũt qui videbãtur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest: deus enĩ personã hominis non accipit. Q̃m nec immerito posset hoc loco quisquã hunc in modum occurrere, Cur ergo, si res ita se habet, vt inquis, circuncisionem apostoli iniũxe-

ad perfectionem deesset? Verum id hoc loco sentit Apostolus, videlicet, cōtra dexteras mihi iūxere societatis, postea alia quæ subsequuntur sunt interiecta: videntes scilicet qm̄ creditum mihi est circuncisionis euangelium & reliqua. Et adeo, inquit, vt dicta mea reprehenderent longe hi abfuere, vt etiā probarent, & conuenirent, vt ipse quidem & Barnabas in præputium inter gentes euāgelium vulgaremus, ipsi vero in circunsionē, hoc est, Iudæis euangelizarent. Circuncisionem aūt & prẹputium, haudquaq̃ vt rem ipsam exprimeret, ponit, sed vt incircūcisos & circuncisos designet. Quinetiam parem hoc loco se Petro demonstrat. Nam qui Petro operatus est (inquit) in apostolatū circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes. Aduerte aūt, quemadmodū nō solum apostolos iuuerit Pauli p̄dicatio, quin & deo placita sit. Apostoli nanq; cum cognouissent gratiam dei, non audissent dixit, hoc est, cū ex literis ipsis diuinæ gratiæ notionē hmōi habuissent. Quo enim pacto id mihi de se præconium demandasset, nisi fuisset hoc illi pergratū? Proinde nec sine eorum laude hos ipsos cōmemorat, inquiens: Nam qui columnæ videnī, hoc est, præstantes illi, quos vbiq; terrarum vniuersi miris efferunt laudibus, mox testabuntur, deo meum id esse acceptum prẹconium, eoq; & dextras mihi dedere, hoc ē, conuenere illi secum, & me sibi consociarunt, & præ se tulerunt, eis esse oblectamento quod nos prædicamus, qñ quidem nil nostra ab eorū dissentiat prædicatio. **vt pauperū memores essemus, quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere.** Partiti (inqt) inter nos sumus, quosnam prædicando instrueremus. Pauperes tamen, quorū & curam suscepimus, nihil spreuimus, sed vna cum illis curamus. Erant eñ Ierosolymis complures credentium, q̄rum bona direpta à perfidis Iudæis fuissent, ita vt necessariĳs ipsis ad vitam carerent. Non enim acerbe adeo suos q fidem susceperant, insectabantur gentiles, vt in Christianos desæuiebant Iudæi, qui eorū ex genere Christū essent

sectati. Idcirco Paulus suos oēs enixe intendit neruos, vt illis prospiceret. Quod sane & ipse fatetur, cum inquit: Diligētior fui idipsum facere. Nā collecta vndiqꝫ & ab his conquisita, quos ad fidem inseruerat, ad pauperes hos deferebat. **Cum aūt venisset Petrus Antiochiā, in faciem eius restiti.** Putant hoc loco nonnulli Paulum hypocrisis Petrum insimulasse, quod tñ est longe secus. Nā quęcunqꝫ in Petrum videtur vel dixisse vel egisse Apostolus, dispensatione quadam per eum & dicta sunt & peracta. Petrus siquidem, cum Ierosolymis esset, circuncidi q̄ credidissent Iudæos permiserat, existimans haudquaquā fas esse, repente illos à lege diuellere, ne acrius exacerbaret. Antiochiam vero cum se contulisset, cum ethnicis & cibum sumebat. Commigrātibus itaqꝫ ex Ierosolymis viris quibusdam in Antiochiam, subtrahebat se Petrus ab ethnicis, ne Ierosolymitanos offenderet, simul & ne iustā Paulo occasionem præberet se increpandi, eoqꝫ castigātem hunc sustinet. Erat em̄ futurum, vt magistro increpito & obticente, ad meliora se conferrent discipuli. Quod autem ille in faciem restitit, arguit vtiqꝫ contentionē inter hos aliquā fuisse obortam. Non em̄ de discipulis inter se contendebant, quod hauddubie illos plurimum offendisset, sed constat quidem altercationem huiusmodi discipulis emendationi fuisse. Cum em̄ nihil contradiceret Petrus, perspicuum erat, pergrata illa fuisse, quæ à Paulo obijcerentur. **quia irreprehensibilis erat,** Non solū erat à me ille redarguendus, sed ab alijs etiam, qui huiusmodi dispensationis causam ignorarēt, existimantibus forsan per hypocrisin potius illud & simulationem effectum, vt Ierosolymitanis absentibus cum ethnicis vesceretur, præsentibus vero ab eorū conuiuio destitisset. Nonnulli vero sic sentiunt, qꝫ Petrus videlicet ea esset de causa iure co-
Actu. 10. arguendus, quia cum Cornelio cibum sumpsisset, à cuius vescendi commercio se ne rursum argueretur, subtraxerit, subtractoqꝫ indignabundus obstiterit Paulus. **Prius**

ẽm quã venirent quidã a Iacobo, cum gẽtibus edebat; cum aũt venissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos qui ex circuncisione erant. Explicat & reprehensionis causam. Iacobus, is, dñi frater erat, qui & Ierosolymis prædicabat: vtpote qui in his episcopi officio fungeretur. Ab hoc igit̃ nonnulli, q̃ ex Iudæis crediderant, etsi à lege penderent, dimissi sunt, vt Antiochiã peterẽt. Hos postq̃ eò peruenere, Petrus mox cõspicatus, veritus non sibi periculum, sed ne illi offensi à fide desciscerent, se ab ethnicorũ conuersatione subduxit. Huius causæ cũ essent pleriq; ignari, Petrũ criminabãtur, **& simulatiõe eius consenserũt cæteri Iudæi, ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illã simulationẽ.** Rem ipsam q̃ gesta sit, hypocrisin dicit. Neq; enim voluit Petri mentẽ retegere: quinetiam superuacaneã illorum legis obseruationem, hypocrisin nuncupat, vt radicitus tollat hunc animi in legẽ affectum. Cæteros autẽ, Iudæos eos appellat, qui ex Iudæis in Antiochia credidissent, defugerentq; incircuncisorũ cõmercia. **Sed cũ vidissem quod non recte ambularent ad veritatẽ euangelii, dixi Cephæ corã omnibus:** Nec te id dictum obturbet. Non ẽm ad Petrũ condemnandi hoc gr̃a dixit, sed ob futurum mox Iudæis profectum, cũ Petrum quia legi inhæserat, audissent increpitũ, perinde acsi dicat: Si ille legis de causa obiurgat̃, quid demũ estis vos pp̃essuri? Idcirco nanq; omniũ hunc in cõspectu redarguit, vt id audientes, legẽ sectari acrius reformidarent: cũ Petrus, q̃ tam solidũ esset ecclesiæ sustentaculũ, Pauli increpatione affectus, nil habeat quod contra possit afferre vel excusare. Quidã vero nequaq̃ Petrũ eximium illũ, & præstantẽ Christi sectatorem, à Paulo fuisse increpitũ asseuerat, sed aliũ quendã ex duobus illis & septuaginta Cephã nomine. Ad quod cõfirmandũ id in argumẽtum p̃ducit, dicẽs: Neq; ẽm dicebat, vt qui initio causam explicauerit facti, quia cũ Cornelio sit epulatus, excusassetq; quia offen-

sum aliqs iret, si minus circuncisioni assentiret, vt castigatione item indigeret. Sed audi vir prudentissime, neque enim vel ipsi Petrũ asserimus q̃si nesciũ quid ea in re fieri oportuisset, fuisse à Paulo castigatũ, sed vltro dicimus subijsse conuitia, vt exemplo cæteris ad tolerantiã esset. **Si tu cum Judæus sis, gẽtiliter viuis, & non iudaice, quomodo gentes cogis iudaizare?** Vniuersis fere istiusmodi inclamat Apostolus, vestrũ inquiens imitamini præceptorem, ecce nanque & is cum esset natione Iudæus, cum gentilibus vescebatur. Aduerte aũt quemadmodum nil Petrum incuset, ob legis vetustæ obseruationẽ, sed discipulorum respectu, qui essent gentiles, fit illi iurgatus, vt qui hos fuerit ad circuncisionem hortatus, & Iudaicos sectari ritus impulerit. Erat eñ hoc pacto futurũ, vt eius videret acceptior p̃dicatio. **Nos natura Judæi, & non ex gentibus peccatores,** Natura, hoc est, proselyti non sumus, sed progenitoribus orti Iudęis, & simul cũ lege educati, omissa pristina in qua coaluimus vita, ad Christi fidẽ confugimus. **scientes aũt quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi, & nos in Christo Jesu credamus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis, propterea quod ex operibus legis, non iustificabitur oĩs caro.** Vide q̃ libere & nihil hęsitans oĩa proloquat. Non eñ inquit, Legem reliquimus, qa iniquior, sed quia infirmior esset, & impotens iustificationẽ largiri. Nã exequi illius opera poterat nemo, qa grauia erãt, nec factu facilia: non operũ magnitudine, sed vilitate potius. Vel aliter: Quia nihil animã sanctificaret lex illa, sed corporis sordes dilueret, ergo superuacanea esse conuincitur circuncisio, & in progressu orationis sic inquiet, periculosa est lex, & à Christo nos alienans. **Quod si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores, nunquid Christus peccati minister est?** Quæsiuimus (inquit) relicta lege, in Christo iustifi-

Infra, 5.

cari, ficut & vos affirmatis, legem relinquere, delicti loco haberi. Ob id igitur in peccatũ nos Christus coniecit, qñquidem eius de causa quæ legis sunt, reliquimus om̃ia. Fit itaq;, vt non solum nihil nos deus, vt ipsi fatemini, iustificauerit, sed ex eiusmodi eius omittendæ legis persuasione, maiorẽ nobis condemnationẽ subministrarit. **Absit.** In re sane absurda, dicendo progressus, nulla opus habuit probatione, sed contentus procul hæc à se reiecisse, quod facere semper in his quæ minus optanda sunt consueuit, Absit dixit. **Si enim quæ destruxi, iterũ hæc reædifico, prævaricatorẽ me constituo.** Attende Pauli prudentiã. Ferebant nanq; illi, qui legẽ solueret, legis esse prævaricatorem: is vero longe contra rem se habere demonstrat. Nã qui legem (inquit) seruarit, legis ẽ prævaricationi obnoxius, quippe quia non fidẽ solum, sed legem ipsam transgreditur. Lex enim (ait) me ad fidẽ duxit, suasitq; vt sese omitterem, quemadmodũ paulo post dicturus est. Interea vero legem ipsam cessasse affirmat, & inanem esse iam redditam, & idcirco hisce ex rebus illam adstruimus, quibus deleuimus ab ea deficientes. Si itaq; statuere eandem contendimus, p̄uaricatores efficiemur, vtpote qui ea statuamus, q̄ sunt à deo abolita. **Ego cũ per legem legi mortuus sum.** Confirmat quibus sustulerit legem modis. Ait nanq;, per gratiæ & euangelij legem, legi Moysi demortuus sum. Vel quia mortuus legi per legem inquit, hoc est, lex ipsa quæ mihi fuit ad Christum prævia, ne amplius legi vacarem, cum Moysi, tum p̄phetarum verbis suasit. Si itaq; rursum illi intenderim, ei⁹ hauddubie transgressor fuerim. Vel interpretari hoc ip̄m in hanc sententiam potest: Iubebat lex ipsa, eum qui legis scripta minus exequeretur, & supplicijs & nece affici. Cũ itaq; perfici ea non possent, quantum in lege est, morte afficior. Nolim igitur quippiam mihi lex ipsa iniungat, vt quantũ interest sua, mortuus sim, & animæ morti adstringar; qñquidem crimini deĩ, cũ nequeã eius iussa perage-

Deut. 18.
Ieremi. 31.
Isaiæ. 2.
Mich. 4.
Deut. 17.
Hebr. 10.

re. Proinde & corporis subierim mortē, quoad vel mortis sim à lege adiudicatus. Quo igit pacto legi intenderim animū, quæ mihi interitū sit allatura? **vt deo viuā, Christo crucifixus sum.** Ne quis dixerit, q̄ pacto viuis cum mortuus sis? Lex quidē (inquit) vel viuentē me substulit, Chrus vero & si mortuū me exceperit, vitę reddidit spiritali, quia cū eo sum baptismi gratia cruci affix⁹. Vnde duplici mō debet id mirum videri, tū quia & mortuū viuificarit, tum quia per mortem vitā restituit. **Viuo aūt iā non ego, viuit aūt in me Christus.** Cum inquit, crucisum Christo confixus, baptismū prætendit. Cum vero viuo ego, qua in posterum post baptismum viuitur, vitā demonstrat. Viuit aūt in me Christus, hoc est, nihil in me geritur quod non sit pro illius arbitrio gestum: quinimo tanq̄ dominus ille præpotens in me oīa peragit. Quinetiam vel nostra est voluntas demortua, viuit vero illius, & vitam hanc nostram moderat. Si ergo vixerim ego in Christo, aliā quandam quā quæ legi insit, dego vitam, & legi sum ipse demortuus, ita vt nihil quod legis sit, queam seruare. **Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii dei.** Quæ retuli (inqt) de spiritali dicta sunt vita. nec minus vel sensibilem mihi comperies à Christo

Roma. 7 inesse. Lex enim ipsa si nequaquā seruetur, omnes reddit peccato obnoxios, & tormentis supponit: nec prohibet quo minus omnes vt præuaricatores perdantur, quēad-

Gene. 7 modum in diluuio contigit. Christus vero adueniens sua morte iustificatos à damnatione exemit. Quo fit, vt sensibili hac, quam in carne ducimus vita, ob nostrā in Christo fidem, nos potiamur, quæ & nos iustos effecit, & à legis damnatione eripuit. **qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me.** Atqui & si pro omnibus seipsum tradidit

Ephe. 2. 1. Timo. 2 Christus, æq̄ ve omnes prosecutus est charitate, Paulus tamen aduertens quantis nos ille exemerit malis, & qualibus donis affecerit, charitate ipsa accensus, quod cunctis erat commune, propriū facit. Quemadmodū & prophe-

tæ cũ dicerent, deus deus meus, simul etiã patefacit, haud secus debere singulos deo gratias agere, acsi ꝓ priuata dũtaxat eorꝵ salute mortem obierit. Prætẽdit insup & illud, Christum videlicet ꝓ oĩbus mortẽ subijsse, solos tñ qui in eũ crediderint, illius fuisse bñficijs vsos. Quo fit, vt q lege attenderit, necessario arguat Christũ ꝓ se minime obijsse. Quo ergo pacto non id ipse horrescis, q legẽ repente inanem fuisse & tantidẽ Christi mortẽ oñdis? Nota autem id dictũ, q tradidit seipm̃, aduersus Arrianos facere plurimum, q contrà sentiunt. Non abijcio gratiam dei. Concludit tandẽ, & inqt: Haudq̃q̃ abiecerim, nec repudiarim, quam mihi deus largitus est gratiã, qui me sua morte nullis legis operibus iustificauit, eoq; nec legi animũ sum adiecturus. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. Si em̃ lex (inqt) & salutẽ parare & iustificationẽ poterit, gratis ergo & frustra mortẽ obijt Christus, qui ideo mortuus est, vt sua morte saluos nos redderet, q̃s saluare lex ipa nequibat, Quod si facere legi id licuisset, ꝓfecto superuacanea Christi mors extitisset. Quod si ipse asseueraueris, vides quo impietatꝭ progressura esset blasphemia.

Cap. III.

O Insensati Galatæ, quis vos fascinauit nõ obedire veritati? Vos equidem dixerim insensatos, q̃nquidem fide, non lege sanctitas constat. Ex supiorib⁹ aũt cũ oñdisset, nõ ab hoĩbus accepisse munus illud ap̃latus, hoĩmq; intercessu fidẽ sibi vendicasse, haberet hos ꝑsuasos, licentius differit. Collaturusq; cũ fide & legẽ, dementes illos primo appellat. Nec tanquã sit ipse legẽ p̃uaricatus, sed perinde ac illã enixius obseruasset, id dixit. Neq; em̃ q simplicił fratrẽ stultitię arguit, re⁹ futur⁹ est, sed q frustra & sine causa. Galatæ vero iure optimo insensati sunt dicti, quia tot bona, animo & cogitatione haudq̃q̃ complecterent, inanẽq; & superuacaneã reddiderint Christi mortẽ. Aduerte aut queadmodũ post multa indicia & argumẽta, illis conuiciet. Moxq; & offensos

Supra 10

Matth. 5.

forsitā mitiget. Neq; eñ dixit, q̄s vos seduxit, sed q̄s fascinauit, hoc est, quis inuidet, arguens ob inuidiā potius & liuorē, non cura &, pudentia, nonnullos illis legi esse obtemperandū, ꝑsuasisse. Neq; id egisse tāq̄ q̄d deesset mox suffecturi, sed ea quæ sunt vel certiora imminuāt. Sic eñ facere cōsueuit inuidia. Neq; vt eiusmodi vim per se habeat liuor, id dixit, sed q̄a magistroꝝ impulsu, qui hac perciti inuidia sunt, ad ea illi ꝑuenerint & legem sectent. **Ante quoꝝ oculos Jesus Christus proscriptus est, & in vobis crucifixus.** Cōstat sane Ierosolymis fuisse Iesum cruci affixū, cur ergo ante hoꝝ oculos ait, & in vobis in patibulū hunc fuisse sublatū? Quia fidei oculis lōge acrius hi cōspexere, q̄ q̄ p̄sentes fuere & cōspicati sunt. Illoꝝ nanq; pleriq; ex eo corporali aspectu, nihil retulere vtilitatis. Hi vero q̄ neq̄q̄ oculis crucē ꝑspexerunt, p fidē longe melius sunt contēplati. Proscriptus itaq; Christus ē p̄dicatione, depictus est & designatus, vt vero p̄dicationi fidem p̄bentes, pinde ac p̄sentem vidistis. Eñuero Galatis hæc & in laudē, & in vituperationē concedunt. In laudem q̄dem, quia tanta cum certitudine quę de Chr̄o sunt dicta exceperint. In vituperationē, q̄a ab eo quē nudum per fidē viderunt ligno suffixū & mortuum deficiētes ad legem ꝑfugerint. Vide vt Paulus cæteris omissis crucem in mediū deferat, vt hāc attendāt & sectent fideles, non legem. **Hoc solū a vobis volo discere, ex operibus legis spūm accepistis, an ex auditu fidei?** Cum longiorē orationē audire vos pigeat, nec diuinæ dispensationis contēplari magnitudinē, breuibus vtar, & ad breuia hæc velim respondeatis. Vñ sanctū hunc spm̄ accepistis, tot ve estis & virtutes, & signa operati? Num ex legis operib⁹, an fide? Id sane liquet, quia ex fide. Nā q̄diu legi vos adhæsistis, spū carebatis, & virtutum eiusmodi eratis expertes. Quo ergo pacto fidem p̄tereuntes, legi nūc adhæretis? **Sic stulti estis, vt cum spū ceperitis, nūc carne consummamini.** Oportune rursum in hos conui-

tia congerit. Nā cum indies fit aliquid semper virtuti addēdum, non mō nil q̄dpiam adiecistis, sed defecisse poti⁹ q̄ ꝓfecisse videmini. Est enim spūs signa edere, nec antea edebatis. Carnis aūt circuncidi, q̄d demū nunc maluistis. Neq̧ consummatis inquit, sed consummamini, arguens eos in gregis morē irrationabiliū animantium ab instructoribus his q̄ circuncisionē edoceant, comprehensos & circuncisos. **Tanta perpessi estis sine causa, si tamē sine causa.** Multis tētationibus Christi ob gratiā vexabātur, q̄d dat intelligi, cū tanta inq̄t tolerastis, ꝑinde acsi dicāt: Si fueritis circūcisi, supuacanea vobis futura sunt suscepta certamina, & tot emeritis præmijs, fraudarunt vos seductores. Mox q̧ vt illis ad pœnitētiam spem reditus ꝓbeat, & si sine causa infert, tanq̄ id dicat, & si libuerit resipiscere, haudq̄q̄ inanes erunt vestri antehac suscepti labores. Pudeat ergo hæreticos, q̄ pœnitentiā tollunt, q̄nquidem hi & si confessores essent, & martyres, non tn̄ lapsos respuet Paulus, sed pelliciet leuit & admittet. **Qui ergo tribuit vobis spiritum, ⁊ operatur virtutes in vobis, ex operibus legis an ex auditu fidei?** Deus (inquit) qui vobis spm̄ præbet, vt & futura prædicere & linguis loqui possitis, vel signoꝝ in vobis & ꝓdigioꝝ exercet virtutes, num ꝓpter legis opa hæc mira inducit, ꝑinde ac per vos fit, opa hæc factitātes, ꝓpitius redditus? An ꝑ fidē, quā ipsi in Christū iā ꝓtulistis? Liquet sane, q̄a ob fidē. Cur ergo hac derelicta, quæ vos gloriosos effecerat, ad legē abolitā iā & obsoletā, nunc diuertistis? **sicut scriptū est: Abraam credidit deo, ⁊ reputatum est illi ad iustitiam.** *Gene.15* Oportuit (inquit) vel maxime ex his per vos editis signis, fidei virtutem pernoscere, at saltem ad vestrum cōuertere oculos progenitorem. Abraam dico, cuius magna apud vos ratio, cōperietis ex fide illū iustificatū. Si itaq̧ q̄ ante grē tēpora fuit ex fide iustificatus, longe magis qui gratia sunt hac ip̄a dignati, vacare fidei debent, non legi. **Cognoscite ergo quia qui ex fide**

sunt hi,sunt filij Abraæ.Cũ vererentẽ illi,ne legẽ omis sa,à patriarchæ exciderẽt,ꝓpinquitate,q̃ppe q̃ mirũ in modum ducerent,longe cõtra rem fore nunc patefacit, Fidẽ videlicet Abraæ potius filios reddere, q se consequũtur. Prouidens autem scriptura,quia ex fide iustificat gentes deus,pronuntiauit Abraæ, quia

Gene.22 benedicentur in te omnes gentes. Ostendit eos esse Abraę filios qui sint fidẽ sortiti.Producit itẽ ad eã rẽ confirmandã ex sacris literis testimoniũ illud,videlicet ꝙ per te gentes sunt bñdicendæ,hoc est,quæ fidẽ tuã imitabuntur. Arguitq; fidẽ lege vetustiorẽ,vtpote quã Abraã ipse, anteq̃ esset lex condita,iustificasset. Et,ꝓphetarũ vaticinio geri quæ finẽ iã nacta sunt,& cõsummata. Prouidẽs eñ inqt scriptura.i.deus ipse, q legẽ tulit, nõ ex lege, sed ex fidę p̃destinauit iri hoĩem iustificatũ. Neq; reuelauit dixit, sed,ꝓnuntiauit,vt intelligas & Abraę iucunditati fuisse iustificandi hunc modum,& ꝙ res hunc exitũ habitura esset optasse. Igitur qui ex fide sunt,benedicẽtur cum fideli Abraam. Cum obturbarentẽ illi, & formidarent, ne maledictiõe obstringerent,si in lege nõ p̃mansissent. (Erat quippe sacris literis id demãdatum, Maledictus q non in legis p̃stiterit scriptis) Longe alit̃ se habere oñdit, Bñdictos scilicet fore, qui lege relicta, ad fidẽ se contulissent. sicuti & fidelis Abraã ex fide hac bñdictionem accepit. Quicunq; enim ex operibus legis sunt, sub

Deut. 27 maledicto sunt. Scriptum est eñ, Maledictus omnis qui non permãserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Ne quis forte occurrat dicens, Merito Abraã & iustior redditus est & bñdicto affectus,qa nondũ eẽt illa lex tradita. Nũc vero velim oñdas queadmodum post traditã legẽ,fides ipa & iustos efficiat,& bñdicat. Aperit itaq; impręsentiarũ Ap̃lus, quemadmodũ constat illã bñdicendi,& iustificandi de se munus p̃stare,legem pc̃tĩ causam eẽ,& maledicti. Nemo eñ(inquit)facere põt,quæ sint hac lege conscripta. Qui

vero ea non fecerit, execrationi erit obnoxius. Fidei ergo erit officium, benedictionē hanc impartiri. Cũ igit̃ nulla sit ꝓposita noxa, frustra vos formido subibit, si à lege deficitis, execrationem hanc ꝓmereri. Quin potius maledictioni succũbitis, si lege vtimini, vt q eã nequeatis implere. **Quoniam aũt in lege nemo iustificatur apud deum, manifestum est, quia iustus ex fide viuit. Lex autē non est ex fide, sed qui fecerit ea, viuet in illis.** Ondit igit̃ lege execrabiles reddi hoĩes, & maledictioni subesse: fide vero benedictiões accumulari. Nũc plane demonstrat, fidẽ ipam vel solã iustificandi in se habere virtutẽ, & Abacuc dicentẽ inducit: Quia ex fide, nõ à lege victurus est iustus. Lex nãq; nõ solã exigit fidẽ, sed opa. Recte aũt apud deũ dixit. Nã apud hoĩes iusti forte credent̃, qui legi inhæserint. quales pharisæi fuere, qui se in hoĩm cõspectu iustiores ptenderent. Lex itaq; cũ ob eius difficultatem haudq̃q̃ iustificaret, & nos execratione obstringeret, accessit gratia, facile ad iustitiã iter ostendens, q̃ & iustificati benedictionẽ asseq mur. Patet ergo non solum ante traditã legem, fidem ipam benedicendi & iustificãdi vim habuisse, sed post conditã magis ac magis eandẽ seruasse. **Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptũ est: Maledictus omnis qui pendet in ligno.** Ne quis forte hunc in modum occurrat: Assentior equidem id verũ eẽ, vt execrandus sit, q legem non exequat̃, & fidẽ iustificandi habere facultatẽ. Verũ vnde id liquet, maledictionem eẽ sublatã? vereor nanq; ne cũ semel legis subierimus iugum, & ipsi simus maledictioni obnoxij. Ostendit itaq; Paulus, maledictionem hanc p Christum, pretio depenso, fuisse solutã. Et vt in se eiusmodi obsecratiõem cõsciscerer, à legis maledictiõe nos redemisse, q̃d ipse quidem defugerat, vtpote qui legem adimpleuit. Et nos idipm subiuimus, quia legem exequi nequiuerimus. Nec secus Christus nobiscũ egit q̃ alius quispiã, qui morti dãna

Abac. 2
Leui. 18
Deute. 21.

tũ insons ipse, & innoxius eximat, ne capite ille plectatur, malẽs ipse pro eo mortẽ obire. In se itaq; Christus maledictionẽ adsciuit, q̃a in ligno pepẽdit, & soluit eandẽ quę hauddubie nobis impẽdebat, p lege nõ adimpleta, cũ ipse nil esset subiectus, vt q legẽ impleuerit, & pcti sit expers. vt in gentibus benedictio Abrææ fieret in Christo Iesu. Propterea, inqt, Chrs est maledictũ effectus, vt in gẽtibus, hoc est, his q lege non vterent, innotesceret Abrææ bñdictio. Et ea videlicet q̃ fieret, & fide, & in Christo Iesu, hoc est, in semine Abrææ. Queadmodum scriptũ

Gene.22 est: Q̃m in semine tuo bñdicent. i. in Christo q ex te scdm carnẽ est ortus, in Christum scilicet credẽte. vt pollicitationem spũs accipiamus per fidem. Eo inqt collata est gẽtibus bñdictio, vt spm p fidẽ accipiant. Et q̃m nequirent q adhuc maledicto essent obnoxij, hmõi excipe spũm, p Christum maledictis abolitis, bñdictionibus donantur, deinceps per fidem iustificati, spũs promissa accipiunt. Nã ea quæ Abrææ sit pollicitus deus, spiritalia esse intelligit Paulus, & eadem nobis esse nunc tradita, bñdictionem scilicet, & reliq̃ bona. Fratres secũdum hominem dico. Quos superius dixerat insensatos, nũc fratres appellat. Illud eñ austerioris & duri, hoc mitigantis & placidi: Humanũ inqt sum vobis exemplar aliq̃d allaturus. Tamen hominis confirmatum testamen-

Gene.22 tum nemo spernit, aut superordinat. Abrææ dictæ sunt promissiones & semini eius, non dicit et seminibus quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. Hoc aũt dico testamẽtum confirmatũ a deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandã promissionẽ. Fidẽ nitit patefacere, veluti testamẽtum aliq̃d, esse ex lege vetustiorẽ. Nec iure huic legem p̃poni, vnde & exemplum inducit: Si hõ ingens, fecerit testamentũ, nullus certe hoĩm vel euertere id audebit, vel vltra aliqd disponit, hoc est, aliqd addit. Longe er

go à deo id magis erit fuandum. Is nanq; Abraæ testamẽ tum instituit, vt eius ex semine prodiret gentib' bñdictio, Abraæ autem semen est Chr̄us. Nec seminibus dixit, vt Abraæ futuræ prolis intelligi det posteritas, q̄les Iudæi fuere Israelitæ, sed semini singulari numero protulit, q̄d est Chr̄us. Quo ergo pacto id testamentũ, conuentionum dico, & promissa, poterit lex irrita facere? Ne in Chr̄o gẽtes bñdicant, sed potius in legis mãdatis. Id nãq; q̄d aliud esset, q̄ supuacaneã dei reddere promissionẽ? q̄d plane ab surdum est. **Nã si ex lege hæreditas, iã non ex promissione. Abraæ aũt g repromissionẽ donauit deus.** Si lex (inq̄t) bñdictionem largit, vitæq; & iustitiæ facit hæredes. Pollicitatio ergo ad Abraã illa infirmior erit, & nullius momenti, q̄d tñ longe est secus. Nã q̄ pacto lex ipsa, quæ fuit posterior, q̄d ante se fuerit, irritum fecerit, & inane testamentum? Scd̄m autem hoĩem dico, hoc est, humanis nitor exemplis, quæ si neq̄ant cum diuinis cõparari, nil mi. **Quid igitur lex? propter transgressionẽ posita est?** Cum fidem laudibus extulisset, ostendissetq; hãc vetustate p̄cedere, oborit tamẽ ea ex re obiectio q̄dã huiusmodi: Cur igitur lex tradita est, si fides erat antiquior, & benedictionem donabat? Respondet itaq; non frustra id, sed præuaricatiõum gratia fuisse effectum, vt pro frenis esset lex illa Iudæis, quæ hos vel à mãdatorum quorundam transgressu, & si non oĩm, prohiberet. Recte autem dixit, adiecta est, vt legẽ arguat haudq̄q̄ vt principalẽ fuisse indictã, sicuti promissiones fuere, sed tãq̄ interiectã multa præuaricationum de causa, vt Iudæos saltem, vł paucis coërceret transgressibus. **Donec veniret semen cui promiserat.** Nec tamen data est in perpetuũ lex, sed ad Christi vsq; aduentũ, cui promissum est fore, vt in se gẽtibus benediceret. Si igitur quoad Christus aduenerit, lex tradita est, quid vltra illam sectaris? **Ordinata per angelos in manu mediatoris.** Data inquit, lex est, & angelo interuẽtu administrata, id est, sacerdotum, siue ipsorum Iezec. 20

angelorum. Nã & tubas illas & tonitrua, & reliq̃ signa angeli ministrabãt, in manu mediatoris, hoc ẽ Christi. Ostẽ
Exo.19 dit p̃terea & legem fuisse à Chr̃o latã, q̃ fit, vt habeat eiusdem abrogãdi, quã & condiderit, facultatem. Mediator autem vnus non est, deus autem vnus est. Christus itaq; inter duo quædã est mediator, deum videlicet & hoĩes. Intercessit eñ vtriq; pace cõposita, & bello soluto, q̃d hoĩes aduersum deũ susceperãt. Nã eo ex t̃pe, q̃ humanã sibi vniuit naturã, pacem cõfecit, inimicitia quæ ex carne p̃ctĩ oborta est, mirũ in modum t̃pata. Quocirca cum & mediator hic sit, & dissidentium cõciliator p̃spicuum est, nõ legem hunc attulisse, sed salutem. Lex ergo contra promissa dei? Absit. Si p̃missionibus benedicet, inquit, lex vero maledictionem inducit, & hãc vt ratã admittimus, liquet, p̃fecto vt eadẽ hæc dei p̃missiões dissoluãt, quæ bñdictionem attulerint, q̃d velim equidem, p̃cul abesse. Si enim data est lex, quæ possit viuificare, vere ex lege eẽt iustitia. Tunc eñ lex esset fide validior hoĩem q; & iustificaret, & benedictione imparti retur, si vitę ac salutis conferendæ p̃tãtem haberet. Nunc vero morte potius afficit, quã queat quenpiã à p̃ctĩs eximere. Quo ergo pacto hæc fidem poterit superare? cum fides ipsa baptismi ob gratiã viuificandi vim habeat, bñdicendiq; & iustitiam impartiendi. Sed conclusit scriptura, vniuersa sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus. Nequiuit lex (inquit) à delictis hoĩem liberare, quin potius ad declinandũ coop̃abatur, vt hoĩes sub p̃ctõ cõcluderentur, hoc est, vt eos deliquisse argueret, cõpelleretq; ad p̃ctĩ veniã deposcendã, & ad Christum confugere, qui hanc possit præstare. Siquidem Iudæis, quia p̃ctã minus p̃noscerent, neq; cõsequendæ remissionis desiderio tenerent, legẽ dedit quæ illos & intercluderet vrgeretq;, & angeret magis redarguendo, & p̃ctĩs ostẽderet eẽ obnoxios, impelleretq; modũ aliquẽ inuestigare, q̃ fieri posset vt veniã assequerẽtur,

quã fides ipsa in Christũ suppeditat, quáue & ipsi iustifica mur, & benedictis afficimur. Prius aũt quã veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fi dem quæ reuelãda erat. Lex (inquit) securitatis pluri mũ his afferebat, qui sibi subijcerẽtur, & sub eius essent tu tela. Nã & à prauis hos facinoribus coercebat, & erat his parietis loco, vtpote quæ hoĩes q̃si vallo includeret, & ad ipsam impingeret fidẽ. Quo pacto id fiet dicet aliq̃s? Nẽ pe quia lex hæc cum his aperiret delicta, etsi nequiret ab his queñq̃ eruere, necessario fidem significat hoĩes iustifi care, q̃ & si erat occultior, reuelata est tãdem, cum in carne manifestatus est deus. Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. Nam queãd- modum adolescẽtem à quauis nequitia pædagogus tuta tur & liberat, instituitq; vt præceptoris doctrinã attentus excipiat, sic lex ipsa, qui sub se essent, ad virtutem forma- bat, & ad Christum qui præceptor est & magister, delicta coarguẽdo deducebat, reddebatq; promptiores, vt eum conquirerent, q̃ peccatis veniã daret, & iustificaret ex fi- de. Pudeat ergo qui legem obtrectãt, q̃n nec pædagogus præceptori obsistat, nec lex sit vetus nouæ contraria. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo. Oẽs eñ filii dei estis per fidẽ, quæ est in Christo Iesu. Postq̃ (inquit) fides aduenit, q̃ hominem reddit p- fectiorem, nil vltra pędagogo subijcimur, qui sumus per fidem perfectionem adepti, & infantiã ipsam excessim⁹. Quod aũt simus ex fide perfectiores, patet ex eo, q ob no stram in Christo fidem, dei efficimur filij. Qui autem fue rit, vt in dei filiũ susciperetur dignatus, nil prorsus vel im- perfectus, vel infans putandus est. Eo fit, vt ridiculum vi- deatur, vt qui iam in viru euaserit, pædagogi sit legi obno xius. Neq; eñ secus id videret, q̃ si vbi dies illuxit, lucernã quis intueretur, non solẽ. Attende autem quemadmodũ superius patefecit Abrææ filios fidẽ efficere, nũc dei: adeo illa valet virtus. Quicunq; eñ in Christo baptizati

estis, Christũ induistis. Confirmat quemadmodũ dei filij simus, & baptismi ob gratiam. Neq; enim dixit, quotquot estis baptismo abluti, filij estis dei effecti, sicuti subsequẽs ordo poscebat, sed quod magis tremendũ, Chr̃m induistis. Nã si Christum induimus dei filium, eiq; sumus assimiles redditi, in vnã hauddubie sumus & consanguinitatem deuecti & speciẽ, gratia id assecuti, quod illũ cõstat esse natura. Non est Iudæus, neque Græcus: nõ est seruus, neque liber: non est masculus, neque fœmina: oẽs eñ vos vnũ estis in Christo Iesu. Eorũ (inquit) vel singuli, qui baptismi sunt aqua perfusi, priuatã abiecere naturã, & nouam oẽs & figuram accepere & formã. Nec angeli cuiuspiã, sed dñi, Christũ in se prę ferentes. Fit itaq; vt vnũ simus oẽs in Christo Iesu, hoc est inquantum vnã sortiti sumus Christi nobis iniectam figuram. Vel quia cum oẽs vnum simus corpus effecti, Christum vnicum in caput habemus ac ducem. Si aũt vos Christi, ergo Abrahæ semen estis secundũ promissionem hæredes. Qm̃ dixit superius, Abrahæ semen in quo vniuersæ gentium nationes benedictionem assequerentur, Christũ esse, cui & promissiones sint factæ, ostenditq; & nos Christi formam sortitos, concludens inquit, Estis ergo & vos Abrahæ semẽ, vnde & futuri hæredes benedictionis promissæ. Cur ergo legẽ attenditis, q estis benedictionem hmõi, qua Christum induistis, iam assecuti, proptereaq; & Abrahæ semen effecti?

Caput .IIII.

Dico aũt: Quãto tẽpore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cũ sit dñs omnium. sed sub tutoribus & actoribus ẽ, vsque ad præfinitũ tempus a patre. Testamento nanq; mãdauit huic pater, vti bonorũ administratione ad ętatem vsq; legitimã abstineret, huic volũtati parendũ oĩno est. ita & nos cũ essemus paruuli, sub elementis mũdi huius, eramus seruiẽtes. Paruuli nõ ętate, sed diuina sci

entia. Elementa aũt mundi,neomenias & sabbata dicit. A solis nanq; & lunæ decursu,dies nobis hic constat. Fit itaq;,vt qui nos hoc tpe,& his elementis sub lege ducunt, paruulos reddant.Cũ vero in viros euasimus, perfectos quidẽ & dei filios sunt facturi,& dñi pręsidentes,ac dños. Sciendum aũt,ab initio deũ adoptionẽ hanc (id eñ designat,cũ hæreditas dicit) voluisse largiri,sed nostra paruitas & ætas tenerior,q̃ min⁹ id faceret,impediuit.Cũ vero legẽ abolere penitus Paulus cuperet, haudquaq̃ diebus dixit sumus subiecti,sed sub mundi elementis constituti, vt maiori afficiat verecundia,qui legi adhuc inhęrendum censerẽt.Nõnulli autem elemẽta,scriptã & inductitiã legẽ dixere. **At vbi venit plenitudo temporis,misit deus filiũ suum factũ ex muliere,factũ sub lege, vt eos qui sub lege erãt redimeret,vt adoptionẽ filiorũ reciperemus.** Cũ interea(inqt)paruuli essem⁹, sub neomenijs eramus & sabbatis. At cũ præfinitũ incarnationis Christi tẽpus aduenit,quamuis malorum omnium speciem delinquẽdo excessit humana natura,erat tamen conciliatore opus. Misit itaq; deus filiũ suum,hoc ẽ, placitum illi est vt filius aduentaret,factum non per mulierem dixit,ne occasionem inueniant, qui per virginem asserunt,tanquã per cannale aliquod,dominum processisse in mundum,id falso omnino existimantes,sed ex muliere,hoc est,ex ipsius mulieris substantia,corpus accipientem virginalis vteri fructum prodisse.Factus est autẽ sub lege,quia & circuncisus est,& oĩa adimpleuit. Est præterea maledictionis immunis,vt nos à maledictiõe erueret,& adoptionẽ offerret.Reciperemus aũt dixit,vt ostẽderet cælitus hãc nobis esse adiudicatã & debitã,tãetsi minus ob infantiã nostram & paruitatẽ nobis hęc traderet. Promissa nanq; Abraæ hæreditas,illa adoptio erat.Filius nimirum in hæreditatem succedit. **Quoniam autem estis filij dei,misit deus spiritum filij sui in corda vestra,clamãtem Abba pater.Itaque iam nõ est**

seruus, sed filius. Quod si filius, & hæres p deum. Vnde dicet aliquis perspicuum est, deum nos in filios adoptasse? Tunc sane & primũ hocipsum significauit, cũ Christũ dicit nos induisse, qui dei sit filius: itidẽ & nũc patefacit, quia spm̃ acceperimus q in cordibus nostris diuinitus attrectatis, nos deum patrem appellare edocuit: quod fieri non poterat, nisi essemus adoptione dignati. Quocirca cum filij simus nos & hæredes, non rei alicuius inanis & friuolæ, sed dei ipsius, & partienda nobiscũ vnigenito hæreditas sit, cur serui efficimur, & plane repudiamus, q̃ nos in adoptionẽ deduxerat fidem, & cur legi vacamus? Sed tunc quidẽ ignorantes deũ, his qui natura non sunt dii seruiebatis. Hæc in eos intẽdit, qui ex gentibus credidissent, arguens dierũ obseruationẽ idololatriã esse, & hos quidem longe magis q̃ olim peccato obstringi. Nam quondã (inquit) deũ ignorabatis, vtpote qui mentis caligantibus oculis in errorẽ deducebamini, q̃ ducti, soli inseruistis ac lunę, qui procul absunt à diuinitate natura. Nunc vero post cognitã veritatẽ, dies & tẽpora obseruando, nihil per vos aliud agit, nisi q elemẽtis cultus præstatur, q̃ sane deterior erit quædã impietas. Nunc aũt cũ cognoueritis deũ, imo cogniti sitis a deo, quõ conuertimini iterũ ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire vultis? Nunc (inquit) & deũ nostis, quin potius haudquaq̃ hunc vestro labore vel compertũ habetis vel cognouistis. Quippe q nil prorsus à vobis sit conquisitus, sed vos ille ꝓfundioribus degentes in tenebris, & q̃siuit enixius & suscepit. Cognitos aũt dicit à deo, hoc est, susceptos. Cur ergo ad egena & infirmiora hæc elementa vosipsi rursum conuertitis? hoc est, q̃ nihil viriũ habent ad bona illa æterna vobis proposita conferenda, neq; spiritalit queunt vllo pacto prodesse. Accedit p̃terea quia vita sunt & sensu carẽtia, & idcirco hæc egena appellat & infirma: tã & si Græci philosophi ægre id dictũ ferant, q elementis tribuunt vitam.

Enimuero apostoli illi fallaces, legē perinde vindicaturi, dierū obseruationes induxerant. Paulus vero & prudēter quidē idololatriā eā rem dicit, quā vel lex ipsa prohibeat. Fit itaq;, vt legi apertissime aduersent, qui eiusmodi edocent. **Dies obseruatis & menses & tpa & annos.** Hæc sane sunt argumento, non mō apostolos hosce circuncisionē hanc prædicasse, sed festos & celebres dies, & neomenias insuper induxisse. **Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis.** Aduerte Pauli charitatē: salientibus illis & nutabundis ipse timore afficit. Ne forte, aūt cū ait, illos ꝑtendit vndis adhuc superlabi & fluctib⁹, nec penitus è naufragio emersisse. Quod si emergere tandem libuerit, spē affert, haudquaq̄ labores inanes fore, quos in eis instituendis susceperit, perinde acsi dicat, recordamini quantū ipse in vobis formādis insudauerim: & ita vos gerite, ne frustra videar īsudasse. **Estote sicut ego, quia & ego sicut vos.** Iudæis hæc loquit, qui in Christū crediderant, me inquiens imitamini, qui olim fui à vobis nil alienus: vtpote qui in lege tutanda erā feruētior. Nūc vero illa omissa, ꝓ fide, proq; Christo ipso decerto, velim igit & tales vos esse, qualis sum ipse. **Fratres, obsecro vos, nihil me læsistis.** Cū acrius hos incessiuisset, nitit eorū animos mitigare. Nil eīm vel vehementior increpatio, vel nimia indulgentia cōferunt vtilitatis. Et ideo hos fratres appellat, vt baptismi simul acceptā gratiam recordent, qua oēs fraternum sumus nomen adepti, vt qui ex deo simus vnico patre progeniti. Excusat præterea non odij gratia se intulisse q̄ dixit. Nihil eīm me (inquit) lęsistis, quin potius honoribus estis & gratis operibus prosecuti. Qui igitur credi potest, vt inimicitiæ & maleuolentiæ causa hæc vobis obiecerim, de quibus vt bñmeritus esse viderer, tm̄ curæ susceperim? **Scitis aūt, quia ob infirmitatē carnis euangelizaui vobis iampridē, & tentationē vestram in carne mea nō spreuistis neq; respuistis.** Nostis (inquit) quemadmodū per carnis in-

firmitatem,hoc est,per discrimina & seditiones vobis eu angelium prędicauerim,nec vos me periculis diuexatum contempseritis,nec tentatio meæ carnis,hoc est,persecutionis & plagæ,& alia pleraq; istiusmodi, vos aut offendit,aut induxit vt me contemptui haberetis. Tacite etiã ad verecundiam eos impellit,cum aperit quanta sit ipse illorum gratia ab aduersarijs mala perpessus. Sed sicut angelũ dei excepistis me,sicut Jesum Christũ. Tantopere(inquit)me honorastis,vt potior quidem q̃ homo sit,& præstantior apparerẽ.q̃ ergo pacto non absurdum videri debet,si persecutionibus me tunc temporis & malis plurimis afflictũ,haud secus exceperitis mihi offensi, q̃ angelũ quenpiã,vel Iesum ipsum excepissetis? Nũc vero necessaria consulentẽ & longe decentia,hostis ducitis loco,nec vltra admittitis? Ubi est ergo beatitudo vestra? hæret hoc loco & obstupescit, vbi vestra est ingens beatitudo? hoc est,quo illa oĩa abscessere,quib⁹ ob vr̃am in præceptorem beneuolentiã,prędicabant cũcti beatos? At q̃lis nunc illa est,& q̃ tandẽ redacta beatitudo? q̃nquidẽ animaduerto vos longe contra hoc tp̄e erga me esse affectos. Testimoniũ em̃ pħibeo vobis, quia si fieri posset,oculos vestros eruissetis,& dedissetis mihi. Potiorẽ me(inq̃t)vestris oculis ducebatis apud vos p̄dicantem. Vnde igit̃ eo res recidit,vt haud secus q̃ hostem me suspicemini? Esset itaq; id plane absurdius,vt is cui tãtus fuisset per vos honor delatus, hæc vobis infenso animo diceret. Ergo inimicus vobis factus sum,verũ dicens vobis? Aliã nullã (inquit) inimicitiæ video & maleuolentiæ causam,nisi q̃a vobis vera prædixerim, coarguerimq; tanq̃ corruptos,nec recte de dogmate sentientes. Et vnde maiorẽ à vobis beneuolentiã fuissem ꝓmeritus,q̃a sum apud vos curatoris officio functus,odiũ peperi. Aemulantur vos non bene,sed excludere vos volũt,vt illos æmulemini. Est sane recta ęmulatio quædã,cũ quis alterius sectat̃ virtutẽ. Est & iniquior

alia,cum ſtudet quiſpiã proficientem,à virtute & bonis actionibus propulſare. Veſtri itaq; ſeductores omni ſtudio excludere vos connitunt,hoc eſt,è perfectiori Chriſti ſtatu atq; ſcientia deturbare atq; eijcere, & in imperfectã conijcere legis conditionem,vt ipſis honores tanq̃ præceptoribus deferatis,&ſe imitemini more diſcipulorum. At ipſe longe aliter ſentiebam, quippe qui vellẽ vos illis potius eſſe ad perfectiora inſtructores. Quod vtiq; ẽ,cũ apud vos eſſem,effectum.Idipſum in ſubſequentibus patefacit. Bonũ aũt æmulamini in bono ſemp, & nõ tantum cũ præſens ſum apud vos. Vides quemadmodum etiam aperit fuiſſe hos quidem omnium ad perfectionem aſſequendam imitatores, cũ apud eos pręſens eſſet Apoſtolus: poſt eius vero diſceſſum, hos eſſe in hæc mala prolapſos.Sunt itaq;(inquit)illi beatiores,q vel præſente vel abſente doctore,q̃ recta ſunt ſentiunt. Filioli mei,quos iterũ parturio,donec formetur Chriſtus in vobis. Matrem imitatur pro filijs trepidantem, Corrupiſtis(inquiens)Chriſti formã,quam in vobiſipſis baptiſmi ob gratiam exceperatis, vnde & iterato generã di eſtis & reformandi,quouſq; in vobis Chriſtus formetur,hoc ẽ,Chriſti in vobis immoretur forma,&ex eo formemini.Parturio autem iterum,id eſt, rurſum inſtruendo vos pario,quod ẽ quadam parturientium deſumpſit metaphora,quæ cum labore ingenti & ſummo diſcrimine pariũt liberos.Filios autem eo appellat,ne vel hoc pacto de ſua deſperent ſalute. Quod autem Galatas Apoſtolus parturiat rurſus,&lapſos integro formet,facere cõtra Nouatianos videtur,qui nullam admittunt ex pœnitẽtia correctionẽ. Vellem aũt eẽ apud vos modo,& mutare vocem meam,qm̃ confundor in vobis. Hoc eſt,in luctum & eiulatus hanc verterem vocem. Hæreo nanq; & in ambiguo ſum, quidnam ſim de vobis dicturus.Nã cum per deũ eſſetis eo iã celſitudinis ,puecti, vt vel pericula militum ſtrenuorum more,pro fide adire

tis impauidi, ob id'q vel miracula ederetis & signa, hunc tandem sitis in hāc legis vilitatem abducti. Vellem itaq eam ob causam vel præsens vicē vestrā deflere. Solemus enim ad lachrymas declinare, cū nil adnitendo molimur. **Dicite mihi qui sub lege vultis esse**, Postq̄ hos satis mitioribus verbis demulsit leniuit'q, ad contentiones regredit, palam facturus, nec legem ipsam exigere hāc sui à nobis obseruatiōem. Vnde dicite mihi, inquit. Recte autem vultis dixit. Neq; em̄ id res deposcebat, sed quia essent hi in lege adstruenda & obseruanda nimium pertinaces. Legem vero dixit Genesis librum. Solet enim Apostolus vetus omne testamentum, legem dicere. **Scriptum est**

Gene. 21. **em̄, qm̄ Abraam duos filios habuit, vnū de ancilla, & vnum de libera.** Dixerat supra, Abrae filij estis: & quoniam haudquaquā pari erant Abrae filij dignitate, siquidē ex serua alter, alter esset ex libera genitus, ostēdit hoc loco non solū filios dei Galatas esse, sed tales etiā qualis Abrae ille fuit ex libera ortus & generosus, adeo vos (inquit) fides excepta nobilitauit. **Sed is qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem.** Cum hos Abrae filios nuncupasset, & quæ minus credibilia sunt, visus sit dicere: quippe qui nec ex Abraam sunt secundū carnem ꝓgeniti, nec eius sunt filij, nunc subdit, Nec Isaac ille Abrae propinquior filius, secundum carnem est ortus. Qui em̄ fieri id poterat, cū Abrae esset natura demortua, & Saræ vulua conclusa? Sed dei verba atq; promissa hunc ꝓcrearunt. Ismael vero naturæ sequela, & Abraam nondum tanta ætate prouecto, & nullis dei pollicitationibus, ē ex ancilla susceptus. Id vtiq; secundum carnem designat. Veruntamen qui est secundum carnem profectus, & seruitute obstrictus est, & ab hæreditate mox alienus. Is vero q̄ haudquaquam duxit à carne originem, dominus est & hæres. Quid igitur impedit, quin & vos ipsi, & si minus estis secundum carnem ex Abraam procreati, dici Abrae fi-

lij iure possitis? Quippe qui ex baptismi verbis, dũ sacrosancta illa ablutio fit, enunciatis, formati estis, & orti. quæ sunt per allegoriã dicta. Hoc est, ex Abraæ non modo historia hæc huiusmodi pferunt, sed & alia quædã designant, & ideo p allegoriã sunt dicta, & alium quendã in sensum hunc præt interpretant. Erant nanq; prisca illa in præsentium figuram edicta. Hæc enim sunt duo testamenta, vnum quidem in monte Sina in seruitutem generans, quæ est Agar. Sina enim mõs est in Arabia, qui coniunctus est ei, qui nũc est Ierusalem, & seruit cum filijs suis. Quas duas has dicis? Eas quidem quæ ad noui & veteris testamenti interpretationẽ inducunt. Quo pacto? Per Agar nimirum vetus illud interpretat. Lex nanq; è monte Sina tradita est, q mons & in Arabia est, & Agar Arabum lingua nuncupat. Coniunctus aũt est Ierusalem, hoc est, vicinus est & contiguus. Vel quia inferiori Ierusalem cõparatur & similis est, & pportione qdam illi par, & p ea accipit, pinde vna vtriusq; fit facies. Quemadmodũ igit Agar & serua erat, & ad seruitutem illos generabat, sic & lex ipsa, quæ ex monte Sina, alias Agar vocitato, & nunc Ierusalem ipsi persimili, pdijt, in seruitutem gignit, qui sibi obtẽperat. Erat nanq; lex hæc seruilis admodum & illiberalis. Qñquidem virtutẽ corruptibili cõpensabat mercede, hoc est, recta opa terrenis bonis donabat, & eius imperio à nequitia & improbitate cruciatus & pœnæ formidine declinabat. Illa autem quæ sursum est Ierusalẽ, libera est. Agar qdem in hmõi continet figura. Vide autẽ qd Sara illa prætendat. Hæc em̃ supiorem Ierusalẽ pręfigurat. Est nãq; ciuitas illa fidelium, vñ & lex nobis delata est. E cælo qppe euangeliũ pdijt. Eo aũt libera est, qa legis vetustæ obseruationi nõ sit obnoxia, & oĩa libere & ingenue mandet. Non em̃ à nobis quidpiã gerit, vel spe, vel cupiditate visibilis pręmij. Neq; pinde acsi cruciatus nobis corporales impẽdeant, sed & pmissa diuina profe

cto sunt,& tormenta ingenuos viros decentia. Nam gra uiter delinquētibus mystica interdicit mēsa, & conuitio
Isaiæ.54. castigant. Scriptum est em̄, Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filij desertæ magis q̄ eius quæ habet viꝝ. Neq̄q̄ figuris cōtentus, quin & Isaiā testem inducit, sterilē appellantē ex gentibus ecclesiā. Hæc nanq; fuerat à diuina scientia destituta. Quippe quæ deū nesciret, nec filios, pcrearet, quia neminē dei, pphetā, ptulisset, vel præceptorem. in viꝝ aūt habentem, Iudæoꝝ synagogā, vel q̄a legem haberet sua moderantē, vel deum ip̄m. Erūpe itaq;, hoc est, hilaritatis & lætitiæ vocem effundito, q̄m multos iā adepta es filios. Quinetiā, pphetę & doctores & dei filij ex te, pdierunt, & orbē terraꝝ vniuersum, non nationē aliquā vnā, vt Iudæoꝝ synagoga genueris. Nos aūt
Gene.21 fratres secūdum Isaac promissionis filii sumus. Sed quomodo tunc is qui secūdum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secūdum spiritum, ita & nunc. Ecclesia (inq̄t) Saræ instar cum sterilis esset, non solum in posteꝝ filijs abundauit, sed pari nobilitate & filios genuit. Vtq; illā non natura matrem effe
Gene.18 cit, sed dei, pmissio. (Ipse em̄ vbi dixit ad id tp̄is sum ad te rediturus, in Saræ vtero infantem plasmauit) sic & nos vt dictum est supra, diuina verba baptismi lauacro inclamata formarunt. Proinde ne q̄s forsitan dixerit, at q̄lis hæc videri pōt libertas, cū credētes ipsos Iudæi plagis affligāt, & agitent psecutionibus, qui liberi videant? Rn̄det, tūc tē poris sic contigisse, vt cū Ismael Isaac ip̄m persequeretur, vel prorsus persecutio hæc impediret, q̄ minus legitimus esset hic filius & insectantis se dn̄s, ita & nos Isaac illi argu it similes, & Abraæ facit coniunctiores. Sed quid di-
Gene.21. cit scriptura? Ejice ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Ne quis fortasse quærat, quæ ergo futura est ex his consolatio, q̄ à Iudæis uexantur fidelibus, q̄d q; Isaac fit afflicta-

tus?subdit itaq;,audi narrantem scripturā, & tunc conso labere. Nam ꝓ breui illa persecutione q̄ Isaac ille diuexabat, ꝓrsus ejicit Ismael. Neq; eiectū fuisse sat illi ad suppliciū fuit, qn q̄d magis urgebat, neq; eoꝝ bonoꝝ effectus est particeps, quę erant Isaac puero parata. Et eo erat acrior cruciat⁹, q̄a à dei sentētia & iudicio desumpsisset, nō à persecutione principiū. Vides vt ancillæ dixerit, nō Abrąę filiū, qui hæreditate indignus sit iudicatus, tanq̄ à teterrimo gn̄e ortum appellans. Animaduerte præterea, quemadmodum ōnderit Paulus legē destructionem sibiipsi inducere. Siquidem quæ dicta sunt, oīa eoꝝ præ se ferant figurā, quæ iam sint in lege peracta, vel in veteri sunt testamento perscripta. Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ. Hæc oīa eo ꝓducit Apl'us, vt arguat quæ nobiscū agūtur hoc tēpore, multis ante seculis fuisse figuris expressa. Cur ergo nō fuerit absurdū, vt q li bertatē nobis tot ante t̄pibus partam habemus, vltro seruitutem postliminio subeamus?

Cap. V.

QUa libertate Christus nos liberauit, state. Neq; eñ inq̄t, ipsi vos liberastis, sed qui ꝓ nobis dependit pretium Christus. Quo ergo pacto vos ip̄i legis subijcitis potestati, dn̄o inconsulto, qui vos libertate donauerit? Cum autem state dixit, ostendit illos instabiles esse & nutabundos. Et nolite iteꝝ iugo seruitutis cōtineri. Cum iugū inq̄t, graue legis seruitutē designat. Cum vero iteꝝ, dementiæ illos accusat. Qn̄quidem & intolerabile illud legis onus experti, volentes rursum ad eā se conferunt. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. Propriæ personæ dignitatē ac fidem q̄busuis argumentis & demōstrationibus anteponit, nihil inquiēs circunciso ꝓfuturus est Chr̄s, q̄a is & gratiā respuat, & ad legē cōfugiat, pinde ac bn̄ficam: Christo vero tanquā de se haudq̄q̄ benemerēti nil credat. Qui itaq; minus credens à Christo descíuerit, nil prorsus ex pfidia consequitur lucri.

Christum afficimur, charitatē præferri. Ostendit aūt hos & si crederent & fidē exceperint, nil tñ esse in Christi amore fundatos. Et ideo ad legem vltro se contulisse, q̄uis ad habendā in proximos dirigat charitatē. Demonstrat prę terea seductores illos, q hos circūuenerint si se velint charitate cōplecti, neq̄q̄ id amplius ausuros. Perdisce itaque queadmodum operaī fides p charitatē, hoc est, vt actuosa & exercitata sit, charitate vero si caret, otiosa & turbida sit futura. Simile illud est: Fides sine operibus mortua est. **Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire?** Neq̄q̄ id rogantis est, sed deplorātis dicentisq́ȝ: Ecce iā id perfectionis culmen euaseratis, quis hoc deiecit? Quis adeo valuit deprauati ingenij viribus, vt vos prorsus interpellaret, ne euangelicæ veritati fidem adhiberetis, sed legi obsequeremini, quę adumbrata sit & superuacanea reddita? **Nemini consenseritis, persuasio hæc non est ex eo qui vocauit vos.** Hoc est, q̄d fueritis seductoribus his obsecuti, neq̄q̄ est à Christo. Neq; eñ ideo vos ille vocauit, vt morem geratis consulētibus esse ritus Iudaicos imitandos. **Modicū fermētū totā massam corrūpit.** Ne illis hūc in modū occurrēdi offeraī occasio, qd nos adeo lacessis Paule, vnū tantisp̄ excessimus legis mādatū, & tantope id auges crimē et magnificas? sic rñdet Ap̄s, Q̄d tenue admodū est, & pusillū videī, maximū solet in modū obesse. Nā quemadmodū fermētum, & si pexiguum sit, massam vitiat oēm, quippe quā sibi admixtā & ad se trahens immutat, sic & circuncisio ipsa cum mandati vnius obtineat locum, ad Iudaicos ritus vos cōseruandos est conuersura. **Ego confido in vobis in dn̄o, q̄d nihil aliud sapietis.** Cōfido (inq̄t) in vobis, nec mirū, q meorū calleā discipulorū conditiōes, & eorū facilē fore in viā reditum non ignorem. Cumq; de vobis nil ipse desperē, qa ad bonum cōuerti posse intelligo, confido tamē & deo in primis, cuius arbitrio nec minima peunt. Hortaī pręterea, vt & ipsi de se pręstent quę

Iacobi. 2.

conferãt, & spem in dño habeãt obfirmatã. Neq; em̃ aliť possunt diuina bona parari, nisi & ipsi(inqt), p vestra virili, proferre ex vobis quæ deceãt, adnitamini. **Qui aũt conturbat vos, portabit iudiciũ, quicũq; ille est.** Spero equidẽ inquit, in viã vosredituros, facturosq; quę deceant maxime, nil tñ crediderim qui vos seduxere, pœnas emeritas euasuros, sed luẽt hi quidem supplicia tãetsi magnitudine videanť & autoritate præstare. Id em̃ pręteñdit cum inqt, quicunq; sit ille. Quod eo dixit, vt absterreat cæteros, ne in istiusmodi se ingerant facinus. **Ego autem fratres si circuncisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior?** Cum hypocrisis Paulum pleriq; insimularent, afferentes circuncisionem prædicasse nonnunq̃, & itẽ nõnunq̃ interdixisse, sic inqt: Velim equidẽ mihi testimonio sitis, quẽadmodum à Iudæis diuexor insectãtibus. Si vero circuncisionẽ p̃dicauerim, quã aliã ob causam persecutionẽ hãc patior? Id sane p̃spicuũ, q̃a illorũ auitos q̃sdã ritus sustulerim, at si ob seruandã edixerim circuncisionẽ, in suo illos errore stabilio, cur ergo me prosequunť? Vel quã sunt persecutionis huiusce causam allaturi? Nũ dicturi sunt forte, Timotheũ Paulus circũcidit? Ita q̃dẽ. Sed dispẽsatiõis cuiusdã id grã fecit. At aliud est circũcidere, aliud circuncisionẽ p̃dicare. Nõ em̃ dixit, si circũcisionẽ fecerim, sed si p̃dicauerim. Qui em̃ p̃dicat, sancit dogma, fieriq; id perpetuo oportere iniungit, q̃a bonũ est præputiũ: Qui vero per dispensationẽ egerit q̃ppiã, nõ solũ vt bñ agat, sed p rerũ & tpis necessitate id facit. **Ergo euacuatũ est scandalũ crucis.**
1.Cor.1 Si circuncisionẽ p̃dico, inquit, cessabit hauddubie scandalũ, q̃ crucis rõne offendebanť Iudæi. Nã nullã ob causam aliã, crucis hi sunt p̃dicatione perculsi, neq; alia rõne eam repudiant, nisi quia circuncisionem simul tollit & legem. Quo fit, vt quæ à me prædicať circũcisio, crucẽ impugnãdi Iudæis occasionẽ attulerit, resederitq; & scandalũ q̃ illi incessebanť. **Utinã & abscindãtur qui vos contur**

bant. Hos quidē, qui fuerāt à falsis apl'is circunuenti, insensatos iā dixit, Neq; aliū eos in modū, nisi vt pueros solemus, corrupit. Seductoribus vero perinde ac insanabili morbo affectis & mala imprecat, & inquit: Vtinā non mō circuncidant hmōi hoīes qui vos conturbāt, sed com penitus præcidant pudēda. Vel abscindant dicit, hoc est, à vestro sint seiuncti consortio. Græce aūt, q̄d cōturbant latine traductū est, ἀναστατοῦντες habet, hoc est, à proprijs sedibus moti, & alio traducti. Vt em̄ cum vi & armis aliq̄ capit ciuitas, ex ea abacti hoīes alio traducunt, sic & Galatę libertate amissa, & ad Ierusalem inferiorem hanc à superna illa transuecti, ad legem sunt & Iudaicā vilitatē compulsi. Notandū præterea est, quemadmodum qui se circūcidunt, Pauli in se execrationem cōsciscunt. **Vos enim in libertatem vocati estis fratres, tātum ne libertatem in occasionem detis carni.** Non em̄ vt legi iniquit deseruiamus, à Christo sumus vocati, sed vt à legalis seruitut; iugo liberi simus. Deinde ne quis existimet, quia libertate vtimur, licere nobis oīa ad nutū facere, castigat id dictum, & inquit: Nequaq̄ sumus hmōi libertatē adepti, perinde ac occasionem nacti ad carnis concupiscentias, quippe qui non eā ob causam sumus à legis iugo soluti, vt in præceps feramur, sed vt libere & seruitute submota, recti & gradu composito, tanquā bñ formati, & instructi nos incedamus. Non em̄ vt legē præuaricemur, licentiā & libere agimus, sed vt vltra quā lege cautū sit, proucham̄ur. **sed per charitatem spūs seruire inuicem.** Legis iam iugo sublato, aliud q̄ddam quod charitatis est, iugū inducit, vt illo leuius, ita & longe validius. Arguit prę terea seductores illos talia his principatus cupiditate persuasisse, quæ profecto oīm mater est hæresum. Cunq; tales inquit, vos inter dissidium fecerit dominādi libido, pręstate alternis mutua charitatē obsequia. Seruire autem inuicem dixit, vt intentiorem prætenderet animi affectum, q̄ seruiendum sit. Ad mortalitatem demum conuersus &

modum aperit, q̃ fieri possit ne carnis cupiditatibus seruiat. **Omnis enim lex in vno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum.** Si prorsus (inquit) legem exequi cupido incesserit, neq̃q̃ hãc circuncidendo, sed charitatem seruando explete. Hæc enim legis est adimpletio. Aduerte autem quẽadmodum & si de mortalitate sit sermonem aggressus, nil tamen fuerit de dogmate ipso vt dissereret demum oblitus, adeo ille dolebat, erroribus Galatas sic paruisse. **Quod si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini.** Quod gestũ re ipsa fuisse compertum habebat, pinde ac subdubitans ponit: idipũmq; & in sequentib⁹ facit. Cũ em̃ ne cõsumamini inq̃t, formidantis iudicium præfert, rem ita fore pro certo asserentis, nõ condẽnãtis. Non em̃ solũ mordetis dixit, q̃d iracundiæ est, sed cõeditis vel voratis, vt græce habet, q̃d feritatis est vltimũ. Hęc aũt & de corruptis dogmatibus differit. Quinetiã põt & de mutuis illorũ insidijs rapacitatibusq;, & inexplebili habendi cupiditati intelligi. Et q̃m qui alijs iniurias faciunt, vel insidias parãt, exitiũ alijs vident & non sibi afferre. Videte inquit. i. cauete, ne id rei in vos relabat. **Dico autẽ in Christo, spũ ambulate, & desideria carnis non perficietis.** Cũ morsus & vorationes dixisset, consummationẽ allaturos & finem, exprimit & horũ medelã quę & charitatem conseruat, & ipsa à charitate seruatur. Dico autẽ id fore cum spiritales nos p̃stiterimus. Nã si spũm ipi sectabimur, & alios amore proseq̃mur non mediocri. Quo demũ affecti, vt spiritales efficiamur, necesse est. Sic profecto futurũ est, vt carnis concupiscentias non exeq̃mur. Caro em̃ concupiscit aduersus spm̃, spũs autẽ aduersus carnem. **Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis.** His Pauli dictis innitunt Manichæi, & cæteri eius sectæ hæretici, dicuntq; ex duabus, & diuersis substãtijs hoĩem oĩno constare, vnde idip̃m Ap̃li dictum huic rei argumẽto esse, &

testimonio afferunt, q̃d tamen est longe secus. Neq; enim de hominis substantia hæc Paulus disputat, sed carnē appellat humanas cogitationes & mentis affectus, qui terrenis in rebus versentur, perinde ac desides & torpentes: non corpus & spm̃ & spiritalē aliquem cogitatum, nō animā. Terrestris igitur contēplatio, spiritali penitus aduersatur, & spiritalis terrestri. Prauarum itaq; & optimarum insulit cogitationum discrepantiā, non corporis & aīæ impugnationem. Velle nanq; vel minus velle, meditantis ē animi. Adiecit præterea, ne ea faciatis quæ vultis. Nā animæ corpus opitulat. Nec secus inhærens aīa corpus tutatur, & per oīa subest, ne illud deserat. Quo ergo pacto cōtraria fuerint, & inuicem aduersabuntur, quæ tanta & mutua sunt affectione connexa? **Quod si spū ducimini, non estis sub lege.** Qui spm̃ (inqt) est nactus, vel prauas restringit cupiditates, à quibus qui liber euaserit, nec legis indigebit consilio, nec illi erit subiectus. nā qui nec ira incēditur, quid habet monitore opus, ne quem occidat? quod & alibi dixit Apostolus, Nulla est iusto lex posita. Videt etiā & legis laudes explicare. Si em̃ spūs loco lex erat, pro eius viribus & suo tpe in pædagogi morem alios instruebat. Cur ergo pædagogi iugum de integro subijstis, spū qui perfectos vos redderet, derelicto? Nec sane res hæc secus se habet, q̃ si philosophus quispiam pædagogo indigeat. **Manifesta autē sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, adulteriū.** Corruptę (inquit) & carnalis voluntatis hæc opera sunt, è quibus eminent & notiora videntur, adulteriū & fornicatio. **immunditia, impudicitia,** Modos hoc loco nonnullos fœdi prætendit concubitus, quos nec explicare præ scelerum magnitudine tulit. **idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comesationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut prædixi, q̃m qui talia agūt, regnū dei non hæreditabūt.** Dicāt

I. Tim. I.

Supra. 3.

vobis qui carnem incusant et criminantur, Concedamus fornicationes et adulteria corporis esse delicta, inimicitiæ vero et cõtentiones et id generis cætera, quo pacto inesse corpori poterunt? Atqui liquet sane, corruptæ et inquinatæ mentis hæc esse facinora. Quod si nobis essent naturæ hæc insita, quo pacto nos à cælesti imperio eiecissent? Nõ em̃ natura, sed voluntate & supplicia parãtur & præmia. Alioq̃ si natura hæc obuenirent, nequaq̃ qui faciunt hæc intulisset, sed qui patiuntur. Nã facere, animi promptitudinẽ præfert. Inimicitias vero non æquas intellige. Sunt em̃ & iustæ nonnunq̃, vtpote quæ fidei gratia oboriunt, & quæ omnibus inferuntur, qui à recto decesserint. Dicit aũt æmulatiõem, quæ & praua sit & iniquior. qñquidem est alia quædam recta æmulatio, cum bono quis factitantem nitit imitari. Optime aũt post contentiones & rixas, ponit & sectas. i. hæreses, quæ à contentione ducunt originem, cum quisq; contendit confirmare quod sentit. Homicidium præterea ab inuidia nascitur, & comesationum scurrilitas omnis & temulentia. κῶμοι enim græce, quos comesationes hic dicit, ebriantium sunt cantiones, cũ iurgio & contumeliis decantatæ. Vnde prius gignentia posuit, mox & progenita. **Fructus autem spũs est charitas, gaudium, pax.** Quia à nobis ortum ducunt praua facinora, propterea & carnis opera appellauit, perinde ac si operosa sint & grauia factu. Bona vero non modo nostro indigent studio, sed ope etiã diuina, ob idq; spiritus dixit, perinde ac nostra intersit semen subministrare, & volũtatem offerre, diuini vero arbitrij sit vt fructus emergat. Omnium autẽ bonorũ radicem priorem statuit charitatem, deinceps gaudium. Qui em̃ afficitur charitate, semper est lætior, vel si mala perpetiatur, & beneficium eius spectat, qui mala gesserit. Gaudet etiã, sed in deo, cuius gratia & peragat cũcta & toleret, eoq; & optime adgaudet conscientiæ. Ex charitate autem & suscepta lætitia, conquiescit, nec vllis animi cogitationibus obturbatur.

Sapien. 5.

Quinetiã vel si quos odio habere videbit, non eos odit, sed illorum fastidit nequitiã: q̃nquidem hos ipsos, vt fratres colat, & odiũ præferat vt corrigantur, & correctis conducat. **patientia, benignitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia.** A benignitate lõganimitas ita videtur sacris in literis discrepare, vt qui animi sit magnitudine prçditus, is certe sapiẽtia polleat: neq; accelerate & præcipitanter, sed sensim, & lento gradu decẽtes ingerat pœnas. Qui uero benignior fuerit, vt sontes & noxios dimittit impunes: quemadmodum Moyses, quia Mariæ & Aaron ipsi pepercerat, clemẽtior est appellatus à cunctis, qui eas terras incolerẽt. Et bonitas quidem est q̃ beneficentia lõge vulgatior. Bonus est em̃ dñs (inquit) vniuersis. Beneficentia vero dignis dũtaxat benefacit, vt illud est: Benefac dñe bonis. Fidem autem dicit, non simplicem quandam & tenuem, sed quæ montes præ ardore transiliat, credátq; nihil ambigue quæ impossibilia hominibus sunt, apud deum fore factu facillima. Postremo & continentiã posuit, qa nõ solũ ab escis, sed ab omni sit nequitia abstinendũ. **Aduersus huiusmodi non ẽ lex.** Hoc est, aĩa quæ ista spũ suggerentẽ peregerit, nihil indiget legis instructione, cũ præstantior ipsa sit & lege sublimior: sicuti non calcaribus indigent equi natura velociores. Paulus itaq; non legem reiecit, quia iniqua sit, sed quia spũ est liberalitate inferior. **Qui aũt sunt Christi, carnem suã crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.** Haud secus ac si quispiam roget, Quis hominum est qui agat quę differis? Respõdet, Qui Christi sunt, hoc est, qui ex Christi sunt sorte, carnem q; crucifixerũt, id est, opera quæ carnem sapiunt, mortificarunt. Non enim sibi ipsis mortem hi consciuere, vt carnem intelligas ipsius carnis substantiam, sed cogitationes terrenas. Quo fit, vt neque iracundiæ vitium in his, neque concupiscentiæ vigeat, sed vtraq; hæc & cruci affixa sint, & morte affecta. Vel simpliciter vitia affecta & inquinata opera dicit, siue ab ira sint,

Nume. 12
Sapien. 12
Psal. 124

illa producta, siue à cupiditate. Nec solum istiusmodi actiones restringunt, sed earum tollunt principia, siue concupiscentias dixeris.

Caput VI.

Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Cum itaque spūs tanta sit vis, & illi viuendum est, & eo contenti esse debemus. (id enim ambulemus prætendit) hoc est, sat sit nobis spūs virtus, neque per legē adijci quidpiam deposcamus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicē prouocantes, inuicem inuidētes.
1.Timo.6 Arguit hoc loco eos qui hos seduxere, gloriæ cupiditate id scelus fuisse aggressos, q̄ hauddubie cunctorum est malorum origo. Tunc aūt seinuicem prouocant, cum se concitant altercando, iurgandoque, vt fieri solet, cum quis hosti inclamat hmōi: Heus tu, huc concedito, si quid robore vales & viribus, ineamus certamen. Proinde & inuidiā interdicit, qñquidem ab inani hęc gloria defluat. Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, huiusmodi instruite ī spiritu lenitatis. Cū seductoribus his viderent nōnulli ex delinquentibus conuitiari & increpare delicta, propriaque vitia patefacerent, vtpote qui gloriæ & principatus cupidine ad id deuenissent, sic inquit: Si præoccupatus qs fuerit atque deprehensus aliquid cōmisisse, non statim sunt admouenda supplicia, sed ad correctionem adhibenda medela. Et in spiritu sancto id agite dicit, arguens spiritui id placitum esse, & eius gratia fieri, vt leniter castigemus peccantes. Considerans teipsum, ne & tu tenteris. Ne forsan q alios in viā reduxerit, efferatur postmodū & insolescat, confirmat hunc, & hortatur his verbis: Considera teipsum, hoc est, te hominem esse, ac labilē contēplare, & caue ne & ipse tenteris, quod sane humanum est. At illud teterrimū, cum ex tentatione in prauum facinus labimur. Tu vero adiecit, vt mortalis cōmonefaceret fragilitatis. Alter alterius onera portate. Qm̄ nemo ē hominum qui peccati sit expers, ne acrius proximi peccata

detractet,cõmone facit:q̃n eo maxime ferat, vt & sua ab
aliis tolerentur.⁊ sic adimplebitis legē Christi. Nõ
em̄ implebitis dixit,sed adimplebitis,hoc est, communi
consensu oēs Christi legem perficietis,vosipsos inuicē to
lerātes,videlicet vt iracundus, ad iram tardum sustineat:
& tardior,iracundi impetum ferat:sic fiet vt neq; ille delin
quat,si ab hoc toleretur:neq; is,si ab illo feratur.Nec illud
dico,vt inuicem porrectis inter vos manibus Christi le-
gem alternis mox exeq̃mini, sed quod proximo deerit,
vnusquisq; sufficiat tolerando.Charitas aūt Christi,ē ad-
impletio mandatorum. Nā si quis existimat se aliquid
esse,cū nihil sit,ipse se seducit.Arguit hoc loco nulli-
us esse momenti,qui alicuius se duxerit. Præfert em̄ ma-
ximū suæ vilitatis argumētum, qui esse se aliquid credat.
Quo fit,vt præter seipsum fallat neminē. Opus autē
suū probet vnusquisq;,⁊ sic in semetipso tantum
gloriā habebit,⁊ non in altero.Examinet,inquā, &
diligenter suas quisq; res gestas disquirat.id nanq;,cū pro
bet inquit,designat,ne has forsitan siue inanis gloriæ,siue
simulationis,siue alterius cuiusuis humanæ occasiōis gra
tia gesserit.Tūc fiet,vt nō in altero, sed in seipso gloriā q̃s
assequatur. Cōmunicet aūt qui catechizatur ver-
bo,ei qui se catechizat,in omnibus bonis.De præ
ceptorib⁹ differit, qui sub eis catechumeni fuerint effecti,
& instituti,illos faciant non vna in re,sed in om̄ibus eorum
fortunæ boniq; participes,victum scilicet,vestem,hono-
res,beneuolentiā,& bona reliqua illis impartiantur:vt po
te qui longe maiora accipiant,q̃ ipsi contulerint, q̄nqui- *1.Cor.9.*
dem demetant pro carnalibus spiritalia.Eoq; & commu-
nicationem appellat,vt quam retributio consequatur & *Mat.10.*
præmium.Quæret aliquis,cur à discipulis Christus alimo
niā iussit præceptoribus ipsis deferri?Id nimirum ea de cau-
sa fecit,ne insolescerent præceptores, sed humiles se præ-
starent,q̄n eorum ad vitam præsidio indigerent, quos ipi
ad fidem instruerent.Et vt nulla præsentium rerum cura

distracti,prædicationi solum vacarent,essentq́; & discipuli non in præceptorem ingrati,& consuescerent bene instituti in omnes tales se exhibere,simul etiã ne inopes suã erubescerent sortem,q̃nquidem pari essent cũ præceptoribus cõditione. Nolite errare, deus nõ irridetur. Quæ eñ seminauerit homo, hæc & metet. Quoniã qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionẽ: qui aũt seminat in spũ, de spiritu metet vitã æternam. Cũ præceptores ipsos nonnulli prauę vitæ insimularent,& ob id aspernantes non alerent,egestate oppressos,ideo & in sequẽtibus dicturus hmõi est, Bonum faciẽtes non deficiamus: & nunc inq̃t,decere admodum eos vt liberalit̃ erga hos instructores se gerant,tanq̃ id omne quod ipsi impenderint,in ea quæ spũs sint conferat. Proinde doctrinã conferens cum impensis, quæ cum carnalibus,tũ spiritalibus sint in rebus effectę,sic ait:Si in his quę carnis sunt mensas consumpseris,instructioribus paratis ad gulam irritandã epulis,temulẽtiam,luxum, & crapulã seminans,profecto corruptionem demetes. Hęc nanq; & facile corrumpunt̃, & corpus inficiunt. At si spiritalia seueris, hoc est,spũs opera,[in oẽsq́; vt beneficus cõtuleris eleemosynã,& continentem te gesseris,vitã sempiternam inuenies. Neq; eñ irridet̃,hoc est,nil fallitur deus, sed propriã cuiq; mercedẽ persoluet. Satius nobis erit spiritalibus in rebus bona hæc terrena dependere,quibus in rebus & præceptorum computat̃ impensa,q̃ in carnis affectibus his suauissimis,qui & per se corrumpunt̃, & corpus afficiunt. Nam & ex grauissimis voluptatibus & nimio luxu,morbi oboriunt̃. Bonum aũt facientes nõ deficiamus. Tempore eñ suo metemus non deficientes. Hoc loco clarius aperit, quemadmodum & si improbi sint,qui nostra indigeant ope,nil tñ ipsi deficiamus bene de his promereri. Abundantem prætere a & cõtinuam largitionem prætendit,cum inquit, nihil deficiamus. Et quia magnum quiddã videt̃ exigere, cõfestim &

præmium ponit,cum inquit,metemus: quippe qui quietiores sumus futuri,cum alijs bona hæc impartiuerimus. **Ergo dū tempus habemus,operemur bonū ad omnes,maxime aūt ad domesticos fidei.** Quēadmodum non semper est serendi tēpus, ita nec metendi occasio semper offert. Quod sane & virginum illarū,& Lazari exēplo profertur. Quādiu aūt nobis in hac vita suppetit ætas,non solum in præceptores,sed in gentiles ipsos & Iudæos,quæ bona sunt operemur,hoc est,bñficentia vtamur & eleemosyna. Nec tamen pari mēsura effundenda in hos erit largitio,vt in fidei proximos,sed maior erga fideles præstanda est & effusior. Id enim,cum maxime ad domesticos fidei dicit,prætendit. Aduerte autem quēadmodum vel in his à Iudaica illos vilitate repellat. Siquidem cum lex ipsa ad vnius nationis homines,hoc est, Iudæos,suam clementiam aperiret,gratia vero terras simul ac maria ad eleemosynæ conuocat mensam,tametsi vt dictum est,non æqua mensura. **Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu.** Paucis de mortalitate iam explicatis,quæ dicere cœperat, & animum eius morderent,repetit:ostēditq; se proprijs manibus epistolā exarasse. Quod eo inquit,vt non modo suā erga Galatas aperiret beneuolētiam,sed etiam tolleret si quid illi de se male existimarent. Incusabatur nanq; ab his leuitatis et incōstantiæ Paulus,perinde ac si sua dicta prædicādo iam variaret: eoq; et scriptis cogitur quæ prædicasset, testificando probare. Enimuero quas mittebat Apostolus literas, alij conscribebant: Salutem duntaxat ipse in epistolæ calce cuiq; impartitā notabat. Qualibus aūt cū inqt,non literarū exprimit prolixitatē,sed deformitatē prætendit,pinde ac si dicat: Etsi minime sim apprime scribendi peritus, cōpulsus sum tñ vel mea manu hāc ad vos epistolā scribere. **Quicunq; enim voluīt placere in carne,hi cogūt vos circuncidi.** Quicunq;(inquit)placere in carne volunt,hoc est,morem Iudæis hoībus cupiūt gerere.

Matt.25.
Lucæ.16.

Nam conuitijs ab his incessebantur fideles, tanq̃ à patrijs ritibus defecissent. hi vos ad circuncisionem cõpellunt, vt sese vestræ carnis scissura apud Iudæos excusent. Cum autem cogunt infert, arguit eos vel inuitos id fuisse perpessos, simul vt his ab eiusmodi seductoribus secedẽdi p̃beat occasionem, vt qui nihil vltro deliquerint. **tantũ vt crucis Christi persecutionẽ non patiantur.** Quinetiã (inquit) id alia quadam de causa moliũtur, ne Christi crucis persecutionem perpetiantur, hoc est, ne crucis & fidei causa, quam hauddubie circuncidendo prçuaricantur, hi diuexentur, vel ea tolerent quæ tulerit Christus, alios volunt circuncisiõis huiusce habere participes. **Neq; enim qui circunciduntur legẽ custodiunt, sed volunt vos circũcidi, vt in carne vestra glorientur.** Nec solum (inquit) gratificãdi hoibus grã, sed gloriæ etiã cupiditate id agunt. Neq; legis tutandæ aut religionis id faciũt causa, quin magis vt laudem assequantur, & gloriẽtur vestra in carne, hoc est, in hac præcidenda iactant præceptores se & magistros, habere vos in discipulos & sibi morigeros. **Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Jesu Christi.** Illi (inquit) circuncisionẽ hanc gloriæ ducunt, rem sane superuacaneam, perinde ac obsoletam iam & desitam: A me vero procul sit cæterarum rerum iactantia. Liceat tamen in vna Christi Iesu cruce & morte admodum gloriari, qui inanem reddidit circũcidendi consuetudinem. Cum autem absit dicit, tacite circuncisionem, vt vetitam detestatur: quã vt effugeret, dei
Supra.2. opem adsciuit. Quæret aliquis, quo pacto gloriaris in domini cruce? Nempe quia mei ob gratiã (qui nulli rei sum vsui) ille sit cruci affixus, & me tanta sit charitate complexus, vt morti seipsum obtulerit. Cur itaq; in Pauli gloriã & fidelis cuiusq; concessit? Quia domini sit erga nos charitas patefacta. Quis enim qui seruus cum sit, non gloriæ duxerit heri in se beneuolentiã? **per quem mũdus mihi crucifixus est, & ego mundo.** Mundum præsentis

vitæ bona appellat, gloriã scilicet, opes, & delicias cæteras. Hæc (inqt) mihi demortua sunt, & his ego sum morte affectus. q̃ fit, vt duplici hac mortificatione, neq; bona illa me cõprehendere possint, neq; ipse ad ea confugere: qppe q mortuus sim, hoc est, his rebus oĩno nil deditus. **In Christo em̃ Iesu neq; circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Et quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel dei.** Neq̃ q̃ (inqt) circuncisionẽ mihi cõmemores, quæ vt nihil põt officere, sic plane & inutilis & superuacanea est, cuiusmodi & præputiũ fuerit. Q̃nquidem cuncta innouauerit Christus, & aliã à nobis hoc tpe vitã, & alios mores deposcat. Est em̃ noua quæ nup scd̃m Christũ creata est vita. Siqdem nr̃a hæc quæ delinquẽdo consenuerat aĩa, baptismo est renouata, & futuro in seculo incorruptione & gl̃ia, vel ip̃a hęc corpora decorabunt, cum ipsi noui erimus oẽs, incorruptibilesq; redditi. Quicunq; igit huic scd̃m Chr̃m viuendi mõ, & regulæ seipsos addixerint, auersati tandẽ obsoletã hãc & inualidã circuncisionẽ, pace conciliata in gratiã cũ deo redibunt, & erunt à prauis liberi facinoribus, quę nobis deum pculdubio reddũt infensiorem, misericordiãq; & veniã consequent. Nec tñ vltra vt deo aduersantes existimabunt vel odiosi, sed vt miseratione dignati: vtpote qbus per crucẽ & gratiã pax sit cũ deo conciliata. Hi aũt Israelitæ sunt certo, vtpote q deum intuerent, eoq; & Israel dicit dei. Atq vos isti seducũt, & circũueniunt, & si gñe sint Israelitæ, falso tñ Israelitæ dicunt. Hoc aũt à Dauid dicẽte pax super Israel, desumpsit Ap̃lus. **De cætero nemo mihi molestus sit.** Nec pertęsus, neq; indignãs, hęc Paulus, pfert. Qui em̃ id faceret, q ita hortatur: Instate oportune & importune, sed volens impositas abs se leges immotas fore, & nil spei reliquũ illis esse, vt has q̃ q̃ pacto immutet, sed sperare mõ q̃d semper statuerit assidue se p̃dicaturũ. **Ego em̃ stigmata dñi nostri Iesu Christi** Gene. 32 Psal. 124

in corpore meo porto. Excusationis (inqt) habeo loco apud eos, qui me hypocrisis criminantur, & dicunt alibi me circuncisionem hanc prædicasse & adstruxisse, stigmata ipsa & discrimina, quæ Christi ob gratiam obiui intrepidus. Hæc nãq; vel voce quauis clarius testificantur, quẽadmodum nequaquam pro lege, sed pro eo quod secundum Christum est dogmate, periculis antehac meipsum obiecerim. Neq; habeo dixit, sed gesto, perinde scilicet ac trophæum aliquod & insigne regium altius & cunctis visendum attollo, & in istiusmodi glorior. **Gratia domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen.** Cum bona illis precetur optetq;, ostendit nõ ira vel odio dixisse quæ dixit, neq; comprecationis id obtinet locum, sed instructionis & doctrinæ, quæ dicta oĩa concludat ac terminet. Commemorat præterea & gratiam qua non lege, sed Christi munere sint qui credidissent potituri. Neq; vobiscum dixit, sed cum spiritu vestro, abigens eos à rebus hisce, arguensq; non à lege hos spiritum, sed gratia accepisse. Et vt non legem illis aut circuncisionem, sed gratiam & spiritum contulit, ita & posse collata seruare. Veruntamen cum fratres appellat, baptismi admonuit, quo fratres sumus omnes effecti, à patre vno nõ

Ephe.4 à lege progeniti. Sit itaq; & vobiscum spiritaliter vitam degẽtibus gratia, nec diuinam illam sanctificationem paracleti à vobis peccatorum volutabro abigatis, sed auctã semper magis ac magis accumuletis in Christo Iesu domino nostro, q nouam & spiritalem vitam veteri & corporali sublata, monstrauit. Cui gloria in secula seculoȝ. Amen.

Missa fuit à Roma.

ARGVMENTVM EPISTOLAE ad Ephesios.

* Ephesii sunt Asiani. Hi accepto uerbo ueritatis perstiterunt in fide. Hos collaudat apostolus, scribens eis ab Roma de carcere per Tychicum diaconum.

THEOPHYLACTI IN PAVLI AD Ephesios epistolam, prologus.

EPhesus Asię metropolis erat, huius incolę Dianam colebant, cui et templum dicauerant ornatissimum et permagnificum. quod in summa erat, cum apud Græcos omnes, tum apud Ephesios ipsos ueneratione et cultu, ita ut Diana neocoros diceretur, quemadmodum in actis apostolorum literis est demandatum. Ea in urbe Iohannes euāgelista relegatus, diu uersatus est, et uitam demum multo senio exactam finiuit. Ibidem et Paulus Timotheum reliquit prędicantem. Quin etiam qui ea tempestate philosophi maxime claruerunt, Ephesi uitam egere. Cum itaq; tāta eēt urbs illa felicitate donata, et sapientibus adeo uiris polleret, accuratius ad hos scribit apostolus, et sensa quædā profundiora et altiora arcana his credidit, ut qui nuper essent ad fidem instructi. Scribit autem epistolam hanc sensibus altissimis plenam, refertamq; diuinis mysteriis, quocirca nobis et animus enixe admodum intendendus, ea ut pernoscamus quę hac in epistola condutur mysteria. Actu. 19

Caput .I.

PAVLVS apostolus Christi Jesu per voluntatē dei. Ecce quemadmodum per præpositionem hanc & particulam, Arrianorum de causa, qui aliter sentiunt, patri attribuit, perinde ac deo & patre volente, Christi sit Iesu apostolus institutus. sanctis qui sunt Ephesi & fidelibus in Christo Jesu. Aduerte quanta homines hi ea tempestate virtute pollerent, vt eos & fideles appellet & sanctos, viros præsertim vitæ huic tpariæ deditos, q vxores haberēt & liberos. Istiusmodi neq; in mōtibus forsan hoc tpe, neq; in spelūcis inueneris. Gratia vobis & pax a deo patre nostro & dño Jesu Christo. Cum gratiam dixit, à deo patre nostro adiecit, vt ostendat eiusmodi gratiæ opera fuisse effectum, vt pater hic nobis & dñs

fieret & deus. Dñs quidem, hoc est, filius, ob eam quã nobis contulit gratiã factus est, & Chrus Iesus carne ꝑ nobis assumpta, & Iesus noĩe dictus, humanitatẽ diuinitate obliniuit, & vnxit. Benedictus deus ⁊ pater domini nostri Jesu Christi. Ecce & deus & paẗ est eiusdem & vnius Christi. Deus quidẽ vt incarnati, paẗ vt dei verbi. Qui eñ benedixit vobis in oñi benedictione spiritali. Ad bñdictionis Iudaicæ differentiã, spiritali ap-
Deute.28. posuit. Illa nãq; magis erat corporea. Bñdicat eñ inquit, deus filios vteri tui, & benedicat introitũ & exitum tuũ. Hic vero oĩs in nos spiritalis benedictio est, ita vt nihil ex ea desit. Qñquidẽ & immortalitate simus donati, & dei
Roma.6 filij & Christi cohæredes effecti, vt nobis qui primitiæ su-
Roma.8 mus, honos à supernis ꝑtãtibus deferaẗ. Merito ergo in oñi benedictiõe dixit. Nã cũcta nobis dono sunt tradita, tã diuina ꝗ̃ spiritalia. in cælestibus. Tanꝗ̃ spiritalis benedictio nr̃a, & cælestis interꝑteẗ, In cælestibus inqt. nã Iudæoꝝ in terris erat benedictio, & ideo corporalis ẽ
Leui.25 dicta. bona eñ terræ comedite ait, & terrã fluentẽ lac &
Exodi.13. mel. & benedixit dñs terrã tuã. In nr̃a aũt nihil hmõi, sed
Psalm.84 sunt cuncta cælestia. Vnde & spiritalis hæc nr̃a diciẗ bene
Matth.5. dictio. Nã eo ꝓmisso cæleste imperiũ est paupibus destinatum, & iustificatis multa in cælis est merces. In Christo Jesu. Hoc est, per Chrm nobis, non vt mel eis per Moysen, benedictio ista obuenit. Sic itaq; vt non mõ ꝗ̃litate bonoꝝ cum Iudęis, sed mediatore etiam differamus. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ. Nobis (inquit) benedixit ꝑ Chrm, quẽadmodum & per eundẽ elegit, hoc est, per fidẽ in Christo habitã. Elegit aũt ante mundi constitutionẽ. Siquidẽ erãt ꝗ̃ nobiscũ agũtur hoc tpe, ex alto ꝑdestinata, nõ nuper tradita, sed à principio ꝑparata. Recte aũt καταβολὴν intulit, ꝗd græce fundationẽ interꝑtamur, & latine cõstitutionẽ dixit interpres, vt ostẽdat ẽ ꝗdam diuinæ potẽtię sublimitate demissum & fundatum fuisse hunc mundum. Cũ vero elegit inquit,

& dei designat clementiã,& illorũ virtutẽ. Quippe q̃s deus secreuerit vt ꝓbos futuros. **vt essemus sancti & immaculati in cõspectu eius.** Ne forte illud subeat mẽtem, elegisse iã deum saluos fore q̃s velit,& sic torpeat animus existimãti, nil vltra esse virtuti studendum, vt vitam quis asseq̃tur. Q̃nquidem electi iam sint ꝓ dei arbitrio,& nil cæteris esse spei iã reliquum, ad id inq̃t: Elegit nos deus, vt sancti simus & sine labe, & in ea scilicet sanctitate viuamus, quam baptismo ablutis largitus est dñs. Perstemus itaq; & vitã fuemus virtute præditã. Sanctus est eñ quisq; q est fidei particeps: immaculatus vero, q nullis viuendo sordibus irretit. Nec hanc sanctimoniã mõ & vitã culpa vacantẽ à nobis exigit deus, sed vt in eius cõspectu hãcipam fuemus. Sũt nanq; pleriq; q hoĩm pñtiam veriti potius q̃ dei maiestatẽ, ꝑ se sanctimoniã ferũt: q̃les pharisæi fuere, idipm & Dauid asserit, inq̃ens: Scdm puritatem manuũ meaꝝ in conspectu oculoꝝ eius. Itẽ & Isaias, Auferte iniquitatem ab oculis meis. *Matth.23* *Psalm.17* *Isaie.1.* **in charitate qui nos prædestinauit in adoptionem filioꝝ per Jesum Christum in ipsum.** Cum elegit dixisset, dedit intelligi queadmodum, vt ꝓbos nos deus,& nr̃æ virtutis elegerit gr̃a. Et q̃a non in nostra duntaxat virtute constaret hæc salus, q in charitate nos ꝑdestinauit, adiecit. Alioqui & fidem excipere, & deo appropinq̃re, in nostra est ptãte situm: tãetsi vocantis dei sit munus. Accedentes vero adoptione dignãri, diuinæ charitatis est atq; clemẽtiæ. Eosq; q ꝑdestinauit, in adoptionẽ adiunxit. Ad q̃tam si q̃ras adoptionem: certe quæ humanum ad se attrahit genus, & sibi cõciliet;& id q̃dem per Iesum Christũ efficit. Pat̃ eñ ꝑdestinauit, ad hunc vero filius duxit, ꝑ filium quidẽ non serui cuiuspiã intercessu nobis bona hęc obuenere,& prędarior est liberalitas visa. **secundũ propositũ voluntatis suæ in laudem gloriæ.** Propterea (inq̃t) ita futurum vt nos adoptaret, ꝑdestinauit, q̃a id vellet maxime, vt gratiæ eius munificentiæ gl'ia patefieret. Dicet aliquis,

est ergo gl'iæ cupidus deus? Neq̃q̃. Nã nullius indigã est rei diuinitas, sed vult sane à nobis gloriam consequi, hoc est, à nostris rectis operibus, vt se maiori charitate sectemur. Nã q diuina in se collata bñficia demiratur, pro sua virili omni est studio adnisurus, ne deũ de se q̃optime meritũ, q̃q̃ pacto offendat. & q̃ties bona accepta memoria repetet, magis ac magis largitorem hunc colet. Atqui
Iezech.33 id vult maxime deus, vt pereat nemo: & ne q fuerint dete
1.Timo.2. riores effecti, pdantur. Nec sane necessitate coactus, scele ratos hic cruciat, sed vltro & volẽs, **in qua gratificauit nos in dilecto filio suo.** Hoc est, plenos gratia fecit, q̃d tñ græce significantius dicit, ἐχαρίτωσεν. Nã queãdmodũ senẽ aliquẽ scabie multa affectum corruptũq; inedia longiori, luridũq; & informẽ, vbi curãdum qs ceperit, confestim & decorẽ reddat, & iuuenili & pristinæ ætate restituat, gratumq; cunctis faciat & acceptum: sic deus omnis nos deformitate oppletos, & iucundos est redditurus &
Psal.44. hilares, ac forma præstãtes. Nã rex, inqt, tuũ decorẽ desiderabat, gratiosos autẽ in dilecto filio fecit, hoc est, p dilectũ filiũ, **in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum.** In dilecto (inqt) & vnigenito redemptionẽ habemus. At q̃lem illã si quærat quispiã delictorũ remissionẽ, vel q pacto impe-
1.Iohan.4 tratã hãc dicis? Per sanguinẽ inqt. Et q̃d honorabilius est,
Roma.8 eius per sanguinẽ, quẽ vnice diligebat, nos ille redemit, q̃s prius odisset, in redẽptionẽ pretiũ psoluens filij sanguinẽ. Aduerte aũt queãdmodũ id adoptionẽ ipsam magnitudine antecedat, qñ quidẽ nostri ob gratiã nec filio pater pepercerit. **secundum diuitias gratiæ eius quæ sup abundauit in nobis.** Hæc inqt in gr̃æ suæ copia fecit. Vide quãta sit huiusce excellentia, qñ & opes nobis collatæ sunt, opes inq̃ dei, & gr̃ę opes. Nec simplicioris cuiuspiã gratiæ, sed quæ abundauit in nobis, hoc est, quã affatim in nos ille effudit. **in omni sapientia & prudentia, vt notũ faceret nobis sacramẽtũ voluntatis suæ:**

Hoc est, eo in nos gratiā fudit, vt postq̄ sapiētia prǣditos reddidisset, aperiret nobis suæ volūtatis arcanum, perinde acsi dicat, quæ cordi recōdita haberet, nobis pnoscēdā exposuit. Vel pōt hoc mō intelligi, vt notū faceret nobis mysteriū q̄d omni sapientia & prudentia cōstaret, hoc est, quod oīi esset prudētia & sapientia refertum. Nam quo pacto nō summæ sapientiæ ea res fuerit, cū eos q̄s antea infensos haberet, & ꝓ pditis reliquisset, tantoꝝ mysteriorum dignos, & seculoꝝ p̄sertim in fine p̄cipueq̄ p crucē effecerit? **secundū beneplacitū quod proposuit in eo.** Id inq̄t, ꝓ suo arbitrio & voluntate fecit, & queadmodum proposuit & p̄destinauit in eo, hoc est, in Christo. **in dispēsatione plenitudinis tempoꝝ.** Huiusmodi bn̄ placitū & voluntatē, ꝓposuit ille, & p̄destinauit in dispensationē, hoc est, in gubernationē tēpoꝝ & stabilitatē. Nā tēpoꝝ finis, hoc est, postrema tpa tormēta deposcebāt & cruciatus, qn̄ in his hoīm neq̄tia increuisset: filij tamē, seu Chr̄i aduētus, maximū certe in modū postremis his seculis salutē mortalibus attulit, q̄d sane incōprehensibilis est sapiētiæ. **instaurare oīa in Christo quæ in cælis et quæ in terra sunt in ipso.** Erāt inq̄t cęlestia à terrenis ist̄ discissa, ita vt nō vnū caput haberent. Nā & si ꝓ mundi huius creationis rōne, vnus esset oībus deus, nondū tamen qui charitate nobis coniungeretur, dinoscebat̄. Quocirca proposuit deus instaurare cælestia simul & terrena, hoc est, vnum caput cunctis imponere Christū: & angelis quidem quo ad incorpoream eorum naturam: hominibus vero pro carnis conditione. ἀνακεφαλαιώσασθαι vero, quod instaurare dixit interpres, græce vel hanc habet significantiam, breuiter scilicet summatimq̄ quæ longiori sunt tpe gesta, vel quæ pluribus sunt explicata, paucis demum cōplecti. In Christo igit̄ anacephalæosato pater, hoc est, prę cidit pater & terminauit, quæ longioribus fuerant seculis dispensata. Verbū aūt erat in iustificatiōe pficiens & cōcidēs. **In quo etiā nos sorte vocati sumus, prædesti**

nati secundũ propositũ eius, qui operatur omnia secundũ consiliũ voluntatis suæ. Dixerat superius quẽadmodũ nos elegerit deus, nũc vero vt in Chr̃o sorte vocati sum⁹, hoc est, per Christum. Et qm̃ nec virtus sors est, nec voluntatis, sed fortunæ, id dictum castigans, sic inquit: Prædestinati secundum ꝓpositum eius. Neq; em̃ p̃destinasset, nisi & dignos præsciisset. Prius em̃ præuidit q̃ cõdidit, exciuitq; nos sorte de⁹, ac sibi secreuit, qui cuncta gerit. Quo fit, vt de nobis hæc per se facta electio, & per sortẽ vocatio, nil eum fefellerint. Forte autem exciri, beatitudinis est. quippe q̃ nullis laborib⁹ parat̃, sed gratia: & si ad indignos vsq; peruenerit. Atq; secundum voluntat; suæ cõsilium dicit, vt oñdat nõ Iudæorum contumacia, & in deum perfidia, vel leui de causa accitos esse gẽtiles, sed fuisse cælitus & à principio ad fidẽ prædestinatos. Id nanq; erat dei consiliũ iãpridem occeptũ, & ei sic placitũ. Nã etsi
Matth.10 Christus dixit: in viã gentium ne abieritis: et non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel, ad consolãdos tm̃
Matth.11. Iudęos dicta hęc sunt, vt vl' verbis saltẽ mitiorib⁹ puerorum more pellicerent̃. Id tñ in vero est, gẽtium vocationẽ superne fuisse prędestinatã. vt simus in laudem gloriæ eius nos, qui ante sperauimus in Christo. Hoc est, credentes, vel antequã futurum immineat seculum speram⁹ in Chr̃o, q̃ tũc nobis obuẽtura sunt bona. Gl'ia autem et laus dei sunt bonitatis, qui nos etsi ab se alienos saluos effecerit. In quo & vos cũ audissetis verbũ veritatis, euangeliũ salutis vestræ. In q̃, hoc est, per Christum: sic et ad Hebræos iã scripserat. Locutus est vobis in
Hebræ.1 filio. Verbum autem veritatis dicit, ad legis figuratæ qui dẽ et adumbratæ, perniciem afferentis et interitum, differentiã, et futuri supplicij. Nã prioris aduẽtus præconium est hauddubie salutare, secunda vero tuba pœnas denunciat. in quo & credentes signati estis spũ promissionis sancto. In quo euãgelio scilicet siue in Christo vos credidistis, hoc est, per Christi gratiam fide suscepta, obsi-

gnatiiã estis,ita vt perspicuum sit de Christi sorte vos eẽ. Iudæi tñ ex circuncisione sunt beluarũ more, carnis signaculo excepto,notis inusti.Sed vobis vt dei filijs,supra quã carnis patiatur conditio,spũs impressum est signum,quẽ vtiq; spm̃ promissiõem appellat,vel quia ex promisso nobis traditus sit,quemadmodum & Ioel testatur,sic inquiens:Pollicitus est deus,Effundam de spũ meo in oẽm carnẽ.Et Christus: Accipietis(inquit)virtutem supernæ mẽtis spiritus sancti. Vel quia futurorũ bonorum promissionem spũs ipse confirmat.Is nanq; nobis cum tradit,certiora facit futura,eoq; pro symbolo & pignore dat, vt in sequẽtibus patet. **qui est pignus hæreditatis nostræ.** Emit vtiq; à nobis nostrã salutem deus, spm̃ nobis in pignus dedit,certior quidem q; ineffabiliũ hæreditatem sit largiturus. Hi vero qui hauddubie spm̃ sunt huncipm̃ sortiti,intelligunt eundem & pignus esse perfectæ hæreditatis,quemadmodum & Paulus certe id sentiens,perfectionem hanc vt acciperet,conquirebat cum Christo versari. Nos vero neq; pignus saltem vt decet adepti sumus,neq; finem desideramus,vt qui nec spm̃ hũc degustarimus. **in redemptionẽ acquisitionis.** Acquisitionem curã dicit & studiũ,quod circa nos deus impendit. Infert itaque ad perfectam id pignoris redemptionẽ,& nostrimet vendicationem deducit,cuius ob gratiam & spiritus est ꝓ pignore traditus. Tunc eñ futura est & absoluta libertas,cũ penitus cessabit peccatum, & cum delinquentium erunt sanctiores singuli consortio liberi,& patebunt,q deo parti sunt & quæsiti,ita vt ipsi sint futuri in populũ.Nonnulli vero acquisitiõem perinde ac vos ipsi intelligendã existimarunt, tanq̃ id ita interpretetur, in redemptionem acquisitionis,hoc est,nostri,quos acquisiuit deus & cõdidit. **in laudem gloriæ ipsius.** Frequẽter hoc iterat,certiores nos faciens omnino futura quæ sunt à deo ꝓmissa.Quæ si nostri ob gratiam esset facturus,posset qs forsitan iure subdubitare,vtrum promissa eiusmodi sint exe-

Ioel.2. *Actu.2.* *Lucæ.24* *Philip.1.*

quenda,an minime.Nunc vero cũ hæc vt eius bonitas & gloria innotescãt,sit peracturus,quis contradixerit, quin
Psal. 108. pergat iam terminare quod olim statuerit? Sic scriptura:
Psal. 113. Fac nobis propter nomen tuum.&,Non nobis,sed nomini tuo da gloriam. **Propterea & ego audiens fidem vestrã,quæ est in Christo Iesu,& dilectionem in om̃es sanctos.** Propterea,inquit: At quamobrẽ(dixerit quispiã)id quidem? Quia credentes obsignati spiritu estis,& pignus futurorum accepistis bonorum, & postremæ redemptionis,futurũq; vt ipsi iã potiamini,quæ non iniuria credentibus sunt,& recte degentibus conseruata. **non cesso gratias agens pro vobis.** Attende Pauli charitatẽ.Pro omnibus nanq; haud secus ac pro acceptis in se beneficijs gratias agit,& pro cæteris item & donis, q bus sumus omnes dignati. Gratiæ præterea vel ob credentium sunt fidem agendæ, q tam maximum sint in modũ illuminati,vt saluatoris sese cœtui applicauerint. Id proculdubio ingẽs est charitatis indicium,audiens (inquit) fidem vestram, quæ per Christum Iesum hauddubie constat.Nec fidem modo,sed charitatem,hoc est,clementiorem,& piam erga oẽs animi affectionem,non solũ in sanctos,hoc est,fideles & inopes,qui his in locis vitam nunc degunt. Atqui vbiq; Paulus cum fide charitatem coniungit,quę vitam pariat virtute ornatã.Eorum quidẽ altero dempto,fiet profecto superuacaneũ alterũ & inane. Fidẽ dico vita carẽtem,superuacuã fore:vti contra,sine fide & vitam. **memoriam vestri faciens in orationibus meis,** Cogita quot hominum Paulus mente & aĩo agitaret,quot inquã orando cõmemoret,cum ipsi vix nobis precando sufficiamus. **vt deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ.** Dicet aliquis,quid ipse p̃caris? quid pro nobis preces fundis?quid votis deposcis & precibus?nẽpe vt deus sapientes vos reddat. Deus aũt dñi Iesu,hoc est,hoĩs nobis secundũ carnem assimilis:glorię pr̃, hoc est,qui magna nobis & pręclara contulerit bona. Sẽ-

per quidem vt materia exigit, dñm nuncupat, vt illud, Pr misericordiarum & deus totius cõsolatiõis. & Propheta, Dominus fortitudo maneat cornu salutis meæ. Vel hoc etiã loco nobis tã summis & insignibus affectis per eum muneribus, gloriæ patrem & causam dicit. Neq; em̃ habet q̃ eum nomine alio nuncupet, nisi eo quod apud nos præclarum habet & nobile. Basilius aũt gloriã pro vnigeniti diuinitate accepit, ita vt eiusdem sit & vnius Christi, & deus & pater: Christi quidem .i. humanitatis, deus: gloriæ autẽ, hoc est, diuinitatis, pater. **Det vobis spiritũ sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri.** Hoc est, gratiã vobis largiat, vt sitis per spm̃ sapiẽtes. Neq; em̃ aliter imbui doctrina & sapientia possumus, nisi recondita spũs reuelet mysteria. Is nanq; & solus, non angelus siue archangelus, cuncta scrutat, vel dei profunda. Animalis aũt homo, inqt, nequaq̃ capit quæ spiritus sunt. Cum nobis itaq; arcana illa p spm̃ reteguntur, tunc vere in dei cognitione versamur, & oculi nobis illuminant, nec vltra prorsus ambigimus hoc illud ue fieri non posse, sed oĩa vti se habẽt perspicimus. **Vt sciatis quæ sit spes vocationis eius.** Hoc est, quam sumus ipsi ad spem vocati. Id sane liquet, quod in adoptionem & ad bona cælestia perfruenda, & Christum nobis pro capite excipiendum, excimur. Id'q; cum esset, vt percipi posset futurum, spũs erat reuelatione opus. **& quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis.** Vel id quidem erat, quia obscurũ & incõpertum, à spũ reuelãdum, qualium videlicet sancti sint honorũ hæredes futuri. Et quia permagna hæc sunt, & gloriæ diuitias dicit, perinde acsi filij debita sint & tradenda. **& quæ sit supereminẽtis magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem potentiæ virtutis, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis.** Quæ dicta superius sunt, ad futura hauddubie pertinebant: Nunc vero narrat quod factum iam

2. Cor. 1.
Psal. 17.
1. Cor. 2.

sit, vt per id ea confirmet & faciat certiora. Quid illud sit quæris? Fides inquit, nimirum vel nostra hęc spũs indiget reuelatione, vt hãc ipsam clarius perdiscatis. Quid ergo? Nũ quod crederent norant Ephesij? Norãt quidem, haud tñ ea quam nunc Paulus tractat cõditione. Neq; enim, id est facile cognitu, quia magnæ illud potentiæ est & virtutis, animum à pristina cońsuetudine immutare, & ab erroribus præsertim eruere, à quibus hominem iampridem his inhærentem vt subtrahas, vis tãta requiretur, vt haud quaq;

Luc. 7. 8. par exigi in mortuis suscitandis appareat. Mortuos nãq;

Ioan. 11. vel vnico verbo dominus vitæ restituebat, Iudæos vero nec copiosa quidẽ oratione & mirabilibus factis ad se cõuertit persuadendo. Inquit itaq;, vel ad id nobis spiritus ẽ reuelatio necessaria, vt perdiscamus hãc ipsam quam nos

Rom. 1. 4 excepimus fidẽ, ex maxima dei virtute & opera fuisse acceptam. Nam quemadmodum & Christum à mortuis ex

Infra. 2. citauit vita defunctum; sic & nos cum mortui essemus, ab infidelitate subtractos, ad lucem traduxit. Et ideo supereminentis virtutis magnitudine dixit id factum, & virtutis potentia. Cum vero, quam in Christo operatus ẽ inquit, Christi expressit humanitatem. Surrexit nanq; vt homo, tam & si erat diuinitati vnitus. **Et constituens seipsum ad dexteram suã in cælestibus, supra oẽm principatum et potestatem et virtutẽ et dominationem.** Supra aũt dixit, vt summã ostenderet sublimitatẽ. Ab infimo nanq; ad celsissimum gradum, humanam quę Christo inerat, naturã subuexit. De hac quippe nunc disserit, quæ & mortem perpessa sit, & post mortem sit suscitata. Siquidem diuina illa nec mortua fuerit nec suscitata, neq; in sublime euecta: quippe quæ omnem semper excedat altitudinem neq; alterius indigeat adiumento. Vniuersæ itaq; angelicæ potestati humana præsedit natura, quæ fuisset tantopere pauloante despecta. **Et omne nomen quod nominatur non solũ in hoc seculo, sed etiã in futuro.** Quicquid est igitur (inquit) in cęlo, eo est

longe inferius,quod est in altum subuectum,hoc ẽ, Christo.his quippe cunctis est celsior.Quod nominatur autẽ cũ inquit,arguit plane vel alias esse potestates nõnullas, quę & si impræsentiarum incelebres sunt & obscuræ, tunc tamen reuelabunt & innotescent. **ꝛ oĩa subiecit sub pedibus eius.** Ne forsan cũ audis cunctis hunc altius conscendisse,existimes honoris duntaxat gratia vniuersis illum fuisse prælatum,explicat etiam eundem in dñm pręfecisse:nec cuncta solum ditioni illius subiecisse,sed ad infimæ seruitutis indiciũ,vel pedibus supposuisse affirmat. **ꝛ ipsum dedit caput super omnem ecclesiã.** Perinde ac si dicat,in eodem throno ecclesiam & ipsi constituistis,vbi & caput est constitutũ.Est em̃ consequẽs vt vbiuis caput ipsum adfuerit,& corpus quod vos ipsi pręfertis,præsto sit.Supra oẽm aũt,illud prætẽdit,videlicet ꝙ caput ipsum qui Christus est,à deo celsissimũ fecerit, vt oĩa superet magnitudine,qui & angelos ipsos atq; archangelos lõgo interuallo excedit. **quæ est corpus ipsius, ꝛ plenitudo eius qui omnia in omĩbus adimplet.** Ne forte cũ caput intelligis,principatũ prætendi & potestatem existimes,infert:quemadmodum corpori cõgruit caput,ita & ecclesię Christus dicitur primatum habere, & illi sanguine iũctus est & vnitus,& ecclesiam idem absoluit & cõplet.Corpus ꝑterea Christus,vt proprijs membris absolutũ efficit,& caput integrum reddit,sic cõtra & ecclesia ipsa Christi perfectio est,quia oĩa terminat,& finẽ cũctis rebus imponit.Chr̃s nanq; perficit,& tanq̃ ex vniuersis fidelibus sua cõplet & membra .Nã manus videlicet in viro misericordiæ & opem ægris ferẽte,absoluit ac perficit.Item & in eo pedem qui prędicandi munus suscepit,& peragrãdo fratres reuisit,& curat.Sic demum & infidelibus cęteris vel membra reliq̃ sibi ipsi suppeditat Christus,cum hi varijs modis mortalium succurrunt necessitatibus.Tunc etiam perficitur Christi corpus,cum oẽs vnanimes sumus & charitate coniuncti.

Caput II.

ET vos cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliqñ ambulastis secundum seculũ mundi huius, secundũ principẽ potestatis aeris huius spũs. Dixit superius eã dem in nos virtutem & operã præ se deũ tulisse quam & Christus ꝑtulerit. Nã & hunc dixit à mortuis suscitasse, & voluisse vt oĩbus præsideret. De nobis vero sic loquitur:
Roma.5. Nos sane cum essemus morte affecti, nec corporea quidẽ, quę ex Adam sumpsit initiũ, sed spiritali, q̃ à nobisipsis præcipue constat, & à peccatis defluxit, extulit ille & suscitauit. Quo fit, vt pari virtute & dñm à morte corporea excitarit, & nos ab animali, q̃ prauorꝝ dicit̃ facinorꝝ mors. Quin potius maioris est faciendum, deuias animas & peccatis addictas in viã reducere, q̃ mortuos suscitare, vt diximus. Cum hos itaq; mortuos appellasset, & aperuisset quemadmodũ ob admissa delicta mors eos inuaserit, duplici mõ nunc consolatur: & quia olim (inquit) vos deliquistis, & nequaq̃ id vobis est, sed diabolo adscribẽdum, cuius opera & instigatione peccatis, qñquidem tantã haberet in vos potestatẽ, obediuistis. Et quia peccatis eratis obstricti, secundũ mundi huius seculũ ambulantes, hoc ẽ, mundana hæc sapientes & tẽporalia, & abusi estis hoc seculo. Non eñ quidpiã habet hoc seculũ prauitatis, sed ei⁹ abusus nequã & improbus est. Hoc nanq; etsi corruptibile & labile sit, pro duce tamen nobis est datum, qui ad incorruptibilia illa & firmiora propelleret. Nos vero seculi huius corruptioni & fluxui alligati, non ducem hoc fecimus, sed interpellatorem & occursantem. Principem aũt potestatis & aeris diabolũ dicit, nõ mundi fabricatorem, vt adstruũt Manichæi. Et principem quidem, quia vltro homines se diabolo subdidere: plures eñ illi q̃ deo obsequuntur ac seruiunt. alioqui hoc in seculo huius est principatus. Nec in aerẽ se ille insinuat, vt vllum habeat in cælo locum, sed inferiora hæc tenet & cælo subiecta. Et ideo

Paulus principem poteſtatis aeris dicit,non ꝙ vllã habeat in aere ditionem,vt illum ſcilicet vel temperet vel moderet,id quidem ſit procul,ſed qa ſe in illo inſinuet.Ex ſpũ enim cum conſtet diabolus,in aere tanꝙ in vento & ſpũ diuerſatur,& eo tenus eius poteſtas & vis omnis prouehitur.Eſt aũt & eoꝝ hic princeps,qui ſeſe illi addicunt & ſubdunt.Nonnulli autem principem aeris,ętherearumq́ intelligunt poteſtatum dominum,& ideo inquiũt,ſpiritus intulit Paulus,hoc eſt,principem ac dñm ſpiritus oĩs aerij.Nam cum ſemel ſit princeps effectus,nequaquã videt à principatu,vel poſtquã prævaricatus eſt,excidiſſe. **qui nunc operatur in filijs diffidentiæ**,Non eñ qui cogit dixit,ſed qui operatur.vnde perſpicuum eſt,voluntarijs hunc dominari.Nã ſi nobis inuitis imperitaret,& cogeret quidem,vt ex ſequentibus patet. Operatur eñ (inquit)in filijs diffidentiæ,hoc eſt,qui deo minus obtemperant,& diabolo non coacti obſequuntur. **in quibus & nos oẽs aliqñ cõuerſati ſumus in deſiderijs carnis noſtræ,facientes voluntatẽ carnis & cogitationũ.** Neq; eñ in eo ſolũ Epheſios conſolatur,cum eoꝝ inqt peccata fore diabolo imputãda,ſed cum etiã ſeipm aſſerit & cæteros homines eadem qua illi arte obſtringi, tanꝙ id dicat,neminem eſſe peccati expertem. Carnis autem deſideria,non eos dicit qui carnalia ſapiunt. Neq; eñ carnem hic criminatur,vt ita eſſe ex eo liquet,quod dum inquit facientes voluntatem carnis,& cogitationum adiecit,hoc eſt,nihil ſpiritu ſapientes. Quo fit,vt nequaquã culpanda ſit caro,ſed mens ipſa & cogitatio,quæ ad voluptatis vitia trahat.Poteſt & in hunc modũ intelligi, videlicet ꝙ praua cogitatione mentẽ ſorde inficimus,& carnem ſimul commaculamus cũ mala perficimus. Poſſunt etiã carnis opera,fornicatio,adulteriũ,& cætera id genus intelligi:cogitationũ vero,inuidia,odium & hmõi. Galat. 5. **& eramus natura filij iræ vt cæteri.** Hoc eſt,deũ & ipſi exaſpauimus,ad irãq́ concitauimus. Et nihil aliud prorſus

q̃ irã præferebamus, quemadmodũ & hominis filius natura est homo, & nos item irã natura præferimus. vtcꝫ & gehennæ & perditionis filĳ digni his afferunt, sic & ira ꝓgeniti qui ea faciunt, quæ irã merent. Natura aũt, hoc est, vere & proprie & cõgruenter. Cum vero cæteri dicit, neminem excipit. **Deus autem qui diues est in misericordia,** Nos quidem & si nonnunq̃ concilianda peregimus, iracꝫ non indigna, deus tamen non modo clemens est & misericors, quinetiam ad commiserandum est opulentior. **propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos,** Vel charitas ipsa à summa quadã clemẽtia oritur. Nam si secus esset, quo pacto iræ cum filĳ simus, tanto essemus à more dignati? **& cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo.** Rursum in medium Christum producit, vt res fiat testatior. Nam si

1. Cor. 15. Christus qui primitias præfert, vita potitur, & nos item illi conuiuimus: & quo cum nos simul viuificauit, hũc actione & opere, nos virtute hoc tẽpore, & paulopost re ipsa & factis. Ecce quod dixerat illius supereminentem virtutis magnitudinem, quando demortuos iam & iræ filios vita donauit. Hæc sane vocationis est spes. **cuius gratia estis saluati.** Id quidem veluti stupore quodã perculsus interiecit, admirãs dei ineffabile donum. Non enĩ (inquit) vestro labore vel opere vllo salutem estis adepti, sed sola gratia. Nam quãtum ad vestra opera attinet, eratis certe ira & supplicio digni. **& conresuscitauit, & cõsidere fecit in cælestibus, in Christo Iesu.** Vt enim Christus, qui nostras præ se primitias tulit, & nostrũ erat insuper caput, à mortuis est suscitatus, per secꝫ & nos ab inferis extulit, ita & ipso hoc considente, considebit & reliquum corpus, quod vticꝫ nosipsi sumus fideles. Vel forte suscitauit, cum inquit, nequaquam erit ad resurrectionem id referendum, sed viuificationem ipsam, quæ nobis ex redemptione obuenit. Consedit autem, vt eius exemplo patienter illata feramus, & cæleste hoc pacto cũ eo re

gnum nos asseq̃mur. Quinetiã & Christus sic inq̃t, Sedebitis vos sup sedes duodecim. Et rursum: Sedere aũt à dextris & à sinistris, non est meũ dare vobis, sed q̃bus paratum est à patre meo. Fit itaq;, vt in promptu hæc sit vobis sedendi facultas, & hoc loco Paulus asserit esse & nos cõsessuros. **vt ostenderet in seculis superuenientibus abũdãtes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu.** Ne q̃s forte his dictis diffidat, p suasibilibus vtit verbis, & fidẽ his facit, sic dicens: Etsi neq̃ q̃ p sua in nos charitate id ageret, at vt suã aperiat bonitatem, facturus id erat oĩno. Quod si in præsenti pleriq; fidẽ his derogãt, cuncti sunt tñ futuro in seculo cognituri, quẽadmodum & sedem sit ille & vitã largitus, cum in gloria illa incorruptibili & diuino consessu, sanctos spectabũt in Christo Iesu, hoc est, nõ Christo tenus, & solo ista cõsistent, sed per eum sunt ad nos deuentura, sicuti ab eodẽ q̃ nostri, vt diximus, præfert primitias, in nos qui certo sumus eius reliquum corpus, sunt plapsura. Sic itaq; & considebimus illi & conuiuemus, Idipm sentit hoc loco Basilius, hoc mõ in Matthæi euãgelium differens, Nemo tunc assidebit. Hauddubie igit spũs reuelatione est opus, vt tãtorũ possit mysteriorũ pfunditas percipi. Nisi em sapientissimus ille tam aperte pfiteret, nos Christo minime cõsessuros, posset forsitan iure id dicere quispiã, fore Christo nos assessores. Sed quemadmodũ & in Christo à procumbentibus angelis honoramur, non q̃a honorem præsentibus nobis hunc deferãt, sed quia naturã hãc nostram humanã hi venerent, quæ deo, qui verbum est vnit & iungit, vnde ad nos & glria transmeat. **Gratia em̃ estis saluati per fidem.** Cũ explicasset quæ dei sunt, vt gratia simus salutẽ adepti, adiecit, & quæ nostra intersit, fide videlicet saluos nos fuisse effectos, ne liberũ tollat arbitrium. **& hoc non ex vobis. Dei em̃ donum est.** Neq; em̃ (inquit) fides est per nos cõparata. Nam nisi ad nos Christus cõmigrasset, nisi ad nos habuisset sermonem vocassetq;,

Matt. 19.
Matth. 20
Roma. 14
Philip. 2

nunq̃ ipsi paruissemus. Qui em̃ sunt crediturí nisi audiāt? Quo fit, vt fides eiusmodi diuino sit munere nobis collata. Vel alit: Nō em̃ fidē dixit dei hāc esse donū, sed p fidē saluari. Esto, sit fides ipa nr̃o labore quęsita, quo pacto poterit sola salutē afferre, nisi & deo fuisset hocplacitū, vt nos p fidē exciperet, ne prsus videremur ignaui, & aliqd ad nostrā salutē ipsimet cōferremus? **Non ex operibus, ne quis glorietur.** Non enim quia opa habere mus reiecit nos deus, sed ab opibus pditos, p gratiam saluos effecit. **Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in opibus bonis, quæ præparauit deus vt in illis ambularemus.** Ne forte si ex opebus nos haudq̃q̃ fuisse iustitiā assecutos intelligas, segnior ad recte aliqd peragendū reddaris, post fidē (inqt) susceptā factis est opus. Es nãq; in Christo Iesu creatus, & in nouū es opus, sublato à te p baptismū veteri hoīe iā morte affectus, in nouāq; es immutatus facturā. Et quēadmodū ex nihilo ad esse aliqd creauit te deus, sic nūc ad bn̄ esse pduxit. Conditus præterea es & creatus, nō vt otio vaces & torpeas, sed vt aliqd agas & in bonis opibus ambules, hoc est, vt oēm vitæ huius semitā in bonis hmōi trāsigas. Nec ad scdm tertiūve annū id agas velim, sed q̃diu hęc tibi suppetet vita. Id em̃ p̄tendit cum dicit, ambularemus. Deus aūt hæc præparauit, quæ differri non pn̄t, nec intermitti qn peragant, tanq̃ diuinitus sint præfinita q̃usq; sit, pcedēdū, sed hubertim sunt hæc p̄parata, vt cūctis in reb⁹ recte agat, & ita, vt si vel vna in re delinquat, necesse sit mutilata appareat virtus & manca. Basilius vero non eā intpretat creationē hoc loco, quæ p baptismi lauacrū fit, sed qua fuimus à mūdi primordijs conditi. **Propter quod memores estote quod aliquādo vos eratis gentes in carne, qui dicebamini.** Cum deū dixisset hos saluos fecisse cū mortui essent, nunc qdem dicturus est, qbus eosdē & pares fecisset & cohæredes, & quēadmodū Israelitis æq̃uerit, quorū maxima esset tūc dignitas, propt̄

q̄dinqt,memores estote. Cuius rei memores? Quia ad recta sumus scilicet opera peragenda creati, q̄d sane vobis satis pōt persuadere, vt virtutibus studeatis. Estote autē memores, eo dixit: qa cōsueuere qui ē gradu tenuiori & infimo prouehunt ad altiora, prioris status facile obliuisci. Quid igit velim reminiscamini? Id nēpe, q cum à Christo essetis longo interuallo supiori tpe alieni, nūc ipsi sitis ꝓpinquiores effecti, nec secus q̄ Israel erat. Aperte qdem & egregie circuncisionē reuincit, arguens illā solo verbo à pputio discrepare, nō ope. Nā vos, inqt, gentes in carne eratis, nō in spū, & si dicebamini, cū nō essetis pputium, tā q̄ id inqat: Eratis, pfecto minores partes in carne, non in spū nacti. Rursumq̄ cū dicit, sub ea q̄ dicit carnis circuncisione, oñdit illā in solis verbis pstare. Atqui præputium neq grave qd erat, neq abominandū, tametsi istiusmodi ab his qui in circuncisione supbiunt, dicerent. At Christo carere & pcul ab eo esse, molestū est & intolerabile. Quæret aliquis, Cur ergo cū oñsurus sit Paulus Israelitarū gloriæ Ephesios fore participes, Israelitarū dignitatē imminuit euertitq̄? Aduerte itaq qbus in reb⁹ horū vel imminuat vel sustulerit dignitatem. In his inquam hāc sustulit, q̄ minus necessaria videbant. Nō enim necessaria erat, sed indifferens circuncisio. In his vero quæ res ipsa videretur exigere, mirū in modum Israelitas extollit. Nam & sanctiores appellat, & deo familiares. **abalienati a conuersatione Israel.** Non em̄ seiuncti dixit, sed alieni effecti. Qñquidē qui erāt extra oēm scd̄m legē & deū viuēdi modum abstracti, nō vt à deo & lege alieni, sed vt inertes & pigri. **& hospites testamentorum promissionis.** Vel hæc qdem permagna seiunctio est. Nō em̄ dixit testamentis nihil intēti, sed hospites pr͡sus & alienos. Si em̄ Israelitæ ex dei pmissis exciderint, neq̄q̄ tñ vt alieni sunt ab illis delapsi. Verū quæ sunt pmissionum testamenta? Hæc qdem, tibi dabo & semini tuo hanc terrā, vel alia quæcūq deus promiserat spiritaliter interpretata. **spem non ha-** Gene. 15

bentes. Futuroꝝ videlicet resurrectionis & præmij. ⁊ si ne deo in hoc mundo. Hi nanqꝫ deos colebant, qui tñ dij non erant. In mundo aũt addidit, vt oñderet non solũ illos in cælestibus, sed in his etiã quæ clara in terris habebant, & gloria abundabant, imminutos fuisse Israelitę nã qꝫ dei ob cultum, & gl'ia videbant nobilitateqꝫ præstare. Nunc aũt in Christo Iesu vos qui aliquãdo eratis lõge, facti estis prope in sanguine Christi. Lõgius ipsi aberamus à Christo, non loco, sed voluntate & vita. Nunc vero illi redditi sumus ꝓpinquiores, nõ recta aliq̃ vitæ actione, qppe qui nihil ex operibus ipsis intulimus, sed in Christo Iesu & sanguine eius. Ille eñ sanguine suo effuso, & seipm̃ nostri gratia tradens, nos ex seruitute exemit, quæ ab se longe distraheret, & ꝓpius se transduxit. Vel alit id põt intelligi: videlicet & longius ab Israelitꝫ cõcesseramus, nũc certe illis appropinquauim⁹. Ipse eñ est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Ante assumptã Christi humanitatẽ, maxima intercesserat inter circuncisionẽ & præputium inimicitia. Nunc vero pacatis iã animis concordes sumus, & mutuo in gratiã reditũ est. Qñquidem vnum sumus fide effecti. Neqꝫ eñ vel circuncisione vel præputio obsignamur, sed insigne singulare q̃ddam habem⁹ & vnionem, fidẽ. Esto sint duo quidã, quoꝝ alter sit fuiture obstrictus, alter in adoptionẽ adscitus, sint vtriqꝫ dissimiles moribus, faciat alter q̃ sint laudis digna ꝑconio, fugitiuus sit alter & infidus, alterutri deinceps cohæredes instituanĩ, hæreditatꝫ vni⁹ participes, asti pulenĩqꝫ pro legitimis filijs. Vides vt ad pares honores ꝓuecti, ambo sint vnũ effecti. Haud secus gentes & Israelitæ se habent. Gentes vt fui, Israelitæ vt filij deliquerunt. Quid ergo dicet aliqs, tã magni hãc facis cũ Israelitꝫ cõsuetudinẽ, & cũ his particeps fieri? Mõ ad cælũ nos sustulisti, mõ hos laudas. Ita inqt, vos nanqꝫ ex fide laudem vendicatꝫ, hi opibus ip̃is nitunĩ. Neqꝫ illud ãfferit prorsus q̃d ad Israelitaꝝ ingenuitatẽ nos ille, sed ad maiora quępiã pro-

uexerit:alioq præstantiori vos esse bñficio affectos. Qñquidem his ꝓmiserat deus daturū se regiões, & bona alia pleraq;. Nobis vero nil erat pollicitus: ab eo longius aberamus, vt exẽplo supiori iã patuit. **τ medium parietẽ maceriæ soluens inimicitias in carne sua.** Exponit quid sit intermedius maceriæ paries, dicitq; inimicitiã esse, cum gentilium, tum Iudæorū, quę cum deo humanis flagitijs erat oborta. Sicuti & propheta testat: Nõne pctã vestra inimicitias ponunt inter me & vos? Hunc itaq; parietem mediũ quẽ inimicitiã dico, dissoluit in propria carne Christ⁹. Quo pacto dicis? Quia in sua carne ne eiusmodi inimicitia vltra progrederet, effecit. Quod em̃ hãc carnẽ diuinitati vniuerit, perspicuũ est & clare patet, quia & hoĩem deo nexu q̃dam inseparabili diuinitatꝫ adiũxit. Potest & hoc mõ intelligi: Insons apparuit Christus & legẽ oẽm impleuit, eo & inimicitias soluit. Lex nãq;, tanq̃ circuniecto pariete videbat vallata: vtpote quæ ad securitatem erat tributa, vt suos circũuallaret & tutaret, qui se obseruarent. Trãsgressoribus vero intermediũ murū, hoc est pctm̃ monstraret, q̃ illi ex eo transgressu obstringerent. Non em̃ delinquendo in tuto sumus, qn potius deo lõge disiungimur. **legem mandatorũ decretis euacuãs.** Ne quis forte hunc in modũ occurrat, qd ergo, si sumus à priore illa legis ꝑuaricatiõe iã liberi, num cogimur eam iterato suare? Dicit itaq; Paulus, hanc quidem legẽ Christus dissoluit & euacuauit, quã curãdi nos gratia tulerat: qa pro huius præuaricatione pœnis erat nos affecturus. Vt autẽ impunes dimitteret, legẽ euacuauit & sustulit, ne vltra illi essemus obnoxij. Nec secus nobiscũ egit, q̃ solet quispiã q̃ filiũ pædagogo demãdat. Quẽ vt contumacem depꝛhendit & minus obtemperantem, pædagogi hũc eximit cura. Legẽ aũt dicit, quæ dat viuẽdi præcepta. Decreta vero, quæ ad fidẽ instituunt, quæ decretis & dogmatibus cõstat, pinde acsi dicat, pro vitæ institutiõe fidẽ induxit. Nõ em̃ ex pręceptis sumus & institutis iustificati, hoc

Gene.15.
Exodi.3
Isai.59

Roma.10. illud vt fieri præfinientibus: sed vnum illud si corde credi
deris, & verbis credulitatē hāc fatearis, saluus fies. Vel do
gmata dicit, decretas dñi & sancitas ꝓmissiones, vt illud:
Matth.5. Ego dico vobis, nec iusiurādum feceritis, nec irascimini.
vt duos condat in semetipsum in vnum nouum hominem. Neq̨ eñ ex gentili Iudæū fecit, sed vtrosq̨ ad potiorē statum traduxit. Neq̨ immutat inq̄t, sed condit, vt q̄d differit clarius patefaciat. Oñditq̨ tāq̄ ab his q̄ natu ræ sunt ordine instituta, minus esse aberrandū, in semetipso, hoc est, p seipm. Nā alteri nemini id peragendū iniūxit, sed ipse per se nullo cuiuspiā adminiculo, cū Iudæū gētilemq̨ segregasset, in vnū condidit nouū & miræ hoīem. Vel dicit nouus homo, q̄a prior ipe formam attulit & exemplū. Et talis sit ipe primū visus, q̄les illos effecit, & duo
Iohan.3. bus intermedius factus, Iudæū hinc ꝓhensans, hinc gentilem, vtrosq̨ coniunxit: & quæ obsistere inuicē videbant,
Matth.3 sublata per ignem & aquam, denuo condidit & plasmauit. In humana igit ipa natura, gentili sane & Iudæo communi, quam vtriusq̨ gratia ipe assumpserat, q̄uis corruptione & vetustate aliena effecta, creauit hos duos in nouum hoīem vnum, à vetustate pc̄ti & turpitudine liberū. Non eñ vltra gentilis Iudæusve vetusto & patrio more imprimitur, sed vnius hoīs qui fit secūdum Christum formatus ritu & consuetudine, vtriq̨ hi formabuntur. Et in lapide angulari, de quo paulo post facturus est mentionem, gentiles sunt & Iudæi ædificati. **faciens pacem.** Hos inter videlicet: Tunc nanq̨ gentili Iudæus conciliat, cum fidelis efficit. quin maxime deo adhæret, quod est sane propinquius, vt patebit inferius. **vt reconciliet ambos in vno corpore per crucem.** Non enim concilia
Exo li. 19 bit (inquit) sed reconciliet, arguens fuisse quōdam deo hu
et 21.24 manā naturā per legē conciliatā, præuaricatā postmodū inimicā & odiosam effectā. Vñ iterato hæc erat conciliāda. In vno aūt corpore, hoc est, in suo. Quo mō: Quia pœnas nobis ob praua facinora debitas, ille per crucem luit,

vel dictũ est supra, cũ dixit in carne. Et rursum cum in seipso intulit, duos conciliat. Nonnulli aũt in vno corpore ita intellexere, perinde ac si dicat, Iudæũ gentilẽq́ fuisse in vnum corpus redactos, cuius caput Christus esset, qui patri illos conciliarit. **interficiens inimicitias in semetipso.** Haudq̃q̃ soluit, dixit, sed q̃d clarius est & expressius interemit, hoc est, sustulit. Quo fit, vt nõ amplius illa assurgat vel innouet. Verum q fieri potest vt se rursum attollat inimicitia? Enimuero prior illa nunquam assurgit, sed aliam quandã nos iterũ delinquendo peperimus. In ipõ aũt vel in cruce dicit, in qua fuerat sublatus, vel in ꝓprio corpore. In cruce nanq; inimicitias sustulit, et in proprio corpore in quo crucem excepit. **& veniens euãgelizauit pacem vobis qui longe fuistis.** Alium quidẽ transmisit neminem, sed ipsemet venit, ministri & dispensatoris desumpta conditione: & euangelizauit pacem, cũ deo scilicet, ineundam. Et vobis qui longe fuistis, hoc est, gentilibus, et his qui prope, hoc est, Iudæis. Hi eñ magis sunt visi deo fuisse familiares. Dicebat eñ pacem relinquo vobis. Et confidite, ego nanq; deuici mundum, et pater vos amat, et quæcunq; petieritis, accepturi estis. Quæ omnia pacis præferunt argumẽtum. **quoniam per ipsum habemus accessum ambo, in vno spiritu ad patrẽ.** Iram quidem ꝓpria morte dissoluit, demum nos amabiles patri per spũm reddidit. Vel vnica grã illi nos fecit acceptos. Neq; eñ illos maiori spũ, quia propinquiores donauit, nos vero minori, qa longius aberrauimus, sed vno, et vnicam vtrisq; largitus est grãm, et hunc in modum patri admonuit. **Ergo iã nõ estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorũ.** Quia in ęternũ filiꝰ ꝑstat, ergo q haudq̃q̃ sunt supernã illam ciuitatem assecuturi, aduenæ hauddubie et hospites sunt. Nos vero nequaquam, eiusmodi hoc tempore sumus, sed sanctorum conciues. Nec Iudæorum modo, sed ꝓphetarum illorum et patriarcharum, cæterorum, q sanctimonia claruere. Et ciuita

Iohã. 14

Iohan. 16.

te eadem illa cęlesti donati & adscripti iã sumus, quæ per mansura perpetuo est, & his aĩo erat plurimũ concupita. **& domestici dei.** Quod prisci illi vix multis laborib⁹ cõsequebant̃, per gratiam nos sumus adepti. Vides ne quãti sit vocationis spes ipa? Ea nãq; spe ipsi vocamur, vt bonis potiamur perpetuis. **superædificati super fundamentum apostolorum, & prophetarum.** Summã gentium cũ prophetis & apl̃is significaturus coniunctionem, superædificati dixit, tanquam id inquiat, ꝓphetas & apl̃os ipos pro fundamentis subesse, hos vero veluti impositam molem, structurã reliquã absoluisse. Quo fit, vt oẽs vnum sitis dei templum effecti, cuiusmodi illud

1.Cor.3. futuꝝ ẽ, q̃d sup apl̃os struit̃ & ꝓphetas, qđ alibi inferiorẽ partem appellat. Prius itaq; apl̃os posuit, etsi fuere tp̃e posteriores. **ipso summo angulari lapide Christo Iesu.** Qui cuncta complectit̃, Christus est. Angularis nanq; hic lapis vtrinq; parietes pręhendit & fundamẽta. Aduerte aũt quemadmodum nonnunq̃ superiori in parte constringere Christum vniuersam ædificij molem facit̃, cum

Supra.1 eundem caput appellat. Nonnũquam inferiori, cum an-

1.Cor.3 gularem dicit, alibi præterea & fundamentum hunc nũcupat. **in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino.** In angulari hoc lapide Christo inq̃, oĩs ædificatio, hoc ẽ, fideles vniuersi cõstructi & in vnum coacti, tanq̃ simul ꝓgeniti & inseparabili nexu detenti augent̃ & coalunt̃, & ita vt dei templum

Leui.26 efficiant̃. Inhabitabo em̃ in eis (inqt) & inãbulabo. Est nãq; ecclesia & cõmunis fidelium in vnum conuentio dei tẽplũ, q̃d ꝓfecto præfert præ se vel quisq; priuatim. In dño aũt, hoc est, ob dñi gr̃am, nõ nostro labore, dei templum præferimus. Cum vero constructa inqt, oñdit non aliter posse in tẽplum nos dei cõponi, nisi & vitã geramus, quę lapidi sit angulari accõmoda. **In quo & vos ædificamini in habitaculum dei in spiritu sancto.** Cum cæteris estis fidelibus & vos Ephesij hoc desup lapide con-

ſtructi,& ita vt habitaculum dei ſitis in ſpiritu,hoc eſt,per
ſpūs cooperationem. Vel forte à terreni huius ædificij dif
ferentia,in ſpiritu protulit,perinde acſi dicat,vt habitacu
lum dei ſpiritale ſitis. Nequaq̄ igitur ob fidelium increſcē
tem quotidie & auctam fidem,aduſq; id tēporis,q̄ ſecun-
do vēturus eſt Chriſtus,huiuſmodi ſcriptura ceſſabit.

Caput .III.

**HVius rei gratia ego Paulus victus Chri
ſti Ieſu pro vobis gētibus.** Explicata dei cir
ca nos prouidentia,ad ſuā tranſgredit. Cum enim
inquit,dn̄s meus talem ſe vobis exhibuit,neceſſarium eſt
vt ipſe quę pro mea virili ſunt,conferam. Sum itaq; veſtri
gratia vinculis præpeditus. Gētibus vero cū dixiſſet,præ-
tendit hm̄oi:Non eñ ſolum vos nequaq̄ reſpuimus, ſed
veſtri ob gratiam,& compedes toleramus & carcerē. Et il
lud gloriæ ducimus,cum Chriſti nos dicimus vinctos. **ſi
tamen audiſtis diſpēſationē gratiæ dei,quæ da-
ta eſt mihi in vobis.** Aperit hoc loco qualiter ſit deus
Ananiam affatus,videlicet, Vas mihi electionis eſt iſte,vt *Act. 9.*
portet nomen meum coram gentibus,& myſterij reuela
tionem: & quemadmodum ipſe non ab homine illud p̄- *Gala.1.*
didiciſſet. Gratiæ aūt dei,diſpenſationem intulit. perinde
acſi dicat:Sic eñ diuina eſt gratia diſpenſatū, vt & ſuper-
ne vocatus ſim,& ſplendore oppletus,qui contumax fue
ram,vt ſaltem hoc pacto crederem,& illi obſequerer. In
vobis aūt inquit,ab eo data eſt mihi gratia. Ipſe nanq; mi
hi ſic dixit,In gentes lōginquas ego te mittam. Quo fit vt *Act.22.*
gratiæ id ſit adſcribendum,non mihi,qui de meo nihil cō
tulerim. **q̄m ſecundum reuelationem notum mihi
factum eſt ſacramentum.** Ecce quemadmodum gra
tiæ opus,ſacramēti ſit reuelatio. Eſt eñ id ſacramenti vel
maximi argumentū,q; gentes cum eſſent abiectiores,q̄p
pe quæ deos colerent manufactos,ad maiores ſint hono
res prouecti,q̄ Iudęi qui deum antea coluiſſent. **ſicut ſu
pra ſcripſi in breui.** Commonefacit item hoc loco de

quibus fecerat mentionem, gentiles videlicet fuisse ad fidem vocatos, q longe à deo essent antea diuagati, & príarchis desuper ædificatos, & hmôi reliq. **prout potestis legentes intelligere prudentiam meã in mysterio Christi.** Scripserã (inqt) vobis, non quantũ res exigebat, sed quantũ satis esse vestris viribus videbat, & quanta capere vobis liceret. Ex q̃ intelligere potestis prudentiã meã in mysterio Christi, hoc est, q̃ pacto cognouerim Christi mysteriũ, q̃d ad dexterã pr̃is assideat, & vos itẽ in consessum receperit: & quia in se vtrosq; condiderit in vnũ hominẽ nouum, & quot sunt mysterij reliq. Pernoscite ergo ex hisce mysterijs, meæ prudentię dignitatẽ, & q̃ mihi apparuit deus. Quod aũt id honoris loco vel maximi sit habẽ-

Psal. 147 dum, ausculta quod inqt: Non fecit taliter omni nationi, quia iustificationes & iudicia sua nota fecit Israel. **quod alijs generationibus non est agnitũ filijs hominũ, sicuti nũc reuelatũ est sanctis apostolis eius & prophetis in spũ,** Dicet aliqs, quid ergo? Nõne & id

Lucæ. 24 præsciuerunt prophetæ? Alioqui quo pacto Christus hęc

Iohan. 5. diceret, Moyses & prophetæ de me scripserunt. &, Scrutamini scripturas: Illę em̃ sunt q̃ de me testificant? Primum quidem id Paulus sentit, non cunctis fuisse hoĩbus reuelatum mysteriũ, deinde neq; alienigenis illud innotuisse filijs hominũ, demum haud æque prophetis fuisse hoc cognitum sacramentum, vt in præsenti apostolis apertũ est. Et qui in nouo sunt testamento prophetis, per sp̃m sanctum notiora sunt facta. Nã si Petrũ spũs minime instru-

Actu. 10. xisset, nec Cornelium ipse, nec qui cũ Cornelio erant vna excepisset. Attende etiã quemadmodum nihil de circuncisis, sed de gentibus spũs cuncta reuelet. Erat sane permagnum, vt gentiles genus hoĩm abominandũ, & idolis deditum ad fidẽ susciperentur. Accedit etiã q cum Petrus, q tanti erat, à spũ esset instituendus. Nec veteribus illis credi possit, nequaq̃ tã acriter dei mysteria innotuisse. **esse gentes cohæredes & concorporales & compar-**

ticipes promissionis in Christo Iesu per euāgelium. Hoc illud mysterij est, quod gentes Israeli sint cohæredes, & promissionis comparticipes. Participabant nanq; promissionis diuinæ Israelitæ, tanquā gens sancta. Erant tamen participes, qui interea essent immūdi gentiles. At quomodo? In Christo Iesu, hoc est, per eam quam erant in Christo fidem adepti, quæ fides per euangelium illis obuenit. Neq; sat habens participes illos dixisse, quin etiā vt summam quandam propinquitatem exprimeret, & concorporales dixit. Erant nanq; cum Israelitis gentiles vnum corpus sortiti, & sub capite vno, quod Christus est, connexi & iuncti. cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius. Euangelij sum (inquit) minister effectus, ob idq; & coniectus in vincula. Nec tamen id mea virtute agitur, sed dei munere singulari, & eius gratiæ quæ mihi data est dono. Nec parce, sed abunde: vtpote, cuius deus sit præpotens operator. Vel quia id mihi ministerium gratis ille contulerit. Non enim satis esse hæc dignitas videbatur, nisi accessisset & virtus. In huiusmodi autē ministerio tria sunt per nos conferenda: Animus primo, quæcunq; discrimina intrepide aditurus: sapientia & intellectus, & vitæ integritas. Quinetiam vt deus ipse vires suppeditet, necesse est, in q̄bus vel maxime hæc omnia fiunt. Mihi cū omnium sanctorum minimo data est gratia hæc. Cum sit diuinæ gratiæ magnitudinem explicaturus, vide q̄modeste de se loquat. Post tantas nanq; res optime gestas, minimum se appellat, non modo apostolorū, sed omnium etiā sanctorū, hoc est, fidelium. Quod proculdubio ratione humilitatis maius est longe, q̄ illud q̄d inquit, Non sum dignus vocari apl̄us. in gētibus euangelizare inuestigabiles diuitias dei. Quota mihi (inquit) concessa est gratia? Vt euāgelium nempe gentibus prædicem. Cumq; alij essent in circuncisionem ex discipulis deputati, is erat

Exod. 16. I. Cor. 15. Ibidem. Mat. 10.

ad gentes dimissus, eoq; & gratia indigebat, cum minori crederentur minora. Qui em̄ erat vt deteriores conuerte ret constitutus, siue magnitudine præstaret, siue esset inferior, ex gratia vtrunq; susceperat. Quo fit, vt si inuestigabiles sunt dei opes, longe magis nec eius vestigari substantia possit. Quo ergo pacto Eunomius hæreticus ille, cōprehendere sehmōi dei substantiam iactabat? **& illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in deo.** Quod autem futurū esset vt gētes ipsæ vocarentur, per spm̄ forsan & prophetæ & angeli cognouerunt: q autem consessuri essent in dei throno gentiles, & alia huiusmodi habituri, quis vnq̄ sperando opperiretur? Propterea autem sacramentum hoc nuncupat, hoc arcanum, quia iampridem sit & à principio in deo reconditum. Non em̄ nuper est hæc dispensatio adinuenta, deo soli est cognita, sed à seculo constituta & gentibus iam diuulgata. **qui oīa creauit per Jesum Christum.** Recte creationis hic meminit. Qui em̄ cuncta per
Iohan.1. Christum creauit, sine ipso nanq; factum est nihil, vel per Christum id sacramentum reuelat. **vt innotescat nūc principibus & potestatibus in cælestibus, per ecclesiam multiformis sapientia dei.** Neq; superiores (inquit) potestates & principatus, mysterij huius quod gētibus est reuelatum, vllam habent cognitionem. Em̄uero angelis & archangelis illud, & solis cōstabat, q Israel esset pars dn̄i, populus eius, & allaturus esset dn̄s populo suo salutem, & eūdem à prauis facinoribus exēpturus. Quod autem gentiles tantum essent honoris consecuturi, latebat vtiq; tam superiores q̄ inferiores illas potestates. Per ecclesiam vero, hoc est, ab eo quæ nobis, qui ecclesiā ipsam præferimus, obuenerunt. nā collata in nos beneficia, potestates, & principatus diuinæ sapientiæ monuerūt, vt intelligerent q̄ sit de ecclesia benemeritus deus. Nec simpliciter quidem variam dicit sapientiam, sed difformem, illam arguēs incōprehensibilē esse. Gregorius aūt Nysses,

ante incarnationem affirmat simplicem quandam potestates cælestes habuisse dei cognitionem, videlicet ꝙ sola voluntate cuncta crearit, & eidem licere omnia præuidebant, moderariq́ꝫ vniuersa, & sapiēter curare om̄ia intelligebant. Incarnato aūt dei verbo, ex contrario contraria sunt effecta. Nam per mortem vita successit, per infirmitatem potentia, per ignominiam gloria, per viliora deniqꝫ sunt consecuta, quæ deum decerent. Sic igitur nunc multiformis cognita cælestibus dei est sapientia atqꝫ potentia, q̄ vbi nobis innotuere, potestates illæ per nos perspecta ecclesia, quantis esset dignata bonis, ad certiorem sunt diuinæ sapientiæ cognitionem deductæ. **in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.** Quod autem per Christum effecta sint om̄ia, patet (inquit) ex eo, quia ille sit qui nos ad patrem deduxit. Veruntamen nequaq̄ sumus captiuorum more, nec vt sontes & noxij ad patrem deducti, sed fiduciam habemus, non simplicem quandam, sed vt confidere plurimū possimus & audere. Verum vnde huiusmodi nobis bona proueniūt? Per fidem inquit. Hęc nanqꝫ prauis deletis facinoribus, fiduciam nobis adiecit & confidentiā. **¶Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra.** Propter q̄d, quod illud? Nimirum quia magnum est vestræ vocationis mysterium, & ingentia quædam mihi sunt demandata & credita, ꝙ vobis id prædicandi munus suscepi. Nam & necesse est & vincula ab his & mala alia perferam, q hu iusce sunt ignari mysterij, & acerrime huic contradicunt. Quapropter vos obsecro ne deficiatis, hoc est, ne obturbemini. Si quid iniuriæ vobis obtigerit, vel graue aliquid & molestum offeratur, id nanqꝫ vobis potius gloriæ cedit, ꝙ tanta sit deus erga vos charitate affectus, vt non solum filium vestri ob gratiam morti obtulerit, sed nos etiā qui eius sum⁹ seruitute deuincti, vt vobis cōducat pater, periculis fiuerit & vinculis astringi. Si itaqꝫ meæ pressuræ *Iohan.3.* *Roma.8.*

vobis sunt gloriæ, quanto maiorē ex vestris laudē vendicabitis? Huius rei gratia flecto genua mea ad patrē dñi nostri Iesu Christi, ex quo oīs paternitas in cælis & in terra nominatur. Cum itaq; tanta erga vos dei sit charitas & incōprehensibilia sint q̄ adepti estis iā bona, oro, inquit, vt & gratia vobis inhabitantis Christi in vos conferat, eūdemq; possitis & mente complecti, pernoscereq; eius vos esse charitate affectos. Cum autem flecto genua dicit, ostendit se ingenti animi ardore precari. Ex patre vero superno oīs deriuat paternitas. In terris quidem gñationes per paternitatē designans, quas græce πατριὰν, ā patrum noīe dicunt. In cælis aūt, q̄a nulla ibi suscipitur soboles, paternitatē angelorū cœtus appellat, pinde ac si dicat, Et q̄ in cęlo sunt & in terris tribus, creauit. Et quia hac ratiōe est omniū pater, ab eo & patres cæteri nominantur: vt det vobis secundū diuitias gloriæ suæ virtutē corroborari per spm̄ eius, in interiori homine Christū habitare per fidē in cordibus vestris radicati & fundati. Quid (inq̄t) vobis & opto & precor? Certe vt ille tanq̄ opulentus & gloriā è nobis deposcens, constantiā vobis & fortitudinem largiať, tentationibus obsistēdi, ne his tanq̄ procellis & fluctibus inuoluti, præcipites deferamini. Nec sat habens hos iri corroboratū, & virtutē adiecit. cuius ex abundātia, bona his cōprecatur. At quo pacto corroborari hos cupis? Per ei⁹ spm̄ inquit. Is nanq; vires suppeditat, quemadmodum &
Isaiæ. 11. Isaias spm̄ fortitudinis dicit. Nec solum obfirmari hos petit, sed maiorem in modum & affluenti robore stabiliri. Habitare Christum in interiori hoīe in cordibus vestris, hoc est, non leuiter & superficietenus, sed alte in vobis & profunde insideat. Quō? Per fidem. Fidis nanq; inhabitat Chrs pectoribus, cum patre aduentitans, & in his cōmoratur, vt antea dixit. Id sane munus pulcherrimū conseq̄mini, si eius in charitate fueritis radicati, hoc est, si inconcussi & stabiles permanebitis, nil fluitantes & iactabūdi.

Duo itaq; quædā his cōprecatur,vt spū roborentur,& eorum in cordibus vt inhabitet Christus. Vel vt roboremini inquit,vt interiorem hominē vestrum incolat Chrūs. **vt possitis cōprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo,latitudo,sublimitas,& profundum.** Quod prius fuerat exorsus & cōprecatus, vt spiritus his cū sapientiæ,tum reuelationis concederetur,vt intelligerent q̄lis eorū vocationis spes esset,& hmōi reliqua, idipsum impræsentiarū prosequitur,vt possitis(inquiens) mente & cogitatione cōplecti cum fidelibus cęteris,quale illud mysterium sit , quod vestri est gratia dispensatum,&eo est magnitudinis prouectum,vt sit vbiq; terrarū amplissime propagatum. Vnde & hoc vndiq; circumplexus,sub corporali figura descripsit. Explicaui enim ipse vt potui hoc sacramētum, nil tñ potest meis ex verbis,nisi p spm̄ patefiat,comprehendi.Neq; aliter vobis licebit eiusmodi mente cōcipere,nisi à spū corroboratis. Est quippe magna virtute opus,vt apud nos habitet deus. Gregori⁹ aūt Nysses,per latitudinem huiusmodi, profunditatē, & longitudinem,crucē dicit significari: comprecatūq; Ephesijs fuisse Apostolum asserit,vt quirent crucis mysterium contemplari.Siquidem hac cruce omnis contineretur dispensatio ,quod sane est conuenientius.Per crucem enim maxime dei erga nos charitatem perspicuā fieri,sicuti & dominus dicit,& Paulus modo subiūgit: **Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi.** Iohān.15. Quinetiā(inquit)inuestigando Christi huiuscemodi charitatem noscatis,quæ proculdubio cæterarum rerum excedit cognitionem.Quod si ita se habet,quo pacto nos sumus charitatem huiusmodi cogniturí? Excedit quidem omnium scientiam,& humanam videlicet. Vos vero nō humana scientia charitatem estis hanc percepturi,sed spiritali.Præterea neq; illud dixit, quia hanc quāta sit cognoscetis,sed supereminentem,& aliam quamuis excedētem scientiam,hoc inq̄ precor vt à spū perdiscatis. At quis est

huius rei ignarus? Oēs profecto, & hi pcipue, qui grauiter
Matth.6. ferūt aduersa, & q deo ipsi mammonā anteponūt. Quod si eam scientiā teneremus, nec de diuina prouidentia q̃reremur, nec animū præsentibus his terræ bonis intendere mus, à deo deficientes, q tanta nos charitate prosequitur. Aduerte aūt, si charitas ipsa oēm scientiā añcedit, lōge magis & dei substantia cuncta est excessura. **vt impleamini in omī plenitudine dei.** Bifariā hoc nonnulli intellexerunt, vel vt sciatis quemadmodū in p̄re, & filio, & spiritu sancto adorandus vobis sit deus. Hæc eñ plenitudo ē dei, trinitas ipsa. vel vt omni sitis virtute repleti, q̃ plenus est deus. Puto tñ id magis sentire Apostolum, videlicet, vt oēs perfecti sitis in omī secundū deū perfectione, diuina oīa prout sunt, pernoscentes. **Ei aūt qui potens ē oīa facere supabundanter, quā petimus aut intelligimus, secundū virtutē quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Jesu in oēs generationes seculi seculoꝝ, Amen.** Etsi ipse quidem hæc precor, deus tñ longe maiora q̃ meæ sint preces, efficiet. Potest nanq; non mō perficere, quæ per nos supplicātur, qn & cunctos operādo excedere: & superabundant, hoc est, liberalit̃ & hubertim. Dupliciter itaq; hac in re dicit deum præstare, & quia oīa potens est facere, & quia superabundanter. Potest nanque vel hominum quispiam plura facere quā petantur, non tamen superabundanter, quod sane largiter est, & summa cū liberalitate, cū vtrūq; deo exequi liceat, qui magna quædam nobis & excellentia fecerit. Quid ni? Qui gentiles in adoptionem susceperit, vel sibi infensos. Quinetiam vel ex his, quę in nobis est operatus, satis esse, quod diximus, perspicuum potest. Et iure quidem in dei laudem sermonē concludit, vt & beneficia conferentem extollat, & magnitudinem hoc pacto gestorum in nos patefaciat. Neq; eñ ea fuisset hic demiratus, nisi deus nobis talia contulisset, quæ in sui admirationem & gloriam conuerterent homines. Nec simpli-

citer illi gloriã dicit, sed p Iesum Chrm. non em vere quis pōt laudibus deum efferre, nisi in Christi virtute. Is nanq; ad hmōi gloriã deferendã, virtutem nobis & gratiã præbet, instruitq; queadmodũ illa sit deferenda. Recte autẽ in ecclesia dei inesse hanc gloriã constat: qqpe q̃ ppetuo est permansura, & portæ inferi aduersus hanc nil præualebunt. Quo fit, vt dei cum laus tum gloria sit in æternũ futura. *Matth. 16*

Cap. IIII.

Obsecro aũt vos ego vinctus in dño, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Nō impare mō discipulis q̃ rectiora sunt decet magistrũ, sed ijs etiã ,p eorũ salute inseruire. Propterea & Paulus in serui morem precat, ,pponitq; precãdo & vincula. Vinctus ego em inqt in dño, pinde ac si dicat: Non prauo aliq̃ meo facinore, sed ob dñi gratiã sum cōiectus in vincula. Veneremini ergo & vos q ,p Christo dño cōpedes tolerãt. Verũ quid precor? Pro me eqdem nihil, sed ,p vobis, vt queadmodum vestra deposcit vocatio, sic incedatis. Estis nãq; ad magna q̃dam vocati, vt cum Christo videlicet considea tis, regni cælestis eidem futuri participes. Quocirca non erit vestra hæc dignitas indignis Christo opibus vituperãda. cum omni humilitate. Oñdit hoc loco queadmodum cuiq; liceat ,p vocationis dignitate & vitã ducere. Si em inqt, humilem te ipse pstiteris, & tui ipsius habueris notionem, & qbus fueris à deo bonis dignatus intelliges, dolebis, pfecto & cōtraheris, & ei gerere morem studebis, q̃ in te fuerit bñficus. Est pterea cũctarũ virtutum mat humilitas & fundamentũ. Eoq; & ex hac dñs virtutum gña memorãs, beatos affirmat q spũ essent humiliores, præ seq; ferrent humilitatẽ. Cũ omi inqt humilitate, vt quæ nō verbis mō, sed factis habituq; ipo & gestu sit præferenda. Nec in vnũ alterũ ve hæc erit humilitas, sed in oẽs seruãda, siue tenuem dixeris & abiectũ, siue opulẽtum & clarũ. Cum omi humilitate & mãsuetudine, cum patientia. Dabit nanq; q & si humilis sit, acer tñ sit *Matth. 5*

& iracundus. Sed is q́dem nullius erit momenti, & ꝓrsus inutilis. **supportantes inuicem in charitate.** Cõmonefacit hoc loco q́dnam obuentura sit ex mãsuetudine lucrũ, & q́d ex patiẽtia subsequat. Deinde ne q́s diceret, q̃ pacto querit ꝓximũ ferre, q ad irã sit promptior, & plane cõuiciet? Inducit itaq; tolerantię modum, in charitate inquiens: Hanc eñi si consequemur, nos inuicem tolerabimus. **soliciti seruare vnitatem spũs in vinculo pacis.** Quẽadmodum in corpore spũs oĩa continet vnitq; & diuersa sunt membra, sic spũs sanctus in nobis fidelibus gerit, qui cunctos facit vnanimes nectitq;, q̃uis natione & moribus vel artibus differant, & p eundẽ hunc spm̃ oẽs sumus vnũ effecti. Studeamus itaq; hanc per mutuã pacem ſuare coniunctionẽ. Nã si charitatis hunc nexũ neq̃q̃ adipiscemur, nec pacatiores ad inuicẽ fuerim⁹, ꝑdituri hauddubie sum⁹ quã spũs nobis contulerit vnitatẽ. Nec secus nobiscũ aget, q̃ si cũ reliq̃ corpore manus vel pedes dissidium fecerint, & ab aliarũ corporis partium nexu & copula ꝑscindantur. Non eñ vltra sub vno spũ membra cõtinent. Est itaq; nobis summa diligẽtia opus, vt q̃ vnus cõcesserit, eodem & alius subsequatur. Sunt enim huiusmodi, qui non vno sunt vinculo alligati, vt vel nullã habeant suimet potestatẽ, sic ꝓculdubio sub vno spiritu erimus. **Unum corpus, vnus spiritus.** Nec simplicem quãdam Paulus exigit charitatẽ, sed eã certe, quæ ob mutuã coniunctionem vniuersos in vnum redigat corpus, ita vt membrorũ instar sibi inuicem compatiant, adgaudeãtq;. Vnus spũs, recte id dixit. Nam cum fideles iuncti sint corpore, vnum etiam spũm habeant necesse est. Vel quia potest concedi, vt qui vnum sit cum cæteris corpus sortitus, non tamen spiritum vnum: videlicet si quis sit, qui hæreticis forsitan bene velit, non tamen illorum dogmatibus assentiatur. Vel etiã cum vnus sit spiritus à vobis per fidẽ acceptus, & vnum sentire omnes debetis, & conuenire. Vel spm̃ æquam animi promptitudinem dicit, & bonam

cōſpirationem, tanq̄ id dicat, corpus vnū & animus idē. **ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocatiōis veſtræ.** Deus inquit, pariter vos oēs vocauit, & vitam omnibus largitus eſt, & æque eſt oīm caput, cunctos ſimul & ſuſcitauit, & inde confeſſum recepit, ac demum omnes pari honore ſuſcepit, eademq́ꝫ & vna vniuerſi ſperamus. Neceſſe eſt ergo ꝑ charitatis hac copula, vt vnū ex pluribus ſitis. Nam in cælo ſumus pares omnes futuri, tametſi in terris eramus olim diſſimiles. **Vnus dominus, vna fides. vnum baptiſma.** Neqꝫ em̄ maiorem tu nactus es dn̄m, ille minorem: neqꝫ ipſe ex fide, ex opibus ille eſt redempt⁹. Nec demum tu per baptiſmum ſalutem es conſecutus, ille minime. **Vnus deus & pater omnium, qui ſuper om̄es, & per om̄ia, & in om̄ibus vobis.** Hoc eſt, qui cunctis præſidet, & omnia ꝓuidentia & moderatiōe peruadit, & in nobis vniuerſis inhabitat. **Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti.** Dicet aliqs, Si omnia ſunt vt inqs, cōmunia, cur ergo hic gr̄æ minus, ille plurimum habet? Siquidē eiuſmodi non æqua partitio, inuidiæ ſeminariū eſſet, quēadmodum & Corinthijs euenit, & alijs plurimis? Id itaqꝫ ſoluens Ap̄lus, vnicuiqꝫ dicit donum fuiſſe ꝓ dei largientis arbitrio menſura quadam collatum. Cum itaqꝫ gratis ſit illud & dono datum, ſat tibi fuerit q̄d acceperis q̄dpiā, nec prorſus immunis ſis gr̄æ, Non em̄ ꝓ debito tibi eſt aliquid perſolutū. Et q̄a deus menſuram cuiqꝫ præfiniuit, nihil ſcrutabere, nec curæ ſit, ſi nō oīa ſolus acceperis. Nam ſi ſemel gratiam menſus eſt deus, in noſtram ꝑfecto vtilitatem id fecit. Atqui ea communia hauddubie ſunt, ſine quibus conſtare Chriſtianiſſimus nō pōt, hæc præter ſi q̄s eſt gratiæ pluſculū nactus, nil doleas. Nā & laboris forſitan plus ille impendit, vt in orationis progreſſu dicturus eſt. Neqꝫ enim ſecundum fidei dixit menſuram quæ cuiqꝫ eſt, ne in deſperationem induceret qui minus haberent, ſed donantis arbitrio modum permiſit, ne inde his diſſidē 1.Cor.12

Psalm.67 di offerret occasio. Propter quod dicit, Ascendens in altum dominus, captiuam duxit captiuitatem. dedit dona hominibus. Quod aũt hunc asserat hoĩbus contulisse, patet ex ꝓphetæ hmõi dictis: Dedit dona hoĩbus. Dñs vero in altũ ascendit, vel in crucis celsitudinẽ vel cæli, vbi fuit è terra sublatus, vt ex sequentibus magis fiet perspicuum. At quã hic narrat captiuitatẽ? Nimirũ diaboli. Diabolum nanq; & mortem, maledictionem insup & pctm̃, in ſuitutem subacta, Christus abduxerat. Quorũ ex ditione & nos liberauit, q his malis eramus obnoxij. Quod autem ascendit, quid aliud est nisi qui et descendit primũ in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos vt adimpleret oĩa. Cũ de humilitate disseruisset, nunc Chr̃m ꝓducit, perinde ac si inqat, sicut & ad Philip-

Philip.2 penses disserens fecerat: Queadmodum nihil obluctatus est ad nos patris iussu descẽdere, sic vobis haudq̃q̃ defugiendum, qn per humilitatẽ eidẽ condescendatis. Qd autem descenderit, liquet ex eo, q hunc ipm propheta asserit ascendisse. In deo nãq; cum ascẽsum fatemur, & descẽsum significari ptendimus. Nec secus dicere & in homine possumus. At quem in locũ descendit? In infernũ. Nimirũ quẽ profundissimas terræ partes pro cõmuni hoĩm opi-

Gene.42. nione appellat, queadmodum & Iacob, Deducetis (inqt)

Psalm.27 canos meos cum dolore in infernũ. Et Dauid, Assimilabor descendentibus in lacum. Ad inferiora itaq; Christus descẽdit, vltra quæ nihil est amplius, & sup oẽs cælos ascẽdit, qbus nihil est altius. Nec tendi vltra hos põt, neq; illi

Lucæ.14 descensus ascẽsum interpellauit: Vos itaq; si ptuleritis humilitatem, exaltabimini. Quodcunq; eñ Christus effecit, vt nobis exẽplo esset, effecit. Et sese in carne pbuit imitãdum. Nã q̃d ad diuinitatẽ pertinuit, iã pridem absoluit. Id aũt dictum cõtra Paulũ Samosateũ & Nestoriũ facit. Nã q descẽdit, cũ dixit, perspicuũ est de loco superiori, hoc est de cælo, & carne assumpta ad nos descendisse in terrã, &

morte postea obeuntem eundem illum esse, & vnũ nõ alium quenpiã atq; aliũ. *Et ipse dedit.* Demonstratiue dixit, ipse. Is nãq;(inqt) cuius tãta in nos, puidẽtia fuit, vt nostri grã neq; in vltimas & infimas terræ partes peruenire abnuerit, haudq̃q̃ temere partit' est grãs, sed liquet sane & sapient id & vtilit peregisse, Cur ergo doles, pinde acsi non iuste sit dispensatio facta? Alibi aũt dicit spm̃ hanc impartiri, vt illud: In q̃ nos statuerit spũs sanctus. Et oĩa operabat vnus & idẽ spũs. Et alibi patrẽ, vt illud: Posuit deus in ecclesia apl'os primum, & reliq. Et ego Plantaui, Apollo rigauit, deus incrementum dedit. Hoc aũt loco filium facit dispensatorẽ, vna est ergo trinitatis illius operatio. *quosdã quidem apostolos, quosdam autem prophetas.* Primum apl'os posuit tanq̃ prophetis præstantiores, vt q̃ & prophetiã haberent & apl'atus munere fungerentur. *alios vero euangelistas.* Qui scilicet euangelium conscripserunt, quive non passim circunuagi, sed euangeliũ pdicare, vt Priscilla & Aqla consueuere. *alios autem pastores & doctores.* Eos dicit, q̃rũ curæ fuisset ecclesia demãdata. Episcopos inquã, q̃lis Timotheus erat, & Titus, & istiusmodi cæteri. Poteris etiam pastores pro sacerdotib' ipis & episcopis intelligere, doctores vero ministros, siue diaconos ipos. Hi qdem s̃mone, cum alios purgandi fungant officio, multorũ labes & sordes prorsus abstergũt. *ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi.* Vides ne dignitatem? Vnusquisq; aliqd consummat ac peragit, & singuli ad Christi corporis siue ecclesiæ ædificationem ministrãt. Quocirca cur dolore conficeris, q minus acceperis grãe, qñquidẽ & ipe ad sanctorũ consummationem, hoc est, ad fideliũ vtilitatẽ ac perfectionem, haud parũ contuleris? Studẽdum est itaq; vel si nullius sis grãe particeps, alios vt q̃uis modo ædifices: cauendumq; ne alijs inuidẽdo, tibijpsi officias: perinde acsi alius quispiã ad perfectionẽ alijs condonandã, instituẽdisq;

Act.15.20
I.Cor.12
Ibidem
I.Cor.12
Actu.18

fidelibus cõpert⁹ sit maiorẽ gratiã accepisse, intelligas velim & maiores illi labores inesse ad ministeriũ. Insuper & acriores pœnas impẽdere, & rõnem maiorẽ in modũ reddendã. Alioq̃ quonã pacto nõ satanicũ illud debet videri, vt in eũ q̃s liuore cõmoueat, q Chri ædificet & pficiat corpus? Ipse vero non hoĩ inuidere hunc puto, sed plane dño aduersari. **Donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitiõis filij dei.** Tãdiu (inq̃t) optãdum est oĩbus, q grãæ sumus nõ immunes, & insumẽdi ad ædificandũ fidẽ vnã labores, q̃usq; ad fidei vnitatẽ hãc pertingam⁹, hoc est, q̃ ad tandẽ arguamur oẽs, & eandẽ tenere, & nihil de Chri dogmate discrepare, nec adinuicẽ diffidere, dũ viuimus. Sic sane optima futura est fidei ipsius coniũctio, si cinq̃ sum⁹ & dei filiũ cogniturí, cũ de dignitatib⁹ recte sentimus, nexũq; charitat̃ suamus. Est nãq; charitas Chrus ipse. **in viꝝ pfectum, in mensurã ætatis plenitudinis Christi.** Viꝝ pfectum & ætatis mensurã, perfectiorẽ dogmatum dicit cognitionem. Quemadmodũ & Christi plenitudinẽ dicimus absolutã & integrã, eiusdẽ notionẽ & fidem, hoc est, Chrm credere ex trinitate vnũ constare & patri parem hoĩem fuisse effectum in duabus naturis, substãtiam vnã. Itẽ id velle, id operari, q̃d pat̃, eiq; corporalit̃ ad dexterã assidere, cum eoq; & venturꝝ: siue quęcunq; alia de eo rectius & intelligunt & astruunt, tenere. Verꝝ q̃ pacto Apl̃us nostram, imperfectam scribit scientiam esse? Nimirꝝ quo ad futuræ scientiæ differentiam, hoc aũt loco ob facilem in crimẽ lapsum, perfectam dicit scientiã. Cum enim in præterita nostra delicta nequaquã recidimus, tunc sane sumus perfectiores, & perfectiorem adepti scientiam, vt infra patebit. **vt iam nõ simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ.** Vt hanc (inquit) & si perexiguam quam ipsi accepimus mensuram, firmam stabilemq; seruemus, nõ vt pueri solent minutiores, omni vento circunferamur, hoc est, à quouis hoĩe nos instruente temere subleuemur. Sũt

tiamq; ad ędificandũ & consummãdum dona data. Cauẽdũ ita ne labet, & fluitet, q̃d fuerit ædificatũ. Vt iã, cũ vero inquit, oñdit vel id illos fuisse ꝑpessos. Videt etiã & his semet interijcere, cũ circũferamur inqt, q̃d eo facit, vt eos nõ acrit commissi redarguat, sed lenit castiget & placide. Et fluctuãtes cũ ait, arguit quãto sint in discrimine instabiles & nutabũdæ ad orthodoxã fidẽ animulæ. Et eidẽ insistẽs metaphorę, vẽtos vocauit, varias præceptorꝝ doctrinas. **in nequitia hoĩm, in astutia ad circũuẽtionẽ erroris.** Ne itaq; inquit, & nos in hac circũferamur nequitia. quõ? In astutia ad circũuentionẽ erroris, ne q̃ volũt illi dolo & arte q̃dam traducere, eodẽ & vos deuoluti feramini. Nã nullius rei alteriꝰ grã, artibus hoc moliunt et dolis, nisi fallendi. Bñ aũt ꝓposuit hoĩm. Nã ad ea q̃ dei sunt, neq; neqtia, neq; hoĩes adnitunt. **Veritatẽ aũt faciẽtes in charitate, crescamus in illo per oĩa, qui est caput Christus** Versuti (inqt) et verbis fallẽtes, adulterina cũcta et falsa ꝑtendunt, nihilq; illis inest vel sanũ vel stabilé. Nos vero q verã cũ in deũ tũ in ꝓximum charitatẽ sectamur, nec dogmata vlla habemus, q̃ falsa sint aut subdola, nec vitã ducimus simulatã, augebimus certe in Christo q̃ nostra sunt, tum vitã ipam, atq; decreta. Huic eñi q nr̃m est caput, accõmodare et mores debemus et vitã, gestandumq; nihil q̃d alienum aut capiti non congruens sit, sed cuncta sunt nobis ad illius conformitatẽ aptanda et agẽda. **ex quo totum corpus compactum, & connexũ per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem, in mensuram cuiuscunque membri augmentum corporis facit, in ædificationem sui in charitate.** Sensus oĩs dicti huius, etsi subobscurior, huiusmodi est: Queadmodũ eñi spũs per neruos à cerebro ipso descẽdens, sensum oĩbus mẽbris ad ꝓportionem cuiq; impertit, sic Christus nostris animis, qui illius sunt mẽbra, sua dona suppeditat. Nec fortuito et temere, sed prq mensura membri cuiusq;, hoc est, vt quodq;

capere poteſt, & hunc in modum coædificari ſibi vniuerſum corp⁹ & coaleſcere facit. Alias enim nequiret anima à ſuperne ſpiritu deſcendente, à q̃ & vitã accepimus, & incrementum, ſubminiſtrata excipere, niſi charitate corporis inſtar vnius compacti eſſemus & iuncti. nã vt manus à reliq̃ corpore auulſa, haudq̃q̃ vltra eſt vegetantẽ ſpm̃ receptura, vt quæ à mẽbrorum ſit nexu diſciſſa, ſic ſane & nos niſi vnitatẽ fuemus, & animorum coniunctionem, haudq̃q̃ aliq̃n ſumus ſpiritus gratiã admiſſuri, q à Chriſto (qui caput eſt noſtrum) profluxit. Idcirco & corp⁹ compactum & connexum dixit, hoc eſt, nihil temere diſpoſitis membris, ſed copulatis, vel ſingulis ſuo loco hærentibus, non diſiectis, vel ſine forma iacẽtibus. Noſtri itaq; erit officij, per charitatẽ nos inuicem nectere, & cõformes efficere. Chriſtum vero decebat, vt caput ſuũ in corpus, hoc eſt, in nos immitteret ſpm̃. Fit aũt oĩs hic ſmo, & eo intendit, vt humilitas cũ charitate coniuncta ſeruet. Per oẽm aũt iuncturã ſubminiſtrationis cũ inq̃t, id vtiq; p̃fert, q̃d ſpũs ſcilicet, q à Chriſto capite defluit, & ſubminiſtrat, oẽs cõplectit. Corpus igit ædificat, & creſcit q̃diu mẽbris adhæſerit, & ſpm̃ ip̃m inducit, vt in ſe operet. Id em̃ deſignat cum dicit, ſcd̃m operationem, vel quia membris operationem ſpũs præbeat. **Hoc igitur dico & teſtificor in domino, vt iam non ambuletis ſicut & gentes ambulant, in vanitate ſenſus ſui.** Eſt ſane p̃ceptoris officium, non ſolũ commonefacere, ſed etiã abſterrere, cũ fuerit neceſſe, diſcipulos: quemadmodũ Paulus facit hoc loco. Teſtificor em̃ vos (inq̃t) in dño, hoc eſt, dñm teſtor, q a nihil clam vos habuerim, q̃d dictu ſenſerim oportunum. Nec vos amplius ambulate vt ambulatis dixit, ne illos offenderet, ſed ſicut reliq̃ gẽtes, aliorum exẽplo hos ad cõtinẽtiam prouocãs. Hi nanq; in ſenſus vanitate ambulabãt, qui & idola colerent, & vitijs inſeruirent, & rebus mundi inanibus inhærebant. Quæ idcirco vanitates coarguunt, q a fruſtra illis v tantur mortales. Erant itaq; in his gentes

corruptæ, sermone. s. & vita. obscuratũ habentes intellectũ, alienati a vita dei. Diuinæ (inquit) scientiæ & vitæ purioris lux ipsa affulsit, hi vero seipsos fregerũt, animi oculis debilitatis præ vitæ huius & vitiorum caligine, qua semetipsi obduxerãt. Sunt nãq; præsentia vitia & mundi curæ, veluti vehemens quidã & innabilis fluxus, q̃ mentẽ prorsus obturbãt, eoq; qui his implicantur, à dei abalienati sunt vita, hoc est, ab ea quæ secũdum deum est, penitus abdicãtur. Est nanq; vitæ rationalis, & dignoscere vera & tenere. Qui vero se præsentium bonorum curæ dicauerit, hauddubie obcæcatur, nec vitã degit q̃ veritas ipsa verbi substãtiam præfert & claritatem. propter ignorãtiam quæ est in illis, propter cæcitatẽ cordis ipsorum. Si ignorant, quid illos incusas? Est nanq; mox edocẽdus, non iustitiæ insimulandus, qui rei sit alicuius ignarus. Dices fortasse, aut eiusmodi his ignorantia ob eorum hebetudinem et cæcitatem obuenit, q̃ insensibilitatem quandam prætendit: Insensibilitas vero & dementia, ex vitæ impurioris dispositione oboritur. Fit itaq;, vt omnino sint, qui hac ignorantia detinẽtur, culpandi. qui desperãtes se metipsos tradiderũt impudicitiæ, in operationẽ immunditiæ, in auaritiã. Vides quemadmodum voluntate illis obtigerit insensibilitas hæc et ignorantia. Nã desperantes, inquit, hoc est, qui nulla ratione vtentes, desperãt nequaq̃ se posse futura parare, cum à præsentibus nolint, q̃bus sunt irretiti, desciscere. Aliter tñ in Græco habetur, ἀπηλγηκότες, hoc est, sine doloris sensu, tanq̃ insensibiles facti, & excordes, & torpidi. Neq; in veri boni indagationem volẽtes laborem insumere, impudicitiæ demũ sese addixere. Quidnã facturi? vt immundicitiã operẽtur & fœditatem. His enĩ perficiendis, cogitationem & operam impendebãt. Neq; impuritatis huiusce & turpitudinis, speciem vnam aliquam exercebãt, sed omnẽ. Qui ergo poterat fieri, quo minus desperent, qui hmõi erãt addicti cupiditatibus? Vita nanq; quæ turpiter ducitur, pra-

uarum opinionum est causa,& omnem recti ingeritignorantiã. Cum itaq; alibi audieris deũ alios tradidisse in reprobum sensum, reminiscere & dicti huius. Et cum vtrũq; contuleris, pernoscito, qui se proripiunt à deo, dici præcipitari & tradi, hoc est permitti & deseri: quia semetipsi vt sic traderẽtur, dignos effecerint. Cum vero in auaritia dicit, voluntariã illis insipientiã testificat. Poterant eñ his (inqt) vel pecunijs vel voluptatibus moderatius frui. Sed cum essent om̃ibus in rebus sectati immoderantiã, in mẽtis hebetudinem deuenerunt, & bonorũ oĩm insensibilitatem. **Vos aũt non ita didicistis Christũ, si tamẽ illũ audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundũ pristinã conuersationẽ veterem hominẽ.** Gẽtes quidem ita se habẽt, vos vero haudquaq̃ hoc modo Christum perdidicistis, si tñ illũ audistis, hoc est, cũ illũ ex nostra doctrina iã teneatis. Non eñ, si illum, dubitantis est dictum, sed confirmantis. Quinetiam illud ẽ Christum perdiscere, quod rectius viuitur: vt contra, qui vitã peruersius duxerit, Christum ignoret necesse est. Deum eñ (inquit) se scire fatentur, factis aũt negant. Illud aũt, sicut est veritas, sic debet intelligi: videlicet nequaq̃ ipsi, quemadmodum gẽtes, vanis & superuacaneis in rebus incedite, vel vosipsos ad eadem illa componite. Constat nanq; non esse inania, quę Christi sunt, sed certiora & vera cum dogmata dico, tum vitã. Delictum siquidem falsitatẽ prætendit: q̃ppe quod inconstãtius sit & leuius. Virtus vero veritatẽ pręfert, quia stabilis sit, & finem habeat. At quid estis edocti, vel quęnam est q̃ secundum deum sit veritas? Nimirũ deponere vos veterẽ hominem, hoc est, pristinæ cõuersationis modũ, & vitã illã antiquiorem, & peccatis obnoxiã. **qui corrumpitur secũdũ desideria erroris.** Bifariã hoc debet intelligi: Vel quia vt solent concupiscentia & voluptates corrumpi, ita & homo his deditus, hoc est, eius inanes cogitationes perduntur, morboq; decor oĩs & pulchritudo, vel se-

Roma. 1. (margin)
Tit. 1. (margin)

nio ipso deflaccet, viresq́ item corporis ac omia demum morte soluuntur. In illa em̃(inquit) die perdentur oẽs cogitationes eorũ. Vel secundum desideria.i.à desiderijs. Ab his nanq; vetus homo deletur, vt vellus & ferrũ, à quibus gignuntur, ab his & intereunt. Deperit præterea & honoris & gloriæ cupiditas, animo semper, corporaliter vero nunq̃: sic & voluptates conficiuntur. Recte aũt errorem dixit, quę ex his oritur voluptatibus, suauitatem. Simulat nanq;, mentitur ac fallit: quippe q̃ voluptatis præferat speciẽ, cũ amaritudo sit & acerbitas. Id itaq; error prætendit, vt cum aliud sit, aliud esse appareat. Renouamini aũt spũ mentis vestræ. Ne quis existimet alium quenpiam se inducere hominem, præter eum quem dixerat nouum, Renouamini inquit, hoc est, idipsum quod in vobis cõsenuit, nouum reddite & immutate. Quo fit, vt subiectũ sit idẽ, morũ videlicet solum & mentis pristinæ immutatio. Verũ quo pacto istiusmodi potest innouatio fieri? Per spiritum sanctũ, qui vestrã inhabitat mentẽ. Spũs nanq; nullas sustinet veteres actiones & prauas. Demũ quod inq̃r, tale est: Innouamini animo & spiritali innouatione, non corporali, vel in corpore ipso effecta. ⁊ induite nouum hominẽ. Vides quemadmodum sit vnum subiectũ, q̃d exui & indui possit, hoc est, vnum sit corpus, quod induitur & spoliatur: indumenta vero diuersa, hoc est, nequitia ipsa & virtus faciles sunt, vel ad abdicandũ, vel ad admittendum, si volumus. Verum cur hominẽ nequitiã dicit, & hominem virtutem denominat? Quia ex operibus ipsis figuratur homo. Nec minus hæc q̃ ipsa natura homĩnis præferunt siue bonitatem, siue nequitiam. Nouus autem ille est homo, qui & recens sit baptismo ablutus. Hic nanq; fortiorem se debet & constantem præstare, & cuiusuis labis immunem & integrũ. Hæc proculdubio cuncta ad nouum hoĩem spectant. qui secũdum deũ creatus est, ⁊ in iustitia, ⁊ sanctitate veritatis. Is (inquit) nouus homo, non secũdum concupiscentias, sed se-

Psal. 145.

cundum deum est cōditus, hoc est, tali structura creatus, vt placeat deo. Et lauacro, non quod è terra cōstet & aq̄, sed ex iustitia & sanctitate. His em̄ hoīs huius continetur substātia. Iustitia quidem vniuersalis quædam est virtus, quemadmodū illud est vsurpatū, Iustus est ille & irrepre-
Matt. 5. hēsibilis. Et dn̄s ipse, Si non superabundauerit iustitia vestra super pharisæorū. In ea nanq; virtutē oēm asserit contineri. Sāctitas aūt, puritas est & debiti oīs persolutio. Et qm̄ in veteri testamento iustitia dicebatur hæc sanctitas, illa (inquit) vetusta, futurā prꝯfigurabat. Sed sanctitatem hanc ipse veritatis & euāgelij dixerim veritatem. Est itaq; homo iste in baptismo per iustitiā & sanctitatem creatus, induatur etiā vita & operibus, necesse est. Cū vero indutum aliquem fuisse intelligis, nō ignores quemadmodū nunq̄ fit amplius, quod semel induerit, depositurus. vt illud, Induit maledictionem vt indumentum. &, Qui luce
Psal. 108. obductus est. **Propter quod deponentes menda-**
Psal. 103. **ciū, loquimini veritatē, vnusquisq; cum proximo**
Zach. 8. **suo, qm̄ sumus inuicem mēbra.** Cum veterem dixerit hominem, vniuersaliter hunc & particulariter hoc loco describit. Et primo alterius mendacia interdicit, & causas profert, tum quia proximi inter nos sumus, tū q̄d maius est, & maiori nobis dedecori cedere, quia & mēbra inuicem dicimur, perinde acsi dicat, Num oculus si bestiam fuerit aliquā in nos irruentem efferacius conspicatus, pedibus mentietur se nihil spectare, nec illis fugiendi facultatem præbebit? vel si scrobem aliquā alte refossam, arundine & humo contectā, pes ipse prætēret, num oculū hoc ipsum celabit, vt aliā inueniat semitā? Idipsum dici & de membris cæteris potest. Sic itaq; & nos nihil ad inuicem
Psalm. 4. mētiamur. Sumus nanq; vnius corporis membra. **Irascimini, & nolite peccare.** Dixit, nolite alterutrum mētiri. Sed cum plerunq; ira mendacium pariat, sic inq̄t: Bonū quidem nil prorsus irasci: at si illud cōtigerit, cauendū, ne ex immoderato iracundiæ vsu, effrenetur hæc ira, & in

peccatum euadat. Dicunt nonnulli vnum esse iracundiæ genus, delicto quod careat: eã videlicet, qua vel in dæmones, vel in vitia vtimur coercenda, & hoc ipsum explicare hoc loco Apostolum. **Sol non occidat super iracundiã vestrã.** Nõ diu (inquit) apud vos resideat iracũdię vitium, neq; vobis nondum conciliatis, sol ipse ẽ terris abscedat, ne forte indignis appareat illuxisse, ne'ue & nox ignem mente acrius agitando incendat, & insidias paret vel mortem. **Nolite locũ dare diabolo.** Mutua oppugnatione diabolo obsistetur, q̃ diu vno aĩo erimus cõdensati nihil ille de suo est allaturus, vt qui nullum inueniat insinuandi se locum. At cum aliquod inter nos dissidiũ ꝓseminauerit, tunc perinde ac occasione inuenta, vbi caput immittit serpentis more, & mox reliquã corporis molem ingessit. **Qui furabatur, iã non furetur.** Vides qualia sint vetusti hoĩs membra, mẽdacium scilicet, odiũ, furta. Neq; eñ supplicio afficiantur furaces inquit, sed desinant malefacere, & à furto abstineant. Illud eñ exterioris est & humani iudicij, hoc Christi doctrinæ & pietatis. **magis aũt laboret operando manibus suis quod bonũ est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.** Neq; eñ sat est à peccatis desistere, sed his cõtrarium iter inire necesse est. Malis olim facinoribus incubuisti, nunc & bona exerce laborando, cum vt labor atterat corpus, quod ex otio quodã praua didicerat, tum vt abundanter habeatur, vnde & vitã hanc degat, & cõferre in alios possit, quæ antehac multis subtraxerat, & benefic⁹ fiat. **Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat.** Malũ sermonẽ, nõ otiosum dicit, sed superuacaneum & intẽpestiuum, qualis scurrilitas est, & fœdæ dictum. Græce tamen σαπρὸν habetur, hoc ẽ, putre & fœditum. Turpiloquium nãq;, iurgia, & detractiones, putrida sunt & infecta. Neq; eñ factorũ dũtaxat gratia, quin & dictorũ pœnas luemus. **Sed si quis bonus ad ædificationẽ fidei, vt det gratiã audientibus.** Hoc est, illud loquamur quod &

proximi & aliorum fidem ædificet. Græce tñ, quod fidei dixit interpres, χρείας (hoc est, necessitatis) est scriptũ: pinde acsi dicat, nullum depromatur per vos intempestiue & incommode dictum, neq; vltra velim loquamini q̃ ferat necessitas, vt occasionem audientibus p̃beat, vt gra-
Prou.15. tias habeant tam oportune loquẽti. Qui enim in tempo-
Eccl.3. re loquitur, sanctius profecto ac pie loquetur. Vel gratiã det audientibus dixit, hoc est, vt gratos hos faciat sermo tempestiue prolatus. nam quemadmodum odoramenta gratiam exhibent se pertrectantibus, sic sermo qui de deo habetur, & animabus conducit. Vides quemadmodum quod antea semper commonefecerat Paulus, in p̃senti nos oret, vt proximum quenq; ædificemus. Quod vtiq; aliud nihil prætendit, nisi vt nosipsi ædificemus. Nã qui alijs consulunt, quæ animam iuuent, longe magis & sibi sunt profuturi. **Et nolite contristare spiritum sanctum dei.** Si verbum (inquit) turpe vel fœdum protuleris, & Christiani hominis ore indignum, certe non hominem perturbasti, sed spiritum dei, qui tempore fit de te bene meritus. Subdit deinceps, qualibus simus beneficijs ipsi affecti. **in quo signati estis in die redemptionis.** Is nanq; spiritus nos obsignauit, effecitq; de regio grege insup fecit. Atq; is nequaq̃ astare nos siuit cum sontibus & damnatis, sed signũ impressit, secreuitq;, vt redempti & liberi ab istiusmodi ira essemus. Nonne igitur pudere nos debet, si hunc incesserimus? Obsignatum est in q̃ os tuum à spiritu, vt nihil indignum se proferat. Noli ergo signaculum illud dissoluere. **Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia.** Sustulit in partem dictis superioribus iracundiam, nunc vero eandem radicitus tollit. Amaritudo nanq; iracundiæ & furoris est radix. At vbi acrior iræ tempestas inhorruit, vehementius oris operculum superat fluctibus, & per omne corpus diffunditur, & hominem ipsum efferat, tollatur (inquit) & clamor, ita vt

nec vestigium aliquod eius sit reliquum. Clamor quidem equi præfert figurā, sessorem ira prætendit, cōstringe cōpedibus equum, & insidentem prosternes, deme prętereà maledicta & iurgia, quæ ab ira nascuntur. Irā quidē magis incendit vociferatio. Et quia pleriq; sunt qui tacite irascuntur, & iram comprimūt conticendo, & stimulis mordentur clandestinis. obscuramq; & reconditam indignationem asseruant, eo adiecit, cum omni nequitia, hoc ē, siue exigua, siue magna sit illa. **Estote aūt inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem.** Cum haudquaq̄ sit satis pro regno cælesti consequendo abstinere à malis, sed necessarium insuper sit quę rectiora sint facere: Quippe si à bonis operibus defecerimus, tametsi mali nihil egerimus, in gehennā conijciemur, vt est ē pluribus euangelij dictis perspicuū. Propterea Paulus prauis interea omissis operibus, ad recti nos operationē hortatur, aitq;: Estote benigni, ad nequitiæ & blasphemiæ differentiā: & misericordes, vt impietatē secernat à misericordia: & inuicem donantes, hoc est, veniam delinquentibus tribuentes, vt eos reddat ab his alienos, qui in peccata labentibus nec veniam dederunt. **sicut & deus in Christo donauit vobis.** Cum hos exēplis sat flectere ad bonum diffideret, & deum in rei huiusce argumentum producit. Poterat tñ vel illud afferre quod dixerat: Dimittite, & dimittetur vobis: sed quia futuris diffidunt pleriq;, quę olim sunt gesta deducit in mediū. Inquit: Deus vobis in Christo donauit. Quo pacto? In Christo, hoc est, cum filij sui discrimine & morte, ipse vero haudquaquā tuo cum periculo qcquam contuleris, at ille aliter longe. Nam ipse in fratrem & proximum, ille vero tibi vt hosti & ob peccata infenso, errata dimisit & largitus est. Aduerte autem, quia cum ad inuicem donantes dixisset, & vobisipsis adiunxit, arguens, cum alternis donamur, & mutuo in seipsos gratiam conferre vel singulos.

Matt. 25.

Luce. 6.

Caput .V.

Estote ergo imitatores dei, sicut filij charissimi. Vel pari & ipse prosequere fratrē bñuolentia, q̄ & te prosecutus est dñs, sic deum pro viribus imitabere. Nec erit quoq̄ pacto hoc loco culpāda inopia
Matt.18. vt illud inquias, si fratri dimisero q̄d deliquit, iacturā ipse perpetiar. Sed peccati veniā dato, nullo tuo vel impendio vel detrimento, sed lucrū referes. Est em̄ maximum, deū ipsum sectari. Aliā deinceps causam refert magis hauddubie allicibilem, cū inquit: Vt filij charissimi, hoc est, uel alia quædā vos ad hoc cogit necessitas, vt patrem. s. imitemini vestrum. Et cum nequaq̄ liberi oēs genitorem sectent, charissimi addidit. Nā istiusmodi filij patrem imitabunt. Et ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiā deo in odorē suauitatis. Id sane omium est fundamentum, q̄ stante, non iracūdia mō tollitur & blasphemia, sed cuncta plane dementur hmōi. Idcirco & postremum hoc posuit. Docet p̄terea vnde simus & filij redditi, videlicet ex ipsa dilectione. Debemus ergo eā amplecti, vtpote quę causam nobis, q̄ simus à deo in adoptionē adsciti, præbuerit. Vt em̄ cum morbo aliquo laborauim⁹, medicamentorum quorundam, quibus sanati fuerimus, vel nomē ipsum venerationi habemus & magnifacimus, sic & dilectionem hanc amplexari debemus, qua seipsum pro nobis tradiderit dñs. Atqui pro inimicis ille ipsum se obtulit, tu vero amicis daturus es veniam. Tunc itaq; vere Christum sectaberis, cum his benefeceris, qui te odio habent. Sic enim & dictum illud, vt Christus dilexit, & ꝓ nobis seipsum tradidit, obseruabis. Id illud est sacrificium & odor suauitatis, idipsum inquam & Christus effectus est, cum pro nobis odio se habentibus obijt mortem. Id illud demum est, deum hunc imitari. Fornicatio autē & omnis immūditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos. Differens de acerbiori iracundiæ vitio, ad eam venit quæ minus plerisque

mala videt, habendi cupiditatem. Quemadmodum enim legislator, non occides edicit, quod crimen per iram committitur: & deinceps non adulterabis, iniungit, quod desiderij est & cupiditatis: & sicut amaritudo, & clamor, & blasphemia, sunt iracundiæ malum, sic fornicatio & immunditia, auaritiaque à concupiscentia emanarunt. Eadem enim illa & pecuniam cõcupimus, & corpora adamamus. Ne ita que eiusmodi scelerum vlla apud vos mentio fiat, sed integre puritatem fuctis. Præbent namque sermones ad res ipsas ingressum. estote sanctimonia præditi, & lingua item polleat sanctitate. Exo. 20

aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio. Vt enim clamorem, qui esset ad iram vehiculum, sustulit, sic nunc turpiloquium tollit & scurrilitatem, quæ ad fornicationem inducerent. Nolite (inquit) salibus vti & verbis scurrilibus. Sic namque fornicandi excitabitis flammam. Proinde ne morosus videretur & grauis, vt qui iocos intercidat & risus, remedium affert, sic ingens, quæ ad rem non pertinent, hoc est, quæ vobis nõ conferunt, nec ad bonos mores, vel vitam, quam quærimus, faciunt. Vt enim corporum quisque incisor neque quicquam tolerat ex rebus quæ nihil ad eius attinent artem aliquid opus conficere, sic & Christianus sanctitatem adeptus, haudquaquam debet, quæ sanctimoniæ minus conducunt, proferri. Non enim ad nos attinent illa, quæ nec necessaria sunt, nec plane expediunt. At si quem dicendi incessit cupido, singula verba in agendis gratijs proferunt. Quibus reddendis si insueueris, recordaberis procul dubio, qualis antehac fueris, & quantus sis impræsentiarum effectus. Et tua insuper mala deplorabis, & stupore maximo capiere, quod tantis sis bonis dignatus, nec tempus tibi supererit, vt alijs vaces. Nõ enim risum & scurrilitatem hoc tempus deposcit, sed certamen & luctum. Atqui hostis ille in te dentibus frendens obuolitat. Tu vero ludis, & ineptias narras & nugas. Quin etiam haudquaquam facile est vel certantem aliquem, aduersarium hunc superare, quanto minus ludi 1. Petr. 5

bundus quispiam,& iocis intentus de illo referre victori am poterit? Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & dei. nemo vos seducat inanibus verbis. Erant, vt apparet, nonnulli apud Ephesios, q dicerent deum ingerendæ formidinis grã, tẽ

Matth. 5 nuia hæc & exigua interdixisse. Cur ẽm stultũ quenpiam dicere, absurdum adeo debet videri, vt gehẽnæ fiat obnoxius, q stultitiã hanc ĩpam obiecerit? Vel q̃ pacto auarus põt idolis inseruire? De his itaq; hoc loco narrat Apl's. Et nemo (inq̃t) vos seducat inanibus verbis. Ea nãq; sunt inania dicta, quæ ad breue gratiã habent, res vero nihil de se afferre vtilitatis coarguunt. Seducunt p̃terea & qui ex his licentiã sumunt. Quod aũt auarus idolorũ sit cultor, ex

Matth. 6 eo perdisce, q̃ dñs dicit: Nõ potestis & deo suire & mãmonæ. Abest itaq; à deo longius, q̃ auaritiæ inflãmat cupiditate. Nam q̃ auro se addixit vt dño, q̃ pacto non erit auri seruus, & idolorũ cultui nõ se subiecit? Quippe q aurũ & pecunias colat p deo. At nulli erexi, inquiet, idolum. Quid illud? Neq; int gẽtiles pleriq; idola se adorare pfitebant, nisi Venerẽ fortasse & Martẽ, sed vitijs q dẽ incũbere, idolis est inseruire. At nullas immolat oues, nec vina in sacrificijs fundit cũ aurũ colit, at aĩas lõge p̃ditas rõne ditabit. Venerabant gẽtiles hanc cæli & terræ structurã, vel cætera quæ cõdidit deus, auarus vero q̃d suo labore conflauit & manibus, adorat & colit. Neq; ẽm auaritiã instituit deus, sed inexplebilis nostra habendi cupiditas hanc pcreauit. Puto aũt Paulum id à Dauid acceptũ, alio q̃dam mo-

Psal. 115. do disseruisse. Nã illo dicente: Idola gentiũ argentũ & aurum, vel in idip̃m prudent vt diceret cõuertisse, argẽtum & aurũ idola esse. Est ergo q auro & argento inseruierit, idolorũ cultu detẽtus. Propter hæc ẽm venit ira dei in filios diffidentiæ. Ira (inquit) vel ob fornicationem immunditiãq; & idolorũ cultum obuenit, vel ex seducẽti-

um verbis. Filios aūt diffidentiæ eos dicit, qui plurimum sunt cōtumaces, & deo diffidunt, decreta hmōi decernēti. **Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquā tenebræ, nūc aūt lux in dño.** Nolite (inqt) talium facinorū fieri participes, p inde ac eos prioris negtiæ cōmonefaciat, recognoscite dicens, quid aliqn̄ eratis, vt q̄ à tenebris sitis in lucem iā reuocati. Prius nāq; p vestris cū institutis, tū vitæ prauitate, in ipsis tenebris degebatis, nūc vero lux estis effecti, vt q̄ & dei sitis notionē adepti, & lucis opa factitetis. Id tñ vobis non vestra virtute p̄uenit, sed in dño, hoc est, diuinam ob gratiam. Nequaq̄ igit̄ debetis cum filijs contumacibus versari, in quos ira peruenerit. Fueratis nanq; huiusmodi ira olim vos digni, nunc vero longe secus se ea res habet. Nolite ergo ad pristinas tenebras illas redire. **Vt filij lucis ambulate.** Hoc est, modeste & vt hos decet, qui in luce faciunt iter. Quin potius vel alijs præferre nos lucem iniungit. Nam qui lucis est filius, & ipse lux erit. **Fructus enim lucis est, in omni bonitate & iustitia & veritate.** Interp̄tat̄ hoc loco, diffinitq; q̄d lucis filius sit, aitq; eū hunc esse, q̄ spūs sit lucisq; fructum adeptus. Spiritus nanq; fructus defert, nec eam quidem quam antea diximus, sed illi longe diuersam contrariāq; bonitatem, videlicet quæ amaritudini & iracundiæ aduersetur. Et iustitiam spiritus ille producit, quę auaritiam ipsam impugnat, & veritatem, quæ fallacibus obstat immunditiæ voluptatibus. Omnem autem bonitatē dicit, quæ in omnes confertur. Neq; in beneuolos modo, sed vel in hostes potius & nobis infensos. **Probantes quid sit beneplacitum deo.** Experimēta desumere p̄fectorum, & sane qui ferre iudicium queunt. Est tamē imperfectioris inexperti animi ea negligere, quę deo minus sunt placita: cuiusmodi ea sunt vitia, quæ superius explicātur. **Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.** Matth. 5

Infructuosa sunt & sterilia tenebrarum & scelerum opera. Neque
Roma.6 enim fructum alium afferunt, nisi mortē & dedecus. Nō ita
quod sunt hisce operibus nr̄a cōmunicanda, sed arguite potius,
hoc est, enixe instruite, qui talia fecerint. Cū vero inquit, turpe
est dicere, facinora quædā nefanda prætendit, quæ illi committerent, & Ephesi hæc exercerent. **Omnia autē quæ arguuntur, a lumine manifestantur.** Cū diceret lux
ipsi estis, arguit quę gerunt in tenebris. Adiecit hoc etiam,
& si virtute præditi fueritis, celari non poterunt improbi.
Nā vt ardēte & lucē præbēte lucerna, fur nunquā subitu
rus ē domū, sic nostræ virtutis si fulgor illuxerit, hi haud
dubie deprehendent, qui gesserunt praua hęc atque nefanda,
tāetsi per nos sint verbis ad doctrinā facientibus castigati.
Omne enim quod manifestatur lumen est. Vt enim
quādiu opertum est vulnus, medicationem nullā admittit, sic & delictū cum fuerit retectum, in lucem conuertit.
Non enim pc̄tm̄ dixerim, sed pc̄tā patrantem. Nam castigatus cum fuerit delinquēs, & acrioribus verbis increpitus,
& pœnitudine veniam consequetur. Nonne huius omēs
purgatæ sunt & abolitæ, quas antea pc̄tōrum mole obduxerat, tenebræ? Vel quia nostra vita lumen est inquit, cū
Matth.5 cunctis visenda & contemplanda exponitur. Nemo enim
occultat quod recte & sine labe gesserit. Quæ autem supprimuntur, quia sunt tenebris digna, & occultent necesse
Matth.10 est. Nā & coargui debent & in lucem deduci, vt euangelicum illud testatur: Nihil occultum quod non reueletur.
Propter quod dicit, surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Dormitantē
& mortuum, pc̄tis immersum dicit. Est nanque qui prauis
addictus est facinoribus, haud secus ac mortuus, fœtulentus, & dormientis in morem torpidus, somniās que & imaginans, quæ minus subsistunt. Vt vero à pc̄tis excitus resurrexit, tunc illi Christus illuminando alluxerit, hoc est,
vt sol his affulgebit, qui excitant à somno: Quandiu enim
quis in malis perstiterit actionibus, lucem odit, nec illam

adibit. Debes tñ compertum habere, qd somno pressus à mortuo differat. Pleriq; eñ,&si factitant mala, facienti tibus tñ minus assentiunt. Hi quidẽ dici capti sopore pñt, quia & celerius excitantur. Hi iure optimo mortui appel labuntur, qui difficulter reuocant ad bonum: Et illud his inclamatur, vt se tandem attollant. Neq; enim desperanda est, quæ verti in melius possit natura. **Videte itaq; fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi in sipientes.** Amaritudinem adhuc & iracundiã purgat, tã quam ad hos istiusmodi diceret: Vos oues estis, & int lupos versamini, efferãt in vos alij, vel q familiarissimi sunt. Cauendũ itaq;, ne cui vel inimicitiæ vel odij pbeatis occasionem, nisi fidei grã, vt nemo vos illa in re calumnietur: quin potius & honorem cunctis deferte, & obsequentiã. Vel in his præcipue nil obnitamini, in qbus fides nihil offendit, & columbæ in morẽ vos gerite. Nã in illud vestræ sapientiæ maximum est argumentum, si vos irreprehensibiles asseruatis, & prorsus innocuos. **redimẽtes tempus.** Ne varij simus & inconstantes, commonefacit. Sed qm inquit, haudquaq̃ vestrũ est tempus, sed accolæ estis & conuenæ, & ab seculo alieni, nequaq̃ vobis vel honores vel gloria, vel vltio est conquirenda, sed omnia tolerant sufferte, vt vel id temporis saltem interea redimatur, cum omnia volentibus mala vobis ingerere, eius rei potẽ statem feceritis. Nam quemadmodum opulẽtis vir quispiam, cum quenpiam viderit, vt sua diripiat & se inuadentem vt enecet, omnia illi eximendi se gratia ab eo discrimine, permissurus est: sic vos vniuersa offerte, vt in tuto sit caput, hoc est, fides ipsa. **quoniam dies mali sunt.** Nõ eñ dierũ substantiã improbat Paulus. Lux eñ horæ ac tpa dierũ substantiã præferunt. Quæ igit pôt diei inesse malignitas? Neq; eñ idcirco qd mali sint, dies detractat, sed qa in his multa contingunt quæ mala sunt. Quemadmodũ itidem ipsi vsurpare solemus, dicereq; malum transegi diem, quia in eo aduersa obtigerint pleraq;, & quæ placeãt

Matth. 10

Ibidem

minus,& per prauos viros ingesta. Propterea nolite fieri imprudentes,sed intelligentes quæ sit volũtas dei. Q̃m dies(inquit)prauos sunt homines nacti,afferentes quæ nos longe obturbent, vobis tñ qui sapiẽtia estis exculti,curandum est vt nullam hisce hominibus offeratis vas incessendi occasionem.Id nanq; deo est placitum,vt nullis in rebus coargui delicti possitis, & fidẽ seruetis. Nolite inebriari vino. Adhuc in extirpanda ira versatur. Vini nanq; immoderata potatio,& iracundos reddit & temerarios.Quod autem hanc vini tollat immoderantiam,ex eo perspicuum est. Non eñ nolite vinũ bibere inqt,sed inebriari.Nam ex mero ebrietas orit nimie

1.Timo. 5 hausto. Quippe quo modice sumpto sanitatem assequi-

Psalm.103 mur.Idip̃m ad Timotheum perscribit: & lætitiam affert,

Prouer.31 vt Dauid testat.Et item scriptura,date inquiẽs,vinum ijs, q in tristitia sunt:& Ebrietatẽ siue potũ meri effusiorẽ, q in dolore.Mœstitiæ nãq; asperitatẽ & obnubilũ omne dissoluit ebrietas.Propterea & deus corpora nobis moderatiora effecit,vt cõtenta sint paucis, & ad aliã vitã contendant. in quo est luxuria. Hoc est,huius intẽperans & luxus,q non solum nil ,ɋrsus sanitatẽ tuet, sed hanc potius pdit.Nec corpus modo,sed & animã ip̃am dissoluit. Vel luxuriã incõtinentiam dicit,quã gignit ebrietas.Friget nã q; contra sine Cerere & Baccho Venus. sed implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus,cantantes & psallentes in cordibus vestris domino. Vis,inquit,affici iucunditate? fuge nimiam vini satietatem. Vis præterea spũ sancto expleri? Assequeris id vtiq;, si psallere dño consuesces.Psallentes nanq; spiritu sancto opplentur:vt contra,impuro,qui satanæ cantiones emodulant. Psallere autem in corde est,& sensu & mente decãtare,nõ corde obtorto & inquieto.Ille inquam corde canit, q canendo deum intentior meditat & mente versat.Aduerte aũt,quemadmodum animam iræ acerbitate & reliquis vi

tijs repurgatã, redditisq́ nobis clementioribus & charitate insuper cõmunitis, tunc & sancto spũ oppleri demonstrat. Neq3 eñ est venturus temere, sed veniens corda võbis opplebit. Cũ itaq3 tanta vos spũs claritudo et splẽdor inuaserit, facilis erit ad cæteras virtutes accessus. **Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Jesu Christi deo & patri.** Gratiæ semper agẽdæ sunt deo, nõ ob partã mõ quietẽ et otiũ, sed cũ aliqd patimur qd mœrore afficiat. Neq3 eñ ob bona duntaxat nobis ab eo collata, quinetiã vel in medijs malis, et rerum earũ ob gratiam, quas vel ignoramus vel nouimus. Cunctis nãq3 ex rebus vel ꝓsperis vel aduersis afficit semper nos bñficijs deus, tãetsi idipm nos lateat. Sunt itaque istiusmodi gratiæ patri agẽdæ, in dñi nostri nomine, hoc est, cum illas agimus et Christi nomen est præferendum, et eundem illum complecti debemus, cuius interuentu et bona nobis plurima conferunt, et gratiæ per nos agũtur eiusmodi. **Subiecti inuicem in timore Christi.** Rursum charitatẽ ꝓducit in mediũ. Hac eñ & alternis subijcimur, nõ rei vllius terrestris formidine, sed Christi timore. Qui eñ se inuicẽ ob Christum subdiderint, cũ tali sint nexu deuincti, dissolui nõ poterũt, nec dissidium perpeti. **Mulieres viris suis subditæ sint, sicut domino.** Neq3 eñ temere studij plurimũ eiusmodi vxoris et viri cõiunctioni impendit Apl'us, præsertim cum ã principio deus maximam habuerit matrimonij rõnem. Adę nanq3 sororem, quin filiam poti⁹. at quid dixi? Imò propriam deuinxit, deincepsq́ hominum genere ꝓpagato, et nuptias magis ac magis prouexit, ne charitatem in sola necessitudine et propinquis perscriberet, et vita nostra per hãc copulam et nuptias iuuaret. Ait igit, mulieres viris suis subditæ sint. Nam si concors matrimoniũ fuerit, et filij recte educabunt, et serui optime instituent, et bñ habebunt, q et vicinitate nobis et amicitia erunt cõiuncti. Subditę sint sicut dño, quo ergo pacto et alibi scriptum est, Nisi quis vel *Lucæ.14*

vxorem vel virum reliquerit, nō poteſt me ſequi? Si enim viro eſt vt domino ſeruiendum, cur à viro abſcedendum propter dominum dicit? Quia ſicut particula hæc, nō ſemper æqualitatem deſignat, vel ea vos inquit ratione ſubijcite, quia ſcitis vos domino ſubdi, cum viro vos ſubditiſ, hoc quidem non viri præcipue gratia fit, ſed dei. Nam ſi quis principib⁹ minus paruerit, deo videtur obſiſtere, quāto magis qui viro renititur, & contumax eſt? Contra vero, quæ viro geſſerit morem, deo obſequitur. quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt eccleſiæ. ipſe ſaluator corporis eius. Rationibus aſtruit neceſſarium fore, vt viro ſe ſubijciat vxor. Proinde amoris materiā profert & cauſam, viri ſcilicet capitis locū tenere. i. dominādi & prouidendi: caput eſt enim, & in quo vxoris ſalus ſit conſecuta: vxorem vero ſe viro ſubdendi. quippe quæ ſit capitis corpus, hoc eſt viri, quemadmodum & Chriſtus eſt eccleſiæ caput, cui & proſpicit & ſalutaris eſt. & eccleſia Chriſti eſt corpus: Quo igitur pacto nō debet corpus capiti obedire? Quod ſui & curā ſuſcepit, & ſalutē attulerit? Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus. Clari⁹ ex hiſce perdiſces, quod dixerat ſupra, eſtote viris ſubiectæ vt domino. Oportet nanque ita viris ſubeſſe vxores, vt Chriſto eccleſia. Si eccleſia Chriſto ſubiecta eſt, quæ cum viris & mulieres cōplectitur, debet ergo vxor viro eſſe ſuppoſita. Dicet aliquis, ſi debet vxor cunctis in rebus in viri eſſe arbitrio, & illi gerere morem, ergo ſi à viro ad infidelitatem cogatur, & dijs vt immolet, erit etiā vel in ea re obſequendum? At qui non de infidelibus hic ſermo habetur, ſed de fidelibus, ad quos & ſcribit Apl'us. Viri diligite vxores veſtras ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea. Vides quemadmodū vxorem hic cogit vt viro ſe ſubdat, nec ſecus quàm Chriſto ſubeſt eccleſia. Audi præterea, vt coniugē hāc tuā ames cōpellat, nō vt in tyrāni morē in hāc imperiū habeas, ſed ita vt colas, quemadmodū & Chriſtus

ecclesiã. Quinetiã sic te illius misereat, vt Christus ẽ ecclesiam ipsam commiseratus, vel si quid fuerit per te tolerãdum, vel eius si sit gratia moriendum, non illam reieceris, aut parui æstimabis, quippe cui tanta sis necessitudine copulatus. Id ipse forsitan feceris. At Christus talem se in adulteratam & maleuolam gessit: vtq; is eãdem quæ se defugeret & auersaretur, ad se non iurgio & cõuitijs, vel minis pellexit, sic ipse, etsi vxorem tibi infensam prospexeris & luxuriæ deditam, prudenter beneuoleq; illam & blande pellicito, nil exprobrans si quid fueris perpessus. Idem nanq; & Chr̃s fecit, qui ecclesiæ in se contumacis ob gratiam, mortem subiuit. **vt illã sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.** Erat ergo immũda ecclesia & deformis, nil tñ hanc vel squalentem aspernatus est dñs, sic velim ipse nec tuã habeas vxorem contemptui, vel si indecora sit admodum & abiecta. Audi qd ille de ecclesia narret, cũ inquit, Quæ quondã tenebrę fuit. Quid dici tenebris potest obscurius? Seruientes nequitiæ & inuidiæ. Quid erit igitur vitijs hisce impurius? Proinde contumaces, insipientes, & maledici. Quid tandẽ his erit despectius & specie magis inuisum? alioqui tanq̃ pro decora aliqua & admiranda, mortem Christus obiuit. Purificauit autem lauacro aquæ, hoc ẽ, in baptismi verbo & vitæ, patris. s. & filij & spiritussancti nomine. **vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam.** Nec simpliciter puram dicit, sed gloriosam. Quemadmodũ igitur Christus (inquit) bonorũ ecclesiæ autor est, sic ipse velim erga vxorem te gesseris: vtq; ille animæ pulchritudinem vendicabat, sic ipse circa istiusmodi animæ decorẽ, non corporis formositatem vacabis. Quam animę venustatẽ si ab vxore exegeris, celerrime illi hanc comparabis, si eam ita institues atq; formabis, deo adstitues spiritu gloriosam. **non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.** Ex his animæ vitia patefacit. Maculæ nanq; vitia præferũt, quæ re-

Sup. eodẽ

cens sunt aĩæ indita,& dilui facile possunt: Rugæ vero, q̃ tẽporis diuturnitate inueterata inhæserint, hęc sane immũdos reddunt,& vix abluuntur. Diuinum tñ & istiusmodi lauacrum demit vniuersa hęc & abstergit, sanctosq; & immaculatos adstituit. **Ita & viri debent diligere vxores vt corpora sua.** Hoc loco vt corpora sua, nõ vt maius aliquod argumentum vel necessariũ magis apposuit, quippe quia perspicuum sit, Christi in ecclesiã charitatem longe esse præstantiorem, q̃ ut deduci debeat in exemplũ: sed illud adiecit, tanq̃ propinquius & magis cõiunctum:

Gene. 2 quippe cum Eua, per quã fœmineũ prætendit genus, Adæ fuerit detracta ex latere. Dixit eñ: Hoc nunc os ex ossibus meis. Sed ne qs illud obiecerit, Christus quidẽ eo seipsum tradidit morti, quia deus est, aliunde nobis necessitatẽ imponit Apostolus. debent (inquit) amare, hoc est, non gratia res ipsa, sed debitum est & necessitas quædã. Nã vxor tuum est corpus. Christi vero exẽplum non mõ vt vxorẽ bñuolentia proseq̃mur, cõmonefacit, sed illã vt optimis moribus imbuamus & fide. Infert nanq;, vt sancta sit & sine macula. Carnis vero exemplum, ad vxorem amandã carne duntaxat, non spiritu facit. **Qui suã vxorẽ diligit, seipsum diligit. Nemo eñ vnquã carnẽ suã odio habuit, sed nutrit & fouet ossibus eius, sicut & Christus ecclesiã.** Diligentius quisq; suã carnẽ vt curat, sic etiã curanda est vxor. Rursum in rei huiusce argumentum, Christum producit, ostendẽs quemadmodum haud secus nos ille ac propriã carnem dilexerit. **quia mẽbrum sumus corporis eius.** Est eñ & ille ex nostra hac carnis materia genitus, vt Eua ex Adæ cõpacta ẽ corpore. Et quemadmodum tanta est inter hos haud falso propinquitas, sic nobis cũ Christo summa est vnitas. Vel aliter: Ex illius autem carne cõstamus & ossibus: quia vt ille ex spiritu & nullo congressu progenitus est, sic ipsi in regenerationis lauacro, vtcunq; sumus mysteriorũ parti-

Iohan. 3. cipes, Per baptismũ nanq; cõfestim & iterato creamur. Et

vt paucis dicã,id inquit Apostolus,summã ipsi cũ Christo habemus propinquitatẽ: quippe,qui in ea forma, q̃ & visus & cognitus est,carnis nr̃æ & sanguinis particeps fuerit,& causam prębuerit,vt spiritu rursum procrearemur, quemadmodũ Euę ex Adã vt plasmaret. Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ suã, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Ecce alia quædã æquitatis institutio, vt genitoribus quispiã destitutis, vxori iungat. Neq; cohabitabit dixit,sed cohærebit,insepa rabilem coniunctionẽ & nexũ prætendens. In carne aũt vna,simpliciť pro carne ipsa accipitur. Basilius tñ sic sentit: Erũt videlicet caro vna. designat præterea & aliud q̃d dam: Erunt.s. duo,vt carnẽ vnã conficiãt,hoc est,vt filios pariant. Sacramentũ hoc magnũ est. Ego aũt di co in Christo & in ecclesia. Vere nanq; debet hoc sacra mentũ dici,vt eos qui se genuerint deserat quispiã,qui labores sunt & ærumnas in generãdo & educãdo perpessi, & beneficia contulere innumera,& illi inhæreat, quã nec antea viderit vnq̃,nec boni aliq̃d prior ipsa attulerit. Alioqui quicquid est sacramenti huiusce, vel de Christo pro phetice dictũ ipse acceperim. Ille nãq; patrem reliquerat, non loci secessu,sed condescensu ad carnem, & venit ad sponsam,q̃ prius se ignorasset: & illi vno in spiritu vnitus est. Qui enim adhæserit domino,spm̃ vnum cum eo sorti tur. Cur igitur nuptiæ improbantur,cum has Paulus diui ni sacramenti in argumentum producat, easdemq; sacra menti nomine nuncupet? Veruntamen & vos singu li, vnusquisque vxorem suã, sicut seipsum diligat. Veruntamen,inquit,etsi allegorice hęc ipse acceperim,de vxore tamen sunt dicta. Neq; allegoria hmõi viri (vt scriptum est) tollit in vxorem affectum. Debet enim quisque vxorem non secus ac seipsum amare, fouereq;. Nec illud ipse obieceris,hoc illõue esse vitio vxorem infectam. Es enim & ipse tua in carne vitia consecutus, vt manum incuruã,claudum pedem, vel oculos ipsos intortos, nihilo

Gene. 2.

1.Cor. 6.

minus haudquaq̃ abs te hæc membra pręcidis, qn potius illa maiori diligentia quadã ducis curãda. **Vxor aũt timeat virũ suũ.** Qm̃ inconstantiã parit honorum æq̃litas, propterea timore vrgeri vxorẽ iniungit, vt vir duntaxat teneat principatum, & modereť vxorẽ. Timorẽ vero hoc loco reuerentiã quandam intensiorem intellige. Amabit itaq; vxor virum vt membrũ, vt caput verebiť: qd ergo si nihil vxor te vereať? At ipse hãc amore ꝓsequere, quod tua interest facito: haud secus & vxor, vel si minus ameť agat, vereaturq; virum. Aduerte autẽ, quemadmodum pluribus ostenderit Paulus, q̃ virum oporteat coniugis teneri bñuolentia: quæ aũt ad formidinem attinerent, multis nõ ampliauerit, perinde ac si velit amorem ipsum & charitatem, cætera matrimonij munera superare. Vxor em̃ (vt dictũ est) dilectionis timore, nõ formidine affici debet. Neq; eo hæc dixerim, q̃si necesse sit vt vxor virum formidet, vnde potius odium q̃ bñuolentia pariť: sed vt cogatur nec cõtradicere, nec insurgere viro, nec primatũ appetere. Nã si eandem sortita est cum viro hæc carnẽ, non erit cum in principatu, tum in honoribus viro inferior. Post virum tñ, cui plus longe conceditur, & vxor habitura imperium est.

Caput VI.

Filij, obedite parentibus vestris in domino. Quemadmodũ em̃, qui corpus aliquod effingit ac format, primum quidẽ caput cõponit, mox & ceruices, & reliq̃ fabricando subsequitur membra, postremo & pedes apponit, sic Paulus dixit virum priorẽ esse, secundo coniugem principari, nunc disserit quẽadmodũ liberis sit tertio loco eiusmodi dominandi honos adiudicatus, vxori solus vir dominať, filijs vero & coniunx. Obedite igitur (inquit) parentibus, in domino tñ, hoc est, cum secundum deum illorum sunt iussa. Nam si ad infidelitatem impegerit pater, vel prostituere filiam velit, vel inhonestis artib' imbuere liberos, nequaq̃ in dño huiusmodi erit imperium. Quo fit, vt in istiusmodi rebus minus sit

patri obtemperandum. **Hoc enim iustum est: Honora patrem tuũ & matrem tuã, quod est mandatũ primũ in promissione.** Et natura (inquit) hoc æquũ est, & à lege iniunctum. Cur illud primum dicit esse mandatum, cum inferius sit & magis exiguum? Nã illud, cũ Non occides iniungit, primum obtinet locum. At vide qd ille subiecerit, in promissione inqt. Priora nanq; illa legis mãdata, nil habent vel promissi vel meriti. Nã ad euitãda mala sunt edita, non bona operanda. Nulla est em̃ qui à malis abstinẽt facinoribus remuneratio. Hoc vero q̃d honorẽ deferri parẽtibus iubet, qa boni in se operationẽ habet promissionẽ prius, excepit. est p̃terea ad imperandũ ordo qdam & series admirãda. Nam tum primum cum conditor legis à malis nos actionibus abdicasset, & homines esset ad recta opera inducturus, in honore prius parẽtes habẽdos instituit: quandoquidem post deũ de nobis hi sint optime meriti, vt qui vitę nobis causa fuerint, aluerintq;: vnde & nostris fructibus haud iniuria priores sunt potituri, videlicet vt honos per nos illis delatus, nostrã in hos præferat gratitudinẽ. **vt bene sit tibi, & sis lõgæuus super terram.** Vides quemadmodum haud multa hoc loco edisserat, ne longiori vtatur oratione, qa ad filios loquitur, qui cum in teneris annis sint, & ingenio nondũ firmato, ferre sermonis prolixitatem nequirent, & vt parentibus ipsis secundum eis impositas leges optime institutis, non magni laboris sit filios subiugare, & ad bonũ prouehere. Accedit etiam q̃ nõ de imperio disserit, vel de rei alterius cuiuspiã celsitudine, sed ea potius breuiter narrat, quæ ætate minores audire magnopere cõcupiscunt. Eius nãq; ad pueros est sermo. Quid em̃ his fuerit vitę diuturnitate suauius, quam Paulus pollicetur cum inquit, vt longęuus sis super terram? Hæc em̃ Iudæis sancita sunt tanq̃ infantibus, qui nec cogitatione percipere quidpiam possent, nec auditu q̃ perfectiora sunt sustinere. **Et patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros.** Eccl. 3.

Non dixit amate. Id nanque vel ab ipsis inuitis deposcit natura: sed nolite ad iracundiam cōcitare, hoc est, nolite hos aut exhęredare, vel quopiam relegare, vel alias grauius in seruorum more, non liberorum, & coercere & moleste incessere. sed educate illos in disciplina & correctiōe domini. Ad patris imperium, & causam adiecit obtēperandi, ostenditque parentibus ipsis quemadmodū morigeros sibi faciāt liberos, & dicto audientes: Si vis (inquit) tibi vt liberi obsequātur, diuinis hos adde & assuesce sermonibus. Nec dixeris monachorum esse sacris literis intēdere animū, quin potius Christiani cuiusuis hoīs id sane officiū est, & eius pcipue qui huius seculi rebus inuersatur: & eo magis, quia & maiore indiget ope, vt q mundi fluctibus agitet. Facit igitur in rē tuā vel maxime, vt sacra scripta tui & audiāt & lectitent liberi. Ex his nanque illud perdiscent, Honora patrē & matrem tuā. At ipse contra in gentilium disciplinis liberos tuos enutris, ex quibus pessima quæque pdiscant, qd vtique non euenit cū imbuuntur diuinis. Serui, obedite dñis carnalibus. Cum seruorum virtus ad domus confirmationem cōducat, neque hos negligit, sed postremo ad ipsos peruenit: qnquidem inferiori sint gradu. Neque hos vt pueros & viliores alloquitur, sed vt ætate puectiores & nobiles, sicut in processu orationis patebit. Carnalibus aūt dñis, hoc est, temporarijs, & ad breue dominatu hoc potituris. Porro & hos cōsolatur, ad aliquod tēpus prætendens, non perpetuā eorum futurā hanc seruitutem, foreque vt cum carne dñi computrescant. cū timore & tremore i simplicitate cordis vestri vt Christo. Vxorem simplicit vt virū vereatur cōmonefecit, nūc vero in seruis timorē hūc auxit, cum dixit tremorē. Tremor nanque timorē excedit formidinis magnitudine: Seruorum hic, vxorum ille: vtpote q viris sunt honore nihil inferiores, sed pares, & libertate vtūtur. At serui nequaq ex simili sunt cōditione subiecti, tāetsi fratres in Christo sint. Verum cū liberos alternis se subdere iubeat, & viro vxorem

obtẽperare, lõge magis & heris seruitia cogit vt obsequã tur. Neq; id quidem debet degeneri animo tribui, q̃ pareant dominis, sed ingenui potius iudicari q̃ sciant se mediocriter gerere, & proximo cuiq; subesse. Nã & pleriq; dominos suos verentur, non q̃ his bene velint, sed quia fugitiuis eis & latentibus dñi ipsi insidiantur, & ingerunt mala. Idcirco in simplicitate cordis adiecit, vt eorũ tollat nequitiã, ne quid cum fraude factitent. **non ad oculũ seruientes, quasi hominibus placentes.** Hoc est, non modo dominis ipsis pręsentibus atq; spectantibus, quinetiam cum absunt, huiusmodi (vt dixi) seruitutem pręstate. **sed vt serui Christi facientes voluntatem dei.** Nequaq̃ igitur Christo seruiet, qui hominum gratiã pellicit, placereq; mortalibus studet, vt alibi inquit, Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. **facientes voluntatem dei ex animo cum bona volũtate.** Cum liceat cordis simplicitate & sine dolo, non tamen totis viribus inseruire, sed solum id operis exequi quod sit pręstitutum. Propterea nunc ex animo addidit, hoc est, omni nisu & promptitudine. Quin & bona cum voluntate, hoc est, vltro, & non inuite. Sic seruitutis tolletur ignobilitas omnis, si volentes bona, qui seruiunt, factitent. Nec vim vllam sibi inferri expectent, vel flagra admoueri & verbera. Est eñ & dei voluntas, vt aliјs nos subdamus. id enim vult deus, vt illis se subiјciãt homines, quibus ipsi placitũ est. Forte etiã quòd dictum ẽ supra de filiјs, de seruis nunc dicit, vt ad turpia quędã & impia seruos compellant domini, vt infidelitatem, & istiusmodi alia pleraq;, q̃ deo minus sint placita. **seruientes sicut dño, & non hominibus.** Deus nanq; acceptam habet seruorum in dominos gratitudinem, vt qui recte omnia disposuerit, caueritq;. Quo fit, vt qui minus quã decet his inseruierit, diuinæ legi obsistat. **scientes qm̃ vnusquisq; quodcunq; fecerit bonũ, recipiet a domino, siue seruus, siue liber.** Qm̃ fieri poterat, vt dominorum pleriq; infideles cũ

Gala.1.

essent & impij, nequaq̃ de ministrãtibus sibi familiaribus & domesticis possent benemereri, sic inquit: Etsi à carnalibus dñis pro tuis in eos beneficijs præmij nihil acceperis, operire vt ille hoc reddat, qui præsidet cunctis. Hoc loco arguit se ad perfectiores Ephesios disseruisse hmõi, nõ ad pueros, quibus longæuã pollicitus erat ætatem: quippe quos ad futura potius, q̃ præsentia hæc imitanda perpulerat. **Et vos domini eadẽ facite illis.** Quæ eadẽ inquit? Nimirū perinde acsi dicat, animo prõptiori & bñuolo alijs operam præstate, non ad hoĩm gratiã assequẽdam, sed deum veriti id agite. Quod sane etsi non exp̃ssit Apostolus, tñ id sentit. Seruit aũt & operã præstat mancipijs dñs, cum curę habet vt his necessaria subministret, cũ eos tolerat, & ijsdem multis in rebus condescẽdit & assen

Eccl. 33. titur: & (vt Salomon ait) horum gratia circunfertur. **remittentes minas,** Non flagra (inquit) & verbera remittentes, sed minas insuper, & lõge magis supplicia, hoc est, inter minandum nolite molesti & graues videri. **scientes quia & illorum & vester dominus, est in cælis.** Aduerte quemadmodum Ephesios his dictis absterreat,

Matth. 7 quemadmodũ & alibi scribitur, Qua em̃ mensura vos metiemini, remetietur & vobis. Cauendum præterea, ne

Matt. 18. illud per vos audiatur: Serue neq̃, omne debitũ dimisi tibi, nonne oportuit & te misereri conserui tui? **& personarũ acceptio non est apud deũ.** Nequaq̃ (inquit) existimes, si acerbiorem te in seruũ præstiteris, serui ob vilitatẽ, haudquaq̃ id secus deum inquisiturū. Id forsan humanæ leges obseruant, quæ à seruitate & ignobilitate, nobilitatem discernunt. Has enim homines condidere. In cęlo autẽ longe secus se habet. Quin ipse eidem dño es seruitute obstrictus, & in conseruum desæuis, Nullam em̃ à principio seruitutem instituit deus, sed habendi cupiditas hanc adinuenit, vt captiuos abducerent hi qui bello vicissent, & frequentes iniuriæ maioribus nostris inferrentur: Hebræisq́ & Chanaam multa acciderunt. Tametsi hæc sint

à deo permissa, hic tñ obedientiam hanc ipsam instituit, vt rerum series seruaret, nec redundaret vita hæc sanguine. **De cætero fratres confortamini in domino, & in potentia virtutis eius.** Cum multa Paulus iniunxisset q̃ factu difficiliora sunt visa, vt hos consolet, confortamini inqt in dño, nil veriti q̃ minus q̃ eius sunt, exeq cũcta possitis, quin & in dei potentia confidite plurimum. Non em̃ solum vires hæc peragendi suppetunt deo, sed & virtutis potentia, hoc est, vim habet & ineffabilem, quæ oĩa superat. **Induite vos armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli.** Quale sit armorum id genus paulo post edocebit. Aduerte aũt quẽadmodum nõ impugnationes diaboli & bellum dixerit, sed insidias: vtpote q dolo & varijs machinatiõibus animas captet, nõ virtute. Non em̃ in apertum pfert hostis ille delicta. Excẽpli gratia: Idola colere haudq̃q̃ clare hic suadet, sed arte q̃dam molit insidias, vt ea colas, & eam ad rem rationem præfert, fucatam quidem & subobscuram. Vt aũt aduersarium arguat prægrauem esse & variũ, hortat eos, & ad vigilantiam parat. **quoniam nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem.** Neq em̃ id vt eos absterreat intulit, sed vt cautiores efficiat. Nam q hostiũ explicat vires & patefacit, suos reddit cautiores. Nõ em̃ nobis, cum parui momenti viris & casu oblatis bellãdum est, neq aduersus homines passibiles & nostri similes gerenda res est, sed cum principatibus ipsis & dæmonum potestatibus colluctandum. **sed aduersus mũdi huius rectores.** Non enim hos mundi dicit rectores, quia habeant machinæ huius imperium, sed prauis asserit facinoribus præsidere. Consueuere nanq literæ sacræ iniqua opera & qui hæc factitarent, mundum dicere, vt illud: Non estis de hoc mundo, hoc est, ex ordine eorum qui mundana ptractant. His igit dæmones imperãt, q vltro se dæmonibus subdidere. **tenebrarum harum.** Tenebras nequitiam dicit, quæ in hoc seculo p valida habet & clara, *Iohan. 15*

in altero vero pro tenebris. **cõtra spiritalia nequitiæ.** Sũt quidẽ dæmones, neq̃tiæ spũs. Quid aũt neq̃tiæ illud adiecit? Quia & lucis sunt spũs, & bonitatis angeli. Cum vero dixit, non esse nobis aduersus carnem & sanguinem susceptum bellum, cum spiritibus adstruit nobis esse certamen, q & leuiores & agiles sunt, & cõprehendi nõ pñt. **in cælestibus.** Ex hoc etiã excitat auditorẽ: magnis enĩ de rebus inq̃t periclitamur, nõ ꝓ terrenis his & corruptibilibus, sed pro cælestibus initum est præliũ. In cælestib⁹ vero, hoc est, propter cælestia depugnamus, eoq; & vigilandum est. **Propterea accipite armaturã dei, vt possitis resistere in die malo.** Hoc est, in hoc seculo. Quod ideo diẽ malum appellat, q̃a in eo multa mala gerant. Vel in die malo, hoc est, iudicij die, in q̃ cum his male aget, qui nequiter vixerint. Cõsolatur præterea eos cũ dicit, id belli & certaminis tempus breue futurũ. Nam diẽ cum dixit, breuitatem expressit. **& in omnibus perfecte state.** Vitia scilicet vniuersa, absurdasq; cupiditates debellando euertite. Et q̃m pleriq; post victoriam, cecidere, stãdum est inquit, vel maxime cum victores euasimus, ne victus ille nos rursum oppugnet. Hostis nanq; vel morte confectus hic reuiuiscet, & vires recuperabit, si erimus ipsi tardiores, & in turpitudinẽ relabemur. Aduerte aũt quẽadmodũ & hostem liceat nobis cõficere, & stratũ seruare. Haudquaq̃ igit debemus sub hostilis potentiæ prætextu, segniores ipsi nos reddere. Q̃nquidem & viribus aucti simus & cõmuniti, & talibus artibus tã bene instructi, vt colluctari intrepide cum dæmonibus ipsis possimus. Quin potius neq; erit cũ his colluctãdum. Quippe qui his adeo videmur ob eius qui in nos habitat, virtutem horribiles, vt neq; colluctatione sit opus. Quin & serpẽtes nos conculcabimus, & scorpiones. Id vero eò Paulus intulit, quia erãt permulti, q Ephesijs aduersarentur. Quocirca cõmonefacit dæmones esse, q sibi obsisterẽt, & hominũ aduersantium interuentu se oppugnarent. Nil ergo vo-

Lucæ. 10

bis erit hisce hominibus succensendū, quin potius in dæmones desæuitc. State ergo succincti lumbos vestros in veritate. Cū sistendū aliqd est, primo debet aduerti, vt recta in altum tendat, q̄d sistit. Idcirco Paulus de statu primum cōmonefacit, hūc ip̄m exigens, q & rectior sit, & militem deceat. Is em̄ uero rectus constiterit, q nulli rei adglomerat̄, nec innitit̄ cuiq̄, p inde ac si p se consistere nequeat. Cuiusmodi sunt, qui gulæ sunt dediti, & pecuniarum tenent̄ cupidine, & luxui, & lasciuiæ vacāt. Hi quidē neq̄q̄ recti cōsistunt, sed vergunt inclinātq; vt labant̄. Post hūc aūt statū, & militē circūcingit sensu & spū, continetq; & labentē cōfirmat, collapsumq; malis cupiditatibus cingulo detinet, ne præceps eat, frenatq;. Lumbos autem hoc loco animæ vires dicit, & quæ sustentet cuncta, virtutem. Sunt em̄ in animantibus lumbi fundamenti in modū, quēadmodum & in nauibus ipsis carinæ. Vnde p sæpe defatigati & lassitudine quadā affecti, reiectis post tergum manibus, lūbos mox circūplexi, corporis molem hāc sustentamus, & à fatigatiōe aliquantulū respiramus. Itaq; haud secus se habent lūbi hi spiritales, q̄s circuncingēdos in veritate iniungit. Et ea q̄dem, quæ & decretis constet & vita. Quis enim hæreticorum in veritate succingitur? Quin humi reptāt, & nihil queunt quod altum sit & sublime pernoscere, sed humanis sensibus terra serpentibus, diuina conquirūt. Quinetiam neq; hi quidem, qui cū in humanis agunt, fallunt̄, cum mundi vacant deceptiunculis, obducunt̄ hac veritate, sed in terram prostrati falsis inhabitant rebus. Haudquaquam itaq; vt ipsi nos ita geramus necesse est, sed cūcta nobis ad verum sunt transigēda. Vel si dogma sit aliquod quo de agat̄, siue quēadmodum sit vita ducēda, veritatem debemus inquirere. Oportet p̄terea vt nihil vel aīo simulato, vel circūueniendi grā factitemus, nec mētiēdo nos inuicem fraudemus. Quod si ita fuerimus circūcincti, vel optimum vitæ cursum poterimus assequi. Cum autem state inquit, lumbos succin-

cti, oñdit necessarium fore, vt semper armis communia-
Psal.108 mur, sicuti & Dauid refert: Et zona q̃ semper præcingit.
ipsi nanq; assidue à dæmone oppugnamur. Gregorius tñ
Nyssesille, ꝓ nostris hisce lumbis, libidinem interpretat.
In his nanq; renes insunt, q sacris in literis designant con-
cupiscentiã. Pro veritate vero contemplationẽ intelligit.
Lucæ.12 Ait itaq; Paulus & cõmonefacit, vt nostras oẽs deum cõ
templando intelligendoq; frenemus cupiditates. Nam q
contemplans viderit deum, neq̃q̃ sinet animi sui affectus
ad inferiora delabi, & terrenis in rebus volutari. **Et indu-
ti loricam iustitiæ.** Iustitiã hoc loco vitã dicit, quæ q̃uis
sit virtute ornata, ꝓinde acsi dicat: Obducite vos æquita-
te, quæ haud secus eos q hac ꝓ velamine insternent tuta-
bit, q̃ thorax queuis innoxiũ reddet. **Et calciate pedes
in præparationẽ euãgelij pacis.** Optimas nobis o-
creas circunducit. Inqt eñ, oportet vos sane ad euãgelij
Isaiæ.52 munus hoc obeundũ paratiores esse & prõptos. Pulchri
nanq; sunt pedes annuntiantium pacem, annuntiantium
bona. Vel quia necesse est, ad iter expeditos nos esse q se-
Supra.5 cundum euangelium degimus vitam. Sunt eñ pedes vi-
tæ indicium, & ideo superius dixit, videte queadmodum
caute ambuletis. Euangelij aũt præparatio recta opera p̃
Psalm.9 fert, quibus & dñs hæc ipsa intendit. Inqt eñ in ꝓparatio
ne cordis eorꝶ admoue aures tuas. Recte aũt & pacis di-
xit, quia cum prælia cõmemorasset & pugnas, ostẽdit in
dæmones ipsos, nõ in hoĩes esse belligerandum: tum q̃a
& pacis est euangelium, tum etiam quia si dæmones su-
mus impugnaturi, pace cum deo nos potiemur, cui neq̃-
q̃ iterato bellum est inferendum, vt pacem cum eo conci
liatam soluamus, qua de re nihil est nobis verendum. Nã
presto est euangelium, & iam parta victoria est. **In om̃i
bus sumentes scutum fidei.** Quidnam in oĩbus cum
inqt, prætẽdit Apl's? In veritate scilicet & iustitia, & euã
gelij præparatione. Nã fide hæc omnia indigẽt. Neq; eñ
veræ huius religionis cognitionem fidem hoc loco dicit,

sed eam quæ nihil hæsitans facit, vt futura tam certa habeamus, q̄ habemus p̄ntia. Quinetiam vt talis sit fides, vt vł signa edat, & tantopere sit illa incensa, vratq; adeo, vt vel transferat montes. Vt itaq; toti corpori scutum obtenditur, q̄d vtiq; illud tanq̄ porta tutat & circuncludit, sic fides ardētior & indubitata, animā vndequaq; custodit ac ꝓtegit. Fides itaq; pro scuto habenda est, non sophismata ipsa & circunuentiones. Hæc nanq; munit, tutaturq;: illa vero impediunt, & longe fallunt. in quo possitis om̄ia tela nequissimi ignea extinguere. Hoc est, absurdas cupiditates & diffidentiæ cogitatus, vtrum videlicet futura sit resurrectio necne. num præterea dei iudicium. Ignea autem dixit, non modo quia ad fœdiora incendūt facinora flagrantes illæ cupiditates, sed quia vel in conscientia ipsa, harum sentimus ardorem. Accedit præterea, quod vel ex ipsius diffidentia cogitationibus exurit nos dæmon, cum nobis perfidiam suggerit, quæ omnia tandem fides extinguit. Hæc itaq;, & si dæmones ipsos prosternit, longe magis & vitia subiugabit. Siue eñ flagret cō cupiscentia, qui futuris bonis, & gaudijs sempiternis fidē certiori nihil diffidas, tolles hanc prorsus & plane extingues: Siue tentationes vrgeant, & mala impendeant, ex futuræ tamen beatitudinis meditatione plurimum ipse solabere. Cogita quanta Abraam ille incenderet ardore, cum filium offerebat iamiam immolandum, quod tamē incendium fides sola extinxit. Gene. 22 ⁊ galeam salutis assumite. Hoc est, quæ salutaris est, & tutatur. Nam si fuerimus fidem adepti, & cogitationes mox assequemur, quæ afferant nobis salutem. Et caput hoc nostrum, è quo cogitationes prodeunt, tutabunt & mentem. ⁊ gladium spiritus, quod est verbum dei. Ex superioribus dictis armauit nos Paulus, & ita vt hostes obesse nobis nil queant. Nūc vero et armis donat, quibus offendere hos magis poterimus. Gladium autem spiritus cū inquit, vel spiritum ipsum circunlocutione quadam et verborū am-

bage expressit, vel vitæ id genus quæ secundũ spm̃ degit, qua & serpentis caput præcidimus. Spiritalis aũt gladius iste, verbũ est dei, hoc est, dei præceptum. Nã si eius exeq̃-
Isaiæ.27. mur mãdata, serpentẽ illũ, vt Isaias testat, trucidabimus si nuosum, & variũ. Vel dei verbũ dixerimus, cuiusmodi il-
Actu.3 lud est, in noĩe Iesu surge & ambula, & huiusmodi. Vel simplicit spũs gladium dicit, quæ in spũ inest, sapientiam.
Heb.4 Viuit enim dei hoc verbum, & penetrat, prætenditq́;, & acuminata acie omnem cultrum penetrãdo excedit. Qui vero spiritalis huius assecutus est gladij grãm, & quæ dei
1.Cor.2 sunt loquit, liber est & nulli rei obnoxius, qualis hic Paulus fuit. Per omnem orationem & obsecrationem, orantes omni tempore in spiritu. Hos itaq; ita per se Paulus armis munitos instructosq́;, ad imperatorem deducit, cuius & ope indigeãt, & manum vt porrigat & auxilio sit. Cum enim dixisset restinguere vobis licebit iniectum incendium, ne id gloriæ ducerent, vel superbirent, deo inquit, vobis est opus, quo adiuuante cuncta perficietis. Deinceps orantes inquit, nec id quidem simplicit, sed per omnem orandi & precandi intentionem, hoc est, cũ gemitu & pectoris tunsione genibus procumbendo, & istiusmodi reliqua factitando. Nec statutis horis & præfinitis, sed quouis tempore. In spũ, hoc est, spiritalia dispensantes precando, nihil quod mundi sit. Cũ vero orantes ait, per omnem orationem, demõstrat continent esse orãdum. Nã cũ interpellatum quis animum habet, & cogitatum superuacaneis rebus intentum, profecto non orat, sed incassum & fundit at preces, & animo diuagat. Et in ipso vigilantes. Siue de his qui noctes insomnes ducunt orando, siue de animi vigilantia dicat, vtrunq; id potest intelligi. Est enim necesse, vt sit vigilantior qui armis obtegit & imperatori assistit. in omni instantia et ob-
Matth.15 secratione. Quemadmodum Chananæa, & vidua illa
Lucæ.18 orantes summa in patientia perstiterunt. Illa nanq; est vera deprecatio, quæ perseuerans sit, & assidua. Pro omni-

bus sanctis & pro me. Nequaquam ergo pro nobismetipsis duntaxat orandum est, quinetiam pro cęteris fide nobis coniunctis precandum. Aduerte aūt quantam prae se ferat humilitatē Apostolus. Postremum em̄ se om̄ium posuit exigitq́ ab eius discipulis, vt pro se deprecent̄, tum praecipue cum compedibus Christi ob grām constringeret̄. Pro Petro etiam catenis detento, enixius precabat̄ ecclesia. vt detur mihi sermo in apertione oris mei. Acta.12
Nihil ergo quod esset dicturus pręmeditabat̄ Apostolus. Matt.10
Sequebat̄ em̄ dn̄i dictum, nolite praemeditari quid loquamini: dabit̄ em̄ vobis in illa hora quod vobis loquendū sit. Haud secus & ipse os suum aperiens proferebat, quae à dn̄o suggerebant̄. Sic cūcta diuina grā exequebat̄. cum fiducia notum facere mysterium euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ita vt in ipso audeā prout oportet me loqui. Hoc est, vt quemadmodum oportet rn̄deam, fidentius scilicet, virilit̄ & sapient̄ admodum. Verum ad q̄s es ipse nunc delegatus? Ad homines quidem, vt eos deo conciliē. Hi vero me in catenas & vincula cōiecere. tametsi iure gētium caueat̄, impunes esse oratores & nuntios, q̄ppe qui dn̄orum mādata iam deferant. Catenae vero eo iniectae sunt mihi, vt meam obstruant loquendi licentiam. Animus tamen os mihi aperiet, vt fidentior sim ea enarrans, quae mihi sunt per eū iniūcta, qui me legauit. Vides vt cultor diuini verbi fiduciā pręferat, quē sane Paulus erat oris aptione iā accepturus. vt aūt & vos sciatis quae circa me sunt, quid agā, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister in domino. Quae dogmatū erāt quaeve ad consolandū hos faciebāt, per epistolā ipsemet patefecit. Cū vero & vincula meminisset, nihil de his disserendo immorat̄, sed Tychico p̄misit sponte narrāda, ne superuacaneus eius viri videret̄ accessus. Qui si à Paulo colebat̄, omnium profecto erat nihil ignarus. Si fidus, mendax esse non poterat. Est autem hic minister in do-

mino, hoc est, dei ob gratiam hoc fungit ministerio, & diuinis in rebus non terrenis versatur. Vel fratrem appellat in domino, tanquam in spū sancto germanū. **quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra.** Hunc in modum orationis huius contextum interpretatur Basilius: Vt cognoscatis quæ circa nos sunt, hoc est, vt renuntiet vobis quæ nobiscum aguntur, nec sinat vos labi, quia ipse grauibus malis affligter, & iniectas catenas gestem, sed cō soletur magis & roboret, quod sane dictum, & suam erga Ephesios charitatem prætendit, et illorum in se beneuolētiam patefacit. **Pax fratribus & charitas cum fide a deo patre nostro & domino Jesu Christo.** Et pacem illis precatur, et adiunctam fidei charitatem. Quod eo facit, ne vel illos colerēt qui à suo essent dogmate alieni: vel aliter ipsi sentirēt, quàm ipse iam prędicasset, sed solum fideles vt colant et foueāt. Vel etiam quia necesse sit vt fide sint cōmuniti ad futura sperādum. Nā sine fide nihil vel charitas ipsa profuerit: quin potius neq; constare potest sine charitate, vel fides. Aduerte autem quemadmodum inquit et pax, vt et modum, hoc est, per charitatem edoceat, quo possit hæc comparari. Item et charitatem dicit per fidem fieri. **Gratia cum omnibus qui diligunt dominum Jesum Christū in incorruptione, Amen.** Hoc loco, à gratia pacē seiunxit, seorsum

Roma. I
I. Cor. I.
2. Cor. I
Galatas. I
Ephe. I.

vtrisq; cōstitutis, tametsi alias vbiq; coniunxerit. In incorruptione autem qui diligunt dominum, hoc est, qui erga dominum charitate afficiuntur, nō opum vel gloriæ gratia, sed futurorum bonorum, quę corrumpi non possunt. Vel quia qui deum amat virtutis gratia, et pro eius summis in nos beneficiis amare se fateatur. Præfert enim et corruptionem pc̄tm̄, & incorruptiōem virtus. Nam quē admodum corrumpi virginem dicimus, ita & animā inquinari. Propterea & Paulus ne corrumpātur, inquit, cogitationes vestræ. Et alibi corrupti mente. Velim itaq; &

2. Cor. II
I. Timo. 6
2. Timo. 5

nos in Christū claritatē hmōi præferamus, cū ob vitę decorem & integritatem seruatā, tū ob incorruptibilia bona & perpetua conquirenda. Et ita demum viuamus, vt animam hanc nullis malis artibus vel facinoribus inquinatam, incorruptam, & inuiolatam seruemus in Christo Iesu, qui incorruptibilis est & æternus, & animarum sponsus incorruptarum, cui gloria in seculorum secula, AMEN.

Missa fuit è Roma per Tychicum.

Argumentum in epistolam ad Philippenses.

Philippenses sunt Macedones. Hi accepto uerbo ueritatis, perstiterunt in fide, nec receperunt falsos apostolos. Hos collaudat Apostolus scribens eis ab urbe Roma de carcere, per Epaphroditum.

IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES Theophylacti prologus.

PHilippenses hi e quadam sunt Macedonię urbe oriundi Philippis dicta a conditore Philippo, sub Thessalonica metropoli constituta. His pleraque de Christo Paulus testificatur. et hanc insuper scripsit epistolam cum in uinculis esset. Nam post primam defensionem cuius et meminit ad Timo. epistola, iterato est coniectus in uin- 2. Tim. 4
cula. Philippenses uero per Epaphroditum transmiserant Paulo quæ il- Philip. 4.
li ad uitam necessaria essent, simul etiam rescire optabant quemadmodum tunc cum eo ageretur. Et quoniam par erat illos cum pręceptorem uinctum intellexissent, animo haud mediocriter angi, ad eos scribens cōmonefacit, nihil propterea hos uel mœrore affici, uel offundi perturbatione debere, quin potius lætari magnopere et gaudere, quādoquidem pro Christo hæc patiatur. Consulit præterea his ut concordiam et humilitatem sectentur. Carpit insuper et Iudæos, qui sub prætextu nominis Christiani, Christi dogmata deuastarent, et canes hos nuncupat et prauos opatores. Edisserit et Philippēsibus de uitæ honestate et moribus. Prudenter etiam facit de transmissis ad se necessariis mentionem. Videtur autem et honorifice hos appellare, ut qui et uirtutis plurimum prę se tulissent; et satis essent ad fidem accommodi. Apud hos nanque et Porphilopholis erat. apud hos inquam et synagogæ princeps credidit Christo, apud hos Paulus flagris ictus cum Sylla fuit cōiectus in carcerem, apud hos præterea et carceris custos, cum eius domo et uniuersa familia ad Christi fidem concessit. apud hos demum et milites Paulum ueriti, ut abiret quo uellet, precati sunt. Et hunc in modum præclara admodum pricipia habuit Christi præconium. Quæ omnia uel ex apostolorum actis Actu. 16.
licebit edissere. Testatur itaque Philippensibus Paulus non modo fidei rectitudinem et subita discrimina, sed facilem etiam ad sua impartienda animi promptitudinem. Horum omnium gratia et ingenti beneuolentia prosequi, et magni uidetur hos facere.

Caput .I.

Paulus & Timotheus serui
Iesu Christi, Hoc loco nullã
facit de sui apostolatus dignitate
mētionē Ap̄lus, sed seruū se Chri
Iesu subscribit, quod sane & si ma
gnū est, cōmune tñ ē multis. Ad
Timotheū aūt & Corinthios scri
1.Tim.1. bens, sese apostolū noīat. Curil-
2.Timo.1 lud? Quia cū illis esset ad castiga-
1.Cor.1. tionem iniuncturus multa, apostolatus ad se dignitatē re
2.Cor.1 cepit. His vero, cū nihil hmōi sit indicturus, qn potius pa
ri oēs vt honore dignetur futurꝝ, nequaq̄ apostoli appel-
latiōe indiguit. omnibus sanctis in Christo Iesu,
Cum Iudæi sanctitatis sibi id nomen adsciscerent, vt po-
Exod.19. pulus inqt, sanctus, propterea in Christo Iesu adiecit. Hi
nanq; vere in Christo dicēdi sunt sancti, illi vero profani.
episcopis & diaconis, Episcopos sacerdotes dicit. Ne-
q; eñ plures præter vnū erant episcopi, q singulis ciuitati
bus præsiderēt: quippe, cum nondū essent hmōi noīa dis-
partita, sed episcopi tñ diaconi & presbyteri dicebantur,
quemadmodū ad Timotheum, q episcopi munere funge
retur, scribens, sic inquit: Ministeriū tuum & diaconatum
2.Tim.4 perficito. & rursum, Quod traditū tibi est cum impositio-
1.Tim.4. ne manus presbyterij, hoc ē, episcoporꝝ. Neq; eñ sacerdo
tes episcopū consecrabāt, & cōtra presbyteri episcopi no
men sortiebātur, vt q curæ populi inuigilarēt, purgarētq;
& illuminarent q̄s foret necesse. cuius rei gratia, ad clerum
nunc scribit, quod alias nunq̄ egit. Miserant eñ illi Epa-
phroditum, q necessaria sibi detulerat. Gratia vobis &
Infra.4. pax a deo patre nostro, & dño Iesu Christo. Con-
suetā appellationē & salutādi modum p̄ponit, comprē-
cans illis vt dei gratiā assequātur, gratiq; inter se sint, & ni
hil inuicē efferantur, ne forsan ab accepta iā gratia, & ini-
ta concordia, excidant. Nā dona dei hmōi superbiā affe-

runt minus cautibus. Gratias ago deo meo in omni memoria vestri, semp in cunctis orationibus meis pro oibus vobis. Quotiescunq (inqt) vos memoria repeto, id em facio sp, deu laudibus effero, & illi gratias ago, q tatopere sitis virtutib dediti. Nihilo minus etsi adeo diuinis in rebus vos profeceritis, ab orationibus nil conquiesco, & deu pro vobis enixe pcor, vt magis ac magis ad ea q recta sunt, prouehamini. cu gaudio deprecatione faciens, Potest naq & cum mœrore de aliquo memoria fieri, vt alibi dicit: Ex multa em pressura & anxietate cordis scripsi vobis, q sit vt libes & læta cuiuspiam recordatio, virtutis sit argumetum. communicatione vestra in euangelio Christi a primo die vsq nuc. 2. Cor. 2.
Ingens sane apostolatus his testimonium defert, cum eos labor participes asserit fuisse effectos, qui in euagelio insumunt. Neq ad vnum duos ve annos, sed vsq nunc, hoc est, eo ex tpe, quo primu Christi fide hanc excepistis, ad id tepestatis. Ver si qras, quo pacto sint istiusmodi laboru effecti participes? Quia mihi (inquit) quæ fore ad vita necessaria videbant, ipsi suppeditarunt, susceperunt q de me cura. Nam q boni aliqd operis ptractanti quibusuis modis tulerit ope, eius certe non erit expers: sic & q martyribus, vel in eremo diuersantibus prouidet, & oem his adimunt seculi cura, vel eos qui ad Christi instruut fidem, & euangeliu prædicant, ab omni animi distractione liberos reddunt, cu his certe & coronarum & præmij fient participes. confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonu, perficiet. Gratias (inquit) ago & gaudeo plurimum, confisus opera rectiora, q in vobis exorsus est deus, per eum perfectum iri. Coniector nanq ex præteritis ipsis futura. Aduerte quemadmodum ad humilitate illos instituat, qnquide deo soli rer oim tribuat summam. & no eis modo ascribat q gesserint, ita neq hoc pacto illos laudis fecit expertes. Dicit em, qui cœpit in vobis, hoc est, vobis volentibus. Nam nisi & homini insit recte age-

di voluntas,nec deus ipse in eo boni aliqd operabit̃. Si em̃ simplicit̃ ille torpentibus nobis nostris in animis operaret̃,nil proculdubio impediret,q̃ minus gẽtiles ipsi & cæteri oẽs mortales,diuinã in se operationem exciperẽt. Fit itaq;,vt non mediocriter vel ex hoc illos extollat, vtpote qui in suã opem,dei ad se pellexerint gratiã. Et quia tanti sunt ipsorꝝ officia & res bñ gestæ, vt nõ humanis viribus fieri potuerint,dei sunt virtute peracta. Porro & eosdem hortat̃,ne in segnitiem relabant̃. Nam si eorꝝ bona perfecturus est deus,haudquaquã hi multum laboris insumẽt, q̃ rectiora sunt agent. **vsq; in diem Christi Jesu.** Hoc est,quo dñs sit aduenturus. Sic em̃ inquit,Confido nõ solum in vobis Christum,sed vestris in posteris vsq; ad mũdi consummationem operaturꝝ. Vel vniuscuiusq; finem, Christi Iesu diẽ intellige. **sicut est mihi iustũ hoc sentire pro omnibus vobis,eo quod habeam vos in corde & in vinculis meis,& in defensiõe & cõfirmatione euangelij.** Confido(inquit)tales vos ad finẽ vsq; futuros, hocq; pro vobis & sentio,quia vos semp habeo in corde,nouitq; & vestra benefacta, & quemadmodum semp omni studio enitimini,vt efficiamini euangelij,gratiæ,& cõpedum mearꝝ participes. Itaq; æquũ est,& me de vobis ita sentire,contẽplariq; vt ex ipsis principijs finem. Verꝝ quantę illud est laudis,Pauli corde cõtineri, q nõ temere,sed recto iudicio q̃s dignos existimasset,amore ꝓsequebat̃? Nec tum quidẽ,cũ Neroni responderet interroganti,inquit,Memoria mihi vos excidistis. Confirmationem aũt euangelij & defensionem,vincula dicit & pressuras,quibus ipse affligebat̃. Est nãq; perspicuum, ꝙ si per-
1.Cor.2 suasum Apostolus ac pro re cõperta non habuisset,remunerationes ineffabiles illas & bona cælestia tãti esse,vt explicari verbis non possint, nõ prorsus vincula fuisset perpessus,nec efferato Neroni pertinacius obstitisset,nisi imperatorẽ alium ꝑuidisset,qui firmior esset, & illo incõparabilit̃ longe potentior. Pressurę ergo & mala q̃ patimur,

euangeliũ confirmabunt. **consocios gaudij mei oẽs vos esse.** Ostendit hoc loco, quemadmodũ haud temere in eos sit affectus beneuolentia. Propterea (inquit) vos cordi habeo, quia socij mihi & participes estis huiuscemodi gratiæ, hoc est, pressurarũ & compedũ effecti. Curandũ itaq; diligentius, ne à nobis vos desciscatis in malis hisce & vinculis constitutis, quin potius adhibenda est diligentia, ne immunes tentationũ reddamini, q̃s ob euangeliũ ipsi subiuimus. Quod aũt pro gratia vincula habeant, liq̃t ex eo quod dñs ait: Sufficit tibi gratia mea: virtus naq; (hoc est, mea virtus) in infirmitate perficit. Vel illud magis, q̃d est paulopost dicturus demonstrat, nobis donatũ est pro Christo pati. Aduerte aũt, vt non socios dixerit, sed cõsocios, quod græce ita habet, arguens se alijs esse in euangelio socium, his vero maiori quadã esse cõiunctione in bonis cælestibus participandis deuinctum, vt & alibi dicit, & consocius euangelij fiã, hoc est, vt bona illa nobis seruata cõmunicem euangelium prædicantibus. **Testis eñ mihi est deus, q̃o cupiã oẽs vos in visceribus Iesu Christi.** Haudquaq̃ perinde ac diffidens, deum in testem hic vocat, sed cum immensum animi sui affectum nequeat explicare, deo relinquit, qui corda scrutatur. Id nanq; est argumento, vera Paulum profiteri. Non eñ deũ adsciuisset in testẽ, si illis adularet, vel simulato animo diceret, quæ serio dicit. In visceribus aũt Christi Iesu, hoc ẽ, nõ grã rei alicuius humanæ, nec quia necessaria mihi subministratis, sed dei in charitate hęc dixi. Vel quia pr̃ vobis cum sim Chr̃i ob fidem effectus, ex ipsis visceribus, & ipo ex animo, magnum in modũ vos colo, obseruoq;. Om̃es aũt cupio, inquit, quia oẽs pares estis in virtute. **Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abũdet.** Etsi mirum in modum à Philippẽsibus coleretur Apostolus, cupit tñ magis ac magis ab his obseruari. Est naq; ingentis amoris indicium, vt aliorũ quis promereatur amore expleri nunq̃. Aduerte autẽ q̃ modeste id dixerit, & ma

2. Cor. 12. *Inf. codẽ.* *Galat. 2.* *1. Par. 28* *Rom. 8.*

gis ac magis abundet. Infert autem non solũ cupere se vt ament, sed vt & cæteris oĩbus bñ velint. **in omni sciẽtia & omni sensu.** Hoc est, non vt temere oĩbus beneuolentiã impartiamini, sed cũ probatione & cognitione & certiore iudicio. Sunt eñ plerią́ q̃ oẽs indifferenter & colunt & amant, vnde nec stabiles sunt, q̃ hoc pacto conflatę sint amicitię, ne forte & hęreticis ipsis afficiamini inquit, vt ꝓximis. **vt probetis potiora.** Hoc est, conducẽtia. Nam qñ vester in alios fuerit cum experimento & certo iudicio collatus amor, licebit vobis & q̃ vsui sunt periclitari & nosc ere. Qui sunt ergo amandi? Fideles. Qui odio insectãdi?
Roma.12 Infideles. Verũ, cur alibi dicit cum omnibus hoĩbus pacẽ habere? Primum, quia nequaq̃ id simpliciter dixit, sed illud adiecit, si fieri potest, cum omnibus pacẽ habere. Deinde aliud est pacifice viuere, aliud colere. Illud nanq; dissensiões interdicit & bella, hoc animi exigit affectum, & tãq̃ cõplexionis & moꝝ similitudinem. quod tñ minus est hæ
Matt.5. reticis aperiendũ. Nam si oculus tuus te scandalizat, inqt, eruito. **vt sitis synceri & sine offensa in diẽ Christi.** Nõ enim in meam hæc protuleram vtilitatem, sed ne q̃d à vobis adulterinum sub charitatis obtẽtu dogma suscipiatur. Quinetiam integritatem quoad deum seruetis, & q̃ ad hoĩes sitis sine offensa. Nã si nihil tibi officiat amicitia cum hæretico cœpta, alius tñ ex ea offenditur. Quo ergo pacto in die Christi, hoc est iudicij, integer deprehenderis & sanctus, qui fratrem offendis? **repleti fructu iustitiæ per Iesum Christũ in laudẽ & gloriã dei.** Hoc ẽ, vt & dogmatum rectitudine & vita sitis irreprehensibiles. Iustitiã aũt dicit genus omne virtutis, vel eleemosynã dũtaxat, quã illi hubertim impartiebantur. Nõ vt minus pfecte vel virtutem vel eleemosynã operemini, sed vt sitis repleti. Et qm̃ vel gentiles ipsi videbantur sibi quodammodo vendicare virtutem hanc & iustitiã, eleemosynam adiecit, q̃ Philippensium erat peculiaris & ꝓpria. Per Iesum Christum. A gẽtilibus nanq; nequaq̃ secundum Christũ

virtutes, sed ad inanem gloriam & hominum gratiã exercebãtur. Et in dei gloriam, non in meam, ita vos instruo. Non igitur decet, vt Christi gloriam interpelletis. Cæterũ eosdem facit fidentiores, cum deum ostendit diuinis operibus in gloriam sui cedentibus, opem & auxilium allaturũ. Scire autem volo vos fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt. Decẽs erat vt animo perturbarentur Philippenses, cum Paulum didicissent vinculis fuisse constrictum, perinde ac intercisum fuisset Christi præconium. Dempturus itaq; his conceptã animo suspicionem, sic inquit: Neq; enim solum nil prorsus mea hæc vincula euangelium interceperunt, sed illis potius profuere. ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo, in omni prætorio, & in cæteris omnibus. Hoc est, vel cũ essem vinculis ꝑpeditus, licentius prædicaui, & nihil cõticui, adeo vt verbi ꝑconium vel ad prętoriũ vsq; peruaserit, hoc est, ad regiã vsq; Neronis, & per oẽm sit vrbẽ vulgatum. Id aũt in Christo effectum, id est, non mea virtute, sed Christi potentia. Vel vincula mea in Christo, hoc est, quæ Christi ob gratiam tolero, vt plures è fratribus in domino confidẽtes in vinculis meis abundantius auderent sine timore verbum dei loq. Enimuero etsi antea prædicare sunt fidentius ausi, nũc vero eo enixius sunt id ausuri, quia & me vel victum & cõiectum in carcerem, maiori fiducia verbum dei enuntiare cõspiciũt. Et fortiores profecto sunt redditi, cũ me vidissent in vinculis detineri, & ad me imitãdum sunt incitati. Cumq; & magnum quiddã dixisse sit visus, q̃a animos illis fecisse se dixit, in dño addidit. Si itaq; qui sunt vinculis meis ꝓpinquiores, nihil animo concidunt, sed audent magis, ergo & vos tãto fidentiores esse debetis, q̃nto à vinculis hiſce abestis. Quidã quidẽ propter inuidiã & contentionẽ, quidã aũt propter bonã volũtatem Christũ prædicãt. Postq̃ cõphensus ẽ Paulus, pleriq; fideliũ prædicabant & Christũ, ea mente, vt Neronem magis

ad irã incenderent,vt confeſtim de medio Paulum tolleret,vt q vbiq; Chriſti prẹconiũ diſſeminaſſet. Quod vtiq; prætendit Apl'us,cum propter inuidiã dicit & diſſenſiones. Vel quia & ipſi aucupari honores cum vellẽt, ſubtrahere mea de gloria aliquid nitebantur. Quidã aũt(inquit) propter bonã voluntatem,hoc eſt, ſine vlla ſimulatione, & recta animi ſententia. **Quidã aũt ex charitate,ſciẽtes qm̃ in defenſione euangelij poſitus ſum.** Hoc eſt,charitate ducti: quia cum erga Chriſtum,tum erga me quidã afficiuntur,prædicant,non ignari dictuꝝ me aliqd pro Chriſti præconio,eoq; & mihi ad id muneris exequẽdum opitulant.nã ſi plurimi ſint, qui in meã prædicationem conceſſerint,facilis mihi erit defenſio. Hac aũt in re illi mihi cooperantur,cum multos inſtruunt prædicãdo. **Quidã aũt ex contentione Chriſtũ annuntiant, non ſyncere.** Hoc eſt,nõ pure & integre,neq; recti ipſius gr̃a. **exiſtimantes preſſurã ſe ſuſcitare vinculis meis.** Arbitrãtes(inquit) in maius aliquod me diſcrimẽ impingere,&ærumnas ærumnis adaggerare.Non tñ longius proceſſura eſt eorum tam fallax & ſubdola machinatio.quippe clarior multo ex eo euãgelij fit prædicatio, ob idq; mihi & gaudium augeſcit. Vides quemadmodũ geri rectum aliquod opus poſſit mente nõ recta,vt quod ex eo non modo nil quidpiã obuenit præmij,quin &cruciatus ſubeantur plerunq;. **Quid enĩ? Dum omñi modo ſiue per occaſionẽ, ſiue p veritatem Chriſtus annuntietur.** Quid multa? Aut quid mihi hẹc curẹ ſunt vtrum ſic fiant vel aliẽ,ſiue occaſione:hoc eſt,contentione & aſtu & ſimulatione. Siue veritate,hoc eſt, animi rectitudine Chriſtus annuntietur. Sunt qui exiſtiment (inſulſi tamen & veritatis ignari) occaſionem Apoſtolũ ad hæreſes præbuiſſe,cum inquit,annũtiet modo quiſpiam Chriſtum,nihil intererit quemadmodum ille annuntiet. Aduertant tamen id primum,Neq; enim annuntia dixit, perinde acſi ſic ille decernere videatur & iubere, ſed an-

nuntiet,quod dictum præfert vtiq; quod gestum fuisset. Deinde & si tanq̃ id statuens protulisset, neq; hoc pacto ad hæreses ineundas aditū præbuisset. Quomodo? Quia hi de qbus fecerat mētionem, nulla adulterina & falsa dogmata inducebant, Christum annuntiādo, sed quæ ad veritatem facerent, prædicabāt. Nō recte autem, nec mente recta hæretici prædicant: sed peruersa quædam, & à vero penitus aliena, cum illorum peruersus sit animus, afferūt. **Et in hoc gaudeo, sed gaudebo.** Hæc quidem illi vt mœrore afficiāt. At ipse lætor, q̃a eo amplius Chr̄i nomē vulgabit. Et q̃d id maxīe egerint, eo & maxīe explebor iucūditate. Vides quēadmodū criminatorū illius artes & doli, in sui perniciem reuoluant. **Scio enim quoniam id mihi prouenie̾t ad salutem.** Quod illud? Quod prædicatio scilicet propaget ex odio & liuore, quo erga me afficiant nonnulli. **Per vestram orationem et subministrationem spiritus Jesu Christi.** Attende quantam præ se ferat vir hic beatissimus humilitatem. Nam cū ei esset ex rebus innumeris optime gestis debita salus, nihilo minus (inquit) si vestris fuerim precibus ipse dignatus, ob easq; mihi sp̄us sanctus suppeditet, inde hauddubie spes est, saluum me fore. Subministratiōem autem dicit, plurimam gr̄æ spiritalis additionem. **secundum expectationem & spem meam.** ἀποκαραδοκίαν dicūt Græci, quam expectationem dixit interpres, ex κάρα, quod caput designat, & δοκεῖν, quod annuere est. perinde acsi caput totum nutet, & vergat ad id quod firmit & certo sperat: tanq̃ id inquiat, Spero equidē vt primum illud discrimen euasi, sic præsens hoc me euasurum. Nero nāq; crudelitate insignis, & vir efferatior, Paulum hunc ipsum in vincula cōiecerat. Commonefacit præterea hoc loco, nō omnia esse alienis precibus permittenda, quinetiam sperandum per nos erit, quod cupimus, & votis id deposcendum, vt Paulus infert, & propheta affirmat, cū inquit, Fiat misericordia tua dñe sup nos quēadmodū sperauimus *Psalm.32.*

Eccle.2. in te. Et alibi, Quis sperauit in domino, & confusus est? Et
Roma.5 Paulus idē, Spes nō confundit. **quia in nullo confundar.** Hoc est, neq̧ q̄diu in humanis sum, qa euangelium prędico: neq̧ cum in hac vita excessero, qa nulli tunc erūt reliqui hostes. Si enim (inquit) me trucidabunt, tunc maxime mihi in cōfusa & solida gloria relinquet. Quod eis non potest contingere, qui nunc mihi aduersant. **sed in omni fiducia sicut semper, et nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem.** Illi (inquit) eorum dolis insidijsq̧ posse me in discrimen impingere existimarunt, nequaq̄ tamen illorum id studium progrediet, quando in omni fiducia, hoc est, aperte & nemine obsistente, magnificabit Christus in corpore meo, hoc est, me spirāte hanc aurā, & vitā degente, circunferenteq̧ corpus hoc ipm. Non enim nunc mortem sum obiturus. Et ne qs occurrat, inquiens: Nōne vel te moriente Christus magnificabit, gloriaq̧ & laudibus efferret? adiecit, & per mortem ille meam magnificabit,
Roma.8 quia & mortem vt superarē effecit. Interea tamen per vitam, qua me, postquam periclitātem exemit periculis, cō donauit, gloriam assequet. Dicit autem de morte, nō quā statim sit subiturus, sed hanc si forte obiret, nequaquam animo obturbet. Nam ingēti Apostolum charitate complectebant Philippenses. **Mihi autem viuere Christus est, & mori lucrum.** Hoc est, nouam quandam dego vitam, & mihi pro vniuersis Christus est rebus. Pro spiritu inquam, vita, & luce. Vitæ nanq̧ hoc nomen, & naturalem hanc vitam designat, qua viuimus & mouemur. Præfert & pcti vitam, quemadmodum contra dicimus,
Roma.6 Qui pctō mortui sumus, quo pacto vltra viuemus in eo? Significat præterea & perpetuam, quæ secundum deum
Philip.3 est vitam, vt illud: Nostra conuersatio in cælis est. Hoc vero loco, nō naturalē negat se vitā victurū Apostolus, sed
Gala.2 eam quæ sit pctis obstricta, & seculi huius sit intenta deceptionibus. Cæterū Christum esse sibi ad vitam fatetur, si-

cut & alibi dicit: In fide viuo filij dei. Mori vero in lucrũ, quia vita defunctus, cũ Christo apte futurus sum inqt. Fit itaq;, vt lucrũ mihi sint allaturi, q hac me vita exemerint. **Quod si viuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligã ignoro.** Ne forte existimes Paulũ vitã hanc criminari, perinde ac supuacaneã & plane inutilem. Si in carne (inqt) viuere mihi fructus est operis, hoc est, dixi equidẽ, ꝓ lucro me habituꝝ hãc mortẽ, veruntñ cũ vita hæc mea neq̃q̃ mihi in carne inutilis sit, qppe qui alios instruo, & ad fidẽ illumino, ignoro q̃d eligã, mortẽ ne an vitã. His dictis obstruunt hæreticoꝝ ora, q p̃sentem hanc vitã calumniant. Neq; eñ hæc improba est & iniq̃, siquidẽ & nobis vsui sit, & fructus afferat illa huberrimos. Nõ ita q; vita hęc ẽ mali cuiuspiã causa, sed eoꝝ volũtas, q hac abutunt. Porro & mysteriũ nobis q̃ddã iã reteges, oñdit dominũ ip̃m vitæ ac necis potestatẽ habere. Si eñ (inqt) à domino emori postulassem, largiret hauddubie mihi hanc gratiam. Quocirca eam ob causam nihil vobis est desperandum. Nam si mortem obierim, non maleuoloꝝ id negtia fiet, sed dei dispẽsatione atq; arbitrio. **Coarctor autem e duobus, desiderium habẽs dissolui, & esse cum Christo. Multo enim melius. Permanere autem in carne, magis necessarium propter vos.** Philippẽses his dictis Ap̃ls reddit paratiores, vt suũ obitum futuꝝ ꝓxime virilit tolerent. Cur eñ mea de morte dolendũ censebitis, quã ipse iampridẽ summopere cõcupiui? Id'q; & mihi sit in melius concessuꝝ, quippe q̃d mihi licẽtiam præbeat cum Christo versandi. Nõ itaq; dolore affici vllo debet, cum mortẽ obiero, alioqui in carne hac permanere ob vestrã vtilitatẽ magis est necessariũ. nõ eñ quæ mea sunt quæro, sed vestra. Q̃d si optio det, vtrũ ex humanis abscedere, an vitã hanc ducere malim, coarctor equidẽ, hoc est, in ancipiti sum subdubius: & ita, vt nõ facile sciam quid horum sim electurus. Duxerim tamẽ præcipue id necessarium magis, vt viuens & spirãs, vobis cõ-

Sapi. 16

ducam. Estne igitur quidpiam ingens adeo aut excelsum, quod cum hac Pauli mente possit æquari? Quandoquidem aliorum vtilitatem Christi conuersationi sic præferat, vt Christo coniunctior sit, cum Christi conuersationem reijciat, vt alijs prosit. **Et hoc cōfidēs scio, quia manebo, & permanebo om̄ibus vobis ad profectum vestrum & gaudium fidei.** Cum itaq; (inquit) necesse sit, vt in carne permaneam. Sum nanq; hauddubie parmansurus, hoc est, ero quidem superstes & viuam: nec simpliciter, sed vobiscum. perinde ac si dicat, adhuc visurus vos sum. Ad cuius rei ob gr̄am victurus es? Nimirū vt vos in fide proficiatis, hoc est, cōfirmemini & stabiles sitis in dogmate per me prolato ac vita. Qui profectus vt vestrum, sic meum gaudium præfert. His præterea incutit hoc loco formidinem, tanq̄ id explicans, videte vt vestri de causa Christi sim conuersatione priuatus. Nolite ergo id vitæ reliquum frustra transigere. Dicet aliquis, nū Philippensium gr̄a duntaxat permanebat in vita Apostolus, & luce hac fruebatur? Nequaquā horum solum de causa, sed vt eos consolaretur hæc intulit, & ad maiorem vigilātiam hortaretur. **vt gratulatio vestra abūdet in Christo Jesu per me, per meum aduentum iterum ad vos.** Cum dixisset superius sese ob eorum profectū permanere in vita, arguit quemadmodum & sibi in lucrum idipsum cōcesserit, quod gloriari scilicet quiret in his abūdantius, quia proficerent magis, cū esset ipse ad hos profecturus. Quid ergo? Num ad illos concessit Apostolus? Id nempe incertū. **Tantum digne euangelio Christi.** Id vnum (inquit) à vobis deposco, vt virtuti enixius
Lucæ.9 studeatis. Atqui pro euangelij dignitate ille agit, qui sibiipsi renunciat, & cruce sublata Christum sectatur. **vt siue cum venero & videro vos, siue absens audiam de vobis.** Neq; em̄ quod Philippenses adeundi mentē mutarit, neq; quod nondum iturus, hæc dicit, sed si forsan inquit, ad vos nequaquā sum profecturus. Licebit tamen

vel absenti mihi pro vestra hac vita, quā ex euangelio du citis institutam, capere iucunditatem. Cauendū itaq;, vel si non ad vos proficiscar, ne ab optimo hoc viuendi gene re excidatis. Nec secus præterea aduigilandum, quā si eorum quæ per vos gerunt hoc tempore non sim ignarus. **quia statis in vno spiritu vnanimes.** Hoc est, in eodem concordiæ dono: sic em̄ vnis animis concordes perstabitis, cum fueritis spm̄ vnum adepti. **collaborantes in fide euangelij.** Hoc est, inuicem pro fide laborantes & certamina excipiētes. **& in nullo terreamini ab aduersarijs.** Nō em̄ ne collabamini dixerim, sed ne terreamini, hoc est, nulla in re perturbemini. Nam si vel pericula comminent, vel inferant mortes, nihil profecto hi egerint, sed territant modo, adeo illi & imbecilles coarguunt & impotentes. **quæ est illis causa perditionis, vobis autem salutis.** Cum enim perspexerint hi, & si multa sint machinati, nequaquam vos esse absterritos, nonne id eis apertius indicabit, sua om̄ia in interitum abijsse, abolitaq; & disperdita esse; vestra vero validiora consistere, nec posse aliquo pacto comprehēdi aut cōsumi? Quippe quæ habeant in seipsis salutem. **Et hoc a deo, quia vobis donatum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini.** Cū enim Paulus donatum est vobis inquit, & pati pro Christo, duo quædam hic peragit: Alterum ne illi vel verecundia offundant, vel animo concidant, si quid fuerint fortasse pro Christo perpessi: Alterum ne insolescant vel efferātur. Inquit em̄, Christo cuncta sunt adscribenda: nam & virtutes dono accepimus, non vt liberum arbitrium tollat, sed vt humiles reddat. Non enim facere sine deo recte aliquid possumus, siquidem dei hoc donum forsitā suscitandorum mortuorum gratiam superabit. Nam si mortuos suscitauerim, deo proculdubio fuerim tanto hoc beneficio maximum in modum obstrictus: Sin vero ꝑ eo pœnas subierim, hunc ipsum habuerim obligatum & de

bitorē. O rem admirandam, largit ille & debito mihi obstringit. idem certamen habentes, quale & vidistis in me & nunc audistis de me. Ostēdit, in paribus hos versari certaminib⁹, q̄bus & ipse agitaret. Quod sane magnam in his testatur virtutem. Habetis enim (inquit) me in exemplum, & decertantem audistis, cum fuerim antehac & flagris affectus, & quemadmodum in carcerem cō iectus sim, nunc audistis. Cap. II.

SI qua ergo consolatio in Christo, si quod solatiū charitatis, si qua societas spūs, si qua viscera miseratiōis, implete gaudiū meū, et idē sapiatis. Qđ inqt, tale est: Si vobis aīo sedet, me q̄q̄ pacto tentatiōibus agitatū solari, vel solamen afferre, q̄le solet charitas parere. Vel si futurū ē aliqñ, vt p̄ vobis ferat, spiritalib⁹ in rebus, & his q̄dē, q̄ scđm dei sunt voluntatē, aliquā mecū habere cōmunionē. Vel si me estis cōmiserati q̄d patiar, id omne obsecro obtestorq̄ in id vel vnicum cōferatis, vt mutua sitis charitate deuincti. Aduerte autē quemadmodum illorū cōiunctionem, quod vnanimes sint, p collato ducat in se bñficio, & tanq̄ ipse misericordia fuerit dignatus, ob istorū vnitatem lætat. Nec lætitiam mihi dixit afferte, sed implete: perinde ac si dicat: Vos quidē iucunditatis huiusce qua in præsenti afficior, initium attulistis, pacēq; & mihi estis iam impartiti, quam cupio & ad finem iri deductū. At qualis hęc lætitia est? Non equidem vt, à periculis eximar, vel vt quidpiam à vobis sim accepturus, sed vt idē vos sapiatis. eandem charitatem habētes. Id sane p̄stātius, q̄ vnanimes se præstare, vt æque hi oēs adepti sint charitatē. Nec q̄dem vt si quis te amore ingenti p̄sequit, hunc ipse lentius & frigide ames, sed vt æqua sit amoris proportio, dum alternis repēditur. vnanimes, idipsum sentientes. Tanq̄ vno eodemq; vincti animo sitis, non substantia, sed voluntate cōiuncti: q̄d sane designat, cum ita mox subdit: Nihil per contentionem, necq; per inanem gloriam. Nihil (inq̄t) per cō-

tentionem, hoc est, per nisum quendã à aliuore pductum egeratis, quemadmodũ vulgo dicimus, enitar equidem totis viribus & contendã, vt nemo me superet. Neq; per inanem gloriã. Hæc nanq; inuidiã parit. Cum eñ hoïes simus inanis gloriæ cupidi, qdnam p hac assequenda facere nõ audebimus? sed in humilitate superiores sibi inuicem. Viã nunc nobis demonstrat, q̃ inanem hanc gloriã possimus defugere. Et præsumptã affert opinionẽ maximum in modũ nostræ saluti conducere. Si eñ (inqt) existimaueris hoïem quenpiam non solum tibi præstare, sed longo etiã interuallo esse te potiorẽ, ob idipḿq; præ summa humilitate habeas persuasum rẽ se ita habere, eũ quem tibi prætuleris, honore etiam prosequeris. Quod si ita te gesseris, cum tibi etiam vicem per alios reddi perspexeris, grauiter feres. Quinetiam vel si quis tibi conuitief, vel affligat verberibus, es certe animo æquiori laturus. Quippe qui omnes ducas superiores, nec cuiquam inuidebis. Nam inuidia inter æquales oboritur, non inter impares & longe ab inuicem alienos. sic item alius cæteros sibi pstare existimabit, eritq; hoc pacto summa inter oẽs tranquillitas. non quæ sua sint singuli considerantes, sed quæ aliorum. Cum eñ tuæ consulam vtilitati, tu contra quod mihi præstet cõquires, nec vllus hic erit inanis gloriæ vel contentioni, nec demũ prauo cuiq̃ facinori locus, qn vita ducef angelica quędã & diuina. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Vt eñ & Chrus inqt, Estote misericordes, sicut & paf vester, q in cælis est. & rursum, Discite à me, qa mitis sum & humilis corde. sic Paulus ad humilitatẽ nos instruens, Christum Iesum pducit in mediũ, qui nostri gratia, cum diues esset, sit inops effectus. Nam cum dei filium, qui oẽe excedit fastigium, ad infima dicat se contulisse, quẽ nam eorũ qui alta sapiant, non cogat pudere? Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Enumera quot ob id dictum hæretici ho-

Lucæ.6

Matth.11

mines collabant & ruat. Marcion Ponticus asserebat nequam esse hũc mundũ, & carnem hãc imbibisse nequitiã, eoq́ neq; carnẽ eiusmodi deprauatã & sordidã, Christũ q deus sit, assumpsisse. Marcellus vero Galata, Photinus, Sophroniusq́, dicebant verbum dei energiã esse, non substantiã, & in subsistentẽ hanc habitare, qui ex Dauid semine esset. Et Paulus Samoteus profitebatur id verbũ, à Maria habuisse, vt cõstaret, principium. Sabellius patrem & filium & spm̃ sanctum nomina quædã esse simplicia vni personæ addicta, Arrius vero asserebat filium esse creatũ. Apollinaris Laodiceus, quod animam filius sensibilem non suscepisset, Vide quemadmodum hi omnes vno fere cõciderint gladio, Hoc videlicet Pauli dicto, in forma dei cum esset. At quo pacto tu primum Marcelle, tuiq́ sectatores asseritis energiam esse, hoc est, operatiõem, nõ substãtiam Iesum, cum forma substãtia ipsa dicat? Quẽadmodum & serui forma natura est serui. Quid ipse nũc Samotee à Maria principium habuisse Christum deliras? cum cõstet ab æterno hũc in forma dei fuisse, hoc est, in diuina substantia. Aduerte quemadmodum & Sabellius præceps ferat. ait nanq;: Non rapinam Paulũ dicere, Christum esse deo æqualem, verum in vna persona non cadit æqualitas. Nam qui par est & æqualis, alterum habeat necesse est, qui cũ possit conferri. Ex ea itaq; æqualitate duę personæ emergunt. Arrius quidẽ pluribus confutat, & cęteri item. In forma dei, hoc est, in dei substantia. Neq; fa-
Exodi. 3 ctus dixit, sed existẽs, dictum sane illi persimile, Ego sum qui sum. Neq; rapinã est arbitratus esse se deo æqualem. Vides æqualitatem. Cur ergo patrẽ dicis maiorẽ, inferiorem filium? Sed aduerte insensatã prorsus istorũ impietatẽ, quorũ vnus quidẽ sic inquit, Exiguus deus cũ filius eẽt nequaquã arripuit, vt esset, maiori deo æqualis. Verũ quænã literæ edocent maiorẽ aliquẽ esse, vel paruũ deũ? Hæc
Titi. 2. ẽm gentiũ sunt deliramenta. Nã q filius magnus sit deus, audi Paulũ ita dicentẽ: Aduentũ magni dei & saluatoris,

domini nostri Iesu Christi. Proinde si tenuis sit & exilis, q̃ pacto hanc sibi magnitudinem arrogasset? Cęterum Paulus cum esset ad humilitatem nos instructurus, absurdior videtur, & sibiipsi nil consentaneus, si eiusmodi q̃ sentiunt illi, commonefaceret: videlicet q̧ minor deus maiori non insurrexerit. Quid enim possent humilitatis ex istiusmodi dictis illi p̃discere? Quia inferior deus in eum nõ insurrexit, qui sit dignitate præstãtior. Est em̃ hoc impotẽtiæ, non æqualitatis, quã filium dicimus cum patre habere. Illud verò plurimum videtur præferre humilitatis, vt is qui parem est cũ patre adeptus potentiã, sit hõ effectus. Sed de his satis. Aduerte itaq; quid Paulus dicat, non rapinã arbitratus est esse se deo ęqualem. Cum em̃ quis aliq̃d surripit, ne illud amittat veretur, q̃a quod alienũ est detinet. Cũ vero quidpiã habeat natura insitum, facile illud contẽnit, certior sane id se ita sortitũ, vt deponere neq̃at, sitq; protinus recepturus, si deposuisse sit visus. Inquit igitur, nihil est dei filius veritus à propria dignitate descẽdere, q̃a hanc nõ per rapinã sit assecutus. Dico igitur parem hunc esse deo patri, & propriæ dignitatis habuisse cognitionẽ, eoq; vt humilis fieret hæc maluit, tanq̃ in ipsa humilitate, celsitudinem suã seruaret. **Sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens.** Vbinã sunt qui inuitum hunc, vt patris iussa exequeretur, asserunt descendisse? Audiant quemadmodũ seipsum vt dñs, & sui iuris, non alieni, exinaniuerit. Cũ vero formã inquit serui accepit, Apollinaris erubescat. Nã qui serui formã siue naturã accepit, animã habet omnino intellectiuã. **in similitudine hominũ factus.** Hisce ex verbis delirant Marcionistę, per phantasiã & præstigia quædã affirmãtes Christum incarnatum fuisse. Inquiunt em̃, Vides vt Paulus similitudinẽ afferat hominum hũc accepisse, & in figuram humanam transformatum, nõ vera substantia hominem effectum? Quid homines ineptissimi deblateratis? Nõne dominus nostram hanc omnem in se naturam excepit, etsi nonnul

lis careret,quæ nobis insunt mortalibus, vt per coitũ pcreatio,& peccati cõmissio.Neq; id solum quod exteriori ex facie apparebat,inerat illi,sed diuinitas ipsa.Erat nãq; hic deus,nõ homo simplex,& humanitati vnita erat diuinitas,& ideo in similitudine hominum dixit.Nos eñ ex
Roma.8. aĩa corporeq; constamus:ille ex anima,corpore, & diuinitate cõstabat.Propterea & similitudine dicit.Nam & alibi in similitudine carnis peccati cum inquit,nequaq̃ id infert q carne careret,sed qa caro illa expers omnino peccati esset. At similis erat carni huic nostræ,quæ vtiq; ẽ peccato obnoxia.Secundum naturam erat, non secundũ nequitiam. Vt itaq; ibi hoc similitudinis nomine inæq̃litas q̃dam præfertur, sic & hoc loco cum in similitudine dicit, neque ex humano congressu fuisse hunc genitum arguit, neq; peccato subesse, qa haudquaq̃ simplex homo esset. **& habitu inuentus vt homo.** Cum dominum dixisset seipsum euacuasse,ne forte immutationem aliquã aut relapsum putes interuenisse,sic inquit:Manẽs quod erat, & quod non erat,accepit.Neq; enim natura est immutata,sed in figura effectus,hoc est,in carne. Carnis enim est transfiguratio.Cum itaq; formam serui accipiens dixisset Apostolus,fidens illud subiecit,in figura hominis inuentus vt homo,vt ea quæ superius dixerat,confirmaret.Recte autem vt homo dixit:nõ enim erat vnus ẽ multis, sed ẽ pluribus vnus.Nec quidẽ in hominem recidit deus verbum,sed tanquã homo apparuit. Et cum sine forma existeret,formam subiuit. Nõnulli autem id dictum interp̃tati sic sunt,& forma inuentus vt vere homo,quemadmo
Iohan.1. dum & Iohannes dicit,Gloria vt vnigeniti,hoc est, qualẽ habere vnigenitum decet. **humiliauit semetipsum,factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis.** Rursum seipsum ad humilitatem affirmat vnigenitum contulisse, ne forte descendisse ad infima existimetur inuitus. Occurrent hoc loco molestiores hæretici illi & insanabiles,dicentq;:Ecce,subiectus & obediens di

citur vnigenitus. At quid illud ô insensati? quandoquidē & nos amicis obtemperamus, cum nihil nos reddant interea istiusmodi obsequia inferiores. & dominus p̄ri obsecutus est volens. Sic enim vnitatem perspicuā fecit, quā cum patre haberet. Est em̄ filij proprium, venerari parentē. Factus est seruus, sed mortē subiuit, & quod hac re lōge est maius, ignominiosam. Mortē aūt crucis, hoc ē, detestandi patibuli, q̄d sontibus duntaxat & maleficis debebat. **Propter quod ⁊ deus exaltauit illū, ⁊ dedit illi nomen quod est super om̄e nomen.** Cū de carne aliq̄d disserit Paulus, q̄ pōt effusius, humilia eius eloquit̃, pinde ac infima quæq; carnis admittat cōditio. Carnē vero ita accipies, vt nihil Christū ab eo secernas. Verū q̄d nomē illi ob humanā naturā cōtulit deus? Nimirū vt filius in carne dicatur & deus. Nam & homo dei est filius, sicuti & angelus dixit: Quod factum est sanctum, filius dei vocabitur. Istiusmodi autem appellatio, vniuersorum nomen excedit. **vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium ⁊ infernorum.** Hoc est, orbis terrarum vniuersus, angeli insup, & mortales ipsi, & dæmones hunc ipsum submissis genibus venerabundi adorent. Vel iusti ipsi & peccatores idem factitent. Nam & dæmones eundem sunt cognituri, & inuiti coercebuntur. Nec veritatem amplius impugnabunt, tametsi ante tempus istiusmodi faterentur, Nouimus te qui sis. **Et omnis lingua confiteatur, quoniā dominus noster Iesus Christus in gloria est dei patris.** Hoc est, vt oēs afferant Christū Iesum dn̄m eundem & deum. Id nanq; patri in gloriā cedit, vt filium habeat, cui oīa subijciantur & pareant. Vides itaq; quemadmodum vnigeniti exaltatio, patris sit gloria: sic contra huius & imminutio, patri ad ignominiā sit concessura. **Itaq; charissimi mei sicut semper obedistis.** Cū laude sunt castigationes inferendæ, ne nimis incessant, sic facile admittentur, idcirco hos laudat Paulus, charissimos nuncupans &

Lucæ.1. *Lucæ.4.*

beneuolos: Sicut semper (inquiens) dicto audiẽtes fuistis, tanq̃ id dicat, Dei filius patri obsequentior fuit, hunc imitamini & vos insuper, quibus obtemperare maioribus p facile fuit. **non in præsentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea.** Si enim me adstante id egissetis, mei forsitan verecundia detenti, paruisse mox videremini. Nunc vero cũ me vel absente virtuti intẽditis, & quæ vobis præsens iniunxerã, tã libenti animo exequamini, profecto ostenditis non mei hæc gratia, sed dei vos oĩa factitare. **cũ metu & tremore vestrã salutẽ operamini.** Non eñ vt mihi conducã, vos hortor p̃corq́;, vt ita viuatis, sed vt ea q̃ ad vestrã salutem faciunt, operemini. Cũ timore tñ & tremore. Tremore vero adiecit, vt metus exprimat magnitudinem q̃ sit operandũ. Nã dempta formidine, nil recte peragi potest. Verũ quo pacto hic cõparabitur timor? Si Christũ intellexerimus vbiq; adesse, exaudireq́; oĩa, & cuncta prospicere. nec solum quę gesta sunt vel geruntur, sed etiam quæ mente & cogitatiõe

Psalm. 2. concepimus. Seruite (inquit) dño in timore, & exultate illi in tremore. Sit in vestra (inquit) quod recte agitis, recõditum conscientia. **Deus est eñ qui operatur in vobis & velle & perficere.** Cum dixisset timore & tremore, nunc inquit, nihil propterea vobis verendum est. Neq; eñ vt desperetis hæc intuli, sed vt sitis cautiores. Si eñ caueritis, & solertiores vos præstiteritis, deus oĩa perager. Ipse est eñ qui ad eiusmodi voluntatem & promptiores facit, vt bona velimus, & animi eiusmodi promptitudinẽ ad finem deducit. Operatur autem deus in vobis & volũtatem, hoc est, suggerit vobis vt quę bona sint cupiatis, & vestram hãc optimam augebit cupidinem, incendetq́; vt fiat feruentior. Vel aliter: Cum vestra sit deus cœpta terminaturus, vos vero ad ea animum intẽdatis, quæ finem iam nacta esse p̃spicimus, propterea voluntatẽ dicit Apostolus á deo hanc suggeri. Exempli gratia: Induxeras ipse in animum quod cœperas exequi, si finis opus hoc tuum

ſubſequatur occeptum,eris promptior,vt illud perficias: ſin minus,vel ea ſaltem quæ te inceſſerat quidpiam operandi libido torpebit,deniq; & abſcedet. Cum itaq; conſtet in deo eſſe hunc finem,qui velle hoc noſtrū incendat, merito dicit in dei eſſe operationē eiuſmodi poteſtate ſitam. Vel quia ſi cupiat Paulus,voluntatem hāc illis à deo dicit ſuppeditari. quemadmodū & officia & recte facta, dona appellat,non liberū nobis arbitrium demēs,ſed volens vt gratiæ deo p nos ſemp agantur,& illi vniuerſa cōmitti. Attende vel hunc dicēdi modum,in vobis dixit, cū timore & tremore ſalutem operantibus.Nā in iſtiuſmodi deus hominibus omnia operatur,qui voluntate ad bonum ducuntur. **pro bona voluntate.** Hoc eſt, vt adimpleatur in vobis quod deo ſit placitum.Id em̄ illi optime placet,vt talem vitā degamus,quæ ſibi ſit placita.Quocirca vel ex hoc poteſtis confidere.Eſt em̄ deus ad recte viuendum vobis opem laturus,etſi nullius rei alterius gratia,ob id ſaltē quia ſic velit. **omnia aūt facite ſine murmurationibus & hæſitationibus.** Cum nequeat ſtatim criminator ille quæ recta ſunt facientem interpellare, vel deſperationem ſuggerit,vel inſolentiā:Sin minus, vel querulitatem,vel diffidentiā,vel vt de fide ambigat quis, ſuggeſturus eſt.Et qm̄ acerrime Philippenſes tentationibus vexabantur,& periculis erant continuo agitati,ita vt pleriq; præcipites in murmurationis barathrum & blaſphemiæ agerentur,Sine murmurationibus(inquit)om̄ia facite.Qui enim obmurmurat,ingratus eſſe & maledicus arguetur.Hæſitationes aūt,diuerſarum rerū ſecretionem dicit & ambiguitatem:quemadmodum cum iuſſa proponuntur & pręmia.Exēpli gratia:Si illud egero,mercedem ſum habiturus.expediet ergo vt ea agamus. Nō itaq; erit in his hæſitandum quo minus agātur,ſed fidenter exequi omnia oportebit,ſiue labor ſit impendēdus, ſiue ſudores fundendi.Nihil erit in his peragēdis quoq̄ pacto per nos hæſitandū. **vt ſitis ſine querela, & ſimplices.** Hoc ē,

I.Cor. 12.
Ephe.4.

irreprehensibiles & immaculati. Non em̃ exigua labes hę
1. Cor. 10. sitatio. Nec cruciatum dixit, vt ad Corinthios scribit, murmuratiõibus reseruari, quia vt liberos hos, non vt seruos alloquitur. Audi ergo & quę subsequuntur. filij dei sine reprehensione. Serui est ingrati, obmurmurandi id vitium. Fieri enim qui potest, vt querulus sit, qui paternis & suis rebus insudet & studeat filius? in medio generationis prauæ & peruersæ. Noui (inquit) esse plerosq; q̃ vos impugnent, & ad querimonias cogant. At illud ingentis est laudis, cum vel percitus quispiam nil conqueritur. inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Vt enim faces in tenebris splendent, sic ipsi estis inter obliquos & tortuosos. quippe qui & erecti consistitis, & luci studetis. Sermonem autem vitæ habentes, hoc est, vitæ semen adepti iã estis. Vel quia quemadmodum faces collucent, & quasi sui fulgoris fomento vitam corporibus reddunt, sic vobis om̃i studio est enitendum, vt virtutis loco hominibus sitis, quæ vitam de se possit pręstare. ad vitam meam in die Christi, Tanti sit (inquit) vestra hæc virtus, vt non solũ vos traducere possit ad vitã, sed & me clariorem efficere in Christi aduentu. quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui. Id enim mihi ad gloriã cedet, q̃ tales vos & tam breui erudiendo reddiderim, vt haud frustra mihi in vobis insumptus sit labor. Nã etsi immolor, supra sacrificiũ & obsequiũ fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Etsi moriar, inquit, mortẽ em̃ immolationem appellat, immolor nanq; supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, hoc est, cum antea vos in sacrificium deo & obsequium obtulissem, & fideles effecerim, nequaq̃ vt mortuus mœrore conficior, sed lætor equidem, & vobiscum vna afficior gaudio. Gaudeo quidem, quia offeror immolãdus: gratulor vero, q̃a fidem vestram non secus ac sacrificium aliquod deo ipse obtulerim. Idipsum aũt & vos gaudete. Id. s. q̃a estis

per me hunc in modum oblati.& congratulamini mihi,Quia cum sim immolandus,incredibili iucunditate afficior. Spero aũt in domino Jesu Timotheũ me cito mittere ad vos,vt & ego bono animo sim,cognitis quæ circa vos sunt. Quemadmodum & reliqua solet,sic Timothei apostolatum Christo demandat. Confido eñ(inquit) in dño,vt quemadmodum ex meis his literis perdidicistis q̃ mecũ gerantur,vtq́ꝫ prouectũ sit euangelium Chr̃i,& aduersarioꝝ facta oĩa contra eorum opinionem processerint,sic ipse bono aĩo sim futurus,cõsolariq́ꝫ vos in posterũ queã,cum certior fuerim ꝑ Timotheum ad me redeuntẽ effectus, quemadmodum & vobiscum agat. Neminẽ eñ habeo tã vnanimem,qui syncera affectione pro vobis solicitus sit. Poterã (inqt) vel aliũ quenpiã ad vos ipse trãsmittere, sed nullus erat vt iste mihi vnanimis,hoc est,aĩo meo conformis, q parem curã vestris in rebus non secus ac ipse ego p̃staret. Qui syncere,hoc est,paterno more,vestra curaret. Aduerte q̃ diligent̃ hic prospiceret Philippensibus,q̃nquidem si ei non ad illos concedere licuisset,alios transmittebat: ne vllo tp̃e vacarent,q ad fidem erudirẽtur. Oẽs eñ quæ sua sunt quærunt,non quæ Jesu Christi. Hoc est, propriã quietem conquirunt & otiũ singuli, & in tuto vt sint. Nemo eñ alius t̃m itineris suscepisset. Hæc aũt inqt, vt Timotheũ ipsum collaudet, castigetq́ꝫ audiẽtes ne otia quærant. Nã qui eiusmodi appetunt,nequaq̃ quę Christi sunt q̃runt. Proh dolor,quã lõgo á Christo interuallo distamus,qui eius gratia nil nisi q̃d gratũ sit & oblectet,ducimus tolerandum. Experimentũ aũt eius cognoscite,quia sicut patri filius mecũ seruiuit in euangelio. Vtar(inqt) & vobis hac in re testibus,vt ille mihi tanquã parenti operã suam præstiterit. Nec solum in his quæ corporis sunt,ministeriũ præbuit,sed etiã in euãgelio p̃dicando. Is itaq́ꝫ,siue quia vt filius mihi seruiuit,siue quia sit dei minister,merito est honore dignandus. Hunc in mo-

dum apud Philippenses cõmendatiorem hunc facit. Neq; adeo ob Timothei profectum gaudet Paulus, q̃ illis congratulatur, quia ex huius sermone plurimũ sint profecturi, si modo paruerint, & maiora sint p̃mia habituri. Hũc igitur spero me mittere ad vos, mox vt videro quæ circa me sunt. Vt videro (inquit) quem finẽ sint quę mecum aguntur deniq; habitura, statim hunc ad vos mittã. Confido aũt in dño, q̃m & ipse veniã ad vos. Non enim (inquit) q̃ me ad vos venturum desperem, Timotheum nunc mitto, sed (vt antea dixi) vt rescişcã quem admodum vobiscũ agatur, & ita iucunditate afficiar. Aduerte aũt vt suum accessum deo semper permittat. Inquit enim, cõfido in domino, hoc est, si dominus volet. Necessarium aũt existimaui, Epaphroditũ fratrem & cooperatorẽ & commilitonem meũ. Laudibus Epaphroditum dimittens prosequitur, sicuti & Timotheum prosecutus est, ratione (vt dictum est) absimili. Nam cooperatori præstat commilito. Cooperator enim & operam aliquam præstat, in rebus tamen nullius discriminis: Cõmilito vero in admodum periculosis, & in quibus de vita agitur & salute. Vestrum aũt apostolum & ministrũ necessitatis meæ, mittere ad vos. Hoc est, eum quem ad me trãsmisistis, vobis dono & remitto. Per hũc eñ Epaphroditum transmiserant Philippenses Paulo necessaria. Vestrum apostolũ, instructorẽ dicit & magistrũ. quoniamquidẽ omnes vos desiderabat videre, & mœstus erat propterea quod & audieratis illũ infirmatum morti proximũ. Cum vestrã ille in se charitatem pernosceret, quia mœrore estis ob ægritudinem eius affecti, cupiebat vos visere, vt tristitia liberaret quam ab eius valetudine conceperatis. Excusat præterea, & causam affert, cur longo post tpis interuallo, ad eos dimittat Apostolus, perinde ac si dicat, Non factum negligenter. Nã Timotheum qui compar mihi animo est, ad id tẽporis apud me ip̃e detinui: Epaphroditus vero morbo cor-

reptus est,& ideo se nō ante ad vos contulit. Fuit em̄ eius longior ægritudo,& morti propinquior. **Sed deus misertus est eius.** Heus tu ô Manichæe, quidnam ad hæc rn̄debis? Si em̄ mundus nequior est, & prauum esse qcqd in eo viuit,& sentis & asseris, q̄ nūc pacto Apl'us dei miserationem appellat, fuisse Epaphrodito pmissum, q̄tenus adhuc vita hac potiret? Nihil hn̄t,pfecto ad hoc q̄d rn̄dere possint hæretici. Quærant præterea & Christiani, si bonū est dissolui & esse cū Chr̄o, cū misericordiam dei esse hāc vitam dicat Apostolus, num qa Epaphroditus alios edoceret,& multas esse deo animas allaturus,si plusculū supfuisset? Quod sane magis est necessarium,q̄ solui hoc corporis nexu,& cū Christo versari,vt dictum est supra. Vel pleraq; Paulus ad cōmunem audientium gr̄am loquit, & nō vbiq;,q̄d veritus est,philosophat. Erat nēpe illi ad homines vitæ huic deditos sermo, q̄ & mortem adhuc formidarent.alioq & bona est præsens hæc vita. nam q̄ alias pacto cruciatus loco,mortes reponit immaturas? Inqt em̄,ppterea infirmi int vos sunt,& dormiūt multi.Ne q; em̄ vita futura huic dicit bonitate præstare,q; nihil in se hæc habeat bonitat,sed bonæ præfertur,vt potior. **Nō solum autem eius,sed etiam mei.** Attende quemadmodū vel ob id etiā veneratione dignū reddat Epaphroditum, siquidē hūc ex ægritudine cōualuisse ,p collato in se bn̄ficio ducat,ita vt tanq̄ misericordia sit ip̄e dignatus. **ne tristitiam super tristitiam haberem.** Hoc est,ne tristitiā quam ex Epaphroditi nō æqua conceperā valetudine,si mortem obiret,& aliā compararem. **Festinantius ergo misi illum, vt viso eo, iterū gaudeatis.** Hoc est,nil distuli, qn hunc destinarem , vt eius cōspectu à vobis mœror oīs absceederet,& maiori lætitia cum ex insperato rediret,afficeremini. **& ego sine tristitia sim.** Sic em̄ & ipse ero mœstitia subleuatus,lætabor q; maxime,cū vos eritis lætiores. Neq; em̄ vobis mœrētibus, expers ip̄e mœroris fuissem. Nā qs infirmatur, & ego nō infirmor?

Supra.1
1.Cor.11.
2.Cor.11

Excipite itaque illum, cum omni gaudio in domino. Hoc est, secundum deum admittite, & vt illi est placitum, & quemadmodũ sanctos decet. Hæc aũt Paulus inquit, vt Philippẽsibus magis conducat, qñquidem maius
Actu.20. sit bñficia cõferẽti, q̃ accipienti, ꝓpositum lucrum. **Et eiusmodi cum honore habetote.** Ne videatur huic & vni honorẽ nũc impartiri, commonefacit vt cum eo & reliq̃s, qui pari fuerint virtute ornati, & venerent & ꝓsequantur honoribus. **quoniam propter opus Christi vsque ad mortem accessit, tradens animam suam.** Epaphroditum hunc miserãt ad Paulũ Philippenses, vt illi necessaria deportaret. Is itaq; Romæ Paulũ comperit in discrimine summo reseruari, vnde & periculũ sibi impendebat non mediocre Paulũ adeũti: vtpote cui esset imperator infensus. Is itaq; his piculis oĩbus paruifactꝭ, Paulũ cõueniebat, & illi ad vitę necessitatẽ oĩa suppeditabat, quod sane nunc dicit. Aduerte aũt quẽadmodum non mei gratia, sed ob dei opus hunc dicat morti se obiecisse, neque eñ per eum stetit, quin morti succũberet, sed dei dispensatione effectum est, ne hac vita defungeret. **vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.** Vos (inquit) nequaq̃ Romæ nũc estis, vt vel corpore ministrãdi mihi officium præstetis, tãetsi necessaria transmisistis. In hoc itaq; & si vos defuistis, vt vestris manibus mihi transmissa porrigeretis, Epaphroditus vestrã vicẽ ministrãdo suppleuit. Aequũ est igit vt plurimũ à me bñuolẽtiæ vendicet, vt qui mihi per vos destinata & detulerit, & ministrarit. Aduerte aũt quemadmodum rem ipsam obsequium nuncupet, vt oñdat qui per quietem & otium vitam hanc transigunt, ꝓpem debere periclitantibus ferre. Et qui minus id egerit, priuari hoc officij genere, nec secus q̃ si publicis deesset muneribus.   Cap. III.

De cætero fratres mei gaudete in domino. Qm̃ in mœrore l.i erant, quia nondum de Paulo quicquam rescissent, & ignorarẽt quẽadmodum

prædicatio ipsa,pueheret,neq; vt se Epaphroditus ex valetudine haberet, auditu quidpiã percepissent,soluit hæc Paulus,& eos molestia liberat, cũ euãgelium ,puehi dicit, & se venturũ affirmat,& Epaphroditũ insup ad se remisisse. Inquit itaq;,Gaudete. Nulla nanq; offert occasio, vt vestrũ hoc gaudiũ possit intercipi. Atq; Galatas filios appellauit,qa emendatione indigebãt:hos fratres, quia honorifice ad eos hæc & leniter differit. Recte aũt dixit,in dño. Gala.4
Nã in huius seculi rebus nullũ est gaudiũ:sed pressuræ ac mala quæ ,p dño toleramus,plurimũ lætitiæ afferũt. Vel eo vobis est gaudendũ, quia dñs factu facilia cunctis iniũxit. eadem vobis scribere,mihi quidem nõ pigrũ, vobis autem necessarium. Postquã laudes plurimas in eos congessit,mox & commonefacit ne à principio grauis & molestus appareat. Videte canes. Erãt ex Iudæis nonnulli,q se Christianos mẽtientes,sub ea simulatione euangeliũ p̃dicabant,& Iudaica interserebant nonnulla. Et qm̃ facile internosci non poterãt,,ppterea videte inquit,hoc est,cauete ne lateant istiusmodi. canes em̃,gentiles dicebant,nunc Iudæi,vt petulãtes & mordaces,& veritatis lucẽ impudentius oblatrãtes. videte malos operarios, Hoc loco abstinet filios nuncupare. Canum em̃ plerĩq; dñorum inhiant mensæ,alij domos custodiũt:hi vero & si operant,in prauis tñ & turpibus operam suam impẽdunt,auellunt'q; & dissipãt,quæ diutius sunt bñ plantata. videte concisionem. Hoc est,qui circuncisi sunt. Olim nãq; magni apud Iudæos circuncisio ista fiebat, & in honore erat non mediocri: qñquidem ob hanc vel sabbatũ soluebat. Nunc vero cum frustra fit & inanis iam reddita, nil aliud præfert q̃ concisionem hanc ipsam. Non em̃ legitima est circuncisio,sed caro præcidit tñ. Vel quia ecclesiã canes illi tentabãt vt circũciderẽt. Nos em̃ sumus circũcisio,qui spũ seruimus deo. Si conquirẽda (inquit) est circũcisio,in nobis hãc certe comperietis,qui spũ (hoc est,qui mẽte tota & aĩo) deo fuimus. Nã q animã cir

Margin notes: Gala.4; Iohan.16; 1.Iohã.5; Iohan.7; Roma.2

cunciderit,hoc est,vitia ex animo demet,hic,pfecto nobi le admodum circũcidendi nactus est genus: & eo magis, q̃ animus est corpore potior. Neq; eñ dixit,in nobis ẽ circuncisio,sed nos circuncisio sumus. Circuncisio eñ ornata virtutib⁹,vere hoĩem præfert. ⁊ gloriamur in Christo Jesu,⁊ non in carne fiduciam habemus. Quid, inq̃t, vtrum hoꝝ est satius, in Christo nos gl'iari, q corda nr̃a hæc circuncidit,& ad filioꝝ dei ingenuitatẽ p lauacrũ ip̃m deducit,an in carne iactari,hoc est,q͞a circuncisi sunt supbire? quanq̃ ⁊ ego habeam cõfidentiam in carne. Si essem(inq̃t)ex gentibus oriũdus,iure forsitan quispiã diceret circuncisionem hãc me improbare,vt q Iudaica caream. Nunc vero hanc ipse sum nactus,quã vel gloriã dicitis,vel in carne fiduciã: q̃ fit, vt nequaq̃ ipse sim vestra hac apparẽti nobilitate priuatus. Alioq ipsius gr̃a veritat(,circuncisionẽ hmõi & condemno & improbo. Si quis alius videtur cõfidere in carne,ego magis. Aduerte aũt Pauli prudentiã. Vt minus sint quæ dicit molesta,neminẽ noĩe patefacit;sed cũ inq̃t:Si q̃s videtur alius,oñdit alios se vt hæc diceret,cõpulisse. Vel q͞a nequaq̃ cæteri tãtam essent,quãtam ipse,in carne fiduciam assecuti,vel q͞a circũcisionis cõfidẽtia nihil in se veri haberet,sed appareret dũtaxat. circuncisus octaua die. Q͞d maxime animo inerat,circũcisionem,ppofuit. Die vero octaua cũ inq̃t,arguit nequaq̃ se ,p̃selytum fuisse. ex genere Israel, Hoc est,neq; ex ,p̃selytis ,ꝑgenitoribus,sed Israelitis,ẽ q̃bus originẽ duco. tribu Beniamin. Hoc est,ea ex tribu quæ cæteris esset testatior: q̃ppe cuius ex sorte sacerdotes cõstituuntur. Hebræus ex Hebræis. Superius dixerat,ex probatioribus Iudæis sum ego. Põt nanq; cõcedi ex Israelitico gñe quenpiã esse, nec tñ ex Hebræis Hebræum. Hebræi nãq; esse desierunt pleriq;, q̃ cum pręfrequẽtiori cum gẽtilibus habita assuetudine redditi sunt Hebraicæ fere linguę ignari,ita vt nec satis scripturas ip̃as callerẽt,ipse inq̃t: Hebręus sum,hoc est,& formam seruo

& ingenuitatem. vnde sic infert, **secundum legẽ pharisæus.** Cum inuitus hæc cũcta narraret, vt circũcisus videlicet sit, & genere Israelita, & istiusmodi reliq̃, nũc vltro quæ optime gesserit explicat, dicens: Scdm legem pharisæus, hoc est in legis disciplina. Erat enĩ apud Iudęos pharisæorum secta omium ꝓbatissima. **secundum æmulationem persequens ecclesiam dei.** Cum essent & pharisæi nõ admodum legis æmulatores, qppe q ad ostẽtatiõem pleraq; factitabant, tãtopere inquit legis zelo vrgebar, & adeo vehementi, vt Christi ecclesiam insectarer. **secundum iustitiam quæ in lege est, conuersatus sine querela.** Erant enĩ pleriq; q eiusmodi zelo, non ꝓ lege tutanda, & maiorꝫ traditionibus obseruãdis, sed principatus vel gloriæ grã ducerentur, idcirco Paulus inqt, qa cum culpa vacem, nec sim secundum legis iustitiam incusandus, q fieri potest, vt humanæ potius rei cuiuspiã grã, non dei zelo ecclesiam sim persecutus? **Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei.** Hoc loco prosiliũnt, q legẽ criminantur hæretici, dicuntq;: Ecce & Paulus legẽ dãnosam ducit: quippe quã detrimẽtum appellat & purgamẽta: quo ergo pacto credetur à deo fuisse hæc ꝓmulgata? Primum equidem dixerim agẽdas deo grãs fore, q̃ spũs sit dispẽsatione effectum, vt hi legis verba nõ secus acciperent, ac ad eorꝫ facerẽt vtilitatẽ, & ad ꝓpriam sentẽtiam cederẽt. Quod si ita nõ esset, obliterassent iam illa, vt talia pleraq; deleuerũt. Proinde aduerte, neq̃q̃ simpliciť intulisse detrimẽtosam esse hanc legem, sed arbitratus sum detrimẽtum hanc esse, pinde ac si dicat: Nihil hæc habet in se detrimẽti, quippe quæ ad Christum sit præuia, si recte sit cognita. Verꝫ & si antehac ipse legis huiusce nõ æquiorem fuissem & verã cognitionẽ adeptus, mox vt veritatẽ pcepi, ad Chrm cõcessi. Visa deinde mihi lex est, q̃diu hãc pra-

ua interp̃tatione sectabar,iacturę fuisse & dãno:qa Christũ interea non adierim. Est nãq; suapte natura lex ipsa lucrũ,si recte hãc fueris interp̃tatus. Aduerte aũt,quẽadmodũ neq̃q̃ dixerit,quã ipse lucrũ existimo,sed quæ erat in lucrũ. Emuero plurimũ nobis lex ipsa cõducit, vtpote q̃ feritate hoĩes liberet,& ad pietatẽ instituat,& pinde ac scalæ nobis est loco,quæ ad ỳitã traducat. Vt itaq; q̃ per scalã inscẽdit,nõ hãc aspernat̃,qn poti⁹ gr̃as agit q̃ eã ad scãdendũ sit nactus. Nã si hęc defuisset,neq̃quã illi q̃ primum intẽderat,patuisset ascẽsus:ita & lex cũ esset lucrosa,nunc ip̃i dãnosam existimamus. nõ q̃ dãnum aliq̃d inferat, sed qa hanc ꝓpria gratia superet magnitudine. Vt em̃ qui argẽtum inuenerit, si aurũ deinceps occurrat,nec retinere vtrũq; liceat,pro detrimento mox duxerit argentũ seruare,quin statim aurum capiet: sic etiam ꝓ detrimento lex ipsa habet̃,si vos à Christo subtraxerit:q̃ si ad Christũ deducet,nihil offutura est,qn magis iuuabit. Nec olim (inquit) dispẽdium legem existimaui,sed etiã in præsenti idẽ sentio. Cur illud? Quia gr̃a ipsa longe plurimũ legem excedit. Vides quemadmodũ legem cũ gratia cõparauerit. Fit aũt cõparatio in similibus genere,& q̃d pręstiterit,nõ sui absimili præstet. Quo fit vt lex scientia sit,sed inferior longe Christi cognitione. Quinetiam & lucerna lucem p̃bebit,haud tñ eiusmodi solis est splendor,& ꝓ luce tñ habet̃. **propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora,vt Christum lucrifaciam.** Propter Christum (inquit) detrimentum sum ipse perpessus, hoc est, iacturæ fore mihi reliqua omnia existimaui. Vel quia vniuersa ob Christum amiserim. Vides quemadmodum nihil natura lex ipsa afferat, nisi Christi ob gratiam, detrimenti. Nondum tñ perspicuum fecit,cuius rei gratia oĩm iacturam hic fecerit,ni forte bonoꝝ fortunæ & seculi huius dixerimus. Quod si de lege hæc illum dixisse intelligimus,neq; hoc pacto iniuria legi infert̃. Atqui paleæ frumenti sunt purgamenta,quæ & frumentum tutant̃,&

illi afferunt firmitatem. His demptis, nec triticum ipsum constabit. Quo em̃ mõ sine stipula vel calamo illud consistet? alioq; emergente frumento & lecto, resident inutiles paleæ, sic gr̃am lex ipsa & obfirmat & facit testatiorẽ. Veruntñ cum gratia apparebit, nequaq̃ amplius erit legis huiusce scriptis manendum. **Et inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi, quæ ex deo est iustitia.** Ne habeã (inqt) meã iustitiã, quæ ex legis opibus cõparet̃, pinde ac ex his fuerim iustitiã hãc ip̃am adeptus. Neq; em̃ ex operibus iustitia vlla proficiscit̃, qa neq; ex his conflari hæc põt, sed per Chr̃i fidẽ iustitiã adipiscar, quæ ex deo ẽ, hoc est, diuinũ munus, per gr̃am iustos credentes efficiẽs. Si em̃ (inqt) corde credideris, & ore q̃d creditũ per te est, p fiteberis, saluus fies. Dona aũt illa diuina longo interuallo cæterorum vtilitatem officiorum excedunt, quæ hoĩm studio comparant̃, vt triticũ detrimẽta illa & paleas superat. Roma. 10 **in fide ad cognoscendum illum et virtutem resurrectionis eius.** Ergo per fidẽ erit & dei cognitio. Qui em̃ põt mens vlla humana vel cogitatiõe resurrectionẽ illã cõplecti? Profecto nulla. Quin poti⁹ fides vel sola hãc contemplabit̃. Si resurrectio igit̃ fide percipit̃, quonã pacto quod maius est, natiuitas ip̃a poterit cogitatione cõprehendi? Verum si quæras quomodo hæc præstantior sit, sic rñdebo: Quia multa extiterant resurrectionis argumenta & signa. Nam vel ante Christi resurrectionẽ fuere 3. Re. 17 pleriq; a mortuis excitati, ex virgine vero præt Christum 4. Re. 4 alius nemo pgenitus est. Est ergo ex fide dei iustitia, hoc & 13 est, illi innitit̃, & pro fundamẽto hanc habet. Virtutem autem dixit resurrectionis, qa ingens resurrectionis vis est. Quinetiã hęc resurrectio magnas nobis vires suppeditat, vt id iter & nos pseq̃mur. **et societatẽ passiõis illius.** Persecutiones (inquit) tolerãdo & pressuras malorum quæ perpessus est Christus, participes & ipsi efficimur. Si igit̃ prorsus diffideremus, haudquaquam nos esse cum Chri-

sto cælesti imperio potituros, nunq̃ ꝑfecto tot ac tanta subiremus tormēta. Intelligas aūt velim illum præcipue ꝑ indubitato habere Christū resurrexisse, q eius grã pœnas tolerat & cruciatus. configuratus morti eius. Hoc est, comparatus. Nam quēadmodum Christus pro vobis mortalibus ꝑpessus est mortē, sic ipse pro Christo vincula & carcerē tulerim. Nam ꝑsecutiones & mala quę patior, mortis huiusce præ se ferūt figuram. vnde vel eiusmodi passionibus Christiani nos reddimur. Vides quanta sit in pressurarꝫ tolerantia dignitas. si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. Quid igitur ô Paule? si nihil pœnarꝫ tulisses, nonne tibi resurgendum fuisset? Velim equidem resurrectionē hôc lo-
1.Thes.4 co eam intelligas, quæ & cum gloria sit futura, & in aerē subleuet. Sunt nanq; oēs resurrecturi, haud tñ in nube oēs subleuabuntur, sed in terris iudicis aduētum opperiētur. Sancti vero tollētur in aera, obuiam dño processuri. Intelliges aūt ex rerꝫ consequentia quod gestum est. Mortuus (inqt) est Christus, & ipse morior. Resurrexit ille summa cum gloria, studeo & ipse & maxime nitor, vt resurrectionē hanc consequar gloriosam. Attēde viri huius modestiam, q cum tam optime multa gessisset, fuissetq; supra cę-
2.Cor.12 los sublatus, q̃ si resurrectiōe hac indignum se iudicat, si q̃
1.Cor.10 modo inqt occurrã. Nondum eñ ait, confido. Tanta hu
1.Cor.9 ic humilitas inerat. q̃d & alibi dixit: Qui credit se stare, videat ne cadat. &, Ne forte aliis prædicãs, ipse reprobus efficiar. Non quod iam acceperim, aut iã perfectus sim. Dixerã si q̃ mõ occurrã, idipm itaq; affirmans, sic inquit: Eo nãq; subdubius sum, vtrum sim occursurus, quia nondū acceperim brauiū, nec finem adhuc sim optatum adeptus. Sequor autem si ꝛ comprehendã, in quo ꝛ comprehensus sum a Christo Jesu. Adhuc (inquit) in agone sum & decerto, adhuc inquam insector, si liceat forsitã mihi & brauiū & finē cõprehendere. Moxq; arguens ex debito se id agere, infert hmõi: Qm̃ & à Chr̃o

cōprehensus sum,hoc est,ipsum me, qui olim ex numero perditorꝝ existere,& eorꝝ quibus fuisset salutis spes omis sublata,insectatus est Chr̄s, cōprehēditq́ꝫ se fugiētem,& retraxit. Obstringor itaqꝫ & ipse tādiu hūc perseq,quoad cōprehensum detineā. Significantius aūt seqr dixit. Nam qui alium insectatur,vel chariora quæqꝫ præteriēs,nil aliud studet q̄ eum apprehendere,cuius grā iter accelerat. Debemus igit omni nisu,& sine interpellatione vlla ad Christum contendere. Fratres,ego me non arbitror cōprehendisse. Postq̄ plurimum Philippēses collaudauit, nunc cōpressurus quā de se præsumpserant forte opinionē,sic inquit:Ipse equidem,quem tanti facitis,& vester instructor sum,nequaq̄ existimo oēm mihi cōparasse virtutē. Quærat aliqs,cur alibi inquiat:Cursum consummaui:Id sane de eius fine ac morte prętendit. Vnū autem, quæ quidem retro sunt obliuiscens,ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum. Vnū(inquit) nunc molior,& circa vnicum illud enitor,vt semp proficiam. Præteritarꝝ vero virtutum nil reminiscor,nec memoria repeto benefacta,retrorsumq́ꝫ & post tergū illa relinquo,ita vt nullā decætero habeā recte factorꝝ recordationem. Sic enī persequor quæ anī me sunt,vt semp existimē hæc mihi ad perfectionē deesse. Et quousqꝫ tandē cœpta peregero,à cursu nunq̄ desistā. Extendens aūt,hoc est, priusquā ipse comprehendā,manib⁹ tenere quod cupio,studeo. Solent nanqꝫ & qui cursu contendunt,eos qui multa pernicitate mox prouehunt,à medio curriculo sic intercipere,vt proni & manibus protentis retrahant quos cursu nequeūt præterire. Quod vtiqꝫ ex summa quadā fit progrediendi cupiditate. Ad destinatū persequor ad brauiū supnæ vocationis dei in Christo Iesu. Haudquaq̄(inquit)temere curro,sed ad metā cursum intendo. Verꝝ quam metā vel brauium dicit?vocationis certe supnæ palmā,incorruptibilis.s.& cælestis. Est nanqꝫ in terris certamen propositū,cuius in præmiū cælestis corona ser-

2.Tim.4

uatur. Solent nanque & seculi huius imperatores, certatores hmõi maioribus quibusdã honoribus prosequi: qppe quos de loco superiori, voce p̄conis adscitos coronãt. Vt aũt Christi ope fieri vniuersa demonstret, sine q̃ nec perfici cursus queat, in Christo Iesu inquit. i. eius opitulatione & adiumẽto. **Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus.** Quid illud? Vt præterita. s. obliuioni mãdemus. Decet nanque qui sit perfectionẽ adeptus, imperfectũ se ducere. Hæc eñ est vera illa p̄fectio, q̃ sibi minus confidit. **& si quid aliud sapitis, & hoc vobis deus reuelabit.** Hoc loco certiores hos reddit, deũ cunctis opitulari, perinde ac si dicat: Etsi putabitis recte oĩa peregisse, vobis tñ vel nescijs patefaciet deus quod fieri oporteat. Hęc aũt de vitæ perfectione sunt dicta, ac ne arbitremur perfectos nos esse. **Veruntñ ad quod p̄uenimus, vt idẽ sapiamus, & in eadẽ permaneamus regula.** Interea (inqt) quod ipi p̄ficimus, teneamus, concordiã scilicet, vel pacẽ, vel istiusmodi aliqd. Et in eadẽ regula permaneamus, hoc est, fide eadẽ, & hisdẽ terminis ambulemus. Et quemadmodum nec adijcit quidpiã nec adimit regula, ita & vos spiritus iussa nil immutetis. **Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulãt, sicut habetis formã nostrã.** Dixerat supra, Videte canes, abegitque Philippenses ab eis, nunc vero recta incedẽtibus copulat. Id eñ designat, cũ inquit, Obseruate, hoc ẽ, vobis prospicite, & veluti exemplar aliqd vetus & formã, hos ipsos qui recte incedũt attendite, & eorum ductu formamini. Vtque & me pro forma habetis, ita & illos vos obseruate. Neque eñ verbis dũtaxat hos instruebat, sed vitę melioris prouectu seipsum formã Paulus exhibebat. Est qppe perfecta doctrina, factis exeq̃ quod docemus. **Multi eñi ambulant, quos sæpe dicebã vobis, nunc aũt & flens dico.** Horum nullum noĩe patefacit, ne eos incessat, sed ita iã indicat, vt possint facile internosci, cũ ait, quos sæpe dicebam. Nunc vero, quia propagatum est ma

lum & passim diffusum, neque hos sine lachrymis possum commemorare. Vides quanta sit erga proximum huius affectio. Non enim is sua facinora deplorabat, quippe q ni hil commiserat, sed illos deflebat, qui per luxum & lasciuiam degerent vitam. inimicos crucis Christi. Erant nonnulli, qui Christianos se simularent, per otiumque & gestem & luxum ducerent vitam, nihil euangelio insudãtes. Hos vtique Paulus crucis inimicos appellat. quippe q̃ animam quærat, quæ sit ad mortem intentior, & ad obeunda pericula sitibunda. Hi vero solutiores cum essent, vitã agebant à sua longe alienã. Si enim crucis desiderio tenerentur, studerent quidem & ipsi vitam ducere, cruci hærẽtem, tormentisque & amaritudinis plenam. Nil itaque affici admiratione debemus, si hi qui dediti delicijs sint, & vitæ præsentis otio quietiori addicti, crucis sunt hostes, & Christo infensi. quorum deus venter est. Hunc enim vt deũ colunt, huic perpetuo obsequuntur & faciũt satis, affatim ingerũt quod ille exposcit. Hoc ingurgitato, prorumpũt in Venerem. De ventris hoc cultu, facit & alibi Apostolus mẽtionem, cum inquit: Edamus & bibamus, cras enim moriemur. & gloria in confusione eorum. Nonnulli de circuncisione dixisse hæc Paulum asserunt, quã Iudæi gloriæ ducerent, cum ignominiosa res esset, sed longe secus se habet. Nam istorum in delinquendo arguit pertinaciam, quos supra commemorauit. Esset enim (inquit) necesse, vt confusione & verecundia afficerentur, qui prauis adstricti sunt facinoribus, hi vero cõtra, gloriæ ducũt peccata. qui terrena sapiũt. Hi quidẽ pro deo ventrẽ sunt nacti, q spiritale nihil aut cæleste meditant. Nostra aũt conuersatio in cælis est, vnde etiã saluatorẽ expectamus dñm nostrũ Iesum Christũ. Debem' itaque q̃ cælestia sunt sentire & sape, & ad nr̃am superiorẽ patriã illã contendere, vbi nobis est versari & viuere constitutũ. Ibi nanque & dominus noster & imperator iã residet, vnde eundẽ ad nos descẽsurum paterna gloria & sanctis an

1.Cor.15.

gelis comitantibus expectamus. Debet itaq; vobis & cęlum esse formidini, & Christi persona. **qui reformabit corpus humilitatis nostræ.** Multa nunc patitur corpus. constringitur nanq; & vapulat, & infinitis est malis obnoxiũ, & ideo humilitatis corpus hoc dicit. Nam & corruptioni subiectũ est & doloribus. Hoc tñ transfigurabitur: hoc est, idipsum permanens, incorruptionẽ obducet. **cõfiguratum corpori claritatis suæ.** Cum igitur corpus humanũ psimile sit Christi corpori redditũ (nã & æq̃ patit mala, & tolerat cruciatus) futurũ est certe, vt illi & gloria fiat & claritate conforme. Nũ inquit, illius corporis fore corpus hoc nostrum assimile, quẽ angeli venerent, adorẽtq; ad patris dexterã assidentẽ, cuius & corpus gloria & claritate effulgeat, & adeo fore terreũ hoc corpusculum glorificandũ, vt diuinum illud splendore & maiestate exæquet? Ergo si orbis terrarũ vniuersus vna defleret eos, q tãta ex gloria dilabunt & excidunt, hauddubie merito deploraret. **secũdum operationẽ qua possit etiã subijcere sibi oĩa.** Q̃m rem sane magnã hic protulit, & multis pene incredibilẽ, sic inquit: nihil diffidas, habet nãq; deus virtutẽ, qua oĩa operat, & angelos sibi subiecit & dæmones. Cũ itaq; maiora hæc fecerit, longe magis & id q̃d minoris est, faciet. Multi deum hic dicunt & patrem sibi. i. Christo oĩa subdidisse, quod tñ consequens minus videt, cum nullã superius de patre fecerit mentionem. Rectius itaq; erit vt de Christo dictum intelligamus, vt qui pro diuinitatis potentia sibi subiecit, hoc est, corpori suo vniuersa. Neq; enim verẽdum est, vt Christum ex vno multiplicem faciamus, quem etsi in naturæ diuersitate, vnũ tamẽ nouimus & tenemus. Cap. IIII.

Itaq; fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudiũ & corona mea, sic state in dño charissimi. Itaq; & si hos debacchari pspicitis, luxuiq; & gloriæ esse addictos, vobis tñ præstandum est, vt stetis spe, certiores, habituros nos tandem hanc corporum gloriã, neq;

idcirco vllã in partem declinãdum. Vide q̃ varijs laudib⁹ hos prosequat: nam & fratres appellat, & charissimos dicit, desideratissimosq́, hoc est, aliqñ per me conquisitos, inuentos demũ & visos. Nec gaudio solum esse hos sibi, sed coronæ affirmat, q̃ nihil est gloriosius decertanti. Nõ eñ (inqt) possum non iucunditate expleri, cũ fidem contẽplor, & palmam prospicio, quã vr̃i gratia sum consecutus. Hos itaq; priusquã cõmonefaceret, laudauit, & cõmonefactis laudes ingessit & alias. Tãti hos Paulus faciebat. **Euodiã rogo & Syntychẽ deprecor idipsum sapere in domino, etiã rogo & te germane cõpar, adiuua illas.** Apparent hæ mihi fœminæ tanq̃ primates in Philippensiũ ecclesia extitisse. Cõmendat autẽ has miræ virtutis viro, q haru alteri vel vir erat, vel frater. For- Actu. 16.
sitan etiã carceris erat hic custos, quasi id inquiat: Nũc vere germanus est frater, nunc vir te proprium & coniunctissimum geres, si in opere dñi & iugũ parit traxeris, mulieribus hisce opẽ ferens. Nonnulli vero errore ducti, vxorem dicunt Paulum adhortari, quod tñ lõge est secus: q ppe quem neq; vxorẽ legimus habuisse. & germana coniunx dicere debuisset, si vxor illa fuisset. **quæ mecũ laborauerunt in euangelio, cũ Clemẽte & cæteris auditoribus meis.** Non eñ (inquit) minores euangelij partes tutãdas hæ desumpsere, tãetsi essent multi qui se iuuarent, eoq; infert, & mecũ laborant. Neq; eñ parum hi opis ecclesiæ tunc tpis tulerant, honores inter se deferendo, & subleuãdo labores. Nunc vero heu q̃ nos longe aliter gerimus, qui ad inuicẽ quod honoris est, quod famæ, subtrahimus, eoq; & à pristina illa & optima sumus ecclesia alieni. **quorũ nõia sunt in libro vitæ.** Vides q̃ntum mulieribus hisce inesse virtutis testificet, vt vel cęlo inscribi dignatæ sint. idipsum & Christus in euãgelio dixit, No- Lucæ. 10
mina vestra in cælis sunt scripta, hoc est, scientia dei & iudicio sunt cælo addicta. Contra vero, qui minus crediderint, in libro mortis inscripti sunt. **Gaudete in domino**

Matt. 5. semper. Cur ergo dñs inquit, Beati qui lugent? Quia id-
ipsum istiusmodi gaudium præfert, quod luctus. Nec gau
dete simpliciter dixit, sed in dño. Qui eñi in domino ma-
net, vel si torqueatur & laceretur, iucunditate semp afficí
tur. Reuertebantur eñi (inquit) gaudẽtes à concilio, quia
Actu. 5. digni sunt habiti pro Christo contumeliã pati. **iterũ di-
co gaudete.** Quia rerum ipsarũ natura, id est, pressuraɽ
& tentationum grauior est, iteratione hac vt oĩno gau
deant exhortatur. **Modestia vestra nota sit omni-
bus hominibus.** Tanq̃ id inquiat, Nõ solum erga hos
quos crucis dixeram inimicos, acerbiores vos nequaquã
præstabitis, sed benigne his velim vt cæteris & modeste
vtamini, vel si infensos vos habeant & auersentur. **Do-
minus prope est, nihil soliciti sitis.** Quin potius cõ-
miserari vos illos oportet, q̃ p delicias viuant & luxũ: nec
curæ habere illatas pressuras, sed æquo & patienti animo
ferre. Est nanq̃ in proximo dñs, hoc ẽ, iã iudicium immi-
net, quo quisq̃ sit mercedẽ promeritam accepturus: & il-
li sunt rationem mox reddituri, & pœnas luent: vos vero
in otio eritis & quiete perpetua. **sed in omni oratione
& obsecratione, cũ gratiaɽ actione petitiones ve
stræ innotescant apud deũ.** Accedit præterea q̃d ad
consolationem plurimum valeant, fusæ ad deũ precatio-
nes & gratiæ actæ. Nam quo iure in futuɽ quispiã benefi
cia postulabit, qui pro olim acceptis nihil præ se gratitu-
dinis tulerit? Sũt itaq̃ pro vniuersis quę nobis obtigerint,
siue prospera siue aduersa sint illa, grates deo agendę. Nã
orationes hmõi, quæ ex grato aĩo prodeunt, notiora faci
unt deo q̃ petimus. Sunt nanq̃ incognita, q̃ aliter postula
mus. **Et pax dei quæ exuperat oẽm sensum, custo-
diat corda vestra & intelligẽtias vestras in Chri-
sto Iesu.** Pax, id est, recõciliatio ipsa, quã cum humano
genere fecit, oẽm profecto excedit mentem, non solũ hu-
manam, sed angelicã insuper, perinde ac si dicat: Ita nos à
malis exemit deus, vt neq̃ comprehendi sensu id aliq̃ pos

sit, neq; cogitatu cōplecti. Quis em̄ vnq̄ futurū sperasset, vt nobis obuenirent tot bona, vt essemus cū deo, nostris flagitijs exasperato, in gratiam redituri, foreq; vt nos ille ita seruaret, vt quæ praua sunt, ne cognitione quidem attingeremus? Vel pacem dicit, quā dominus dixerat se nobis relinquere. Ea enim istiusmodi pax, mentem omnem excedit & cogitatum, quanto magis dei substantia comprehendi non poterit. In Christo autem Iesu custodiat inquit, hoc est, in Christo seruabit, & ita tutabitur, vt neque ant ab eo excidere, qui à pace hac seruabuntur. De cætero fratres, quæcunq; sunt vera. Hoc est, quę sunt virtute imbuta. Mendax em̄ deprehenditur cum sua voluptate nequitia. quæcunque pudica. Hæc quidē contra hos faciunt, qui terrena hæc sapiunt. quæcunque iusta. Contra eos quorū deus est venter. quæcūque amabilia. Hoc est, q̄ deo sunt & hominibus grata. Id autē eos commonefacit, vt neminē plane offendant. quæcunq; bonæ famæ, si qua virtus, & si qua laus. Vides quēadmodum hos velit vt vel corā hoībus bona prospiciāt. neq; illud simplicit, sed cū virtute. hæc cogitate. Cū per cogitationem praua facinora committantur, hæc (inqt) quæ dicta sunt, mente vos agitate. quæ & didicistis, & accepistis, & audistis. Quia longū fuisset repetere oīa, breuiter nunc & summatim, sic inquiens: vniuersa conclu dit: Quæcunq; vel didicistis, vel audistis, vel ex me prædicāte accepistis, in me hauddubie re ipsa conspexistis & factis. Id em̄ dictum à multis est vsurpatū, Optima quidē est institutio & doctrina, vt seipsum quispiā in exemplū ꝓponat spectandum. Hæc facite. Non solū (inquit) vt dictum est, cogitatione & dictis nitamini, sed ope & actionibus. & deus pacis erit vobiscū. Hoc est, in tranquillo futuri estis. nam si per virtutem videlicet pacifice cū deo & hominibus nosipsi gesserimus. (Eram enim inquit cū his qui me oderunt, pacificus) aderit hic vobis profecto. Nā si se fugientes insequit̄, quo pacto non erit petentibus

Iohan. 14

se affuturus? Gauisus sum aũt in domino vehemẽter, qm̃ aliquãdo refloruistis pro me sentire. Nequaq̃ sum (inq̃t) gaudio ipse tali affectus, q̃li vel mundus, vel p̃sens hæc vita solet afferre, sed ea q̃ in dño constat iucunditate. Neq; q aipse conquieuisse, sed quia vos profecisse intelligebã, magnopere sum lætatus. Vehemẽt vero eo subiecit, quia in eorũ id omne fiebat vtilitatẽ. Tacite aũt & hos arguit p̃teriti tp̃is negligentiæ, perinde acsi ad continuã largitionem cõmonefaciat. Id tñ adumbrãs reticet, nec apertius explicat. Tandẽ vero aliq̃n cum dicit, tẽporis diuturnitatẽ prætendit, quasi longo post tempore resipuissent. Refloruistis autem, ex arborum metaphora traxit, quæ etsi plerunq; exaruisse sint visæ, pullulãt tamẽ & reflorescunt. tanq̃ id inquiat: Vos quidem florentes cũ essetis, vestra egentibus largiendo, & quæ recta sunt operando, aridiores estis tãdem effecti, quia eleemosynas impartiri desieratis. Refloruistis tamen nunc demum, quia pristinam & optimam illam donandi repetistis consuetudinem. Fit itaq;, vt in eorum vituperationem id cedat, ita & laudem. Neq; enim parui debet existimari, refloruisse tãdem, qui semel aruerit. Sed ne quis forsitan hos arbitretur vel cæteris item in rebus imprudentius se gessisse, adiecit, Pro me sentire. hoc est, in mei cura suscipienda, & necessitatibus meis satisfaciendo. Quærendum vero, cur qui ita

Actu. 20. inquit: Beatius est dare quã accipere. & ad Corinthios, Bo

1. Cor. 9. num est mihi potius mori, q̃ vt gloriam meam quis euacuet, nunc oblata accepisse deprehenditur? Non temere id factitabat Apostolus. Nam à Corinthijs quicq̃ accipere abstinebat, ne infensos haberet falsos apostolos. qui et si clam ab his multa exigerent, gratis se Christi euangeliũ apud hos prædicare dissimulabant, vt in quo (inquit) gloriam habent, deprehendantur vt ego. Neq; enim frustra dixit, euacuabit gloria mea, sed in regione Achaiæ. quan-

2. Cor. 11. doquidem (inquit) & alias ecclesias expoliaui. Ex quadã itaq; dispensatione tunc temporis ne quid acciperet, ca-

uebat Ap̃lus, vt cæteris scilicet esset exẽplo, & præcipue falsis ap̃lis. Hic vero amabiles nact⁹ & desideratissimos largitores, q̃s ꝓculdubio offendisset, si coꝝ dona repudiasset, alioqui istiusmodi donoꝝ susceptio largientibus cõferebat. q̃ppe q̃ ex largitionib⁹ hisce plus ipsi vtilitatꝫ asse quebant, q̃ q̃ illas acciperent. Dicere aũt, beatius esse alijs contulisse q̃ accepisse, non munerationem interdicit pro præstita opera, sed comparationẽ q̃dam q̃d è duobus sit potius, patefacit. Nec ꝑterea q̃a cæteris metallis auꝝ præstantius sit, eo ꝓhibemur argẽto potiri. Cæteꝝ de exercitatione ibidẽ & præstanda opera differit, & ita vt sic fieri necesse sit. Nã si vel vinculis præpedito, vel ægritudine affecto, operãdi intercipiatͥ occasio, q̃d illi agendum? Num ab his quæ offerunͥ tunc abstinẽdum, vt fame sit pereundum? Minime. **ſicut & ſentiebatis.** Hoc est, vt cordi qui dẽ me habebatis, ita suscepistis & curam, & menti erat necessitatibus meis ꝓspicere. Id nanq; vobis est non insuetũ, vt mei curã geratꝫ. **Occupati autem eratis.** Neq; eñ vestræ id negligentiæ, sed necessitati est adscribendũ, q̃ intermissio aliq̃ vestri in me & in cæteris beneficij facta sit. **Non quaſi propter penuriam dico.** Nõ eñ eo vos culpo, quia in reꝝ sim penuria constitutus, & vti quę mea sunt cogitẽ. **Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens eé.** Ex longa (inquit) exercitatione & consuetudine didici paucis vti, & minimis rebus esse cõtentus. Vides quẽadmodum factu difficile sit, vt ea quæ satis esse videntur, afferãt cuiq̃ iucunditatẽ, nisi qui sciat & inopiã pati, & in hm̃oi patientia sit diu' exercitus. **ſcio & humiliari et abundare.** Hoc est, & paucis vti noui, & inediam tolerare, & rursum affluere. Dicet aliquis, Quænã ista est virtus, vt abundare quis sciat, & famẽ perpeti? Ingens nimiꝝ. Nã lõge plures reꝝ luxuries agit præcipites, q̃ ipsa egestas, & ad multiplices animũ intẽdit cupiditates, & multo absurdiores. Veꝝ q̃ pacto hanc copiã callebat Ap̃lus? quia q̃d ille susceperat, impartiẽdo alijs cõsumebat. Neq; in nimia

rem abundātia gestiebat lætitia, sed æque se vt in satietate, ita & in egestate habebat. Neq; ex hac soluebat in luxū, aut ex illa opprimebat. **Ubiq; & in omnibus institutus sum.** Vbiq; hoc est, quis loco & tpe: & in oībus, hoc est, in qbusuis rebus, quæ accidere solent, experiētiam cepi. **& saturari, & esurire, & penuriam pati.** Israelitæ neq; famē tolerare didicerāt, qppe q eiusmodi in deū iactauerint, Non pōt deus mensam nobis parare, neq; cibo ex
Psal.77 plere. Comederūt nāq;, & ingurgitati sunt, & calcitrabāt. Paulus vero, & cæteri q Chr̄m viuendo imitabant, haud ita se gerebāt. Oñdit itaq; ex his, neq; mœrore se fuisse affectum, cum nihil sibi Philippēses cōferrent, neq; illis nūc conferentibus, vt fert mortalium animus, gaudere, sed ex eorū pfectu lætari magnopere. **Omnia possum in eo qui me confortat Christo.** Postq̄ animaduertit magna quædā de se prædicasse, haudquaq̄ (inqt) mea hęc virtute effeci, sed Christi, qui tm̄ mihi robur suppeditat. **Veruntamen benefecistis communicantes tribulationi meæ.** Dixerat se satis habere: verū ne Philippēses ab se offendant, pinde acsi aīo nō libenti ab his oblata exciperet, vel vt minus necessaria duceret quæ illi cōtulerant (solēt eñ offendi q bñficia cōferunt, cū aliqd asserētibus se nō egere contulerint) dicta hæc, sic inqens, moderat castigatq;: Veruntñ bñ fecistis, hoc est, vel si nil ipse indigeā, fuere tñ p vos quæ mihi dono transmissa sunt, grata. Aduerte prudent rem ipsam vt extollat, cū inqt, Tribulationi meæ cōicantes. Nā & pares sibi hos facit. tanq̄ inqat: Ipse eqdem patior, verū cū mei sit p vos cura suscepta, neq̄q̄ vos impares mihi in meo certamine deputaturus est deus. Ex supioribus aūt dictis, illorū in se pellexit beneuolentiam: Ex ijs vero præsentibus, eorundem incēdit in largiēdo & voluntatē, & roborat promptitudinē. **Scitis aūt & vos Philippenses, quod in principio euangelij, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati et**

accepti,nisi vos soli. Quia visus est hos supius aliquãtulũ incessisse,cũ diceret. Iã aliqñ tandẽ refloruistis,nunc se prudẽt excusat. Qđ aũt visus sum(inqens)vos offẽdisse, nõ vt à vobis qdpiã accipe vellẽ id egi, sed qa admodum sum vobis cõfisus,& occasionẽ vosipsi obtuleratis, vt qui omnium primi cœpistis necessaria mihi suppeditare. Vnde & ipse accepta fiducia obiurgasse vos videor, qui à vr̃a & pristina cõsuetudine desciueratis. Ingens sane hæc laus. Et qa in euãgelij ipsius primordijs,& cũ nõ mõ apud vos pmanenti necessaria mihi subministratis,sed etiam ex Macedonia abeũti,hoc est,vbi vr̃æ regiõis excessi cõfinia. Non eñ vlla ecclesia mihi dedit,inq̃t,sed nulla cõmunicauit:ea rõne,vt ꝓ carnalibus spiritalia capiens cõmutaret. quia & Thessalonicã semel & bis in vsum mihi misistis. In magnã hoc illis vel laudẽ cedit, ꝙ in metropoli residẽs Paulus & vrbe maiori, à minori & tãto studio aleret. In vsum aũt,necessarias dicit impẽsas,nõ eñ delicias deposcebat & luxũ. nõ quia quæro datũ, sed requiro fructũ abundantẽ in ratione vestra. Cũ humile qddã & tenue dicere videat,vbi quę in vsum sunt dixit,ne hi ex istiusmodi dictis forsitan supbirent,sic inqt: Haudq̃ q̃ hæc dixerim,qa vestra dona deposcã, sed vestri cõmodi gr̃a,vt fructũ vos referatis, q in vestra sit ratiõe, hoc est, q vobis conducat. Vides quemadmodũ & hi tribuendo, emolumenta non mediocria vendicabant. Habeo autem omnia & abundo. Qm̃ dixerat,nihil quęro,ne hos rursum ad id officij faciat segniores(nam qui beneficia cõferunt,quanto magis sapientiæ student,tanto etiam acrius ab his & gr̃as exigunt,q illa exceperint)habeo inqt, & abũdo,hoc est,ex his vestris in me recẽtibus bñficijs,non mõ quæ p vos antea desita sunt suppleuistis,sed abũde nimis largiti iã estis. Porro cũ habeo dicit, q̃si debitũ esse id aliquod arguit,q̃d habere se asserit,ne illi glorię ducerent, quia se beneficio affecissent. Contra vero & hos consolatur,& lętitiã affert,cum adstruit lõge hos plura q̃ tenerẽ-

tur dedisse. quippe qui ad abundantiam munera, non ad necessitatem sibi transmiserint. **Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis in odorē suauitatis, hostiam acceptam, placentem deo.** Vah, q̃ celsitudinis istorum munus euexit? Non enim ipse (inquit) per vos transmissa suscepi, sed pro me deus. Quocirca & si his ipse minus indigeam, haudquaq̃ vobis sit curæ. His nãq; & deus nil prorsus indiguit, accepit tñ & seruat. Suauitatis
Gene. 8 odorem cũ inquit, illud est in sacris literis imitatus, Odoratus est dñs odorem suauitatis. Vel eo dixit, vt eleemosynam arguat deo suauissimã esse. **Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundum diuitias suas in gloria in Christo Jesu.** Cum dixisset superius, & si occupati eratis, hoc est, & si vobis res familiaris esset angustior, opto tñ & precor, vt quæ satis sint habeat. Si enim hi philosophorum vitã duxissent, haudquaquã his corporea precaret. Sed cum hoĩes essent præsenti huic uitæ addicti, tenerenturq; & præsentium rerum cupiditate, desiderat his non abundantiam & nimium luxum, sed necessariarum copiam rerum, Impleat (inquiens) omnem necessitatem vestram, hoc est, vt nulla re egeatis, quam vita hæc exigit. Deinde ne videatur hos nimium ad rerum angustias cogere, secundũ diuitias suas subiecit, hoc ẽ, qui æque vobis & abũde potest necessaria impartiri, vt eius ad gloriam vti his bonis alliciat. In Christo autem Iesu, sic potest intelligi, videlicet hæc pater in Christo Iesu facturus est. i. illius intercessu. Vel etiam eam ad gloriam, quæ Christo defertur, adduci. **Deo autem et patri nostro gloria in secula seculorum, Amen.** Quia Christi gloriã dixit, arguit hoc loco eandem & patri communem esse. **Salutate om̃em sanctum in Christo Jesu.** Haud quaquam exiguum est beneuolentiæ argumentum per literas impartisse salutem. **Salutant vos qui mecum sunt fratres.** Aderant enim & Paulo ex vrbe oriũdi plerique, nil tñ idonei, vt ap̃latus munus susciperent. Solus tñ

Timotheus aderat ad rem tātam accommodus, quē vnanimem superius dixerat. Neq; hos quidē q secum essent, fratres dicere dedignať. Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de domo Cæsaris sunt. Hos etiam in fide obfirmat, oñdens vel imperatorẓ familiam, prædicatiōem hāc attigisse: vt q; si hi qui in regia diuersantur, cæteris rebus contemptis, Christū dñm sectarenť, quā to magis & hos, qui his essent longe inferiores, id facere obstringi & cogi significaret. Indicat prætcrea se apud hos Philippensium cōmemorasse virtutes. Nā alias nec salutē his impartirēt qui in regia essent, nisi Paulū audissent istoꝝ bñfacta laudibus extulisse. Gratia dñi nostri Iesu Christi cum spū vestro, Amen. Pro sua consuetudine Paulus in cōprecatione concludit epistolā, cōmonefacitq; Philippēses quicquid in se inesset viriutis, Chrī gratia assecutos se fuisse existimēt: neve ob id inani gloria efferanť, futuruꝝq; vt perpetuo Christi cum eis maneat gratia, si minus superbiāt. Velim itaq; omne virtutum genus in vobis succrescere. Et ea præcipue virtus, quā vestra impartiēdo exercetis, magis ac magis vt Christi munere augescat, sitq; largitio vestra hæc vobis, ꝑfectui, & nobis egētibus vel potius Christi gratia mala tolerantibus, suæ bonitatis liceat diuitijs frui, cui gloria sit & potestas, nunc & & in perpetuo & in seculoꝝ secula, Amen. *Supra. 2*

Missa est ex vrbe Roma per Epaphroditum.

ARGVMENTVM IN EPISTOLam ad Colossenses.

Colossenses non sunt Rhodii, ut quidam existimant, sed Asiani, sicut et Laodicenses, Præuenti fuerant a pseudapostolis. Nec ad hos accessit ipse Apostolus, sed et hos per epistolam corrigit. Audierant enim uerbum dei ab Archippo qui et ministerium in eos acceptit, Ergo Apostolus iam ligatus, scribit eis ab Epheso per Tychicū diaconum et Onesimum acolytum.

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES, Theophylacti prologus.

ETsi omnes Pauli epistolæ sanctimonia pollent, illæ tamen præcipue, quas ex carcere et uinculis transmitteb at. Nec secus q̃ uictor aliquis inter stragem ac cædes statuens trophęa, literas conscribit. Non enim nescius erat, permagni id esse, et ad gloriam sibi ualere quam plurimum, qui in istiusmodi pressuris et malis mirũ in modum gloriabatur. Nam et ad Philemenẽ scribens, genuisse se hũc in uiculis refert. Quod eo dixit, ne et ipsi dura et grauia reformidemus, sed ut in his tolerandis laudem conquiramus. Plerãq; autem istiusmodi ab eo in carcere sunt conscriptæ epistolę, cuiusmodi ad Ephesios sunt, et ad Philemonem, Timotheumq;, ac Colossenses. Præterea hanc uinctus conscripsit. Vt enim ad Romanos Hebræosq;, nõ ante conspectos scribebat, sic ad hos scribit, quos nondum uidisset. Enimuero apud hos erat Archippus, cuius curæ ut mihi uidetur fuerat ecclesia quædam demandata. Illud autem ad Colossenses ut scriberet eum induxit. Ab his nanq; prauum aliquod dogma erat nuper susceptum. Putabant nanq; nequaq̃ per filium, sed per angelos ad deum et patrem uiam patere, absurdum existimantes dei filium credere ultimis seculis aduenturũ, quãdoquidem in ueteri testamento angelorum cuncta ministerio gererentur. Serabant præterea et Iudaica pleraq; instituta, et gentium mores, dies cauendo & horas et escas: quæ omnia cum corrigenda essent, apostolum ut hanc epistolã scriberet implere.

Caput .I.

PAVLVS apostolus Iesu Christi per volũtatem dei. Initio statim & tacite Colossensium sustulit dogma, cum Christi se dicit, non angelorũ apl̃m: idq; dei arbitrio fieri, q̃ eius sit, non angelorũ apl̃us. Si ita q̃, p dei voluntate, apl̃atus hoc munere fungor, perspicuum sane vera me prædicare. At qualia hæc sunt quæ prædicas Paule? Nimirũ istiusmodi dixerim, quia per filium sumus ad patrem deducti, gentiliumq; & Iudaicis traditionibus liberati. ⁊ Timotheus frater. Ergo & Timotheus ipse cũ esset apl̃us, merito erat istorũ cognitiõi insinuandus. his qui sunt Colossis, sanctis ⁊ fidelibus fratribus

in Christo Jesu. Phrygiæ ciuitas Colossæ, quæ nũc Conæ dicunt, q̃d vtiq; potest, quia Conas has dicimus internosci, & Laodiceam habẽt propinquiorem. Verum vnde hanc estis sanctitatẽ adepti? Nõne ex baptismo in Christi morte iam instituto? Vnde fideles effecti? Nonne quia in Christum creditis, & per Christum tãta sunt vobis mysteria credita? Fideles itaq; nõ solum sumus ex fide Christi, sed quia à deo nobis sunt mysteria demãdata, quæ nec angeli ipsi cognorãt. Vnde & fratres nos redditi? num ex operibus & nostris officijs? Minime, sed in Christo. Cur ergo angelis, q̃ ad patrem dedicant ipsi, adscribitis? Gratia vobis & pax a deo patre nostro. Christi hoc loco nomẽ, & si illi sit nõ insuetum, nullũ adiecit, ne si cõfestim aperte illos impugnet, respuere cogat eius sermonem. Dicturi sunt nanq; qui spiritum paruifaciũt, vnde pat̃ est vester deus? nonne per spiritum patrem vobis esse hũc constat? Porro magna illa, & quæ omnem excedunt sensum, quis est elargitus? nonne spũs? Cur ergo hunc ipse imminuis? Gratias agimus deo & patri dñi nostri Jesu Christi semper pro vobis orantes. Christus noster & dominus, non qui seruiũt angeli. Eius aũt in nos beneuolentiam non solum gr̃as deo agẽdo, & pro his assidue deprecando Apostolus patefacit, sed etiam quia nos antea nunq̃ vidisset, menti haberet & cordi. audientes fidem vestram in Christo Jesu. Gratias (inq̃t) nos agimus, quia per Epaphram nobis renũtiata fides est vestra, non quæ in angelis constet, sed quæ in Christo. Christi autem nominibus illos anticipat, quæ ꝑfecto in nos bñfica sunt. Christus, q̃a ꝓ nobis est vnctus, & Iesus ẽ dictus, q̃a & populum à pc̃tis saluauit. & dilectionem quam habetis in sanctos. Nõ eam dixerim, qua in hũc illũmve estis affecti beneuolentia, sed qua in omnes & nosipsos. Quo fit, vt æquo me & libenti animo sitis audituri. Sunt tamen hæc captãtis beneuolentiã verba. Videt̃ autem mihi, quemadmodum alibi, dilectionem hoc loco ꝓ eleemo Matth. 1

syna & bonorum communicatiōe præsentium posuisse. propter spem quæ reposita ē vobis in cælis. Colite (inquit) fratres non humanarū spe rerū, sed futurorū bonorū expectatione. Vel eo gratias agimus, quia hæreditatem estis immortalitatis vos habituri. Neq; bona huiusmodi seruant̄ in terris vt corrumpantur, sed in cælis condunt̄. Ibi nanq; certa sunt & stabilia hæc bona futura. Nihil ergo de spe hac ambigendum, quæ in tuto seruat̄. Hæc autem ad eos intendit, qui tentationibus affligant̄, ne vllum in hac vita otium quærant, neve cum tentant̄ succumbant. Sunt eñ viriliṫ obsistendo ingentem habituri mercedem. quam audistis in verbo veritatis euangelij. Non eñ prædicationis dixit, sed euāgelij, vt his dei cōmemoret bñficia. Euangelium nāq; de rebus optimis disserit. Quod cum sermo sit veritatis, nil in eo inest mendacij. Cur igiṫ vos quasi mendacij illud arguitis? quia minus creditis vt estis ab eo instructi, per Christum videlicet dari ad salutem ingressum. Epaphras aūt erat, vt ex sequentibus liquet, qui Colossensibus euangelium prædicabat. quod peruenit ad vos, sicut et vniuerso mundo. Non secus ac animatam rem aliquam ad vos dixit euangelium peruenisse. Et qm̄ plerięq; tunc maxime confirmāntur, cum alios habent qui secum sentiant, & vniuerso mūdo adiecit. Est nanq; euangelium id quaq; diffusum, & pstat vbiq;, & firmum est. ⁊ fructificat, ⁊ crescit. Fructificat quidem operibus, crescit ex credētium cōtinua multitudine ad fidem admissa. Non eñ fructum deferret, nisi robore accepto, & viribus q̄tidie inualesceret. Et arbores cū altioribus radicibꝰ obfirmant̄, fructus pducūt huberrimos. sicut in vobis. Anticipat vt superius fecit, hos laudibus, perinde ac suis erroribus obduratos, tanq̄ id inquiat, Si vt omnibus, ita & vobis prædicatum est euangeliū, cur aliṫ q̄ acceperint, inṫ vos sentiunt multi? ex ea die qua audistis ⁊ cognouistis gratiam dei in veritate, Fructificat (inquit) in vobis euangelium, & augeṫ vel

ex ea die, qua gratia vobis innotuit. Quō? Non per fallacias & commentitia verba, sed in veritate, hoc est, signis & operibus admirandis. sicut didicistis ab Epaphra. Sic (inquit) gratiā re ipsa nouistis, vti vos Epaphras edocuit. neq; enī aliter hic q̄ gestæ res sunt, prædicauit. charissimo conseruo nostro. Viri huius integerrimam fidē ex his patefacit, perinde acsi dicat: Neq; enī hūc ipse amore prosequerer, nec conseruum equidem appellarem, nisi vera prædicando instrueret. qui est fidelis. Hoc est, veridicus. minister pro vobis Christi Iesu, Nostri vicem supplendo, quę Christi sunt ille ministrat. Nam q; ad Paulum se hic contulisset, & eundē esset in vinculis cōsolatus, & significasset quæ apud Colossenses tunc gererentur, Christi hauddubie ministerium præferebat. Si itaque Christi minister est Epaphras, & recte omnia prędicauit, quo pacto ipsi asseritis per angelos ad patrē traduci mortales? Qui & manifestauit nobis dilectionē vestrā in spū. Hoc est, spiritalem qua estis erga me affecti beneuolentiam. Hic nanq; firmior est & stabilis amor, q spiritu constat. Reliquum vero beneuolentiæ genus, siue natura fit illud, vt patris in liberos, siue ex amicitia & animorum coniunctione, quale esse inter amicos solet, instabile est & infirmū. Ideo & nos ex qua die audiuimus fidem vestrā & charitatem, non cessamus pro vobis orantes. Quid illud? Id sane, quia ab ea vsq; die qua vestram cum fidem, tum charitatem agnouimus, & de futuris vt optima vobis spes esset, pro vobis oramus, nec ad vnum duosve dies vsq; hæc audiuimus. Aperit præterea suam erga illos beneuolentiā, ac tacite arguit, vel se p his deprecante, nondum tñ hos ipsos prorsus à prauis erroribus vendicasse. Attende aūt vt multum sit & assiduis precibus innitendum, quando & Paulus orans, & si nihil pficeret, haud tamen orando desistat. & postulātes vt impleamini agnitione voluntatis eius. Neq; imperfectos ex his, neq; perfectos omnino hos arguit. Non enim

vt accipiatis,inquit,sed vt impleamini,tanquã id inqat:
Dixerim equidem vos aliquid iam assecutos,sed nõ õme
quod necessarium est.Illud nanq;, q sitis ad deũ deducti,
nil ignoratis:q vero filij id sit intercessu effectũ, vobis cũ
desit,lateatq;,precor suppleri.Id nãq; vult deus,idq; illi be
neplacitũ fuit,vt filium pro vobis, non angelos traderet.
Agnitionẽ aũt,scientiæ additionem intellige. in omni sa-
pientia & intellectu spiritali. Cũ à philosophis circun
uenti grauiter hi fallerent,velim vos(inquit)in spũs sapiẽ
tia,non hoim doctrina,verum dogma perdiscere,quorũ
nũc erroribus irretiti,scire vos aliquid existimatis. Quod
si vel dei voluntas spiritalẽ hanc exigit sapientiã,qd de his
inquiet aliquis,qui diuinã substantiã exteriori hac & hu-
mana sapientia tenere se iactant? vt ambuletis digne
deo. Precor(inqt)vt perdiscatis p vnigenitum vobis fu-
isse salutẽ paratã,vt vos ambuletis,hoc est,vt officiose &
cum virtute,vitæ huius curricula transigatis.Nam qui deĩ
didicerit benignitatẽ,& quod filium p nobis tradiderit, q̃
pacto nõ debet omni studio niti, vt virtuti insudet, suãq;
& ipse crucem attollat? Ambulatio eñ(vt dictũ est supra)
vitam & conuersationẽ prætendit. Vbiq; Paulus cũ fide &
vitã coniungit. Vel igit,neq; id dũtaxat precibus ipse de-
poscã,vt spũs imbuamini disciplina, sed vt opere hanc &
optimis actionibus pferatis. Nam qui recte habuerit no
tionem,si recta minus exequitur,pœnas luet. Aduerte au
tem quemadmodum vt per ambulationem,vitam semp
hic exprimat,arguens vt nobis necessarius est ipse inces-
sus,q pedibus scilicet eatur,sic & optimum viuendi mo-
dum maxime profuturũ. per omnia placẽtes,in omni
opere bono. Velim (inquit) ita viuatis,vt deo placeant
semper quę geritis,quod fieri haudquaq̃ aliter poterit, ni
si ea quæ bona sunt operemini. Vbi eñ inerũt benefacta,
ibidem quod deo & gratum sit inuenitur. Aduerte autẽ
quemadmodum in omni sapientia, rectisq; operibus &
deo placentibus, & in omni animi magnitudine, omium

summam reponat, arguens aliquid eos iã adeptos eẽ virtutis, nondum tamen ad perfectionem venisse, foreq́ necessarium, vt quod perfectum sit assequantur. fructificãtes & crescentes in scientia dei. Quemadmodũ (inquit) maiorem estis q̃ vestri progenitores dei notionem adepti, sic etiam viuendo debetis pro vestri sensus & cognitionis mensura succrescere, & in dei scientia fructũ afferre. Nam vt dei quis cognitione dignetur, & hũc in modum filius dei efficiatur, quanta virtute est opus? Vel q̃a necesse est, vt in bonis operibus fructificetis, & deus erit per vos cognoscẽdus, non ea cognitione qua modo hũc cognouistis. Quid enim bene acta proderit vita, si deum hunc ignoratis? Attende præterea vt superius diuinã sciẽtiam dixerit fore admodum necessariam, vt secũdum deũ incedendi dignitas seruaretur, nunc rursus eandem bonis operibus auctam exigat, vt simul & dei quis habeat rectiore cum vita cognitionem. Alterutrum enim se inuicem roborant. in omni virtute confortati. Precamur (inquit) vt impleamini, & omni sitis stabiliti virtute. Verum quamobrem? Vt aduersus tentationes persecutionesq́ ipsas, sitis validiores, ne in his vel animus hebetior sit, vel desperet. secũdum potentiã claritatis eius. Vt tales vobis (inquit) vires sufficiant, quales vt conferat par est, inexplicabiles scilicet & infinitas. Alioqui vt à mortali excipi queant. His autem dictis hos admodum consolatur. Neq́ enim vires dixit, sed quæ longe præstent potẽtiam, haud secus ac si diceret: Vbiq́ illius gloria dominatur. Ne quaquã igitur vos duris & asperis in rebus remollescite, (fortitudinem enim accepistis & robur) vt ęquum est, his vires suppeditate, qui deo inseruiunt, cuius tanta sit potestas & gloria. in omni patientia & longanimitate. Fortiores quidem in omni patientia, vt alienis & exteris obsistatis, effecti longanimes, vt vos inuicẽ toleretis. Vtitur enim tunc animi quis magnitudine, cum eos tulerit, quos licuisset vlcisci, sustinet autem quos nequeat vin-

dicare:eoq̃; & in deum nulla cadit penitus tolerantia, sed longanimitas quędam, vt qui cũ perdere queat, patitur tamen & sustinet: quia longanimis in oẽs pseuerat. Vt itaq; breui id dictum concludã, id sentit Apostolus: Orãdo id ipsi exposcimus, vt perfectiorẽ possitis dogmatũ percipere cognitionẽ. Neq; in humana aliq̃ sapientia, sed spiritali, & vitã virtute præditã, asseq̃mini, vt tentationibus constantius occurratis, robore accepto, q̃le (vt ęquũ est) à deo conceditur, alienos vt patientius toleretis, & in fratres lõganimitate vtamini. **cũ gaudio gratias agẽtes deo patri.** Cũ esset eos obiurgaturus, vt qui dogma aliq̃d induxissent à recto admodum alienũ, mitiori vtitur oratione, ne præ odio hos videatur arguere. Orditur itaq; inq̃ens: Etsi varia vobis sum cõprecatus, vt semp antea consueui, nil certe id vel maleuolentiã præfert, vel odiũ. Subdit itaq;: Et libenẽ gratias ago ꝓ collatis à deo p̃teritis in vos beneficijs. Quo fit, vt non ex odio vos ipse incusem, sed ex beneuolentia & charitate. Vellem tñ perpetuis mihi liceret efferre vos laudibus, sed necessario ad increpationes descendo. Hunc ipsum & ad Corinthios seruat dicẽdi modũ. Tacite aũt de vnigenito sermonem aggreditur. Libens itaq; meaꝝ hæc gratiarum actio, bonorũ magnitudinem præfert, quã olim vobis pepereratis. Hęc aũt vobis non angeli qui subditi sunt, sed id filius dñs contulit. Verum cur dixit, gratias ago vel gaudens? Quia possunt & gratiæ in tristitia agi, quales & Iob illius fuere, qui dolens gratias egit, dicens: Dñs dedit, dñs abstulit. Si eñ ab eo dolorem quis auferat, & laudem tollat necesse est, si ex tanta iactura, vt stupens & insensibilis nullo mœrore affectus, tulisset præ se patientiã, quin potius mordebat̃ hic quidẽ doloribus, nil tamẽ feriebatur. **qui dignos vos fecit.** Tanti (inquit) illius sunt munera, vt nõ modo opulentos reddiderit, sed & vires suffecerit, vt nihil immerito videamur ab eo opes has accepisse. Exempli gratia: Imperator aliquis tenui cuidã & fortunę sordidioris, prouin

Iob.1.

ciam credidit procurandam: contulit quidem huic digni tatem, nil tamen tanto magistratu dignum effecit, ꝓ merito vt dignitatem hanc gubernaret, quo fit, vt tantus illi delatus honos ridiculum sæpe præstiterit. Deus vero & nos honore prouexit, eosdemq́ꝫ ad promerēdum idoneos fecit. Geminatur itaqꝫ honor cum ad munus accedat collata sufficientia. **in partem sortis sanctoꝝ.** Hoc ē, vt inter sanctos diuersaremur constituit. Nec simpliciter adeo, sed ijsdem vt frueremur nos bonis concessit: quod cum sortē dicit, ostēdit. Potest eñ & quispiā eadē in vrbe ciuis institui, haud tñ cum cęteris partem sortiri. Et cōtra, eadem in sorte constare, non tamen æquā habere cū cæteris portionem. Tanq̄ id dicat, In eadē sumus omnes ecclesiæ sorte, sed partibꝰ diuersis potimur: hic vero nos & sortis eiusdem & portionis dignos effecit. Sortem autē vbiqꝫ appellat, vt ostendat quemadmodum sors nulla obueniat humana solertia, sed casu quodā, & fortuna potius terminetur. Ita & nos nullo nostro vel officio, vel virtute cęlesti dignamur imperio, sed dei munere quodcunqꝫ ē boni, ad nos defertur. Propterea dominus inquit, Dicite q̄m inutiles serui sumus, fecimus quod facere debebamus. **in lumine.** Præsenti scilicet & futuro, hoc est, scientia. Nā reuelatis nobis mysterijs, & lumen viuētibus præbuit, vt futuro in seculo fulgentiorem lucē elargiretur. **qui eripuit nos de potestate tenebraꝝ.** Neqꝫ enim solum magni, id est, faciendum, ꝙ cælesti nos donauit imperio, sed etiam quia in tenebris antea diuersantibus claritatem ingessit. Non eñ æquum id beneficium fuerit, quod indifferenter in indignos pariter & dignos cōfertur, vt idem ad Romanos in epistola disserit, inquiens: Vix enim pro iusto quis mortem subiret. Itaqꝫ qui sub tenebrarū sunt potestate, hoc est, qui diaboli circumuentionibus & tyrannide subijciuntur. Nec tenebras simpliciter dixit, sed tenebrarum sub potestate: quippe cum dæmon vobis dominaretur, & sui iuris fecisset. Est enim graue existimandum

Lucæ .17

Roma. 5.

illi subesse, nedum eius potestati addici, quod sane grauius est. Nec præterea eduxit intulit, sed eripuit, ostendens seruorum in morte, in ærumnis nos antea & calamitate fuisse. **& transtulit in regnum filij dilectionis suæ.** Præstans sane id fuit, quod nos exemit è tenebris: illud tamen præstantius, quod in regnum induxit. Nec frustra inuexit, sed vt cum filio suæ dilectionis, hoc est, cum filio suo dilecto, cælesti imperio potiremur, qui sibi antea essemus infensi, & in
2.Tim.2. tenebris versabamur, quod item & alibi dicit: Si sustinemus, & simul regnabimus. Nec transposuit inquit, sed transtulit, vt non id omne transferri ascribat, sed arguat nos etiam aliquid ad eam rem contulisse. Ostendit præterea cum transtulit inquit, diuinæ potentiæ ad omne opus facilitatem, quod ita nos transferat, quemadmodum solent milites suos præfecti de loco ad locum ductare. **in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum.** Si enim nec redempti essemus, nec remissa nobis praua fuissent facinora, haudquaquam translati ad cæleste imperium fuissemus. Christus ergo præuius fuit, vt tanto hoc munere à patre nos donaremur. nec quidem solutionem dixit, sed redemptionem, hoc est, perfecte nos ipse redemit, ita vt nec relapsuri amplius simus, nec mortem tanquam delicto obnoxij subituri. Cum itaque vos filius ipse redemerit, & ad patrem deduxerit, cur angelos ipsos adstruitis id muneris fungi, non autem, cum in quo dicit, de filio dicere: **qui est imago dei inuisibilis.** Et naturæ ipsius reuerentiam, & dignitatis quod filio insit magnitudinem, exponit hoc loco, imago inquiens dei est. Si dei imago, ergo à patre nil immutatus est filius, vel imagine ipsa alienus effectus. Neque enim paternæ habes procerritatis mensuram, vt afferre queas quanto sit interuallo filius patre minor effectus. Nam si esset dei imago humanæ mensuræ, quam pro corporum angustia vel amplitudine ipsa metimur, liceret forsitan tibi dicere, formatam effectamque imaginem ad priorem aliquam formam nihil attingere. Sed cum imago hæc, & deus sit, & dei vt filius, persimilis erit ei

quæ in deo est & patre effigies. Et inuisibilis, ideo. s. quia
videri non potest. Apud nos autem, quia hominum arte
quæ fallitur sæpe effinguntur imagines, habere nequeunt
conformitatem, vt persimiles sint: In deum vero nihil isti
usmodi cadit, eoq; certior est filio & vera cum patre simi-
litudo. Quod si nequaquã esset patri persimilis filius, qd
impedit quo minus nec angeli ipsi veram dei imaginem
præferant? Sunt nanq; & hi inuisibiles, haud tamẽ dei esse
imaginem adstruuntur. Quinetiam sacrarum literarũ sub
tilis & perspicax contemplatio, hominem quidem imagi- Gen. 1.
nem dei appellat, & filium dicit, angelos vero nequaquã.
quia angelicæ naturæ celsitudo, celerrime ad impietatem
auditores impelleretur, existimantes cum deo parem an-
gelum dignitate. In homine vero vilitas ipsa, & humilita
tis præsumpta opinio, certiores nos facit, vt nihil huiusmo
di suspicemur. Intellige igitur ex his filium dei esse imagi-
nem & inuisibilem. Cum itaq; constet imaginem esse, ab
angelis ipsis secernitur, qui & si inuisibiles, non tamẽ ima-
gines esse dicũtur. Quod autem inuisibilis, à mortalibus
ipsis seiungitur, qui etsi imagines sint, non tamẽ videri nõ
possunt. Restat ergo, vt solus filius imago sit dei, & illi p-
similis. Quod si adhuc institerint Arriani, asserantq; mi-
nus esse imaginem priori formæ substantia parem, audi-
ant scripturã dicentẽ, Seth Adæ præfert imaginem, si Adę Gene. 5
imago Seth, ergo & illi consubstantialis habebit. Perspi-
cuũ itaq; est, quæ hoĩm sunt artificio confictæ imagines,
absimiles esse substantia: quæ vero natura, omĩno esse cõ
formes substantia, & æquales. **primogenitus omnis creaturæ.** Cũ filiũ dixisset inuisibilis præferre imaginẽ,
mox oĩs & creaturæ subiecit. Huc prodeunt Arrianorum
molitiones. Cum enĩ inquit, anteq̃ cætera crearentur, fili-
us dicitur generatus. Primus ergo creatorum omnium fi
lius. Non enim qui prior est cõditus, sed primogenitus di
xit, nisi forte huic vel germanos attuleris, vt ranas, & lapi
des, & huiusmodi alia, fecerisq; hunc eadem cũ cęteris vel

abiectioribus constare substantia. Nã qui primo est genitus, æquã erat cum his sortitus substantiã, qs genitura ꝑcesserit, quę blasphemia in vestra velim recidat capita. Est plane impium, istiusmodi aliquid de incõparabili illa creatoris maiestate cogitare, ne dicã asserere. Vel aliter: Non em̃ in sacris literis primogenitus dicitur, qui alios habeat
Matt. 1. post se generatos, sed simpliciter q̃ prior est ortus. Sic em̃ & dei parens Maria virgo, secundum carnem hunc peperit primum, qui nullos haberet post se germanos, ex vtero virginali productos, & hunc in modũ primogenitus ẽ appellatus. Sic etiã & ex patre primogenitus, nõ aliorum respectu q̃ condita sunt, vt hæretici sentiunt, sed absolute secundũ supernam illã creationem, patris est primogenitus. Quid igitur sibi vult Paulus? Nimirũ vt Colossensiũ confutet & refellat opinionẽ, vt nõ existiment vnigenitũ angelis esse recentius procreatũ, tãetsi maiores illi & veteres patres, per hos ad deũ deducerent, cum in præsenti filio sit id officij demandatũ. Vult aũt illud Paulus demonstrare, anteq̃ aliquid crearetur, filium esse. Esse aũt, qa genit⁹. Ergo & angelis prior, & ita vt eos creauerit. Fit itaq;, vt quod antea angelorũ fuerat in veteri testamento ministerium, nũc filij sit. Aduerte Apostoli prudentiã, ne filiũ audiens quispiã ante oĩa creata constare, existimet eundẽ carere principio, edocet & patrẽ habere, & ab eo esse ꝓgenitum. quandoquidem cum ipse, tum reliq̃ constet à deo prodisse. Alioqui hunc patefacit à cæteris lõge differre, siq̃dem à patre hic ortum ducat, vt filius. Illa vero tanquã creata per eundem sint filium condita, quod clarius in sequẽtibus aperit. **quoniam in ipso condita sunt vniuersa, in cælis & in terra.** In ipso, hoc ẽ, per ipsum, vt idem deinceps monstrabit. Atqui quod ambiguum erat, quod cælestia scilicet condidisset, plus expressit. Si itaque angeli per ipsum sunt conditi, quo ergo pacto priores hi erunt? **visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates.** Omissa ac-

curatiori de visibilib⁹ disputatione, vtpote de qbus nil fit ambigendũ,de visibilibus ipsis,de qbus dubitatio potest animum plerunq; subire,particulatim nunc differit. Neq; eñ & alia cælorũ ornamenta sigillatim exposuit,qñ à p̃stantioribus minora ,ptendat. Inuisibilia siq̃dem dici & angeli ipsi,& archangeli põt,& immortales hoĩm animi. Quo fit,vt per angelos, & reliquos cæli ornat⁹ designet. **Omnia per ipsum & in ipso creata sunt.** Ecce quod superius in ipso dixerat, nunc dicit per ipsum, quemadmodum & Iohãnes euangelista, Oĩa per ip̃m facta sunt, dixit. Omnia vero cum inquit,nequaquã est & sp̃m sanctum complexus. Neq; eñ est ex oĩbus vnus,sed absolute vnus est sp̃us,sicuti & vnus est deus,& dñs vnus. Quæcũq; igit̃ facta sunt,per ip̃m sunt condita. Proinde ne hũc ministrum forte aliquem putes,& in ipso inquit,hoc est, in eo pendent vniuersa. Nec solum hæc ipse creauit,sed eadem hæc continet,& ita,vt si ab eius hæc ,puidentia abducant̃,pereant ,ptinus necesse sit. **& ipse ante omnes, et omnia in ipso constant.** Eadem sæpe versat & repetit, vt verborũ frequentia,tanq̃ crebris adactis vulneribus,radicitus exitiale dogma illud extirpet. Aduerte vt nõ ante omnia factus est dixerit,sed est ante oĩa,quod deo præcipue conuenit. Vbinam gentium est Paulus ille Samosateus,q asserit à Maria Christum duxisse principiũ,& in se tñ ipso,& tanquã in aliq̃ fundamento constare,esseq; hoc pacto creatis cæteris primogenitum,cum Ap̃lus nequaquã primogenitum hunc consubstantialem creatis esse affirmet,sed vniuersa in eo deferri,versariq;. **& ipse est caput corporis ecclesiæ.** Cum de dei filij dignitate dixisset, de eius benignitate & charitate nunc meminit: qñquidẽ cum adeo cunctis præstaret, q̃ creauit & condidit vniuersa,terrenis tñ se & humilibus hisce coniunxit. Neq; ecclesiæ complementum dixit,sed corpus,vt summam eius quã nobiscum habeat coniunctionem,demonstret,vtq; & carnem eiusdẽ,q̃ & nostra constat, substantiæ ceperit, Iohan.I

non e cælo. Ecclesiam aũt ꝓ vniuerso fidelium cõuentu hic capit, perinde acsi dicat, vel in ipso scd̃m carnem ortu, ante oẽs tanq̃ caput est genitus. **qui est principium, primogenitus ex mortuis.** Principiũ (inq̃t) resurrectiõis est ille, q̃a prim⁹ oĩm resurrexit. Et q̃a dolores mortis dissoluit, merito primogenitus dicit̃. Habet nanq̃, q̃a primitias præfert, q̃ se subsequant̃. Est eñ necesse eũ q̃ primiti-
Leuit. 23 as ꝑferat, nonnulloꝝ habere primatũ. Vtq̃, ꝓ vno manipulo aliq̃ ꝓ primitijs debito, messi vel reliquæ benedicit̃, sic ipsi per eum ad vnũ oẽs sanctitatẽ sum⁹ adepti: & corpore vno dñi resurgẽte, natura oĩs humana vt à mortuis excitaret̃, dignata est. **vt sit in omnibus ipse primatũ tenens.** In oĩbus quæ circa eum nos contemplamur. Nã ante omnia à patre est genitus, & primus est oĩm, vt ecclesię caput, surrexitq̃ quã cæteri prior, quia tanq̃ his qui primitiæ sint, immortalitatem donauit. Nam & si nonnullos dixeris ante hunc à mortuis excitatos, q̃s ipsemet excitabat, iterato tñ mortui sunt, hic vero ita ab inferis resurrexit, vt nil vltra sit mortem perpessus. Attende aũt quemadmodum hoc loco dictus est primogenitus, tanq̃ mortuoꝝ primitiæ fuerit. Nam regeneratio eadem est: ibi nãq̃ non prę̃fert creationis primitias, & si primogenitus sit. Non eñ est essentiæ modus: is q̃ppe genitus est, illa vero creata. **Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare.** Plenitudinẽ diuinitat; videlicet, quã filius scilicet ꝑferebat. Et verbum placuit ibi inhabitare, nõ operatione & actu, sed substantia. Nec vllã habet aliã quã afferat rei huiusce rõnem & causam, præter dei bene placitum & voluntatẽ. **& per eum reconciliari oĩa in ipso.** Per eum, hoc est, ipse suapte opa hanc nobis peperit salutẽ. Veꝝ ne forte existimes ministri hunc cepisse conditionẽ, in ipso inq̃t, hoc est, ipsemet hoĩes sibi conciliauit. Et alibi idipm cum diceret, deo conciliauit. Erunt ergo hoc pacto quæ patris sunt, cõmunia filio. Neq̃ conciliari dixit, sed reconciliari, hoc est, debitum reddere quod

antea debebat. Vel quia adeo esset eiusmodi absoluta reconciliatio, vt nullę essent in posterum humano gñi cum eo inimicitiæ. Nec quidem solũ reconciliatio est psoluta, qn & recõciliationis modus est redditus, hoc est, ad id filij occisio maxime valuit. pacificans per sanguinem crucis eius. Per reconciliationẽ quidẽ, inimicitias præfert: per pacẽ aũt, bellum. Nos eñ deo & hostes eramus, & prę lium aduersum se per nos gerebat. Magna quidẽ reconciliationis est vis, maius tamen per ipsum & eius sanguinẽ, per crucem insuper, fide mortis cum patre in gratiam homines redisse. Neq; enim oratorum more in nobis conciliãdis verbis est vsus, quin ipm se tradidit. Neq; crucem duntaxat dixit, sed eius adiecit, ne patibulum q̃duis existimes aliquid per se virium nactum. non eñ id salutem parauit, sed eius patibulum, id est, mors, in quo ipse pependerit. siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Quæ in terris sunt, merito possunt dici conciliata: quandoquidẽ singuli secum ipsi homines dissentirẽt, & alios impugnarẽt, & vitæ ipsi angelicæ aduersarent: cælestia vero quo pacto? Erat nimirum ingens inter terram & cælum dissidium, & angeli aduersus homines depugnabant (quippe qui eorum dominum spectassent iniurijs & contumeliis affectum, & morte demum) eo quòd ad inferendos hominibus cruciatus dimittebantur, vt Sodomitis constat hos contulisse, & Dauid in gemitus valle Iudæis. Fi- Gene.19
lius itaque, homine in cælo sublato, qui se vt hostis an- 3.Reg.24
tea oppugnasset, angelo iussit in terris apparere, fideli- Actu.1
bus singulis incinentes, vt se sequerentur. Videtur autem 2.Cor.12
& Paulum in cælum eo fuisse arreptum, vt perspicuum esset & homines in cælo versari, quo & filius fuerat assumptus. Bifariam itaque sunt res istæ terrestres pacatæ, & qa cum cælestibus pace vtãtur, & quia secum metipsæ in gratiam rediere. In cælis vero simplex quędam est pacatio facta, angelis recta suadẽtibus pro tantorum hominũ comparata salute mira iucunditate affectis. q̃ ergo pacto affe-

ritis p angelos ad patrem traduci mortales, q tm̃ ab hoc officio abfuere, vt nobis sint aduersarii? & ni oppugnarit, & ni Iesus nos sibi conciliasset, nil pace hac frueremur. **Et vos cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis.** Dixerat supra sub tenebrarum nos potestate fuisse, nunc vero sensu asserit inimicos. non tñ id vt itidem exprimat, sed ne putes necesse sic fore, vt q in tenebris versabamur, vel deo esse infensos, & sensu adiunxit, vt arguat plane, & si immeritos, reconciliatione tñ nos hac fuisse dignatos. Qui em̃ non vltro malis afficitur, misericordiam ꝑmeret: qui vero sponte in medijs se malis ingesserit, odio erit & maleuolentia dignus. Nos itaq; (inqt) nequaq̃ ille inuitos aut compulsos, sed voluntarios & vltro ab se abeuntes habet, arguens inimicitiam huiusmodi omnem, non à cælestibus, sed à nobisipsis sumpsisse initium. Erat nanq; vel vobis nolentibus ad id quidem ꝓcliuior dei & angelorũ volũtas. Propterea non infensos simpliciť dixit, sed alienatos, hoc ẽ, neq; ad pœnitẽtiã reditum opperientes. quippe qui hostes sensu (hoc est, voluntate) eratis. Neq; hucusq; ꝓuectum est malum, qn & in operibus malis. i. re ipsa & factis inimicitias exercebatis. Ex his itaq; oĩbus arguit, nec angelos quidem quiuisse quæ recta sunt nobis persuadere, neq; à diaboli eximere potestate: tum quia & hostes eramus, & q nos cõprehensos tenebat, nondum esset reuinctus, sed Chr̃us ꝑualidum aduersarium illum constrinxit, & ab eo vt deficeremus, enixius ꝑsuasit. **nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem.** Rursum reconciliationis modum inducit, quæ eius in corpore sit effecta. Quomodo? Num quia flagellatus duntaxat sit, aut manu & alapa faciem ictus? Minime, sed quia morte affectus turpissima sit. Exhibete vos sanctos & humiliatos & irreꝑhensibiles corã se. Aliud rursum bñficij genus exponit, cuius & superius meminit, cũ dixit: Qui sufficientes vos fecit, idipsum nunc repetit, inqens: Non em̃ vos solum à pc̃tis exemit,

quin & sanctitate donauit. Nec mediocri, sed quæ astare corã se possit, effecitq́ue vt sine labe sitis, & culpa vacetis: & ita, vt q̃d geri iã per vos queat, nihil sit reliquum. **Si tñ permanetis in fide.** Cum omne q̃d filij est officium explicasset, vtpote qui per mortẽ hæc oĩa confecisset, ne forte sic inqant: Ergo nihil nobis erit elaborandum, qnimo inquit necesse est, vt in fide sitis cõstantiores, ne vel reddamini segniores, & in priora facinora relabamini. **Fundati & stabiles & immobiles a spe euangelij.** Qm̃ põt & in fide persisti, labando tñ plerunq́ue, nec moderati quicq̃ nec pensi haberi, fundati adiecit & stabiles, hoc est, haudquaq̃ nutantes. Nec id mõ, qn & immobiles. Nihil (ait) q̃d graue sit à vobis deposco, nisi vt nemo vos à Christo seiũgat. In eo nanq́ue spes oĩs euangelij sita est, & cunctis erit in ipso sperãdum, qui euãgelium excepere, vt qui vniuersa pacauerit. Quo fit vt qui angelis ipsis conciliationem hãc forte adscripserit, à Christo dimotus sit necesse est. Em̃uero fieri nõ potest, qn à virtute vel paululũ desciscat, in fide aũt potest aliqs nõ immutari: Itaq́ue neq́ue q̃d graue toleratu sit exigit. **quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura quæ sub cælo est.** Hos ipsos in testes, pducit, deinceps orbem terrarũ vniuersum. Neq́ue q̃d prædicaĩ dixit, sed q̃d prędicatum est, hoc est, q̃d creditum est & acceptum. Ignominia itaq́ue cum & vosipsos, tum & alios hoĩes mox affeceritis, si alit̃ q̃ prædicatum sit, creditis. **cuius factus sum ego Paulus minister.** Vel id plurimum cõfert, vt digna euangelio fides adhibeaĩ, cuius præconium susceperat Paulus. Erat nãq́ue eius adeo nomen q̃q́ue diffusum & celebre, vt fama orbem puaderet. Ministrum aũt cum se euãgelij vocat, magis eos vt pareant cogit. Neq́ue em̃ quę mea sunt prædico inqt, sed alteri subministro, deo scilicet. Quocirca & vos dictis meis fidem præbete. **Nunc gaudeo in passionibus meis pro vobis.** Videtur id dictum minus superiorib[9] rñdere, cum maxime congruat. Cũ em̃ dixisset euãgelij se ministrum

effectũ, à quo ne illi exciderẽt precaret, oñdit verax adeo illud esse & certius, vt ꝓ eo pati se fateat, sic inquiens: Nõ solum patior, sed etiã lętor perpetiẽdo. Quem aũt patior, uestri etiam causa tolero, vt per tolerantiam vobis hmõi queam ꝓdesse. **ꝛ adimpleo ea quæ desunt passionũ Christi in carne mea.** Insolentibus videñ & desperantibus hæc dicta, alioqui ingẽti sunt in Christum charitate referta. Vult eñ Colossensibus ꝑsuadere, adhuc ꝓ ipsis filium pati, tanq̃ id inquiat: Non eñ per nosipsos apostolos, sed per filium ad deũ vos deducemini, tãetsi nostro videat fieri hoc interuẽtu. Quocirca q̃dnam facinus per vos atrox admittit, vt ab eo deficiatis, qui vel eius post obitũ, idem vestri ob grãm patiamur. Quod autẽ dicit, tale est: Si eñ esset ꝓ vobis Christus pœnas luere obligatus, abiretq́; nõ debitum redditurus, ipse ego id omne persoluerẽ. Nec secus se hic habet Apostolus, q̃ faceret miles quispiã præfecti loco relictus, lõgius & peregre ꝓficiscentis. Qui instãtibus inimicis, vicem absentiſ gerẽs, creditam sibi phalangem pugnãdo acrius & tuẽdo, & principis locum seruet, & vulnera principi debita, ipse vltro excipiat. Ideo aũt quæ desunt dixit, vt arguat tantã Christi fuisse in nos charitatem, vt nec debitum om̃e persoluisse se credat. Et tanqua nec satis sint quæ antea tulerit, sed post mortẽ etiã nostri gratia patiat. Et in meo corpore, hoc est, in mei corporis passione. Neq; eñ morte duntaxat sua contẽtus, quin & infinitis nitit modis, vt facere satis nobis pro eius desiderio queat. Nequaquã igit hæc, se vt efferat Paulus dicit, sed Christum vt arguat adhuc Colossensibus ipsis ꝑspicere, & cæteris simul, qui eius fidem exceperint. **pro corpore eius quod est ecclesia.** Cum diceret, & si ipse patior, Christi tamen huiusmodi, non meæ sunt passiones, suis dictis auget fidem, aitq́; ꝓ corpore eius hæc fiunt. Non itaq; iactantis esse sermonem hunc ducite, sed eius qui nihil adsciscere sibi & copulare ecclesiam dedignetur. Credite igit adhuc illũ in mea hac carne ꝓ ecclesia pati. Quod

si Christi corpus ecclesia præ se fert, & illi est proculdubio iuncta, cur angelos in medium ipsi producitis, & vnitatẽ hmõi intercidistis? **cuius sum factus ego minister.** Ostendit hic se, & si hmõi ministerio fungit, nil tamẽ ex se confecisse. Quod si ipse (inqt) minister sum, cur angelos inducitis? **secundum dispensationem dei quæ data est mihi in vobis, vt impleam verbum dei.** Dispensationem dei, vel ideo dicit, qa post eius assumptionẽ nos ad euãgelium prędicandum reliquit, ne vos abs se derelicti, in desperationẽ aliquã veniretis. Vel illud infert, videlicet: Propterea ille oĩm maxime vt ecclesiam antehac insectarer permisit, vt postmodum fides prædicãti mihi maior adhiberet. Vel qa non opera ipse aut virtutes quæsiuit, sed fidẽ duntaxat & baptismum, q̃d sane summa quædã est dispẽsatio. Nam quis vnquã fuisset salutẽ adeptus, si opera ipsa deposcerent? Vel dei dispẽsationem dicit simplicit, quæ in eos fuerit sibi concessa qui ex gẽtibus essent, gratiam dei & sufficientiam, quibus donasset se deus, vt gentes illuminaret. Nam obtenebratis vel insensatis, vel pertinacibus ipsis, suadere vt verum dogma admitterẽt, haud sane Pauli virium erat, sed dispensationis diuinæ. Quemadmodũ enim in se passiones Christi eẽ ostendit, sic dei affirmat officium esse, vt in his impleat quod per se prædicatur. Cũ verò implere dicit, arguit aliquid illis deesse. Intelliges autem hoc loco per dei dispensationem, ministerium ipsum significari, cuius scilicet (inquit) capaces estis effecti. Deus nanq; cum vniuersa dispensatione quadam efficiat, vel id præcipue per dispẽsationem effecit, vt in præsenti potius ministerium panderet, cum futurum eẽt vt illud exciperẽt homines. Nugaces itaq; hi deprehẽduntur & vani, qui ideo vidẽtur offendi, quia in postremis tẽporibus Christus filius asseratur nos oblaturus. **mysterium quod absconditum fuit a seculis & generationibus.** Differẽs qbus simus ipsi bonis dignati, aliud qddã maius oñdit, qđ neq; ex priori seculo qspiã, q

nos ætate multa præcedat, hæc ipsa didicerit. Et mysterium dicit, q̃d nulli esset nisi deo præcognitũ. Nec simplicit̃ occultatũ, sed absconditũ dixit, vt q̃d in dei arcanis reconderet̃. A seculis aũt, hoc est, abusq; initio. **nunc aũt manifestũ est sanctis eius.** Hæc sane diuina est dispensatio, quia recens fit illud manifestũ. Neq; factũ est dixit, sed manifestum. alioq; neq; in pñtia cunctis est palam id factum, sed eius sanctis. Quo fit, vt illud adhuc alijs prædicet̃. Cauendum itaq;, ne vos illi seducãt, q̃ mysterij huius sunt & dispẽsationis ignari. **quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramẽti huius in gẽtibus.** Ne forsan id roges, cur solis hoc sanctis, nec cæteris patefactum mysterium sit, quibus voluit, statim subiecit. Illius aũt velle nec temere fit, nec ratiõe caret. Poterat tamẽ dignis, nõ sanctis dicere. Quod eo fecit, vt cum grãæ se obnoxios scirẽt, humiles potius pstent, q̃ si merito id se assecutos viderẽt, gl'iæ ducerẽt. Et vt magis rei ipsius exprimat magnitudinẽ, neq̃ q̃ simplicit̃ dixit mysterij gloriam

Roma.15. significasse, sed gloriæ opulẽtiam, q̃d mysterium præcipue gentibus cognitũ est, sicuti & alibi dicit, gentes aũt in misericordia. Videt̃ aũt & in alijs deus extolli, sed in his maxime, q̃ lapides insensibilitate excedũt, cũ lapides ipsos adorant, & reptãtia colunt, q̃s vtiq; p sua clemẽtia ad fidem vocauit. Nec secus cum gentibus agit, q̃ faceret quispiam q̃ cane arrepto, rabie efferato, scabieq; & plagis pene immobili, eundem mox hoĩem reddat, & in humanã traducat effigiem, statuatq; in regio throno, plus sane esset ea ex re gloriæ vendicaturus, q̃ si in hoĩe modicis facultatibus, & nõ penitus ærumnoso: Mirũ id facinus ederet. Recte aũt huius mysterij dixit: sunt nanq; & mysteria alia pleraq;, hoc tñ & præcipuũ & verius est, quod nulli est cognitum, & præt̃ hoĩm opinionẽ videt̃, vt gentes scilicet ad se Chr̃us asciuerit. **quod est Christus vobis spes gloriæ.** Interpretando q̃d illud mysteriũ sit, Chr̃m dicit hoc esse, vel Christi cognitionẽ, quę vobis inest. Q̃d sane cum

hore vel laude explicat, vt magis eos alliciat, pinde acsi dicat: Si Christus inesse vobis iã constat, cur ipsi angelos beneficos dicitis? Est aũt & gloriæ spes, quia per ipsum speramus gloriã consequi sempiternã. Vel quia spes nostra sit Chr̃s, qui gl̃ia præstans sit, & cuius nil pudere nos possit. quẽ nos annuntiamus. Nos, inquit, non angeli, hunc prædicamus: Quo ergo pacto vos angelos habetis ministros? corripientes oẽm hoiem & docentes in om̃i sapientia. Non em̃ ipsi aut iubẽdo aut cogendo quenq̃ instruimus (id nanq; diuinæ est bonitatis & rectitudinis) ne quẽ inuitum & violenter ad fidẽ ducamus, sed monitis & doctrina. Aduerte quemadmodũ castigare & commonefacere, factis sit & operibus alios admonere: docere vero, diuinis duntaxat decretis eniti. in omni sapientia, Quis em̃ valeat alios tãta hæc edocere, quanta opus ẽ sapientia? Est aũt sapientia quædã, quæ in sacris literis constet, quædã quæ meditando etiã comparatur, quædã quæ vel à gentibus ipsis petatur, quemadmodum apud Athenienses Apostolus de ara incognito deo dicata disseruit. vt exhibeamus omnem hoiem perfectũ in Christo Iesu. Quid illud, omnem hominem? Ita quidẽ id nitor, vniuersos mortales reddere perfectiores. Quod si minus succedat, nil mihi offecerit. Perfectum aũt nõ in lege dicit, seu in angelis, sed in Christo Iesu: hoc est, in Chr̃i cognitione. Non em̃ lex ipsa perfecta est. in quo & laboro certando. Laboro dixisse haud cõtentus, & certãdo adiunxit, vt & vigilantiam præferat, & abstinentiam quandam acerrimam, & reliqua se seruasse ostendat, quibus solent certaturi studere. Si itaq; ipse, vt bona vobis contingant, operam & laborem impendo, quanto magis & ipsi tantundem debetis & laboris insumere, vt certãdo victoriam referatis? secundum operationem eius quam operatur in me in virtute. Cum laborem cepisse se diceret, arguit vtriq; hunc ipsum esse diuinum. nam illi (inqt) qui id laboris ad tolerandum mihi sufficit vires, sic placi-

Act.17

Hebr. 7.

tum est. Quemadmodũ & in principio dixit, per volũtatem dei. Ostendit præterea multis se impugnari. Nũc nãq; dei virtus patebit, cum plurimi fuerint qui mihi obsistãt.

Caput .II.

Volo enĩ vos scire qualẽ solicitudinem habeam pro vobis, & pro his qui sunt Laodiceæ, & quicunq; non viderunt faciẽ meã in carne. Cũ sit de dogmate iã dissertúrus, plurimã eius in Colossenses aperit bñuolentiã, vt apud hos gratiã inear, & acceptior sit. Nã eo (inqt) decerto, vt & vos tuear, & ne eos obturbet, perinde ac vt imbecilli & aliena indigeant ope. Et Laodicenses adiecit, & alios q eius non viderint faciẽ in carne, arguẽs illos frequẽt in spũ sese spectasse diuinitus, quẽ in carne (hoc ẽ, corporaliter) nunq̃ vidissent. vt consolẽtur corda ipsorũ instructi in charitate. Iã tandem dogma aggredit, & ita, vt neq; illud prorsus incuset, neq; omnino calumnia liberet. Eo nanq; (inqt) decerto, vt corda vr̃a admodũ consolẽtur, & in charitate cõueniatis, hoc est, vt vnã ad fidẽ cõcordes sitis & iuncti, & vnũ oẽs vt sentiatis. Non necessitate & vi, sed charitate & vltro. Id vero hæresum gr̃a protulit, q̃ dissidia pariunt. & in oẽs diuitias plenitudinis intellectus. Hoc ẽ, vt nulla in re vestra hæsitẽt corda, & vt in oĩbus intellectus, hoc est, mysterij ipsius cognitio abũde certior sit. neq; enĩ ad diuitias simplicit dixit, sed ad oẽs. Nec me (inqt) id latet perceptũ esse per vos sensu & mente mysteriũ, sed illud duntaxat nunc quæro, vt de hac vestra cognitione & sensu hubertim certior fiã. Vel quia sapiẽter velim vt mysterium id teneatis, non insensate & temere. in agnitionem mysterij dei & patris Christi Iesu. Quod illud ẽ dei mysteriũ? Nimirũ vt filij ductu, non angelorũ, patrem nos adeamus. in quo sunt oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hic solus certã habet rerũ omniũ cognitionẽ. Si itaq; solus hic sapiẽs, qa oĩm gnarus, ergo ad sapientiã debet illi adscribi, qa postremis, non primis

tpibus venerit. Cũ aũt thesauros dicit, sapientiæ magnitudinem exprimit: cũ vero oĩs, nil asserit illi esse incognitum: absconditi demum cũ intulit, eundẽ prætendit & solũ cunctorũ habere cognitionẽ. Est itaq; (inq̃t) ab eo sapiẽtia & scientia efflagitanda. **Hoc autẽ dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonis**. Idcirco eñ id dixerim, q̃a vniuersa soli Christo & notiora sunt & apta, vt nemo vos verborũ lenocinio & sublimitate, ornatu scilicet & comitate & elegantia quadã dicendi decipiat. Quid eñ si afferat quispiã quæ ad persuadendũ plurimũ valeãt, ipse vero sit om̃ium prorsus (id est, veritatis) ignarus? Id sane nihil est aliud, nisi captiunculis quibusdã & sophismatib⁹ niti. **Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum**. Vt aũt orationis cõtextũ hic sectaretur, dicẽdum itaq; fuisset: Etsi carne absum vel corpore, spiritu tamen deceptores hosce conspicio. sed in laudem diuertit sermonem, sic inquiẽs: **gaudens & vidẽs ordinem vestrum & firmamentum eius, quæ in Christo est, fidei vestræ**. Hoc est, optimam fore institutionem hanc vestram, nihil diffido: quippe qui non modo ab instituto suscepto nil excidistis, sed nec vestrũ quispiã ordinem hunc pturbauit, aut cõfudit. Fidei vestrę firmamentum, hoc est, obfirmatã vestrã & immobilẽ fidẽ, tãq̃ instructa acies aliqua sit, q̃ ab his seruaretur ordo & institutio charitate mutua omnia obfirmãte, nec vlla inter hos essent dissidia. Quinetiã fides ipsa per se velut firmamentum aliquod est, quę prauos prohibeat cogitatus subire, qui dissensiones pariant nutabundis & varijs. **Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum nostrũ**. Nihil (inquit) alienum ingerimus, quodcunq; eñ accepistis, illud exigimus, Christum. s. Iesum & dominũ, non angelos, q̃s non prædicauimus. **in ipso ambulate**. Ipse nanq; est via quæ ductat ad patrem, nolite angelorũ *Iohan.14* occeptum id iter incedere: hoc enim non eo traducit. **radicati**, Hoc est, constanti gradu persteteris. Neque

ẽm nunc Christo fuerit,nunc angelis inhærendũ.nam q̃d semel validis & altioribus fundatũ fuerit radicibus, trãsferri non poterit.ꝛ superædificati in ipso. Ostẽdit eos quidem fuisse collapsos,eoq; fore sup Christi fundamento instaurandos.ꝛ confirmati in fide. Hoc est,firmiter deum per fidẽ complexi,non captionibus vel suasibili vlla oratione.Aedificiũ nanq; & structura, si sint fundamẽtis imposita,q̃ oneri sustinendo minus sint firma,fallũt quidem & collabuntur.sicut ꝛ didicistis,abundãtes in illo in gratiaꝝ actione. Iterato hoc sicut apponit,vt etsi aliud nihil effecerit,pudere tñ hos cogat,vt vel sui met eos saltem verecundia teneat, q̃ & didicissent quod sequi deberent.Cum aũt,sicut & didicistis inquit,tanq̃ pro fundamento disciplinã subiecit.Abundãtes vero,pro iniecta fundamentis mole.Non itaq; eoꝝ transcendendus est dogmatũ limes,quoꝝ ipsi acceperitis formam,sed proficiendum in his potius erit & gloriandum. Affatim præterea & gratias esse fidelibus nobis deo agendas ostendit,q; tãtæ nos gratiæ dignos effecerit. Nec nostro id esse profectui adscribẽdum,q; ea simus dignati.Videte ne quis vos decipiat per philosophiã ꝛ inanem fallaciã. Hoc est,cauete per philosophiæ nomen vos quispiã fallat,quod q̃a celebre est & vulgatius,& apud hoĩes huius summa sit autoritas,facile decipit,tanq̃ id dicat: Hi enim qui vos circunueniunt,philosophia nituntur.Quæ cũ honestatis plurimum præ se ferre videt̃,& inanem fallaciam adiecit.Est præterea aliud quoddã decipiendi genus, rectius tamen,nec fraudulentũ,de quo Isaias meminit:Decepisti me dñe,&deceptus sum.cuiusmodi etiã vr̃ illud fuit,cũ visus & Iacob Isaac decepisse,q̃ deceptio nequaq̃ dicenda erit fallacia,sed dispensatio quædã.secundũ traditionem hominũ.Vides quemadmodum p varia humana quædã hominum sensa & cogitatus,captiones eiusmodi emanarint.Eoq; & hæreses dicuntur,quia hominũ sint varie sentientium opiniões. Sed Christianorum hæc

Ierem.4.
Gene.27

fides,nequaq̃ humano aliquo ſenſu vel iudicio cõſtat, & ideo nec nomen aliquod ſortita eſt iſtiuſmodi,vt hæreſis diceret. ſecundũ elementa mundi, ⁊ non ſecũdum Chriſtũ. Orditur tandem dierum & tempoꝝ obſeruationes refellere,mundi elemẽta ſolem & lunã appellans,q̃ bus dies videntur & tempora varia conditione conſtare. nec dierum dixit obſeruationem,ſed mundi elemẽta.Sic enim & orbem vniuerſum cõplectitur & recordatur, vt dierum hanc obſeruantiã magis ac magis inanẽ eſſe coarguat.Qđ ſi mundus ipſe omnis nihil fuerit,longe minoris erunt & elementa hæc faciẽda,& dies.Non ſecundum Chriſtum,id eſt,nequaq̃ pro Chriſti ſunt voluntate, quin potius vel ſi Chriſto partim eſſet inſeruiẽdum,partim his elementis,neq; hoc quidem pacto his eſſet obtemperandum,quæ vos in præſenti omnino à Chriſto ſeiunxerint. Iſtiuſmodi aũt obſeruationes,non gẽtilium mõ,ſed Iudęorum etiã ritibus cauebant̃.Fit itaq;,vt ex philoſophia illa,hæc à lege defluxerint. quia in ipſo inhabitat om̃is plenitudo diuinitatis corporaliter. Hoc eſt,quodcunq; deus eſt verbum,in ipſo habitat. Sed ne forte inhabitaſſe hunc audiens,exiſtimes habitando & operatũ eſſe, quemadmodum & prophetæ ſolebãt,in quibus deus inhabitabat,ſecundum quod ſcriptum eſt : Et inhabitabo in eis & inambulabo,corporaliter ſcilicet adiunxit:hoc ẽ, 2.Cor.6.
non operatiõe aliqua,ſed ſubſtantia,& tanq̃ corporatus & ſubſtantia vna exiſtens,cum carne aſſumpta. Vel põt hoc modo intelligi : videlicet tanq̃ in corpore cum inhabitat anima,corpore quidem hæc viuit ſubſtantialiter & inſeparabilit̃,ac ſine vlla admixtione. Anima t̃ñ ipſa corpore excedit,corpus dum morit̃:deus autem verbũ,nunq̃ à carne aſſumpta ſeiunctus eſt.Quin & in ſepulchro aderat illi,eandem'q; ipſe & incorruptã ſeruabat,ad inferos'q; deſcendens,cum carne hac erat.Siue igitur prędicans,ſiue cum incluſos inferni clauſtris & detẽtos iam ſolueret,iunctus erat diuinus cum corpore animus,vel tum etiã cum

voluntaria morte decessit. **& sitis in illo completi.** Nil (inquit) minus vos estis adepti, q̃ ille haberet. Quin & diuinitate vos estis oppleti. In illo, hoc est, per eius carnem assumptã. Nam cũ esset nostra natura deo coniuncta, & nos sumus diuinę illius effecti participes. Vbiq; Paulus nitit Christo nos facere propinquiores, sicuti & alibi: Congregauit nos inqt, & in consessum recepit in cælis, in Christo. Et alias item: Si sustinebimus inquit, & simul sumus regnaturi. Cohæredes ꝑterea & aliis in locis appellat. **qui ẽ caput oĩs principatus & potestatis.** Haudquaq̃ pinde consubstantialẽ hunc ponit, sed tanq̃ superiorem & causantẽ. Cur ergo (inqt) hoc ipso omisso, ad angelos cõfugistis, tanquã ad patrẽ adeũdum duces, quorum iste sit caput? His nanq; Apostolus dictis intersecat, dissoluitq; quã ceperant Colossenses de angelis opinionẽ. **In quo circuncisi estis circuncisione non manufacta.** Beneficium sane admirandũ inducit, cum estis inquit in Christo vos circũcisi. Neq; eñ mortali manu, sed spiritu sancto talis fit circuncisio. Nec partem aliquã, sed vniuersum hominẽ circuncidit. **in expoliatione corporis peccatorum carnis, in circuncisione Christi.** Ibi quidẽ pudendum illud virile circuncisione retegit, carneo illo velamine dẽpto: hic vero corpus hoc nostrũ omne expoliatur nudaturq;, qa peccata demuntur q̃ per carnem cõmittimus. Circuncisionem itaq; hmõi non lex ipsa prætẽdit, sed Christus, cum nos in baptismo, veteri vitæ & peccato obnoxios, & carni penitus deditos, denudet & spoliet. **cõsepulti ei in baptismo.** Quod circuncisionem hic dixerat, id nũc sepulchrum appellat, tanq̃ maius longe quã circuncisio sit, assecuturus. Neq; eñ illud abiiciebatur iã circuncisum, sed corruptum deperdebat. Qui igitur baptismo abluit, Christo contumulatur, quia tertio mergitur. (Quod vtiq; & dñm prẹfigurat triduo sepultũ fuisse) emoriturq;, quoad veterem hominem & peccatorẽ. **in quo & resurrexistis per fidẽ operationis dei, qui suscita**

Ephe. 2. 2. Tim. 2. Roma. 8. Roma. 6.

nit illũ a mortuis. Non solum (inqt) Christi sepulchrũ, quin & resurrectio ipsa p baptismum prætenditur. Quo mõ? Per fidem nimirũ. Nam cum fide certiori tenebimus suscitãdi deum habere hanc facultatem, nobisq́ eã ad rẽ argumẽto fuerit q Christum à mortuis excitarit, pfecto bifariam iam resurreximus: tum quia resurrectionem speramus, quam spe videmus, etsi futura sit illa, quã hac ipsa adepti sumus: tum quia procul à nobis per spiritum mortem eijcimus, quæ ex peccati operibus imminebat, q̃d clarius in sequentibus explicabit. **Et vos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, viuificauit cum illo.** Christus siquidem, inquit, cum corporalem mortem subijsset, à patre vitam recepit. Non qa mortem hanc ipse sibi suppeditandi facultate careret, sed quia ad patrem omnia referuntur. Quod autem seipsum suscitasse perspicuum fit, in triduum prædixit, templũ hoc suscitabo. Et alibi: Iterum inquit, prębuit se viuum post passionem suam. Vos vero qui scelerum mortem subijstis, & in præputio estis, hoc ẽ, magnum in modum quæ carnis sunt sapitis, quod sane vobis attulit mortem, ad vitã estis cum Christo redacti. Nã vt ille surrexit, sic ipsi qui spiritu estis à morte iã excitati, & corpore resurgetis. Basilius aũt mortem hanc ita interpretatur: Ob praua ẽm (inquit) facinora morti estis & condẽnationi adiudicati. **donãs vobis om̃ia delicta.** Quæ. s. mortem afferebant: tanquã id inquiat, aduertite quibus vos malis Christ' exemerit, quæ vobis merito debebant. **delens quod aduersus nos erat chirographũ decreti, quod erat cõtrariũ nobis.** Cũ illũ dixisset nobis peccata donasse, ne forsan existimes illa & permanere & patere adhuc pmisisse, nõ ita (inqt) se habet, sed hoc delictorum chirographum ille obliterauit. Chirographum vero vel confessionem ipsam intelligamus, vel eiusmodi aliqd, q̃ ille illud fuit, q̃d apud Moysen cõscripserat populus, asserens se quęcunq; deus mãdasset, facturũ, futurumq́ dicto audientem. Vel

Iohan. 2.
Actu. 1.
Exod. 19.

pactum dicit,quod deus cum Adã hunc in modum pepi-
Gene.2. gerat: Quacũq; die ex eo comederis,morte morieris. Hãc quidẽ diabolus pactiõem chirographi loco obseruabat, q̃ adeo nobis est aduersata,vt respirare nil fiuerit. Id itaq; Christus decreto abrasit.i.fide. neq; eñ id om̃e operibus vllis,sed fidei dogmate sublatũ est. **Et ipsum tulit de medio,affigens illud cruci.** Nec solum(inq̃t)deleuit,sed è medio sustulit,hoc ẽ,ne vspiã appareret chirographũ illud effecit. Nec nobis contulit,sed illud cruci affigens dilacerauit: quod proculdubio est libenti aĩo dimittentis indicium. Oẽs nãq; eramus peccato & pœnis obnoxij,cum ipse qui nil commisisset,tormentis & cruciatibus pro nobis affectus,in cruce nostra peccata dissoluit & pœnas,in eaq; & chirographum scidit. **Et expolians principatus et potestates.** Potestates dæmoniacas inquit: Vel q̃a his esset humana natura circunuallata,vel q̃a Chr̃s ipse homo effectus,humanitatem hanc tanq̃ occasionem habebat,qua posset cõprehendi. Hac occasiõe vbi se spoliauit, incõprehensibilibus hisce inuẽtus est potestatibus. Nam etsi naturã acceperat peccatis obnoxiã,hanc tñ sine peccato seruauit. Cæterũ id omne sic potes perdiscere. Eñuero diabolus ex duobus hisce,voluptate scilicet & tristitia,humanam naturam suæ ditioni subegerat. Vnde & dominus eandem hanc naturam suscepit,vt pro nobis ipse aduersus principatus huiusmodi & potestates obluctaret. Omitto quemadmodum initio statim post eius sanctissimam carnem assumptam, illas contriuerit. quandoquidem & sine voluptate conceptus sit,& sine mœstitia geni-
Matt.4. tus. At vbi & natus est, & ad virilem euasit ætatem, voluptatis illecebris pertentatus, & in monte à gulæ vitio, mox & diuitiarum appetentia,& gloriæ cupiditate, cum dæmon hunc præsens suadendo hæc esset aggressus, sic Christus pro nobis victoriam retulit. Deinceps tristitiæ morbo tentatus, cum artibus studeret tentator ille eundem inducere,vt proximo quoq; aduersaretur, cum illi

per scribas & pharisæos insidiaret, vel per hos ipsos, q̃s bñficiis affecisset, q̃d q̃dem exequi cũ nequisset, cruci tandem maiores artes molitus affixit. Christus vero nil adeo ad ea deflexit animum quæ aduersarius cuperet, vt etiã ꝓ se patibulo suffigentibus, sit patrem precatus. Sic igit̃ in cruce demum & principatus abs se ꝓcul abegit & ptãtes, vnde nos in libertatem, qui ab his eramus aduersariis circũuenti, tanq̃ naturæ eiusdem participãtes deniq; vendicauit. **traducit confidenter.** Hoc est, dæmonem ip̃m cõfudit. Neq; em̃ adeo vnq̃ ille confusus est. q̃ppe cum Christũ habere in sua ptãte opinaret̃, vel alios q̃s habebat amisit cõfident̃ & publice, hoc est, spectãtibus vniuersis. Em̃uero totis viribus si liceret, conaret̃ diabolus Christũ hominibus suadere mortem nõ obiisse. Id em̃ maxime hunc ip̃m peruicit ac perdidit, q̃ hõ qui innocens esset, & nil deliquisset, vltro subiisset mortem. Eoq; & hæreses innumeras, sectasq; hoĩm de rectioribus decretis praue sentientium, in posteꝝ excitauit, qui Chr̃m ꝑ imaginationem & ꝑ̃stigia quædã asseuerarent vita hac excessisse. Cui tã prauę opinioni vt occurreret dñs, perpeti mortẽ ꝑpalam voluit, resurgere vero nullis visentibus, quia resurrectioni testimonium esset tẽpus posteꝝ allaturꝝ: mortem vero testari, nisi præsentes, deinceps poterat nemo. **triumphans illos in seipso.** Hoc est, in cruce dæmones deuictos ostẽdit. Triumphus nanq; ei decernit̃, qui deuictis hostib⁹ cũ victoria remeans, pompam publice ducit, ostẽtans catenis constrictos q̃s vicerit. In cruce itaq; trophęũ statuens dñs, tanq̃ in publico aliq̃ theatro, q̃ maximus sit cum Romanoꝝ, tum gentilium & Iudæoꝝ concursus, de dæmonibus triumphauit. Si igit̃ non angeli ꝓ nobis, sed Chr̃us ipse mortuus est, q̃ pacto illud adstruitis, per angelos vos ipsos ad patrem deduci? **Nemo ergo vos iudicet in cibo & potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum.** Ad hunc vsq; locum subobscure, & in ænigmatis modũ id dixit, Nemo vos furtim seducat; nũc Lucæ.23

vero apertius,qñ quidem & bñficia explicauit. Quod huiusmodi iã estis bñficia nacti,cur vos minoribus & tã paruis obstringitis? Nolite ergo hoc ferre,vt quisq̃ in vos sententiã ferat, tanq̃ Iudaicæ obseruationis præuaricatores in cibis & potib⁹. Vel ex eo qdẽ hos laudat,quia Iudaicas illas & supuacaneas cautiones dissoluerint. In parte autẽ diei festi dixit,qa nõ oĩa obseruare hi auderent. nã etsi sabbata custodiebant,negligentius tñ,vtpote q Christianos ritus præcipue sectarent. Oñdit aũt & inanem fore obseruationẽ,quæ non integre custodiet,ex eoq; & obseruationis ipsius summam dissolui. Nã si factu id optimum videret,perfecte oĩa seruarent. **quæ sunt vmbra futurorum.** Noui testamenti dicit futura. Erãt eñ q̃ ad vetus illud & tũc tpis instans,futura, cuius veteris & tempus adesset. **corpus autem Christi. Nemo vos seducat.** Nonnulli corpus hoc aũt Christi dicunt,in eoq; & contextum terminant orationis,perinde acsi Paulus sentiat. Vetera qdem oĩa ꝓ vmbra sunt,corpus aũt Christi, Christi veritas est,qd ergo erit necesse,vmbrã corpore ipso præsente tenere? Alij vero in vnum contextũ hæc nectunt,vt ita intelligamus,Corpus aũt Christi,hoc est,nos qui Christi corpus sumus, nemo seducat, hoc est, palma emerita fraudet,q̃d Græci καταβραβευέτω dicunt,cum penes alium victoria fuerit,alius tñ surripiat brauium. Vos itaq; (inquit) diabolum deuicistis,& illi estis superiores effecti,cur ergo rursus vos ipsi pctõ subijcitis legem obseruãdo,quæ iustificare vos nequeat,& alioq quæ cõprehensos vos teneat,cum Christus ipse,nõ lex,victoriã tulerit, apud eũq; & palma sit necesse est,q̃ victor euasit,& apud vos q Christi corpus præfertis? Cur igit hanc palmam Christo & vobis iam debitam,legi defertis? Liquet eñ,si Iudaicos ritus suamus,& legem in dñam nos habituros,per eãq; & saluos fore ducamus necesse erit. Sed cum ea quæ legis sunt, pro vmbra habent,quæ vero Christi,pro corpore capiuntur(erat quidem prius vmbræ insuescẽdum) iure ergo po

ftremis temporibus carnem ille assumpsit, vt nos ad patrem traduceret. volens in humilitate & religióe angelorum, quæ non vidit inambulás. Cũ Colossensiũ animos perculisset, vt qui & fraudari hos & tentari dixisset, mox illud infert hæreticũ dogma, inqt́q; Volunt quidem vmbratili q̃dam & apparẽti humilitate vos & fraudando & tentãdo aggredi: Seductores em̃ hmõi indignũ esse dicebãt vnigeniti maiestate, vt eius vos ductu ad patrem cõcederetis, & maius qddam id esse, q̃ humana paruitas ferat. Vnde & ingunt: Rationi magis est consentaneum, angelos dicere hoc deducendi ministerio fungi, sic & angelorum hauddubie & cultũ inducebãt, & religionem ꝓfitebantur, suadebantq; minus peritis, vt illis intenderẽt, & ad patrẽ adeundum ducibus vterent̃, q̃ nobis attulissent salutem. Cũq; & angelos ignorarent, & quousq; illorum ꝓderetur officium, haud secus certiora de his adstruebant, ac illorum habuissent cognitiõem. frustra inflatus sensu carnis suæ, Frustra quisq̃ in dogmate & carnali magis q̃ spiritali mente effert̃. Quo em̃ pacto nõ carnosi cuiusdã & crassi fuerit ingenij Christi dicta enixe adeo improbare? Vt illud: Sic em̃ deus mundum dilexit, vt filium suũ tradiderit ꝓ hoĩbus. Et rursum: Et pro eis ego meip̃m deuoueo. Et animam meã pono ꝓ ouibus meis, & alias oues habeo, & illas oportet me adducere, & alia huiusmodi multa. In apparenti aũt superius dixit humilitate, quia vt dogmatum autores superbiũt hi occursantes & pertinaces, nec vera edíscere patiunt̃. Confirmãt p̃terea ipsorum decreta, non humilitate, q̃ carẽt, sed quia esse supra hoĩem iactant, fuisse vnigenitũ nostri gr̃a mortẽ ppessum. & nõ tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratũ crescit in argumẽtum dei. Neq̃ q̃ (inqt) q decernit hmõi, continet caput, hoc est, filiũ. Ipse nanq; angelorum est caput, vt q̃ cuncta cõdiderit. Est præterea vel totius ecclesiæ caput, & si ratione eadẽ: tũ præcipue, q a illius corpus nos sum⁹, & ille nostro

Iohan. 3.
Iohan. 17.
Iohan. 10

rum membrorum factus est particeps: tum etiã, quia ex eo corpus vniuersum ecclesiæ constat, & simpliciter esse hoc habet, & bñ eẽ. Et si ab eo exciderit quispiã, perijt ilico. Vt enim vitalis spũs à cerebro in reliquum corpus per neruos diffundit, & à capite ipso sensibilitas oĩs & mot⁹ deriuat, sic & ecclesiæ corpus à Christo subministrat, hoc est, ab eo & vitã accipit, & spũs incrementum. Quod vtiq; omne tunc hauddubie ecclesia hæc adipiscit, cum spũs illi nexus est & impactus. Is nanq; per nexũ quendã & iũcturas, incremẽta suppeditat. Itaq; si non vincire corpus cum capite, nec illi quidem congruere (hoc est, correspõdere) valebit, nec spũs ipse suppeditabit, nec dei incremẽtum, hoc est, optimę vitæ profectus vllus accedet. **Si mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis?** Per baptismum (inqt) Christo cõmorientes, vitæ omni superiori demortui estis, ita vt nil amplius vobis sit elemẽtis (quorum olim ditionẽ subieratis) inseruiendum. Cur ergo hoc tpe haud secus q̃ priorẽ vitã degẽtes, his estis subiecti? qppe qui satis sitis edocti, quæ prospera, quæve sinistra sit dies, & hmõi reliqua, quæ vtiq; à gẽtibus & cauẽtur & obseruant. Aduerte aũt q̃ eos stultitiæ arguat vituperetq;, cum decernitis inqt, perinde ac si dicat: Nec secus ac pueri plusum solent, dicaciores vos agitis, qui pridie nati & nup instructi sint. In cõsessum enim venistis, vt sentẽtias de dogmate proferatis, sanciatisq; qd factu sit necessarium. **Ne tetigeritis, neque gustaueritis, nec cõtrectaueritis, quæ sunt omnia in interitu ipso vsu.** Vel aliã quandã istorum producit superuacaneã obseruationem, quo ab escis nõnullis Iudæorum more abstineãt, & caueãt gentium ritu dies, ac tẽpora. Verum vt q̃rundam deprimat insolentiã, q nouą quædam decernunt decreta, sic inquit: Neque enim magni hæc fieri debẽt, quæ ad corruptionẽ vtentibus redigũt. Comesa nãq; & in aluo corrupta, per secessum defluunt & dilabunt: q̃ fit, vt neq; prosint hæc suapte natura.

Matth. 15

neq; officiant. secūdum præcepta & doctrinas hominum. Neqq̄ hæc diuina sunt instituta, sed hoīm iussa. Quid ergo? nōne & dei doctrina est lex? Fuit quidem, sed olim q̄ad tēpus est nacta, nunc vero minime: vtpote quæ nullum vltra habeat tēpus. Vel q̄a lege seniores illi apud Iudæos abutebātur, cum præt legē multa iniungerēt, quē admodum in euāgelio meminit dominus. Vel hoīm doctrinā, gētium disciplinā interp̄tatur. quæ sunt rationē quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Rōnem sunt hi sapientiæ consecuti, nil tamē vel virium habēt, vel veritatis. Videt aūt decreti huius inductor, pietatē quādam præ se & moderātiam ferre, & corpus cum ab escis abstineat, paruifacere, tāetsi de⁹ honorē & corpori detulit, & cibos concessit & alimēta, vt his caro exatiata p̄staret, & volens vitiis imperaret. Hi vero haudq̄q̄ honorifice corpore ipso vtunt, quippe q̄d potestate priuāt, & arbitriū demūt, nec sinunt vt spōte suīpsius imperium teneat. Cap. III. Matth. 15 & 16

SI consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens, non quæ super terram. Cum per baptismum dixisset Christo estis cōmortui, tacite dedit intelligi, q̄a & simul essent cum Christo resurrecturi. Baptismus nāq; quēadmodum mergēdo mortē denuntiat, sic emersione ipsa resurrectionē figurat. nunc vero illud cōplectitur. Si consurrexistis cum Christo, necesse est vt in cęlo & vos, vbi ille assidet patri ad dexterā, diuersemini, q̄ in cælo nulla est vel dierū vel temporū obseruatio. Sunt p̄terea vobis & cælestia sapiēda, non terrestria. Hæ escarū nāq; & tēporū cautiones, terrenis constāt p̄ceptis. Nec satis habuit Paulus, quæ in cælo sunt dicere & vbi Christus cōsisteret, sed in dextera dei sedet adiecit, vt magis ac magis animū nobis terrenis hisce disiungat. Mortui enim estis, vita vestra abscōdita est cū Christo in deo. Vtrinq; Roma. 6 Supra. 2

hos vrget, p vitā ſcilicet & mortem, & præparat ne conq̄rant p̄ſentia. Eſtis em̄ mortui (inquit) inferioribus hiſce rebus, eoq́ nec terrena vobis hæc ſunt depoſcēda. Cōtra vero, & vobis (ſubdit) in ſupnis eſt vita, itaq́ & cæleſtia ſapite. Cōtendit em̄ id patefacere, vt q cæleſtibus in bonis cōſideant, aliā quandā degere vitā oporteat, quæ & in deo ſit ſita, & nuſq̄ appareat. Vtq́ nec Chriſtus ip̄e nunc viſitur, ſic nec veſtra (inqt) vita patebit. Cur ergo q̄ ſub aſpectū veniūt, quæritis? His aūt Paulus ſic confirmatis p̄ludit, vt de moralitate mox deſerturus. Conſueuit nāq́ cū adortus alia ſit, alia tranſilire, quemadmodū ad Corinthi
1 Cor. 11 os, cum de p̄uenientibus in cœnis & comeſationibus haberet ſermonem, ſimul & in myſteriorū traditionem incidit. **Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.** In ſecūdo aduentu apparitur⁹ eſt Chr̄s, & vniuerſis offeret ſe deus, cū gl̄ia & angelorū comitatu aduentās, tūc demū & ip̄i parebit. Nec qdem ſimplicit, ſed eadem in gl̄ia: illū igitur q̄rite, non p̄ntem hūc diem. In eo inq̄ aſſeq vitā om̄i ſtudin adnitamini: tūc em̄ v̄ra q̄ vera eſt vita, palā fiet. Præſens nāq́ mors eſt, q̄a effluxus, refluxuſq́ conſtat corruptione. Nolite hoc in ſeculo vel gl̄iam, vel honores efflagitare, cū in cælo n̄ra oīs futura ſit gl̄ia. Latet em̄ & margarita, q̄diu cochlea occultat, illa refracta, p̄prium virtutis emittit fulgorem. Et nos item, quādiu corruptibili hoc corpore eſt immorandū, debemus vt latitātes nil gl̄iæ q̄rere. At vbi corruptibile hoc diſſoluet, tunc & gl̄ia ipſa, ſi p rebus geſtis digni hac fuerimus, conſequet. **Mortificate ergo membra veſtra quæ ſunt ſup terrā.** Nō enim reficite dixit, vt nuſquam reſurrectura, ſed mortificate membra quæ ſuper terram ſunt. Forte vel eo & corporis membra hæc dicit, quæ dum quæ cælo digna ſunt
Iohan. 14 factitent, nequaquam vltra in terris conſtare aſſeuerent, videlicet cum aīo non iniquo quę mundi ſunt intuemur, nec & turpia audimus, non amplius eſſe in terra tunc dici

mur, & quæ corporeis his membris gerunt in terris, flagitia sunt, quæ terræ insidunt, & hic consumunt. nam & corporis mēbra, & si à terra sint oriunda, haud tñ in ea sunt ꝑ mãsura, vt corrumpãtur, sed incorrupta futura sunt cum resurgent. Verꝫ quo pacto, cum superius diceret, consepulti cum Christo estis, exuistiꝫ pctõrum & carnis corpus, nunc rursum membra (inquit) mortificate? Quia prior illa mortificatio, baptismi beneficium erat, quæ pctõ attulisset perniciem, q̃d nobis antea esset admissum: hæc autẽ quæ in præsenti nobis suggeritur mortificatio, nostra fit voluntate, quæ & post baptismũ delet pctã. Quin potius nec germinare hæc sinit, vel reuiuiscere, qa carnis enecet sapientiam. Nec secus agit, q̃ faceret quispiã, qui statuam apud quenpiã nactus rubiginosam & situ obsitam, retractans tergit expolitq̃, coruscamq̃ & conspicuã reddit: deinceps eam habenti demãdet curãdam, iniungatq̃ vt rubiginẽ nec ꝓrsus abstersam nõ solum demat, sed vel inhæsurã abradat in posterꝫ. **fornicationem.** Ecce interpretatur quæ illa sint membra, & fornicationis eo prius cõmeminit, qa passim id vitiũ & maxime dñetur. **immũditiã, libidinem.** Omittit proprie explicare quæ dici honeste non poterant, sed ꝑ immunditiam quidem & libidinem, omnem fœdi concubitus speciem præfert. est eñ turpis libido, rabies corporis quædam. Nec secus se habet, q̃ vulnus in corpore aut febris, vel alius quiuis istiusmodi morbus. **concupiscentiam malam.** Rursum generalit̃ rẽ omnem expressit. Cupiditas nanq̃ semper est mala, præter eam qua concupiscit deus: & quæ dei sunt exoptãtur. cuiusmodi cupiditatis & Daniel desideriorum vir erat. ⁊ Daniel. 9.
auaritiam quæ est simulacrorum seruitus. Primo genitus prauę cõcupiscẽtiæ filiꝰ, habẽdi cupiditas est, quã auaritiã nuncupauit, quę aurꝫ argentũve colat, cũ sola hęc concupiscit. **propter quæ venit ira dei super filios incredulitatis.** Et futuri iudicij ira, & præsentis seculi indignatio, istiusmodi hoĩes ꝓhensat, qui se argento & au

membra & corpus & hominem nũcupat, nec secus & q̃d cum virtute viuitur, hisdẽ noĩbus exprimit. Nimirũ vt voluntatẽ ostendat, substantia potiorẽ, & ab ea nos potius denominationem esse q̃ à substantia ipsa & corpore affecutos. Quinetiã & sacræ literæ equos & canes & vulpes eos appellant, qui aĩo sint animãtium horũ persimiles. Et nos item siue in gehennã, siue in regnum cæleste volũtas hæc nostra & animus, non corruptior substantia ista inducit. Per veterem itaq; hominem, corruptam voluntatẽ expressit, eoq; & cum opibus (hoc est, factis) & velle adiecit. Et veterẽ dixit, vt volũtatis huiusce turpitudinem, deformitatemq; & impotentiã patefaceret. Aduerte aũt, quemadmodum veteris hominis membra commemorauerit. Per mendacium nanq; mentem expressit, cor autem p furorem, & per mendacium rursus os designauit, p blasphemiam oculos, per fornicationẽ membra recondita & pudenda, manus per auaritiam, iecur per turpẽ concupiscentiam. **⁊ induentes nouum hominem qui renouatur in agnitionem.** Nouus homo secundum deum voluntas est, quæ nihil inueterascit, sed semp recẽtior ad dei cognitionem floret & augescit, continueq; magis ac magis iunior esse arguitur, & q̃ cognitionis huiusce plus ceperit, maioribusq; dignatur, eo potẽtior est. **secundũ imaginẽ eius, qui creauit eũ.** Hoc ẽ, Christi. neq; ẽm is ad senectutem vsq; prouectus est, quin decore adeo & pulchritudine excellebat, vt verbis nequeat explicari. Decorus quippe (vt inquit) supra filios hominum. nullum ẽm commiserat scelus, quod sane putredinem præfert & vetustatem. Nos vero qui ab eo conditi sumus, abstergere à nobis debemus omnem quæ à peccatis inhæserit, vel corruptionem, vel senectutem. Creauit autem ille nos p baptismum & melioris vitæ actiones. **vbi non est gentilis ⁊ Iudæus.** Hoc est, p̃selyta, & Iudæus à maioribus scilicet oriundus. **circuncisio ⁊ præputiũ, barbarus ⁊ Scytha, seruus ⁊ liber, sed oĩa ⁊ in omnibus**

Ierem. 5.
Philip. 3.
Luce. 15.
Psal. 44.

Christus. Ecce vel alia quædã scdm Christũ noui hoïs laus,cum nulla in eo nec gentis,nec dignitatis,nec progenitorꝫ conspici differentia possit, sed Christũ duntaxat huius & formã esse. qppe cum oïbus qui ad optimã sunt vitã formati,oñia Christus sit,hoc est,& genus sit illis Christus,& dignitas. Vel alit:hoc est,vos oẽs Christus vnus efficiamini,cuius estis & corpus. induite vos ergo sicut electi dei sancti et dilecti. Ad virtutem semp ostendit facilẽ aditum,quã haud secus ac amiculum aliquod accipere & induere possumus. Est tñ necesse vt perpetuo virtutẽ hanc apud nos habeamus,vt amurq́ꝫ ad ornamẽtum & decoris insigne. Quo fit,vt qui ea caruerit, deformis & minus ornatus appareat necesse sit. Maximis ꝑterea laudibus hos ipsos cõmonefacit, q etsi essent iã sancti effecti, nondum tñ erant electi,vel dei charitate dignati, vos igit (inquit)estis hæc oïa assecuti. viscera misericordiæ. Non eñ misericordiã dixit induite,sed misericordiæ viscera:cum ne eos videatur contẽnere, qui sunt misericordia digni,tum vt ostendat ex animi affectione esse his indulgendum. nec fratrũ more,sed vt parẽtes solẽt in filios esse propẽsiores. Neqꝫ hunc illumve dixeris scelera cõmisisse, eoq́ꝫ nec delinquenti parcendum,cum misericordiæ viscera idipsum efflagitẽt. benignitatẽ,humilitatem,modestiã. Qui secum misericordiæ viscera tulerit,necessario & hæc consequunt. Quis eñ pater non se ad liberos præstat benigniorẽ,non humilẽ,non indulgentẽ? nihil his obsistendo,nõ cuncta ꝑmittat,indulgeatq́ꝫ? Quis inq̃ parẽs non ferat hos tolerãtius? Vide q̃ hæc ex ordine posuit. Benignitas nanqꝫ humilitatẽ parit. Qui eñ benignior fuerit, & optimis moribus instructus,& humilis sit necessario sequitur. Ab humilitate habet & modestia ortum. Nã contra qui superbus & insolens fuerit,& iracundus sit erit necesse. A modestia orit patientia,hoc ẽ,animi magnitudo. supportãtes inuicẽ, et donantes vobismetipsis, siquis aduersus quẽ habet querelã. Hoc est, mu-

tua vos patientia tolerate, tu illum tuleris, ille te ferat: ea lege, vt non acerbius vestra inuicem inquirãtur cõmissa. Quin ꝓ paruis hæc ducite, nec magni illa q̃ in vos admittunt, existimetis. Aduerte quemadmodũ hæc ipsa & Paulus paruifaceret, vtpote q̃ sub querelæ noĩe ita expſſerit. **ſicut ꝛ dñs donauit vobis, ita ꝛ vos.** Quod semper agit, Chrĩ exẽplo illos hortaĩ, e undẽ in argumentũ inducẽs. Supius tñ, q̃ in se inuicẽ ijdem delinq̃rent, vt parua viderenĩ effecit, cũ hæc sub quæstionis noĩe expressisset. Cũ vero Christũ producit, suadet, & si grauia sint q̃ in nos ad mittuntur, vel in eos ipsi benefici simus, q nobis officiãt. Si demũ vero ipsi excellimus, & præstantiori fortuna sumus, tenues vero sint illi & sorte inferiores, ferẽdos tamẽ hos esse, & missa oĩa facienda. Neq; id mõ agendum, sed mors etiã pro his obeũda. Quin vel post mortẽ erit (si liceat) de his ipsis bñ merendum: quemadmodũ & post obitũ de vobis est bñ meritus dñs. **Super omnia autem hæc, charitatẽ habete.** Cũ fieri possit, vt munera quis largiatur, nec tñ id ex vero officio agat, sed sub prætextu quodã beneuolẽtiæ & simulatione, quid tribuat, viã Paulus patefacit, qua vera possimus munera elargiri. Potest interea quispiã benignus videri & humilis, cum nihil habeat in se charitatis, idcirco ait: Super omnia hæc, charitatem habete. **quod est vinculum perfectionis.** Charitas (inquit) cum aderit, hæc omnia continebit: Si vero deerit, dissoluentur, arguenturq́; & commentitia extitisse, & nullius momenti, quæcunq; in proximum intulerimus. Quemadmodum & in domo constructa, si compages desint & nexus qui eam cõtineant, ocyus collabetur. Itẽq; & in corpore, si iuncturæ aberunt & nerui, pereat necesse est, & dissoluatur. Si charitas, cum vniuersa vel sola constringat quæ pariunt perfectionem, si fuerit sublata nil prorsus sunt benefacta cætera profutura: qua charitate qui careat, nunquam est ad perfectionem aliquã euasurus; vel si ad eam nil sibi videatur deesse, imperfectior ta-

men hic deprehendetur. Et pax Christi exultet in cordibus vestris. Nos quidem plerunque contumeliis per aliquem vnum affectos, vario certamine mox subeunt cogitatus, quorum alii ad vindictã nos concitant, ad toleranti am alii. Si dei pax nobis tunc aderit, perinde ac æquissim' iudex aliqs & certaminis præses, victoriæ palmã his defe rendã censebimus, qui statim suaserint æq̃ vt animo iniu rias toleremus, his ipsis & concessuræ sunt postmodũ, quę antea aduersabant cogitatiões & animi motus, & illatas iniurias vna tolerabũt. Pax itaque istiusmodi iudicis in nobis fungat officio, non ira vel altercatio, vel humana pax aliq̃, quæ obstando & vindicando perficit, cũ dei & Christi firmior sit & insolubilis, quã nullũ mortale bonũ effici at: sicuti & dei nobiscũ cõciliatio re alia nulla fuerit inita, nisi quia ille sola eius clemẽtia & charitate inimicitias soluit, q̃s olim in nos exercuerat. Quęret aliqs, cur Paulus cũ charitatis faceret mentionẽ, rursus de pace differit? Supua caneum eñ videt de pace commonefacere, quã charitas ipsa, cuius & meminit, cõplectatur. Idcirco sic infert: Cum sæpe & int amicos oriat contentio, & ex summa quadam plerunque bñuolentia altercationes, iniuriæ, & dissidia exci tant, id solum velim vt amore inuicẽ, vel studio quodã & cõcertatiõe vosmet prosequmini. Nec minus & illud exegerim, vt ad vestrã hanc mutuã ani coniunctionẽ Christi pax ipsa accedat, q̃ v̄ra oĩa & disponat & iudicet. In qua & vocati estis in vno corpore. Hoc est, ad pacem euo cans Christus, vos vnum corpus effecit, cuius & ipse sit ca put effectus: cur aũt cum vno & corpore ipsi constemus multi, unum corpus efficimur? Quia cum membra simus,

Gene. 27 adinuicẽ hanc pacẽ seruamus, nihil dissentientes. Vel qa estis ad pacẽ vocati, hoc est, innumerabilibus estis iã bonis per pacẽ dignati. Nã haudquaq̃ aliter nobis cũ deo in gratiã reditus patuisset, nec nos ille vel in eius seruitutem vocasset, vel suorum bonorum fecisset participes. & grati estote. Id nanque gratitudinẽ præfert, cum haud secus ipsi

nos gerimus erga conseruos,ac deus se erga nos habet. Nã qui deo grãs profitet,quia ab eo sit veniã consecutus, nequaq̃ in eũ vlciscitur,q se affecit iniuria,tanq̃ si de eo q iniuriã intulit,pœnas susceperit,nequaq̃ post modũ vide atur dei in se bñficia meminisse,eius in morẽ,cui cũ essent mille talenta dimissa,ipse tñ nec mille nummos conseruo Mat .18. dimiserit. Agendę itaq; p nos gratię erunt, cũ pro malis q̃ ipsi perpetimur, tum etiã cum iniuriã à quouis illatã nos toleramus.Sic eñ vel martyrij assequemur coronã. **Verbũ Christi habitet in vobis abundanter.** Viã nobis ostendit,q̃ & gratitudinem præferre possimus. Si eñ (inquit)dei in vobis verbũ inhabitarit,hoc ẽ,doctrina,vel diuina decreta & monita,quibus nos ille instruxit,pręsentẽ hanc vitã habere contemptui,& terrena bona hæc par uifacere,nullis profecto vel grauioribus rebus succubuerimus,sed oĩa fortit̃ tolerando,gratias deo sumus occur santibus malis acturi. Neq; eñ simpliciter in vobis sit dei verbũ,sed inhabitet dixit,& affluenter.Nã si sacrarum literarum abundabimus cognitione,facile & ærumnas & calamitates & quoduis mali genus tulerimus.Nec secus q̃ vir quispiã opulentus iacturã aliquã tenuem pateretur,& nihili duceret. **in omni sapientia.** Hoc est,in omni virtute, quam sapientiã nuncupat. quemadmodũ Dauid peccatũ Psal.13.52 insipientiã dicit,vt illud: Dixit insipiẽs in corde suo. &, Putruerunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Psalm.37 **Docentes & commonẽtes vosmetipsos in psalmis, hymnis, & canticis spiritalibus.** Cum habeat scripturarum lectio laboris non parum,nequaq̃ hos ad perlegendas sacras historias cohortatur,sed ad psalmos decantandos impellit,vt simul(inquit)& animũ canẽs oblectes, & laborem canendo fallas. Post psalmos aũt & hymnos posuit,tanquã rem aliquam perfectiorem. Psallere nãq; hominum est,hymnis vero deũ efferre,angelorum. **in gratia cantantes.** Hoc est, cum gratia & spiritali quadam animi iucunditate. Nam quemadmodum & hominũ cã-

tiones,gratiã aliquã,etsi nullam habeant, videtur pferre, sic cantus diuini spiritalẽ afferunt voluptatem. Vel qa ex gratia erant decantãdi id muneris assecuti. **In cordibus vestris deo.** Non(inquit)solũ ore est decantandum,sed & cordibus,hoc est,cum attentione & diligentia. Id enim propriũ est deo canere: Alias vero hoĩm voces duntaxat in aerẽ fundere. Vel aliter: In cordibus.i. nõ ad iactantiã & ostentationem. Nã si vel in foro versaberis,poteris tecum ipse tacitus audiente nemine,dño decantare. **Omnia quæcunq; facitis in verbo aut in opere,oĩa in nomine dñi nostri Jesu Christi.** Si cibũ(inquit)vel potũ desumis,si peregre aliquo proficisceris,cuncta in dei noĩe facito,hoc est,illũ vt adsit inuoca,&opem ferat,& prius illum precatus,mox opus quodcunq; aggredere. Nam dei nomen dæmones abigit,facitq; vt facile tibi cuncta & ad votum succedant. Vel illud Apostolus hoc loco cõmonefacit,vt angelis omissis,quos esse ad patrẽ crederẽt duces, Iesum inuocent. **gratias agentes deo & patri.** Si filiũ inuocas,per eũ inuocabis & patrem: Si filio gratias egeris,per ipsum & patri gratias dices. Vel quia quemadmo nosipsos filius ad patrẽ traduxit,sic & q̃s ipsi agimus gratias,patri is offert: Quippe cuius intercessu,bona nobis vniuersa contingant. **Mulieres,subditæ estote viris,vt oportet in domino.** Cur Paulus in alijs nusquã

Ephe.5. epistolis,nisi in hac duntaxat,& ea quam ad Ephesios scri

I.Tim.5 bit,& alia quã ad Timotheũ trãsmisit & Titum, huiusmo

Tit.2. di imperat? Quia his in vrbibus nonnulla erãt dissidia viros inter vxoresq;. Vel quia obfirmata iam in his erat ecclesia,& recte erant in ea omnia instituta,id præter,quod castigandum supererat. In domino autem, hoc est, propter dominum vosipsas subijcite. Non enim naturalem modo subiectionem illam exegerim. Id nanque prætendit,cum vt oportet inquit,sed dei maxime gratia, vt vos iure obsequentiores præstetis. **Viri,diligite vxores vestras,& nolite amari esse ad illas.** Vide quẽadmo

dum quæ horum cuiq; competunt, consulat. Fœminis q dem subiectiōem, viris in vxores beneuolentiā. Neq; em̄ adeo subditorum requiritur in principes amor, vt principum in subditos charitas poscitur. Mulier nanq; cum adamatur, & ipsa reciprocam refert amoris vicissitudinem, obsequio vir mansuescit, & benignum se præbet. Et quia plerūq; euenit vt exasperetur, qui sit vel amore affectus, cum constat vel inter summa charitate coniunctos, bella & dissidia oboriri acerbius, propterea inquit: Nolite amari esse. Fit enim cum ingenti quadam animi amaritudine, vt cum eius membro quisquam dissideat. **Filij, obedite parentibus per omnia: hoc em̄ placitum est in domino.** Rursum in dño dicit. Neq; em̄ naturę dūtaxat rōne vult id vt agamus, sed quia sic deo sit placitū, vt & mercedē ꝓmereamur, vt q dei id gratia facimus, fideliū liberis intulit, vt parētibus cūctis in rebus obsequerētur. Nam infidelibus & impijs genitoribus nequaq̄ erit omibus in rebus obtemperandum. Neq; em̄ audiendi sunt illi, cum ad impietatē filios & falsas religiones cōpulerint. **Patres, nolite ad iracundiā prouocare filios vestros, vt nō pusillo aīo fiāt.** Hoc est, neq̄ q̄ sunt sigillatim & acriter inqrenda quæ per eos gerunt. Quin potius nōnulla sunt hoꝝ facta ꝑtereunda, ne cōtentiosi & rebelles reddant, & in desperationē aliquā inducant. Aduerte q̄ prudent parentū in liberos irā hic fregerit. Flexit nanq; illoꝝ viscera, cū dixit: Ne animo fiāt pusillo, hoc est, ne desperēt. Nitunt em̄ ꝑcipue genitores, ne animo cōcidāt liberi. **Serui, obedite p oia dn̄is carnalibus.** Vt seruitutis admonuit, parendi mox ꝑtulit æquitatē. Veꝝ ne suam mancipia doleāt sortē, carnalibus addidit. Anima nāq;, cui⁹ de salute nūc agit, potior ē & liberior sane effecta. Et quia temporaria est, & ad breue hæc seruitus permansura, animum ait subde, vt volens ac libēs deseruias, & dominis ipsis obsequere, & à deo mercedē habeas obsequēdo. **non ad oculum seruientes, quasi hoībus pla**

centes. Facite(inquit)vt quæ lege obuenerit seruitus, Christi timore exhibeatur. Cum em̄ herus haudquaquā aduerterit si quemadmodū oportet operā tuam aliquid agendo minus præstiteris,perspicuum erit,ob dei te oculum inspectātem id agere. At si astante dño & iubente, ea feceris quæ vt fiant necesse est,& absente non item peregeris,tunc hominibus ipsis,non deo gesseris morem.Quod si talem te ip̄e obtuleris,tibi officias necesse est.Deus nāq; ossa hoīm dissipat,qui hoībus placent.sed in simplicitate cordis timentes deum.Hoc sane præfert,quod timeas deum cum nemine inspectante nil praui commiseris:Illud vero cordis simplicitatem,cum hominum respectu nil egeris.Est ergo qui ad gratiam seruitutem impendit,vt plane impurior,ita & deo nil gratus.Quodcūq; facitis ex animo operemini,sicut dño & non hominibus.Non solum hos quauis simulatione vacare vult Paulus,sed cuiusq; etiā negligentię expertes esse.Quinetiam liberos ex seruis hos reddit,cum nihil indigeant dñorum imperio ad rem peragendā:sed mira cum charitate, non seruili necessitate,& libero ac volenti animo, q̄ factu ri sunt,faciant.scientes quod a dño recipietis mercedē hæreditatis.Raro dñi seruos relinquūt, vel si ab his optime sit inseruitū,sed cælestis dñs ille vobis de terrenis his dñis bn̄ merētibus ,mercedis loco cælorū hæreditatē daturus est.domino Christo seruitote.Qui.s.rerū seriem,& seruitutē disposuit. Quod aūt Chr̄o sitis operam præstaturi,liq̄t ex eo,q a ipse sit vobis depensurus mercedē. Qui em̄ iniuriā facit,recepit id quod iniquæ gessit,& non est personarū acceptio apud deū.Seruus enim qui dñm,vel negligentius seruiendo,vel herilia venditando fraudauerit,bonam mercedem à deo reciperet?Non enim is cuiusquā personam discernit, vt seruum
Leuiti. 19 commiseratus,tanquā imbecilliorem corporis partē missum faciat & inultum relinquat,qui lege cauit, nullam esse in iudicio habendam pauperis rationem. Vel aliter:

Christianus aliquis qui sit seruituti obnoxius, si gētili domino, cuius sub ditione sit, iniuriam fecerit, nequaq̄ existimet iudiciū & damnationē se euasurꝰ. Neq; enī vllius habet personæ respectum Christus, vt ei qui sui sectator sit, parcat, quod in gentilem herum deliquerit. Hæc autem q̄ de personarꝰ acceptione sunt dicta, erunt sane & si ad seruos sunt habita, vel per dominos admittēda, tanquam & ipsis congruere posse videantur. Cap. IIII.

Domini, quod iustum est & æquū seruis præstate. Quænam illa est æqtas? labors scilicet, vt seruis remuneratio tribuat, & his abunde oīa ad necessitatē suppeditent. Nec permittat, vt aliena ope indigeant. Neq; enī & si à deo sunt habituri mercedē, debitis erāt ꝑpterea fraudandi officiis. scientes qm̄ & vos dominum habetis in cælo. Quēadmodū vos illi in terris in dños hn̄t, ita & vos deum habetis, cuius est imperio obsequēdum. Quo fit, vt eadē mēsura q̄ fueritis fuis emensi, à dño sit vobis remetiendū. Vel quia & vos post mortales hos heros, cæleste dn̄m sortiti iā estis, itaq; vt cōseruis operam & ipsi p̄state. Qñquidē estis his similes. Quippe qui sub vnius sitis imperio, cælestis scilicet dñi constituti. Fecit nanq; is cōmunem esse hanc oībus suitutem. Orationi instate vigilantes in ea in gratiaꝝ actione. Callet vtiq; dæmon quantū in se habeāt boni orationes, eoq; & ab his desistere suggerit, cuius rei Paulus nō ignarus, orationi, inqt, instate. Cūq; & q perseuerantiā orando præstiterit, in negligentiā sæpe resoluit & languescit, vigilantes dixit, hoc est, experrecti & exciti, recētiores vos semp ad orationis id opus p̄bete. Sed in grāꝝ actione, hoc est, gratias agēdo deū p̄cemini. Hæ nāq; veræ sunt præces, quas gratiæ subsequunt, deo ꝑ oībus dictæ, quorꝰ nobis vel cōscii sumus, vel nescii. Proq; acceptis p nos bn̄ficiis, vel malis etiā toleratis, ac ꝑ his demum quæ in vniuersum hoīm genus collata sunt bonis. orantes simul & pro nobis. Attēde humilitatem. Num Paulus hoꝝ egebat precibus?

vt dominus aperiat nobis ostium sermonis ad loquēdum mysterium Christi, propterea quod & vinctus sum, vt manifestē illud ita vt oportet me loqui. Hoc est, vt fidentiorē me faciat, Nō vt vinculis eximar, sed vt Christi sic mysteriū eloquar, vt me loq̃ oportet. Non remisse & timide, sed summa cū audentia & fide. Verū cur in vincula coniectus Apl's, alios orat deposcitq́ vt ab his liberet, q̃bus erat constrictus cōpedibus? Id sane non mō humilitatis grā deprecabat, sed vt & vim patefaceret orationis, quæ cum charitate & attentione à fratribus funderet. Opus em̄ habebat cælesti ope, quā sibi hubertim erat fratrum oratio cōparatura, simul etiā vt eos ad orandū induceret. Nā si essent ꝓ Paulo p̄caturi, quāto magis ꝓ seipsis deberent p̄cibus & votis insistere? In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. Idipm̄ &
Matth. 10 dn̄s dixit: Ecce mitto vos vt oues in medio lupoꝝ, estote ergo prudētes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Quod & Paulus hoc loco repetit, cautiores dicens estote, & sapient̄ vos gerite, vt nullā occasionē his detis, vt vel offic ere possint vel offendant̄ q̃ foris sunt. i. vel nobis minꝰ familiares: vel q̃ extra nr̄æ fidei aulā diuagant̄ & infideles sunt. Hi nāq; & si in eodē hoc mūdo versant̄, q̃a ab ecclesia & cælesti imperio longius absunt, foris esse dicunt̄. Propterea & sapient̄ erit cū his diuersandū. Sapientiā aūt prudentiā dicit hoc loco. Nec tn̄ sic erit ab his qui nobiscū vixere cauendū. Consolat̄ aūt hos cū gētiles forēses & exteriores appellat. tempus redimentes. Nō em̄ q̃a varios vos & versutos esse aut hypocritas velim, hæc dixerim, sed vt arguā vestrum esse q̄dcūq; est tpis q̄d vtiq; estis optime redempturi, si prudent̄ inceditis, si nullas superuacaneas susceperitis cōtentiones, si debitum decentēq; his honorem impartieritis, citra tn̄ animæ vestræ iacturā, ac
Actu. 26 demum reliq̃ officia obieritis, quæ sanctos decēt. Audi & huncipm̄ ad Agrippā dicētem, Beatum meipm̄ existimo apud te rn̄surum: Sic & q̃ foris sunt, de his & q̃ intus sunt

efecerimus, cum p benignitatē hos & mansuetudinē ad prędicationem inducimus. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus. Habeat (inquit) velim sermo vester leporem, sit sale conditus. Hoc est, vel quæ dei sunt eloquat, & sapient vel lætior sit & iucundior, vt oblectet, & audientibus cōferat plurimū: sic tñ vt non in scurrilitatem vel lasciuiam recidat, sed dignitatem etiā seruet. Vel id quidē prætendit cum inquit, sit sale conditus. i. vt non supra modum in lætitiam sit & iocum effusior, nec prorsus seuerus & asper. Queadmodum esca, si sale careat, insuauior erit: nimis salita, à gustu repudiat, ita fit vt his vtrisq; vesci nequeāt hoīes. Nōne aduertis quemadmodum Daniel hoīem impiū mulceat & solet? Nonne & pueros illos tres conspicaris, nil graue aut molestū fuisse locutos? Sed veritatē præ se & confidentiā tulerint cū in foueā detrudunt? Efferri itaq; & vltra q̄ deceat audere, nequaq̄ fiduciæ est, sed insolentiæ argumentum. Vt sciatis quomodo vos oporteat vnicuique respondere. Alit nāq; opulento est rñdendum, alit inopi. Nā diuiti est præ animi imbecillitate indulgendum, inops vero quia firmiori sit mente, sustinetq; si acrius te illi ingesseris, magis vrgendus est. Quod si nulla cogat necessitas, nequaq̄ gentilem fœtidum dixeris & inquinatum, nec illi conuitiaberis. Quin potius si principem ipse adieris, decentes illi honores deferto. Si fueris de alienis institutis rogatus, inquinatiora hæc impia dixeris: quippe quæ à vero longius absunt. Neq; enim est tolerandum vt impium quis dogma inducat. Apud Athenienses & Paulus vel eorꝫ cum laude multa disseruit, Elyman vero cōuitiatus est: erat nāq; cōuitio dignus. Quæ circa me sunt oīa vobis nota faciet Tychicus. Vel .i. prudentiæ adscribendū, cū non oīa epistolæ demandant nisi necessaria quædā, & quæ vrgere magis vident. Quod eo fit, ne si longiores epřæ fuerint, plurima cōplectēdo fastidiū pariant, & vt aliqd abeunti reliquū sit, q̄d possit pñs referre, & ei autoritatem pa

Daniel. 4
Daniel. 3.

rent. Vel his dictis suã Paulus in Tychicũ bñuolẽtiam patefacit, cum pleraq; illi crediderit, quæ ep̃læ minime credẽda duxisset. Et erãt nõnulla quæ literis explicari nõ poterant. **charissimus frater & fidelis minister & conseruus in domino.** Si paulo charus, oĩa nouit: Si fidelis, nihil mentit: Si conseruus, & tentationũ factus est particeps. **quẽ misi ad vos ad hoc ipsum vt cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra.** Hoc loco & suã erga illos aperit charitatẽ, siquidẽ hũc ea de causa mittat, vt queãdmodũ cum illis agat, intelligat. Neq; vt sua eis renũtiet, sed vt solet. Vñ hos arguit tunc tẽporis tẽtationibus afflictari, qa cõsolatione indigeãt. **cũ Onesimo charissimo & fideli fratri, qui ex vobis est.** Erat Onesimus iste Philemonis suus, valĩ q̃ est ille ex seruitute ad dignitatẽ ꝓuectus, vt Pauli efficeret & frat, nec Paulũ sui pudeat esse germanũ. Id vero om̃e in Colossensiũ ciuitatis laudẽ cedit, cum q ex vobis est inq̃t: vel vt huius ꝓuectũ sibi ornamẽto ducãt, cõmonefacit. **qui oĩa quæ hic agũtur, nota faciet vobis.** Hoc ẽ, & vincula mea, & mala reliq̃ q̃ me detinẽt. Si em̃ ista abessent, ad vos me ꝓculdubio contulissem. **Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus.** Is sane ex Ierosolymis secum Romã concesserat. Maius quiddã videt hoc loco (q̃ ꝓpheræ ipsi) Ap̃ls ꝓtulisse. Illi nãq; aduenas se & peregrinos dicebãt, is vero captiuum se noĩat. Et iure q̃dem. Nã & captiui in morẽ alio atq; alio distrahebat. Quin potius vel longe fuili conditione huius sors erat inferior, Nã seruos dñi haud secus q̃ certã aliq̃ & ꝓpinquam possessionẽ ꝓcurãt, hunc vero vniuersi vt hostem agerẽt & transuectarẽt. Videt itaq; ex hisce dictis Colossenses ad ferendas tentatiões hortari, cum p̃ceptor ip̃e tot malis afflictaret. **& Marcus consobrinus Barnabæ.** Et hunc quidem q san guine Marcum contingeret, laudat. Præstabat eñi & Barnabas fidei magnitudine. **de quo accepistis mandata, si venerit ad vos suscipite illum.** A Barnaba for-

ſitan hi bñ viuendi præcepta acceperant. Vnde & eos hortat̃,vt & hunc ad ſe aliqñ venturũ cum honore ſuſcipiant. **Et Ieſus qui dicitur iuſtus.** Corinthi⁹ forte hic erat gñe. **qui ſunt ex circunciſione, hi ſunt adiutores mei in regno dei.** Cum proprias cuiuſq; laudes explicaſſet,cõmunes nunc narrat. Videbat em̃ permagnũ vt q ex Iudæis fuiſſent,operam in fide vulganda nauarent. Sed qm̃ fecerat & captiuitatis iã mentionẽ,ne terrorem incutiat auditoribus,ſed ſubleuet potius & conſolet̃,hi inquit qui ex circunciſione ſunt fideles effecti,hoc eſt, ex Iudæis redditi Chriſtiani,in his me iuuant quæ ad cæleſte ducunt imperium:ita fiet,vt q huius mecum ſunt ſuitutis participes,& regni cæloꝝ partem ſint habituri. **qui mihi fuerunt ſolatio.** Arguit hoc loco & ſe plurimum affligĩari, & hoſ ipſos eo excellere, q̃a ſibi attuliſſent ſolamẽ. Aduerte aũt queẽadmodũ & cæteros q malis vexent̃ ſolat⁹, participes ſecũ regni cæleſt; futuros p̃dicet. Idip̃m q; ſibi hoc vẽdicare,q mala,p Chriſto ppetiant̃. **Salutat vos Epaphras, qui ex vobis ẽ ſeruus Chriſti.** Et in pricipio ep̃lę viꝝ hũc & hoc loco cõmẽdat,hortat̃q; Coloſſenſes, vt huic amor; rependãt viciſſitudinẽ,audiãtq; piucũde docentem. Confert em̃ diſcipulis plurimũ autoritas p̃ceptoris,vt cui & facile pareãt,& fidem p̃ſtent. Summa aũt huius eſt laus,cũ Chriſti dicit̃ ſuus,& Coloſſenſibus cedit ad gloriã, cũ tãti ſit q ex eis ſit oriũdus. **ſemper ſolicitus pro vobis in orationibus.** Nõ ſolũ (inquit) pro vobis is orat,ſed veſtri grã & anxius eſt,& trepidat. Neq; ſolum hoc tempore,ſed cõtinue curis his angit̃. **vt ſtetis pfecti.** Tacite illos mordet, & imperfectiõis perinde arguit,qui adhuc in eo de angelis,q̃d diximus dogmate,claudicarẽt. Et quia concedi poteſt,vt & ſi perfectionem ſit quiſpiam aſſecutus,pſtare tñ in ea diutius neq̃at. Sicuti cũ quis oĩm teneat reꝝ cognitionẽ , nec tñ firmus & ſtabilis maneat, idcirco vt ſtetis inquit perfecti, in dogmate ſcilicet & vita. **⁊ pleni in omni voluntate dei.** Hoc eſt, vt dei dun- *Matth. 5*

taxat, uon hoīm exequamini voluntatem. Id nāq; prætēdit, cū perfecti inquit estote & pleni, arguitq; Colossenses partim hisce in rebus abundare, partim egere. **Testimonium enim illi phibeo, quod habet multum labore p̄ro vobis & p̄ro his qui sunt Laodiceæ, et qui Hierapoli.** Rē vtrinq; amplificat, & cū Epaphræ exprimit desiderij magnitudinē, & Laodicensibus & Hierapolitanis cōmendatiorē hūc facit. Erāt em̄, plecta ep̄la, oīa cogrituri, q̄ de Epaphra illo scripsisset Ap̄ls. **Salutat vos Lucas medicus charissimus.** Lucas hic ille, vt arbitror, est qui græce euangeliū scripsit. Et magnā quidē ex eo vendicat laudē, q̄d à Paulo in numero sit amicorum, & charissimus nuncupet. Nō enim & si postremo de hoc faciat mentionē, eius imminuit laudē: sed eo id egit, vt Epaphrā apud conciues suos extollat. Vel forte erat & alius quispiā idipm nomē sortitus. **& Demas.** Demas hic nondū vt apparet reliq̄rat præceptorē. **Salutate fratres qui sunt Laodiceæ.** Aduerte quēadmodū hos fraterno hoc noīe charitate cōnectat. **et Nympham, et quæ in domo eius est ecclesiam.** Egregius sane vir iste erat qui & domesticos oēs fideles haberet, & ita, vt ecclesia eius domus appellaret. Et ideo Paulus huic p̄cipue salutē impartit, gratificat̄q;, cū eius familiā, ecclesiā nūcupat. Quod eo facit, vt & alios ad hunc imitandū inducat, pinde & si ipsi honoris sint cupidi, Nymphā hūc imitent. **Cum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite vt & in Laodicēsium ecclesia legatur: et ea quæ Laodicensium est, vobis legatur.** Videre videor fuisse nōnulla Colossensibus à Paulo scripta, quę vt Laodicēsibus innotescerēt, necessariū erat: & contra, Colossensibus ipsis paterēt, quæ Laodiceæ ciuibus fuissent per literas significata. Vtriq; nāq; Ap̄li scriptis castigabātur, in quibus eo plurimū inerat vtilitat;, quia hoꝝ singuli, p̄pria erāt vitia recognituri. Quæret aliquis, Quænā illa fuit ad Laodicenses epistola? Ea nimiꝝ quæ ad Timotheū prior

conscripta est. Hanc nanque ex Laodicea transmisit Apostolus: tametsi dicant nonnulli, ad Paulum priores scripsisse epistolam. Vtrum vero res ita se habeat, aut secus, mihi nil constat. Qui enim poterat fieri, vt proprijs literis Laodicenses ꝓficerent? **Et dicite Archippo.** Cur enim huic nullas dederat literas, sed per nuntios mãdata significabat? Forte quia minꝰ erat huic literꝫ opus, qui vel paucis & exilibus monitis indigebat. **Vide ministerium quod accepisti in domino, vt illud impleas.** Vbiq; cum vide inquit Apostolus, terrorem incutit quendam, vt alibi: Videte ne quis vos seducat, & sæpe alias in eandem hoc verbo sententiam vtitur: sic et hoc loco, vide inquit vt opus impleas quod in domino accepisti, hoc est, per dominum. Ille nanque id tibi negotij demãdauit, nõ ego. Verum quodnam illud erat ministerium? Vt Colossensibꝰ ipsis ꝓspiceret. Duo aũt quædã hoc loco molit, cũ dicit in dño. Nã et Archippũ facit solertiorẽ ad opus dñi exequẽdũ, et Colossenses reddit Archippo morigeros, vt q illi à dño sint in curã iã traditi. Cæterũ idcirco illis iniungit, vt pceptori Archippo denunciẽt, vt cum ab Archippo fuerint acerbe increpati, ne illum queant acrimoniæ huius insimulare, cum minus ignorent Pauli iussu se castigari, et ipsimet Pauli mãdata detulerint. **Salutatio mea manu Pauli.** Vt impartitam salutem faciat firmiorem, et vt eius mandata corroboret, propria manu scripsisse hæc se confitetur. **Memores estote vinculorum meorum.** Hoc est, mei sit apud vos recordatio, qui et vinculis hisce astringor et condemnatus sum. Ingens sane illis cum afflictãtur est consolatio, Pauli reminisci, vincti et condemnati. **Gratia domini Iesu vobiscum. Amen.** Si vobis (inquit) præsto hæc gr̃a fuerit, siue pressuræ affligent, siue præpediant cõpedes, et carcer coerceat, nil poterũt hæc vobis obesse. Nam et vobis per gr̃am cõcessa sunt vincula. Reuertebantur enim (inquit) à concilio gaudentes discipuli, qm̃ digni habiti sunt pro Christi

Supra.2 (margin, beside "vt alibi: Videte ne quis vos seducat")

Act.5 (margin, beside last line)

nomine iniuriam pati. Vides quemadmodum in gratiā concedat iniuria, ita quidem in dignitatē hæc potius trāsfertur & gratiam. Vellem equidem & nobis, quamuis indignis, eiusmodi gratiā posse contingere: Et tūc maxime, cū aduersis affligimur, vt per eā nostra fragilitate firmata, quæ minus prospera offerunt, cum ingētem delictorum nostrorum molem calcauerint, ad commodum cedant. Qua ex re tam pater ipse q̄ filius q̄ spiritus sanctus perpetuam gloriam assequantur, Amen.

Missa est è Roma per Tychicum diaconum, & Onesimum seruum.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM priorem ad Thessalonicenses.

Thessalonicenses sunt Macedones, qui accepto uerbo ueritatis, perstiterunt in fide, etiam in persecutione ciuium suorum. Præterea nec receperunt falsos apostolos, nec ea quæ a falsis apostolis dicebant. Hos collaudat apostolus, scribens eis ab Athenis per Tychicum diaconum et Onesimum acolytum.

IN EPISTOLAM .I. AD THESsalonicenses, Theophylacti prologus.

Thessalonica Macedoniæ ciuitas est, et eius regionis metropolis, a qua et Thessalonicenses sunt dicti. Hi igit ubi Christi fidē exceperant, in ea stabiles permanebant: et ita, ut nec ullis pressuris, nec pseudapostolorum suasu, a Christiana religione et uerioribus possent decretis auerti. Tametsi essent inter hos et curiosiores quidam et ociosi, qui de resurrectione haud satis essent instructi, et de charorum amissione nimio dolore afficerentur. Nonnulli præterea et fornicationibus dediti. Hos itaq; castigat Apostolus. Perfectiores uero cōmonefecit, ne cedant aduersis, et falsis apostolis nil fidei præstent, et alios corrigant.

Caput .I.

PAulus & Syluanus & Timotheus, Ad Thessalonicẽses scribẽs Apostolus, Timotheum sibi & parẽ facit, & comitem parat: secus tñ cũ ad Ephesios scribit, tãetsi his erat Timotheus notior. Mihi vero videtur, quia ꝓpediẽ erat Timotheũ ad hos dimissurus, eo & supuacaneum visum, vt & illum diceret secum vna epistolæ autorem, qui ad hos esset paulopost concessurus. Hic vero aliter agit. nã & nuper ad se ex Thessalonica ille redierat, vnde & merito hunc sibi in scribenda epistola & socium profitet̃, q̃a Thessalonicensibus plurimum profuisset, apud quos autoritate valeat nõ mediocri. Præponit aũt Timotheo huic Syluanum, vel id forsitan Timotheo hoc flagitante, vt qui præceptoris vestigia sequeretur, qui & sibi pares discipulos faciat. Nec præterea hoc loco vel se pro eius cõsuetudine apostolum profitetur, vel Christi seruum, quia recens erant Thessalonicenses ad fidem instructi, necdũ fuerãt Apostolum satis periclitati. Vnde superuacuũ erat, vt suæ dignitatis faceret mentionem. **ecclesiæ Thessalonicensium.** Etsi perpauci erant ex his qui fidem exceperant, in ea nondum admodum obfirmati, tñ & hos ecclesiam dicit, vt saltem hoc nomine cõsoletur. **in deo patre nostro & domino Iesu Christo.** Cũ em̃ essent & Iudæorum & gentilium ecclesiæ, vt hanc à Iudaicis segregaret, in deo patre dixit. Esse nanq; in deo, summa est dignitas. Quicunq; enim peccati est seruus, in deo non permanet. **Gratia vobis & pax.** Gratiam his comprecatur & pacem, vt diuinis in donis magis ac magis proficiãt, pacem'q; assequantur, nil inuicem superbientes. **Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis.** Ab eorum mox laude principium sumit. Cum em̃ deo pro his Iohan .8.

gratias agit, ostendit à se ea iam esse pacta, quibus & deo possint gratiæ agi, & laudibus idem ille efferri, cuius munere hi rectiora peregerint. Simul & ad humilitatem hos instruit, cum arguat cuncta deo esse, non nobis mortalibus ascribenda. **memoriã vestri facientes in orationibus nostris.** Gratiæ deo ex bonis operibus referunt: inter precandũ namq; cuiuspiã reminisci, charitatis est argumentum. **sine intermissione memores vestri sumus.** Nõ mõ inquit, cũ preces ad deum fundimus, repetimus nos vestri memoriã, sed & alias semp. Quod vtiq; demõstrat summã in hos Apostoli bñuolẽtiam. **operis fidei vestræ.** Hoc est, constantiæ vestræ in fide suscepta. Illud namq; verius est fidei opus, cum stabiles in fide pstamus, non verbis duntaxat fidem iactare vel gloriæ ducere. **& laboris & charitatis.** Quid eñ habet in se amor laboris, q̃ lentior est & frigidior? Nihil. At qui verus & ardens, hauddubie plurimũ. Nã cum eius quẽ colimus grã, oĩa toleramus, q̃ pacto non summus erit hic labor? Thessalonicenses vero, q̃ multa sunt præ eorũ in Paulum cha-
Actu.17 ritate perpessi, sicuti ex apostolorum gestis poteris certior fieri. **& sustinentiæ spei domini nostri Jesu Christi.** Diutius (inquit) ac multũ tentationibus afflictati, tolerantes oĩa pertulistis: quod est eo effectum, quia certior vobis de futuris & præmijs asseruatis, spes erat. Vos vero deus initio tentari permisit, ne quisquã assereret adulationibus & verborum lenocinijs, euangelij prædicationem constare: & pspicuum fiat, non humanis persuasionibus vllis, sed diuina virtute animas esse ad fidem & salutem traductas. **ante deũ & patrem nostrũ.** Duplici potest id sensu cõprehendi: Vel quia pinde acsi inquiat, in dei cõspectu & patris nostri vos ipsi cõmemoramus: vel qa operum fidei reminiscimur, quæ deo coram sunt constituta. tanq̃ id dicat, nolite existimare, frustra & sine vlla mercede vos hæc factitare, quin potius oĩa sunt diuinæ maiestatis illius exposita oculis, quæ & vobis pro hac tolerantia

& vestris optimis actionibus, mercedem dependet. **Scientes fratres dilecti, a deo electionē vestrā.** Eo (inquit) vestri memoriā facimus, quia certo scimus à deo vos esse electos. Estis nāque supra multos ad fidem sepositi. Verum vnde id liquet si dixeris, audi quę subsequuntur: **Quia euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantū.** Ex eo vos, inquit, perspicuū est fuisse electos, quia deus meā ad vos prædicationē est vel gloria prosecutus. Non enī simpliciter euangeliū prędicauimus, sed & signa sunt & miracula edita, cum deo esset id optime placitum, vt fidē ipsi exciperetis tanquā electi ab eo, & ad fidem prædestinati. **sed & in virtute.** Hoc est, in signis quæ ad grati animi sunt beneficiū facta, & ad ingrati tormenta. **& in spiritu sancto.** Vel quia in spiritali, nō exteriori & humana sapientia: vel quia spūs sanctus fuerat credentibus datus. **& in plenitudine multa.** Hoc est, quę per malorū & pressurarū tolerantiā affert. Nam quemadmodū signa & spūs sancti subministratio, ad fidelium animos confirmandos fiebant, sic & prædicantibus qui inferunt angores, prædicationis asserendæ certiora sunt argumenta. **sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos.** Vos (inquit) ea in re testes deposco, quemadmodū me erga vos gesserim, vtque multa animi prōptitudine prædicādi simus defuncti hoc munere, vel id sane & vestri est grā factū. Nam cum electos vos esse sciremus, eo in vobis ad fidē formādis studium omē contulimus. Quis enī pro his qui dei sunt charitate dignati, nō labores subierit & tormēta? Hic pterea vt suas laudes, etsi adūbrate, attingit, cū hos tn̄ velit prius laudando efferre. **Et vos imitatores nostri facti estis & dñi.** Hos quidē & laudando & monendo corroborat, inquiēs eos nequaq̄ se esse pericula subeūdo inferiores. Vah qualis illa & quanta est laus, confestim imitatores esse præceptoris effectos: nec huius mō, quin & dñi Iesu? At quonā pacto hi sunt dei iam redditi sectatores? quia & ille mala plurima tolerās gaudebat, & his vl-

tro se offerebat,& enixe adeo,vt huiusmodi patrem allo
Ioh.21.71 queretur,Glorifica me pater. **excipientes verbũ in tribulatione multa,cum gaudio spiritus sancti.** Nõ enim solum cum pressura & malorum tolerantia hi verbũ exceperant,sed cũ molestiarũ diuexationumq́ etiã magnitudine,hoc est,cum summo discrimine, q̃d vtiq; poteris vel ex ipsis apostolorũ Actis ediscere. Has vero pressu
Actu.17. ras siue pericula læti excipiebant.Interpretaẽ præterea qd sit in tribulationibus & angustijs ipsis lætari & gaudere, aitq́;:Cũ spũs sancti iucunditate.Neq; em̃ spũs dolere vos sinit.Nã etsi corpora dolor excruciaret,per spm̃ tñ animo gaudium & suauitas indebatur.Nã quemadmodum cõ
Danie.3. stat per spm̃ in medijs flammis tres pueros illos rore fuisse afflatos,& intactos ab igne mansisse,sic spũs idẽ in vitæ discrimine,cum caro excruciaẽ,lętiores nos reddit,& gaudio explet,cum bona illa nobis in mercedẽ futura, visenda proponit. Aduerte autem tunc fieri quenpiã dñi sectatorem,cum discrimina & mala tolerat,cum spiritus & animi hilaritate. **ita vt facti sitis forma omnibus credẽtibus,in Macedonia & in Achaia.** Atqui postremo ad hos Paulus venit.Inqt itaq;,adeo vos claruistis ex virtute,vt eos qui me præuenerunt,vos instruxeritis. Paulũ vero in hoc illi sunt imitati,quia cum cæteris posterior fuisset apostolis,hos tñ lõgo interuallo excessit. Vide vt nõ formã dixerit credituris hos fieri,sed credentibus iã formam exhibuisse,quemadmodum.s.credendum sit.Et qa cum animi quodam ardore,& periculo adeũdo summa cum promptitudine,Achaiam autem Gręciã dicit. **A vobis enim diuulgatus est sermo domini.** Hoc est,de vestra virtute fama perlata effecit,vt euangelij pręedicatio esset omnibus audita celebris, vt vos ipsi tanq̃ cũctorum eruditores argueremini.Dissonuit autem,ad tubę metaphoram dixit,quæ sonorũ clangore, auditum excitauit. **non solũ in Macedonia & Achaia ,sed & in omni loco fides vestra,quæ ad deũ profecta est.** Mace-

donia quidem (inqt) & gratię sermone per vos, & doctrinæ vestræ exemplo repleta est. Et quod miraculi est loco habendum, tam breui per ista loca tm̃ fidei disseminastis. Nec secus de horum profectu & fide disseruit, q̃ de animata re aliqua disseruisset, cum eam adstruit & perfectam fuisse, peragrasseq́ꝫ, & esse iam diuagatã. **ita vt non sit nobis necesse quicquã loqui.** Adeo (inqt) & vehemens est, & tam celeberrima fidei vestræ iã fama, vt nec me laudes vestras prædicaturũ fideles expectẽt. Quin quotiescũqꝫ dicere de vobis aliquid cœperim, vt & illos vos laudãdo ad fidei ardorem traducã, me ipsi præueniant, & vr̃as virtutes priores enarrent. **Ipsi enim de vobis annũtiant, qualem introitũ habuerimus ad vos.** Cum mea ad vos profectio mortes vobis vel infinitas commi naretur, nil tñ ob id vos estis offensi. Quin potius cum nostri gratia in vitæ discrimen cõcideretis, nec nos sic quidẽ auersi, sed ita estis tutati, vt ob vestrum id in me studiũ, innumeris sitis bonis cælestibus fruituri. Secundo nanqꝫ ad hos diuertit Apostolus, cum in Iberiam profectus, repulsusq́ꝫ Thessalonicam iterato venisset: & à Thessalonicensibus ita susceptus, vt sui gratia, eorũ vitã morti obtulerint. **⁊ quomodo cõuersi estis ad deũ a simulacris, seruire deo viuo ⁊ vero.** Hoc est, facilis admodum & vehemens hæc vestra fuit ad Christũ defectio. Monitis deinceps & minus molestis eos commonefacit, à quibus, & ad quem ipsi desciuerint & demigrarint, & vitã vt ducant hortatur, quę deo sit digna. **⁊ expectate filium eius de cælis, quẽ suscitauit ex mortuis Iesum, qui eripuit nos ab ira ventura.** Vel id quidem eadem breuitate exequitur. Edocet nanqꝫ sub specie quadã narrationis, vt dei filiũ opperiãtur. Id nanqꝫ vel eos maxime cõsolatur qui opprimuntur. Eripuit autem nos ab ira vẽtura, hoc ẽ, à cruciatu & pœnis, vt qui illi per fidem morẽ gesserimus, & optimis vitę labe carentis actionibus, nec illis q dem hic daturus est veniam, qui nos oppressere. Et quo-

niam mala in manibus sunt, bona vero seposita, maxime illis fidem testificatur. Siquidem tolerando, pro certis spe rant & indubitatis futura.

Caput .II.

Nam & ipsi scitis fratres introitum nostrũ ad vos, quia non inanis fuit. Et nostra (inqt) pmagna sunt, tãetsi nos nec verbis simus humanis vsi, nec noster introitus superuacaneus fuerit, hoc est, nõ expers discriminis, nec molestiarũ immunis, aut non multum habens firmitatis. Nam vt sæpe dictum est supra, edita pericula sunt, quæ fidẽ obfirmant. His enĩ sublatis, inanis illa & superuacanea conuinceretur. sed ante passi multa, & cõtumelijs affecti, sicut scitis in Philippis, fiduciam habuimus in deo nostro loqui ad vos euãgelium dei in multa solicitudine. Etsi pericula (inquit) in Philippis euasimus, alijs rursum nosipsos obiecimus. Vides vt semp gestorũ omniũ deo summã adscribat. Fiduciã enĩ inquit, habẽtes in deo, hoc est, ab eo & vires & robur accepimus. Exhortatio enĩ nostra nõ de errore. Hoc est, nostra doctrina non à fallẽdi arte aliqua proficiscitur. Qui enĩ fallacijs alios circunueniũt, plane constat nunq̃ se periculis obtulisse, sed in delicijs versari & luxu. Ipse vero in discrimẽ me contuli. Quo fit, vt clare pateat, neminẽ me docendo circunuenisse. Nec pro rebus hisce humanis, sed p cælestibus illis & certioribus periclitari voluisse. neq; de immũditia. Hoc est, nihil edoceo quod sit impurũ, vt magi faciunt & venefici. neq; in dolo, Neq; remnitor innouatione & sectis, vt hi qui circa Dathan sunt. sed sicut probati sumus a deo, vt

Nume.16 crederetur nobis euangeliũ, ita loquimur. Neq; enĩ nos elegisset deus, nisi & dignos nouisset. Tales igitur & in ea probatione perstamus, qua & sumus ab eo ad tã ingens præconiũ segregati. non quasi hoĩbus placẽtes, sed deo qui probat corda nostra. Hoc est, nõ vobis placendi hæc gratia facimus, sed vt deo morem gera-

mus, qui scrutatur recondita, disquiritq;. Id nanq; prætendit, cum probat inquit: Vel quia cordium sensa ille admittit, coronatq;. Quo fit, vt nemo qui idolis nitatur & impurior sit, huic possit gratificari. Neque em̃ aliquãdo fuimus in sermone adulationis sicut scitis. Cũ hors & laudes anticipasset, ne illas reddat suspectiores, pinde ac assentandi gratia has ingessisset, neq; antehac alias (inq t) adulationis sum vsus sermone, quod deceptorũ est & fallentium, neq; nũc vtar. neque in occasione auaritiæ, deus testis est. Neq; pecuniarũ cupiditate apud vos pdicãdi hoc munere sumus defuncti. Quod autem nihil nos prætulerimus assentando, vestrũ sat est testimoniũ: quod vero nulla mihi insit habendi libido, testis est deus, sed vobis incertum. nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab alijs. Neq; enim, qa sumus ignominijs dixit affecti, vel honorib⁹ minus nos freti, ne exprobrare hoc his videatur, sed nullos inquit, ab hominibus honores exigimus, vel gloriam, tametsi gloriam videatur & honorem prædicandi hoc munus deposcere. Nam & si maximis imperatoris legatos, cuius gerunt personam, dignantur honoribus, lõge magis sunt & hi prosequendi, qui ad nos à deo legantur. Quo igitur pacto gloriæ vendicandæ facere quicquã videbimur, qui nec à vobis velimus, nec ab alijs, sub doctrinæ & instructionis, prętextu, honore aliquo honestari? cũ possemus vobis oneri eẽ, vt Christi apostoli. Vel quia & nobis licet apud vos gloriam adipisci, vel quia à vobis accipere possumus alimenta, & graues esse, cum nostra id dignitas poscat, vt à vobis ad vitam necessaria exigamus. sed facti sumus paruuli in medio vestrum. Id est, benigni, nil graues. Vel paruuli, id est, immunes nequitiæ, nec gloriæ cupidi. Qui enim tantula sunt ætate, nihil huiusmodi meditantur. In medio vestrum, hoc est, tanquam ex vobis vnus effectus, nondum superne accepta hæreditate. tanquam si nutrix foueat filios suos. Eius

nunc exprimit in hos beneuolentiæ magnitudinem, inquiens: Num nutrix aliq̃ pueris minutioribus eo blanditur, vt ab his pecunias exigat? Decet ergo & præceptorē, benignum his & beneuolum se præstare, quos vel contumaces sit nact⁹, vt nutrix solet in alumnum se gerere, vel ab eo si vapulet lacereturq́ꝫ. **ita desiderantes vos cupide, nos volebamus tradere vobis non solum euangeliū dei, sed etiam nostras animas.** ἱμείρομενοι dixit, quod græce rectius ὁμειρόμενοι habet, q̃uis nonnulli sic sentiant, nec recte. ὁμειρομενοι nanque ex ὁμοῦ compositum est & εἴρω, quod est necto. ὁμειρόμενοι itaqꝫ hoc est, vobis connexi & inhærentes. Non solū igit. inquit, nihil ipsi à vobis accepimus, sed si fieri possit εὐδοκοῦμεν, hoc est, valde volumus vel aīas nostras in vobis euacuare effundereq́ꝫ. Tradere aūt euangelium, hoc honoratius: Animam vero largiri difficilius. & feruentis est amoris indicium, q̃d & Paulus ita subiungit: **quoniam charissimi nobis facti estis.** Ne videatur hæc omnia eo exigere, quia pro his suscepisset labores, appareretq́ꝫ tāq̃ debitos sibi honores reposcere, sic inquit: Nullius rei causa, nisi vt vobis tātum prodessem, id egi: Neque vt mercedem efflagitem, sed vt quod bonum est, proseq̄r. **Memores enim facti estis fratres laboris nostri & fatigationis, nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis euangelium dei.** Non enim reminiscamini dixit beneficiorum, quæ vobis contulerim, sed laborum memores estis effecti. Neqꝫ horum dūtaxat, quin & defatigationes & lassitudines recordemini, quibus non interdiu solum, sed & noctu insudando affectus sum. O quanta inerat PAVLO ne quem offenderet solicitudo? Arguit præterea Thessalonicenses non multum bonis externis his abūdasse, cum inquit, ne quē vestrum grauaremus. **Vos testes estis, & deus.** Etsi fides deo est adhibenda, tamen cum nequaquā hominibus pateat, vtrum hæc dei testimonio cōprobentur, & ipsos ad quos

sermo habet, testes vocat. quod sancte. Hoc est, omnia factu necessaria, seruatis modo erga deum pietate & cultu, adimplentes. & iuste. Hoc est, nemini, pecunias flagitãdo inferentes iniuriã. & sine querela. Absque cuiusquam offensione. vobis qui credidistis fuimus. Ab infidelib9 Paulus & irreligiosus appellabatur & impius, & iners quidam deliramentorum pseminator, & tanquam qui nihil sani profiteretur: sicut scitis. Rursum hos in testes producit, quod sane est humilitatis indicium, & nil eum per insolentiam loqui. Qualiter vnumquenque vestrum, sicut pater filios suos deprecantes vos. O quanti res erat neminem consolationis expertem præterire, sed singulos accõmodatius appellare, hortarique & precari. Deprecãtes vero vt viriliter oïa tolerarent. Non ergo gloriã quærebat Aplus, quippe qui superius nutrici se cõparasset, nũc patris charitatem præferat & curã, cũ humilitate susceptã. Quis enim parens aliquando in filios insoleuit? & consolantes, testificati sumus. Est quidem testificari vlterioris doctrinæ argumentũ. Nil ergo Paulus adulabatur, cum abunde instrueret. Cum vero vt pater prædixit, mox & testificati adiecit, perinde acsi dicat: Neque acrius vos commonefeci, sed leniter, & vt solent parẽtes. vt ambularetis digne deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriam. Attende quemadmodũ sub specie quadam narrationis edocet simul & consolatur, sic inquiens: Si enim vos ad suum imperium euocat deus, sunt hauddubie vobis eius gratia oïa toleranda. Ideo & nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed sicut est vere, verbum dei. Hoc loco & ipsos collaudat, inquiens: Neque enim vel ipsi cũcta sine querela exequimur, vel vos meæ conuersationis & disciplinę indignum argumẽtum aliquid edidistis & signum. Non enim tanquam hoiem audiretis loquentem, sed attentos vos præbuistis, tanquam deo monente. Verbum aũt auditus dei, prædicationem dicit, vtpote Roma.10.

quæ audiendo credit. Nam q̃ pacto sunt credituri, nisi & auditu pcipiant? qui operatur in vobis, qui credidistis, Quæret aliquis, vñ id liquet, hos hoīs verbū excepisse? Vt q operat inquit in vobis, hoc est, ex ipsis opibus patet. Nā si non eadē attentione audissetis me prædicantē, q̃ & deū, si in præsenti id muneris fungeret, nequaq̃ constāter à deo & viriliť tulissetis tentationes & mala illata. Vt eñ se neq; assentatorē esse, neq; fallacem, ex discriminum tolerantia patefecit, sic hom & fidē qa pressutas fortiť & angustias tulerint, demõstrauit. Vos eñ imitatores facti estis fratres ecclesiarū dei, quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu. Vt ne qs ecclesias hasce Iudæorū existimet synagogas, & in Chr̃o Iesu adiūxit, vt fideliū ecclesias designaret. qꝛ eadē passi estis ⁊ vos a cõtribulibus vestris, sicut ⁊ ipsi a Iudæis. Plurimum sane ad hos consolandū hoc facit. Si eñ Iudæi q tantopere paternarū traditionū zelo detinerent, qa semel crediderint, sunt tanta ppessi, quāto & vos magis oīa ferre pro Christo, suscepta iam fide debetis? Proinde nec qdem exile.i. vel tenue argumentum, vera à vobis prędicari non falsa, cum & Iudæi prædicationis huiusce gr̃a, quā antea impugnassent, tot malis affecti, æquo tñ animo omnia tolerarint. qui ⁊ dominum occiderunt Iesum. Quid ergo mirū debet videri, si eos q secum vna essent ex tribu hi afflixere, cum & Iesum dñm morte affecerint? Vide q̃ ingens sit cõsolatio Christi passionū fieri participes. & ideo Paulus vel in omnibus suis tentationibus Christi ꝓfert exemplum. ⁊ proprios prophetas. Dixerint forte nõ nulli, ideo illos Christum dominum occidisse, quia hunc ignorassent: Nonne & suos norant prophetas, quorum ipsi vel scripta producunt, cur ergo & hos necauere? Est itaq; plane perspicuum, nihil hos facere veritatis ardore, sed tanquam rabidos in feritatem hanc deferri præcipites. ⁊ nos persecuti sunt. Nos scilicet qui apostolatus hoc munere fungimur, & vos ad fidem instruimus: Quo

rum exẽplo & vos discipulos decet intentos ferre oĩa patienter. **Et deo non placent.** Nam quo pacto deo sunt morẽ gesturi, cuius & filiũ morte mulctarint, & prophetas occiderint lõge prius, q̃ in terris hic aduenisset? **Et omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui, vt saluæ fiant.** Si terrarũ orbi sunt salutaria quæq; nuntianda, & hi q̃ minus hæc fiãt impediũt, cunctis ergo hoĩbus obsistere, & cõmunes oĩm hostes coarguunt. Est nanq; summa quædã peruersitas, communẽ interpellare salutẽ. **Vt impleant peccata sua semper.** Ea nunc dicit peccata, q̃ olim in ,pphetas & in Christũ deinceps, & in nos demum hi commisere, tanq̃ id inqat: Vt ostendant sese maximũ in modum deliq̃sse, attigisseq; iã refertã nequitiæ mensurã, & scelerũ apicẽ. **Peruenit ira dei in illos vsque in finẽ.** Non datur (inqt) vt quondã ex captiuitate reditus, & ad terrã promissionis peruẽtus, sed in finẽ vsq; dei in hos ira peruenit. i. semp in hos pmansura est dei ira. Ostendit præterea, cum vsq; in finem inqt, diuinam hãc irã à principio fuisse his debitam, & prophetarum vaticinio comminationibus intentatã. Cæterũ solatus antea Thessalonicenses cum diceret tentationum se multos habere participes: sic & hos nũc consolatur, cum eos arguit, qui in præsenti hos vrgerent, pœnas daturos. **Nos aũt fratres desolati a vobis ad tempus horæ.** De charitate hoc differit loco. Superius enim patris more & nutricis cuiuspiam, filios appellauit. Nunc vero desolatos affirmat & orbos, quod sane liberorum est cõquirentium genitorem. Vnde perdiscere licet, quanto illos desiderio prosequeret Apostolus, & mœrorẽ in q̃ esset prætendit, quem ex illorum seiunctione cepisset. Neq; sat illud habebat vt diceret, sese ab his desolatos, sed ad horæ tẽpus subieecerit, hoc est, breui admodumq; tpe, & q̃d vnius possit horę, vel momenti potius spatio computari. **Aspectu non corde.** Præsertim cum haudquaq̃ sumus corde seiuncti, sed aspectu dũtaxat & persona, ita & si cor-

de vos semp habentes,angimur tñ, qa neq̄quã liceat nobis vestra præsentia frui. Notandum aũt ad charitatis ardorem accedat necesse est & rei concupitæ aspectus, ex q̃ & amor magis incendit. **abundantius festinamus faciem vestram videre cum multo desiderio.** Abundantius scilicet sumus celeritate vsi,quã eos decet,q ad horã sint rei optata conspectu freti. Attende quã vehemẽs sit Pauli charitas. Nullam em̃ ob rem aliam (inq̃t) adire vos cupio,nisi visendi grã. **Qm̃ voluimus venire ad vos,ego quidẽ Paulus & semel & iterum,sed impediuit nos satanas.** Quid ais,num satan te intercepit? Ita sane. Neq; em̃ id dei opera effectum est. Nã & alibi ad Romanos sic scribit,deus ꝓhibuit: Et Lucas inquit:
Roma.1 Spũs vetuit eos. Et ad Corinthios: Spũs dixit esse id opus.
Actu.16 Hoc aũt loco,satanæ esse hanc operã dicit,& tentationes
2.Cor.1. quasdã ex insperato & dei pmissu allatas. Vide quã hmõi charitate oblectet Apl's. Oñdit nanq; suam in hos bñuolentiam se cæteris prætulisse,cum inq̃t: Ego Paulus .i. & si pleriq; alij qui mecum sunt ad vos iter accelerarent,ip̃e tñ illud aggressus sum. **Quæ est enim nostra spes, aut gaudium,aut corona gloriæ?** Nonne igit eiusmodi verba matrum sunt,viscerꝫ immẽso q̃dam ardore & amoris flagrãtia,pueros minutiores lepide appellantium? Nõne satis fuisset,vt eius ardentissimam cupiditatem exprimeret,coronã dixisse,nisi & gloriã adiecisset? In vobis inquit,spes mea sita est oĩs. Plurimum em̃ apud deũ confidentiæ,vestri gratia habiturus, eoq; & lætitia efferor, qa coronæ mihi futuri estis & gloriæ,hoc est,excellenti & claræ. Tametsi in præsenti hãc mihi gloriã peperistis,& in futurꝫ sitis mox parituri. **Nonne vos ante dñm nostrũ Iesum Christum in aduentu eius?** Dicet aliqs: Nũ spes tua oĩs ô Paule ex ꝑfectu Thessalonicensiũ nititꝰ? nequaquã inq̃t. Neq; em̃ his solum fidendum,q̃d plane ostẽdit cum dicit: Et vos,sed alios esse quã multos,de qbus sit ipsi quã optime sperandũ. **Vos enim estis gloria no**

ſtra & gaudium. Quantæ em̄ illud eſt gloriæ tam amplā deo obtuliſſe eccleſiam, & tam probatam & placitam?

Caput .III.

PRopter quod non ſuſtinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis ſolis. Hoc eſt, ſatius duximus & iudicauimus. et miſimus Timotheum fratrem noſtrum, & miniſtrum dei in euangelio Chriſti. Tanta em̄ huic ſanctiſſimo viro inerat cura diſcipulorum, vt cum eſſet ipſe anguſtijs nonnullis etiam grauibus interceptus, alios dimitteret diſcipulis profecturos. Quod ſane tunc egit, cum ad hos Timotheum tranſmiſit, cuius in laudem pleraq; diſſerit: Non adeo vt eum collaudet, ſed vt illos potius honoribus proſequatur, cum hominem ſibi tam maxime neceſſarium, & opam in prædicādo euāgelio nauantem, iſtorum grā à ſuſcepti opis miniſterio interpellauerit. ad confirmandos vos & exhortandos pro fide veſtra. Cum em̄ ob præceptoris diuexatiōes laborēt nōnunquam, tn̄ & confirmādi erāt & exhortandi ne à fide exciderent. Non em̄ parum obturbantur diſcipuli, & q̄ſi diffidunt, præceptore ærūnis & malis tantopere afflictato: vt milites ſolent, cum ducem ſpectāt affectum vulneribus. vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis. Explicat nunc q̄d illis ſit profutura. Timothei exhortatio, id ſcilicet, vt nemo moueatur, hoc eſt, perturbatione nulla horum quiſpiam offendatur, cum ipſe afflictor, ne q̄ pacto deflacceat vel à fide deſciſcat. Diabolus nanq; cum in ipſis anguſtijs tēpus eſt aliq̄d nactus, blanditur infirmioribus, q̄etem otiumq́; ſuggerendo, vt à rebus triſtitiā inferentibus, prorſus abſcedant. Nonnulli vero σαίνεσθαι pro moueri poſitum dixere, à canum metaphora, q caudam mouēt cum alludūt & blandiuntur. Ipſi em̄ ſcitis quod in hoc poſiti ſumus. Audiamus ergo quemadmodū q Chriſti fidem exceperint, tētationibus eſſe oporteat & preſſuris expoſitos. Neq; em̄ de apl'is hæc ſolum ſunt dicta. Si itaq; ad id ſumus nos inſtituti, q̄d mirum ſi p̄mimur?

Quo fit, vt non modo præteritis malis, sed ne futuris quidem & imminentibus obturbari nos deceat: id em̄ nobis maxime congruit. Nā et cū apud vos essemus præ dicabamus vobis nos passuros, sicut et factum est & scitis. Magnopere discipulos consolatur, cū à præceptore longe mala futura denūtiant, Nequaq̄ igit̄ hos obturbari par est, tanq̄ ex rebus ex insperato occursantibus,
Iohan. 14 eoq; Chr̄s discipulos ita alloquit̄: Dixi vobis anteq̄ fiant, vt cum facta fuerint, credatis. Nec solum hoc Paulus illis p̄dixit, sed alia pleraq; vti prænunciauerat, & finē sunt nacta. Propterea & ego amplius nō sustinens misi. Si futura illis ô Paule mala p̄scieueras, noueras q; nil necessariū fore in pressuris eiusmodi tolerandis hos cōmoneri, q vltro ad eos alios destinares monituros vt cōsolent̄: Licet nāq; ex hoc apte admodū cōspicari, te minus illis cōfidere. Ex charitatis id (inqt) cōfidentia facio. Solēt nāq; q plurimū amāt, vel certa & firma habere suspectiora & dubia. Occurrebāt præterea tentationes multæ & variæ, ita vt maloꝝ me magnitudo & moles pterrefacerēt. Propt̄ea neq; illud intulit, qa cū de vobis iā desperassem, ad vos Titum trāsmisi: sed qa morā ferre amplius nequeo, quod erat ingētis bñuolentiæ argumentum. ad cognoscendam fidem vestram. Hoc loco quęrūt nōnulli, quo pa-
2. Cor. 12. cto Paulū, q ad tertium vsq; cōscēderat cælum, audisset q; uerba quæ dici handq̄q̄ fas esset, Thessalonicēsium facta latebāt, sed Timotheū dimittit vt illoꝝ fidē rescisca t: Dicēdum igit̄, neq̄q̄ oēs q sanctitate pollerēt, siue Christi præcesserint tp̄a, siue post Chr̄m sint subsecuti, istiusmodi cēreꝝ in cognitaꝝ notionē adeptos. Eliseus nāq; quemad-
4. Re. 4 modum cum Sunamite ageret, minus intelligebat, & Eli-
3. Re. 19 as solum se relictum arbitrabat̄, tametsi septem milia su-
1. Re. 16 perfuissent: Et Samuel admonetur, ne Dauid fratris qui esset natu prior, vultum intueret̄. Haud secus & apostoli ipsi multarum rerum tenebantur inscitia, quod sane eo effectum est, ne vel hi superbirent, vel de his cęteri magnā

præsumerent opinionem. Neve & illud excusare possimus, supra quam humana cõditio patiatur, fuisse hos gratia donatos, vt tm̃ possent de se virtutis, pmittere, & sic nobis in diligentia quadã desperãtibus, & torpedo oboriatur. Sed compertum nobis id potius sit, neq; illos statim fuisse ope diuina fretos, sed suo labore vitæ rectitudinẽ peperisse. ne forte tentauerit vos is qui tentat. Nec mihi quidem suspicio subest, motos vos esse, sed tentatos duntaxat extitisse. Aduerte aũt cũ malis vrgemur, animo obturbari, dæmonicũ esse, & præsertim cũ nõnulli adeo offendũur, vt & alios lędãt, queadmodũ cõtra Iob illum se gessit diabolus, qui huius vxorẽ ita tẽtauit, vt Iob etiã offenderetur. Tentat p̃terea diabolus, nesciens tñ vtrũ victor sit euasurus, necne. Alioq cũ impudẽtissimus sit, confestim aggreditur, si imbecillũ sit nactus, instat vrgetq;: si validũ & constãtẽ, desinit insultare. ⁊ inanis fiat labor noster. Vel si à fide desciuerit Thessalonicẽses ó Paule dixerit q̃spiã, qd tua id interest? Habet nãq; q̃d impẽdisti laboris, iã sat; apud deũ mercedis. Vel si ita (inq̃t) futurũ crediderim, ex mea tñ maxima in hoscharitate, inanes duxerim meos labores, & nullius momẽti. Nũc aũt venien te Timotheo ad nos a vobis, ⁊ annuntiante nobis fidẽ ⁊ charitatẽ vestrã. Verebar eq̃dẽ (inq̃t) supuacaneos fore labores meos, sed cõtrariũ habuit res ipsa euẽtũ. Vides quãtũ p̃ se ferat lętitiæ Paulus. Nõ em̃ annũtiãte dixit, sed euãgelizãte, vt & illorũ fidei & charitat; exprimat magnitudinẽ, in q̃ obfirmati iã essent & stabiliti. Gręce qdẽ euãgelizãte habet nõ annuntiãte. ⁊ q2 memoriã nostri habetis bonã, sp desiderãtes nos videre, sicut ⁊ nos q̃q; vos. Hoc ẽ, q mei reminiscimini, laudib9 me, psequẽtes & bñdict;. Audite discipuli, & p̃ceptorũ memoriã discite aĩo sp iucũdiori repetere. Est; em̃ hoc pacto vobis, nõ illis maxĩe, pfuturi. Quinetiã Thessalonicẽsibus ipsis ingẽti illud ẽ gaudio, & hos p̃cipue cõsolat̃, q certiores nũc fiũt, Paulũ eẽ nõ nesciũ ab se & colinõ me-

Iob. 2

diocrit,& obseruari. Quo fit, vt ex opinione hmõi, istorum magis ac magis in Paulum charitas augescat. ideo consolati sumus fratres in vobis in omni necessitate & tribulatione nostrâ. Tanquam grãs istis agebat, q̃d à fide nihil secesserant. Neq; enim inq̃t, videmur tristia q̃quã pacto sentire, & mala in quibus versamur, sed consolati nos sumus & respuimus nõ vnis ex malis, sed ex omni pressura. Nã tñ ẽ id gaudiũ q̃d vestra ex fide accepi & charitate, vt cunctis p̃ponderet necessitatibus meis & malis. per fidem vestram. Vos (inquit) me confirmastis, cum longe alit̃ se res haberet. Nam ipse cum tentationibus nihil succumberet, illos potius corroborabat, alioqui suam in hos laudem confert, perinde ac si inquiat: Per fidem hanc vestrã haudquaquã siuistis vt tentationes sentire. q̃m nunc viuimus si vos statis in domino. Neque em̃ nobis consolationi fuere hæc dixit, sed vitæ, arguens illorum offensionem pro morte seducere, & profectum pro vita, & consistere eos existimare, qui in Christo sint roborati. Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro vobis om̃i gaudio, quo gaudemus propter vos ante deum nostrum? Tãta me (inquit) vestri de causa incessit lætitia, vt neq; grãs deo pro merito agere liceat. Existimamus nanq; has vestras virtutes, à munere quodã dei & singulari profectas. non em̃ vel humanæ solertiæ, vel animi mortalis hominis esse id tm̃ sapientiæ duxerim. Cũ itaq; ob id vobis collatum sapiẽtiæ donum grãs deo plurimas debeamus, nequaquã tñ suppetũt nobis, quæ illi possint pro bñficij dignitate haberi. nocte ac die abundantius orantes, vt videamus faciem vestram. Orabat horum vt liceret cõspectu frui. Nec sane minori cupiditate, quã solet agricola quispiã, cũ audit quẽ optime coluerit agrũ, fructus huberrimos protulisse, & reuisere eundẽ, & oculis plustrare mox cupiat. & compleamus ea quæ desunt fidei vestræ. Cũ esset supius illis & statũ & fidei robur testifi-

catus, cur fidei nūc infert q̄ desint se completurum. Quia nondum oēm exceperant disciplinā. Deerat nanq; illis de resurrectione traditio, vel istiusmodi alia. Vel quia erant pleriq;, qui falsa docerēt, propterea quæ desunt dixit. Nā cum ne à fide desciscerent vereretur, ad confirmandos inquit, vos misi. Nunc vero vt cōpleamus q̄ desunt, & q̄ ad doctrinā attinent potius q̄ ad fidem. Compleri eñ illud dicimus, cui vt absolutum sit, par aliquid deest. **Ipse autem deus & pater noster, & dominus Jesus Christus dirigat viā nostrā ad vos.** Ostendit quēadmodum hos visere cupiebat, & in epistola hanc suā expressit cupiditatē. Simul etiā excusat, non ex negligētia se ab his absuisse tādiu, tāq̄ id dicat: Deus ipse tētationes præcidat, quæ nos trahunt diuersos, vt recta ad vos proficiscamur. **Vos aūt dominus multiplicet, & abundare faciat charitatē vestrā in inuicē & in oēs.** Vides effrenatas amoris furias, cū illos & abūdare & affluere cupiat pceturq; charitate: nec ea dūtaxat q̄ inter hos mutua sit, & in oēs diffusa. Id eñ amoris est propriū qui deū profiteatur, vt oēs circunplectat & capiat. Nā si hunc fuerit cōplexus, illū vero minime, haud sane hmōi erit secundū deum bñuolentia, sed humana potius quædā, quæ se non æque in oēs effundat. **quemadmodū & nos in vobis.** Quod nostra (inquit) interfuit, iā ipi peregimus: quod vestra, vt fiat oramus. Nos eñ in charitatis mensurā habetis & exemplū. **ad confirmanda corda vestra sine querela, in sanctitate ante deū, & patrem nostrū in aduentu domini nostri Jesu Christi, cū oībus sanctis eius.** Arguit quemadmodū sibi sit charitas non his pfutura quos fuerint charitate cōplexi. Abundare eñ vos inqt, faciat deus in charitate, vt corda vestra stabiliant. Dominū aūt spm̄ sanctum intellige, sicuti & magnus Basilius sentit. Quis eñ alius fuerit præter huncipsum spm̄, in dei conspectu & Christi aduentu sine querela, hoc est, immaculatos & puros confirmaturus? Neq; eñ ad confirman-

dum vos dixit,sed corda vestra. Ex corde nanq; prodeūt cogitationes prauæ. Concedi eñ potest,vel eū qui sit præuorum facinorū expers,& nequā esse & impurū,fallacem insuper & dolos nectentem,odiosum,maleuolum,& decreta astruentem peruersa. Sine querela itaq; & labe, tunc quispiā erit,cum cor repurgauerit, & sic sanctitatem adipiscetur. Sanctitas nanq; & continentia dicitur, quemadmodum immunditia,fornicatio appellatur & adulteriū. Quorū vnumquodq; sordidum est & immundum ,& oīs deniq; virtus sanctitas nuncupabitur. Sine querela autem eos vult esse,deo corā & patre,& in præsenti. Virtutis eñ integritas oīs in dei conspectu patebit,non hoīm. fallitur nanq; mortale iudicium. Et in dñi inquit aduētu, quippe in quo sumus,& in patris conspectu nos iudicandi. Optauerim igitur & sordibus vos carere, & tales reddi quales sunt sancti.

Caput IIII

De cætero ergo fratres rogamus vos , & obsecramus in dño Iesu, vt quemadmodum accepistis a nobis quō oporteat vos ambulare & placere deo,ita & ambuletis vt abūdetis magis. Cū itaq; inqt de his q̄ vos decent iā disseruerim,audite iā quæ audiri necessario debent. De cætero vero cum inquit,illud prætendit.i. assidue & perpetuo,& in reliquum tēpus. Attende humilitatē. Non eñ neq; hortando aut precando dignū se dicit,cui fides possit præstari,sed Christum sibi pro deprecatore assumit, tanq̄ id inquiat: Christus ipse nostro vos interuentu precat. Quod aūt accepistis,non verbis modo,sed rebus constat. Operādo nanq; Apostolus agēdoq; alios edocebat. Quid igit̄ vosipsi precamur? certe vt abundetis magis,hoc est, vt superare etiā mea p̄cepta bonis actiōibus studeatis, vltraq; q̄ vobis iniunxerim eniti. Nā quemadmodū terra nō mō quę huic demandant, producit, sic & aīa ipsa nequaq̄ esse debet p̄ceptis fecisse iā satis contenta, nisi & factis illa excesserit. Scitis eñ quæ præcepta dederim vobis

per dnm Iesum. Præcipiunt sane q̃ sint euitanda, & q̃ si fiant, inferant pœnas: si minus, nil laudis sint allatura. Sunt etiã nonnulla q̃ præcipienda non sunt, hoc est, cõmi nationibus frenanda, sed auditoꝝ iudicio permittẽda & voluntati: Quemadmodũ est pecuniã aspernari, & ꝑmanere in cœlibatu, & hmõi alia. Inquit eñ, Qui potest capere, capiat. Est eñ non ab re, Paulum cũ hos acrius nõnullorum facinoꝝ arguisset, noluisse ea ex nõie explicare, sed iterato eos cõmonefacit, rursumq́ꝫ & Christũ producit in medium: neqꝫ eñ (inquiens) hæc mea sunt iussa, sed Christi præ se ferunt imperium. Hæc itaqꝫ vel seruanda ꝑ vos erunt, vel improbanda. **Hæc est autẽ volũtas dei, sanctificatio vestra.** Hoc est, continentia. Hanc enim vbiqꝫ & meminit, & tutandam iniũgit, cum ad Timotheum scribit, & ad Corinthios, Hæbreosq́ꝫ. Est quippe violẽtum incontinentiæ vitium, eoq́ꝫ & curandum enixius medelis quibusdã, & frequẽtioribus quidẽ & varijs. **vt abstineatis vos ab omĩ fornicatiõe.** Quã multæ fornicationis sunt species & perplexæ, quas tamen haudquaq̃ exprimere tulit, sed ab omni dixit cauendum. **vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore.** Vas, corpus hoc dicit mortale. continentes enim cum sumus, corpusq́ꝫ nostrum hoc & tersius & mundum seruamus, in sanctificatione dicimur possidere: Sin vero immundum & sordidatum, à peccato idipsum comprehenditur. Quod vero fuerit à peccato comprehensum, in peccati seruitutem deducitur. Tũc vero id corpus in honore habetur, cum continens se & purum præstiterit. Notandum autem cum sciat inquit, continentiam huiusmodi per exercitationem & consuetudinem comparari posse prætendi. **non in passione desiderij.** Hoc est, non in cupiditate, quæ vitijs sit obnoxia. Est nanqꝫ & desideriũ aliquod siue concupiscentia quod vitio careat, cuiusmodi ẽ reꝝ diuinaꝝ affectatio. Vel forte cuncta per desiderium exprimit, quę passioni concupi-

Mat. 19.

1. Tim. 5.
1. Cor. 7.
Hebr. 13.

ſcentiæ aſcribunt. Oportet itaq;, ſi vita nobis per cõtinẽtiam erit degenda, vt nullum hmõi vitioꝝ deſideriũ id. incendẽtium admittamus. **ſicut & gentes quæ ignorãt deũ.** Qui eñ nullã habent dei cognitionem, neq; retributionem bonoꝝ prauorumve facinoꝝ ſperent neceſſe eſt, vnde voluptati ſe totos addicunt, & illi vniuerſa aſcribũt. **Et ne quis ſupgrediatur, neq; circũueniat in negotio fratrem ſuũ.** Superius quidem de omni fornicatio ne dixerat, nũc vero de adulterio dicit, q̃d & auaritiã
Mat.19. & tranſgreſſionem appellat. Decenter eñ ſuã cuiq; vxorẽ
1. Cor.7. diſtribuit deus, & naturæ limites præfiniuit, vt cũ vna eſſet muliere congreſſus. Fit itaq; vt circunuentio quædã ſit in negotio, hoc eſt, in ipſo concubitu, pręſertim cũ in fratrem delinquitur. Vel ſimpliciter circunueniri fratrem & falli his ꝓhibet. **q̃m vindex eſt dominus de his omnibus ſicut prædiximus vobis & teſtificati ſumus.** Nec me ſolum (inq̃t) exiſtimes, ne in fratres id facinus admittat̃ interdixiſſe, ſed ne in cæteroꝝ quidem vxores eſſe peccandum. Nec ſolutæ mõ præterea ipſæ, vel viris orbatæ, vel cõmunes & proſtitutę, ꝑ luxum ſunt & intẽperantiam abutendæ. Pro his nanq; ſumit ſupplicium deus, & iſtiuſmodi vindicat. Non eñ impune ſumus hæc cõmiſſuri, q̃n lõge maiores pro his ſceleribus pœnas ſubibimus, q̃ recens fuerit accepta voluptas. Vide vt prius precibus egerit, mox; id ſit negotij deteſtatus, cum dixit ſecũdum gentes. Demum & rei abſurditatẽ aperuit, cũ circunuẽtionem eſſe hanc dixit, & hunc in modũ à tanto ſcelere Theſſalonicẽſes deterret. Cõmonefacit p̃terea hos idipſum ſe prædicante vel alias ſæpe audiſſe. **Non enim vocauit nos deus in immunditiã, ſed in ſanctificationem. Itaq; qui hæc ſpernit, nõ hoĩem ſpernit, ſed deũ, qui etiã dedit ſpm̃ ſuum ſanctũ in nobis.** Cũ dixiſſet ſuperius fratri inferri iniuriã, cuius rei & deũ ſubiecerit vindicẽ affuturũ, amplificat nunc idipſum dilatatq;, arguens, vel ſi id mali infidelis quiſpiam patiat̃, datuꝝ hauddu

bic pœnas,qui mala ingesserit.Neq; eñ te (inquit) crucia tu afficiet deus,vt eum qui male perpessus sit vlciscat, sed seipsum vt vindicet.Nã cũ ad munditiã te & puritatẽ vocasset,cũ inquinatior fueris,illatæ in se argueris iniuriæ,q spiritum sanctum tibi cõtulerit. Quo fit,vt siue ancillam siue reginam corruperis,æque peccatũ sit: quandoquidẽ deo hæc infertur iniuria. Nec secus si fornicando delique ris,deus erit huius flagitij vltor, cuius & spiritum inquinasti. Vel aliter:Cum enim prospiciat deus se nobis contemptui esse,contẽptus huius de causa potius q̃ hominis affecti iniuria,ipsum se vlciscetur. Vera quo sumus proue cti dementiæ, vt cum hominũ defugiamus conspectũ q̃s ipsi offendimus,deum qui oĩa conspicatur & videat,tantopere contẽnamus? De charitate aũt fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis. Nihil intea de charitate edisserit,q̃ sit in oẽs seruãda, sed ea duntaxat,quę sit in fratres habenda. Et mox illos cõmonefacit, duo præparãs quędã. Nã primũ ait rẽ ita esse in prõptu, vt neq; instructione indigeat. Nã quæ magnitudine pręstant,vti charitas est,patent quidem & clara sunt: Deinde pudere hos facit,cum vrget & excitat, vt ita se gerant ne eius præsumpta opinione conuincant inferiores. tametsi hos redijsse iã arbitretur in viã. Etenim illud factis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Quod aũt inquit à deo vos acceperitis disciplinã,ex his mihi perspicuum est,quæ per vos in fratres geruntur. Macedonię autem ideo meminit,qa metropolis esset Macedoniæ Thessalonica. Rogamus aũt vos fratres vt abũdetis magis,& operã detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotiũ agatis, & operemini manibus vestris sicut præcipimus vobis. Etsi nequaq̃ sim nescius ait,p vos in fratrem charitatem seruari,rogamus tñ vt abũdetis magis,hoc est,vestram erga fratres augeatis magis ac magis beneuolentiam,ad eamq; & omni studio enitamini. Potest & ita intelligi,vt statim illud sequatur,date ope

ram vt vos quietius habeatis,& vestrũ quisq; propria negotia pagat. Ex his aũt eos arguit qui otio vacant,& qeri se totos addicunt,curiosiusq; aliena disquirunt,oĩa ptur-bare. Quin vero cum manibus inquit, proprijs operami ni,illos vituperat,qui corporis tollũt exercitationẽ,& spiritalia tñ deposcunt,& longe fallũtur. Non cm̃ ieiunium vel humi cubationem manibus quis operat̃,sed spũ. Vnde intelligi datur nõ de spiritali exercitatione hoc loco dixisse Apostolũ,sed de corporali. Est nanq; spũs sancti officium,ex manuũ opa victũ alijs impartiri. spũs inq̃ id certius quoddã est opus. Nã ea tẽpestate Christiani,cum Christi ob fidem susceptã,infidelibus prædæ essent, re omni familiari & fortunæ bonis exhausti,in summa rerũ penuria vitã degebant,eoq; vt operent̃ edocet,quatenus quirent, cum sibi,tum alijs præsidio esse. Si itaq; his iniungit Apostolus operi manuũ insudare,nil tñ eos excludit,qbus ad huc res integra manebat. **Et vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, et nullius aliquid desideretis.** Hoc est,ne quid impudentius apud illos agatis,qui extra fidei aulã diuagant̃ stipem efflagitando. quod tñ modestius dixit,ne illos offenderet,perinde acsi dicat: Si fideles ipsi,cum fidelẽ quenpiã conspicãtur optima corporis valetudine,mẽdicantem,maxime offendunt̃, & istiusmodi hoĩem sub Christi prætextu mercimonia factitare incusant,quanto magis sunt infideles ipsi id mendicandi genus obtrectaturi? **Nolumus aũt vos ignorare fratres de dormientibus.** Hoc loco de resurrectione iã meminit. Nã de hac etsi antea ad eos disseruisset,nunc tñ hijsdẽ mysterium quoddã reuelaturus est. Qui etsi ea q̃ ad resurrectionẽ attinent non ignorarent,dolebant tñ deesse aliquid sibi ad verã cognitionem. Dolorem itaq; hunc lenit Apostolus,inquiens: Etsi pleraq; cum vobis incognita sint,mœstitiã afferũt,cognita vero hanc tollũt, ꝑpterea ait, Nolum⁹ vos ignorare de dormiẽtibus.i.mortuis. Expressit itaq; futurã resurrectionem, cum dormire dicit

Iam vita functos. Qui em̃ dormit, & excitet̃ necesse est. vt non contristemini sicut & cæteri qui spẽ non habent. Cuius rei spẽ dicit? Resurrectiõis videlicet. his nãq; qui se minime sperant resurrecturos, proculdubio lugẽdum erit. Arrigendæ itaq; his dictis aures sunt, & contremiscendum. Quid igit̃ aliquis inquiet? Nũ eo vult nõ hos ignorare, ne afficiant̃ mœrore? Non em̃ inqt subeant cruciatus, sed ne contristentur? Ita quidem. Nã eiusmodi tristitia & pœnas est allatura. Si enim credimus quod Jesus mortuus ẽ & resurrexit, ita & deus eos qui dormierũt per Jesum, adducet cũ eo. Quemadmodũ inqt, filiũ suscitauit mortẽ corporis obeuntẽ, sic & nos suscitabit. Aduerte vt Iesum fidentius eo mortuũ dixerit, qa facta iã & subsecuta fit resurrectio: nos vero, qa suscitãdi sumus, dormientes hic dixerit, futurum arguens, vt ab eiusmodi dormitione & somno excitemur nos aliqñ. Nõ em̃ qui nihil dormierit excitabit. Dormientes vero per Iesum deducet, duplici põt mõ intelligi: Vel qa p Iesum deducturus nos sit. i. filius erit resurrectionis huiusce mediator, qui & præuius fuit, & in patris conspectu adstitit. Vel dormientes per Iesum, hoc est, fideles, vt qui Christũ in se habentes, per Iesum dormiunt. De præcipua aũt resurrectione nunc disserit, hoc est, de gloriosa illa fideliũ à mortuis excitatione, quæ futura cum dño est. Deducet em̃ secum, hoc est, & in nubes vndequaq; nos ille corripiet, tolletq;. Erant quidem Thessalonicenses de vniuersali illa futura resurrectione certiores iã redditi, sed quã essent in se gloriã habituri, nil his satis constabat: eoq; & angi aliquãtulum videbant̃. Vnde eosdẽ nunc cõsolatur Apostolus, cũ gloriosam hanc dicit futurã & honorabilem: ne si fortasse aliter ijdem sentirent, ex alia quauis præsumpta opinione, mœrore afficerentur. quippe cum sint omnes resurrecturi, nõ tñ in gloria, nisi soli fideles, id est, qui rectiora sunt instituta cum bonis operibus assecuti. Aduerte & quæ subsequũtur. Hoc eñ vobis dicimus in verbo

domini. Mirandũ aliquid erat dicturus, eoq́ʒ ex dñi verbo rei huic & fidem facit, tanq̃ id inquiat: Nihil profectò à meipso, sed à Christo edoctus protulerim. Nã illud, dare quidem lõge est satius q̃ accipere, ex præceptoris (hoc
Act. 20. est, Christi) verbis acceperat, & huiusmodi reliqua ex spũ loquebatur. **quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu domini, non præueniemus eos qui dormierunt.** Quod ad Corinthios dixit, in momẽto & oculi ictu, nunc repetit. Et qm̃ difficultatis plurimũ
1. Cor. 15. habere videt, putrefacta iã & tabescentia corpora à mortuis excitare, idcirco qui viuimus inquit, non vt de seipso nũc dicat (neqʒ eñi erat ad resurrectionẽ vsqʒ victurus) sed fideles dicit. Vnde & qui residui sumus (adiecit) in aduentu dñi. Sub eius nanqʒ psona eos cõplectitur, q in humanis tunc tpis egerint. vel eos viuere dicit, qui in Chr̃o assequentsalutẽ. **Qm̃ ipse dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba dei descẽdet de cælo.** Nil his (inquit) diffidas q̃ sumus dicturi. Nã dñi hæc futura sunt iussu. Verum quõ hæc ille est iniuncturus? In archangeli voce, cæteris angelis præsidentis, & identidem inclamantis, prõpti paratiq́ʒ estote oẽs: adest eñi iam iudex. Vt eñi pater in Sina Arabiæ monte tubis est vsus, & angelis ministrantibus, sic & filius tanq̃ imperator hisipsis vtet. Vel quia dei terra hæc iussu cogetur, quæ exceperat corpora, restituere, ad incorruptionem mox transformata. Quod autem vnum in locum vndiqʒ sint conuentura, voce archãgelus operabitur, vnus tamen aliorum ministerio angelorum. **& mortui qui in Christo sunt resurgẽt primi.** In Christo mortui, hoc ẽ, fideles, vt q in nubes sint subleuandi, vt priores resurrecturi, cæteri vero postremi, id est, damnandi. Quippe qui neqʒ attollendi sint, nec Christo in aera obuiam processuri. **Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiã Christo in aera, & sic semper cũ domino erimus.** Etsi mortui (inqt) sunt priores resur-

recturi, nihilo minus & nos qui in hac vita erimus, rapiemur, digni videlicet vt subuehamur in nubes, sicuti & dominũ nubes suscepit. Cur vero cum sit descẽsurus, fideles ille arripiet? id vtiq; honoris gratia facturus est. Nã quemadmodum imperatori cuiq̃ vrbem aliquã inituro, honoribus quiq; & dignitate præstãtes, obuiã, ꝓdeunt, noxij vero & capitis dãnati in carcerẽ interiorem cõiecti, iudicem huncipm opperiunt: sic eo iudicij tpe, pctõres quidem & prauis facinoribus obstricti, in terris iudicaturũ illum expectant, vel si Christianum sortiti sint nomẽ: Iusti vero in sublime tollent. Sic demũ & Christo eodem sunt fruituri, qui est bonorum om̃ium caput, & perpetuo sunt apud hunc permansuri. Itaque consolamini inuicem in verbis istis. Hoc est, nullus vos teneat mœror, vt cæteros, qui se nil sperant resurrecturos. Cap. V.

De temporibus autem & momentis fratres non indigetis vt scribamus vobis. Est em̃ (inqt) superuacaneũ, & plane inutile resurrectionis huiusce & reꝶ finis velle tpa & momenta cognoscere, quæ nec apl̃is ipsis retexerit dñs, cum illum identidẽ rogitantes adissent. Paulo forsitan vel soli ex arcanis illis quæ dici non possunt, innotuit. Ipsi em̃ diligenter scitis, quia dies domini sicut fur ita veniet. Dñi diẽ & cõmunem oibus finem, et priuatũ cuiusq; intellige. Hic nanq; incertus incũbit singulis, cuius finis & ignoratio pluribꝰ modis nobis conducit. Nam si præsciret homo vltimum vitæ diem, om̃i studio adniteret, reliqs diebus, q̃bus se nil dubitaret supfuturũ, cõmissa oĩa et pctã, pœnitẽdo, vt aboleret. Deinde cum se morti ꝓpinquiorem spectaret, baptismi lauacro postremo se tandem perlueret, vt huius virtute delicta abolerent. Nec minus et multi, qui nec moderati quicq̃ nec pensi haberent, si certo scirent (vt ita dixerim) in crastinum se morituros, maximis q̃s haberent infensos tormẽtis afficerẽt, vt animũ odio plenũ explerent, tanq̃ cui nil esset ad se vlciscendum spei reliquũ. Quod tñ

Actu. 1
2. Cor. 12.

exequi interea hęrēt, cum hinc mortis formido coerceat, hinc vitæ suauitudo. Angeret præterea eorū animum assiduus ille mortis metus, q longioris vitæ tenent cupiditate, si mortis terminus innotesceret, nec tñ iusti mercedis assequerent. Possent eñ videri tanquam vitæ huius affecti tædio, si præscriptas sibi ad mortem longiores metas multo ante ,pspicerent, lucem spreuisse. Eoq; & intrepidi adijsse discrimina q̃si desperātes, non q a cum Christo versari percuperēt. Nunc vero cū cuiq; minus cōpertum sit, ob vitæ finem incertiorē, vtrum superare queat qbus offerēt discrimina, pspicua vtiq; erit singulorū q̃ta sit virtus.
Daniel.3 Cuiusmodi & tres illi pueri fuere, q eo magis sunt cæteris admirationi, q a cum nihil essent vtrum euincere flammas & incēdia quirent certiores effecti, idola tñ adoraturos se constant respuerint. Cū itaq; illud minus vos lateat dñi diem, hoc est, iudicij tps, in furis morē & clam subiturū, attēdite his aīm, & vobis cauete: nescit; enim q̄ hora
Lucæ.12 fur ille venturus sit. Cū eñ dixerint pax & securitas, tūc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habētis, & non effugient. Cum essent q hos diuexabāt passionibus vacui & ,pspere agerēt, fideles hūc in modū solat: Neq̃q̃ existimate euasuros hos aliqñ, q̃s ,ppediem inuasura est repētina & insperata pnicies, q̃ varias his amaritudines est allatura. Nec secus excruciabunt, q̃ solēt intestini dolores parturientē vexare. Aduerte aūt queadmodū ad id plurimū faciat parturientis similitudo. Nouit eñ & mulier sese pariturā oīno, pariēdi vero tps ignorat. Quo fit, vt pleræq; septimo mense pter naturæ institutū & via media, nil præsciæ partus ediderint, vtq; & hæc p lusum plerūq; & iocū, derepēte ineffabilib' simul dolorib' crucient: sic & illorū aīæ, q pn̄ti hoc seculo p delicias ducūt & luxū hanc vitā, cum dies ille aduenerit, neq̃q̃ mortē sunt & interitū euasuræ. Vos aūt fratres non estis in tenebris, vt vos dies ille tanquā fur cōprehendat. Hoc est, nō tenebrosam & impurā ducit; vitā. Dicet aliqs quid ergo? Nonne & hos, & si nulla sint

labe affecti, vel incertus iuuasurus est finis. Inuadat q̃dẽ, sed nullo eos obducet mœrore. Vigilãtibus nãq; & in luce versantibus, si prædo aliquis aditum nactus de improuiso incumbat, nil poterit q̃d hoꝝ sit deuastare: At si in tenebris dormitantes deprehendat, relatis spolijs abscedet impunis. **Omnes eñ vos filij lucis estis ⁊ filij dici.** Matth.23
Quemadmodum gehennæ filij asserunt, qui gehenna cõdigna patrarint, & diffidentiæ filij, qui ap̃loꝝ dictis diffidunt, sic & filij dici hi erunt, qui ea quæ lucis sunt fecerint. Ephe.2.
Non estis noctis neque tenebraꝝ. Hoc est, peccati. **Igitur non dormiamus sicut ⁊ cæteri, sed vigilemus ⁊ sobrij simus.** Hoc est, neq̃quã in bonis operibus negligentiores nosipsos præstemus, sed sobrij sim⁹. Auget nãq; vigilantiã ipsa & abstinentia, perinde ac si dicat: Per continentiã quæ bona sunt, diligenẽ & caute peragamus. **Qui eñ dormiunt, nocte dormiunt: ⁊ qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos aũt qui diei sumus, sobrij sumus.** Dormiẽtes eos hic dicit, q̃ somno q̃dã nequitię capiunẽ, tanquã ad virtutes inertes & torpidi, & semper aliquid q̃si per somnũ imaginãtes. Talis est eñ præsens hæc vita a sopore nil aliena. Ebrietatem aũt dicit, non mõ vinaticã illã & a Baccho progenitã, sed quę a quibusuis vitijs orit temulentia, tanquã quæ ipsius naturæ limites & metas excedat, & mentem ipsam obtenebret. Haudq̃quã itaq; ait istiusmodi vosipsi præstetiſ. Nõ eñ constatiſ ex nocte & tenebris, sed ex die ac luce, baptismi & diuinaꝝ traditionum gratia orti. **Induti loricã fidei et charitatis.** Neq; enim sat habet, vt vigilantiam & sobrietatem seruemus, nisi & armis circundücamur. Nam si vigilantior quispiam & excitus fuerit, armis autem careat, quibus tutari se queat, celerrime a prædonibus & capietur & trucidabitur. Fidei vero & charitatis cũ inquit loricam, rectiora quæuis decreta, & optimas vitæ actiones prætendit. Sic eñ vere hoĩes abstinebunt, cũ bonis operibus abundabunt. Hæc quidem sunt non mõ ser

uanda,sed ꝑ thorace habēda. Hunc nãq; nil facile vel prę hendere poterit vel transilire,sed pectus ipm haud secus ac paries inhærens tutabit,et adeo vt nulla nobis succensa diaboli iacula vel obesse possint,vel capere. et galeam spem salutis. Quemadmodũ eñ,q̄d principale est nobis,est caput,galea ipsa obtegẽs securius reddit & tutũ,sic & spes ipsa mentem cõseruat et salutaris illi esse arguit,cũ nihil externum in hãc sinat delabi. Aduerte aũt,q̄d et alibi
1.Cor.13 dixit fidem,spem,charitatẽ,tria hæc,vel in præsenti ex his vt comparent iniungit. quoniam non posuit nos deus in iram,sed in acquisitionem salutis,per dominum nostrum Iesum Christum qui mortuus est pro nobis,vt siue vigilemus siue dormiamus,simul cũ illo viuamus. Propterea(inqt)hæc arma sunt cõparãda,q̃a nõ posuit hoc est,nõ segregauit nos deus,vt eius irã experiamur, sed vt vendicet sibi et saluos reddat, tradito,vt morte afficeret nostri gr̄a, vnigenito. Nobis
Roma.8 ergo vel in discrimine cõstitutis sperãda sunt bona et maxima quæq; à dño expectanda. Nã si crederemus hũc ipm nec filio pepercisse vt saluos fa ceret,spes esset vel certior, fore vt ex periculis & medijs malis nos ille eriperet, & rei experimẽto ita futurũ mox spectaremus,deumq; ipm charitate ꝓsequeremur & ꝓximos. Nam ea(inquit)de causa mortem obijt Chr̄s,vt siue vigilamus.i.viuimus,siue dormimus,hoc est,morimũr,cũ illo vt vitã ducamus. Q̄ñ quidem cęlestis illa dormitio, à terrena hac longe est aliena,
2.Timo.2 Ait igit,nolite corporũ & vitæ huius discrimina, siue mortes reformidare. Si eñ vel morimur victuri sumus. Nam & his q tantope est in nos charitate affectus,vt nostri ob gratiã mortem subiret, viuit quidem, & perpetuo viuet. Propter quod consolamini inuicem et ædificate alterutrum,sicut et facitis. Vides quid demum excusat,perinde ac si dicat:Nõ sum ipe pręceptor,sed vos ipsos inuicẽ velim ædificetĩ.qñ haudq̃q̄ sunt satis, q instruendi fungant hoc munere,vt queam vniuersos cõmonefacere.

Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos. Cum dixisset vosipsos alterutrũ ædificate, ne forsan arbitrentur sese his verbis vt præceptores institui, eoq; & in suos instructores superbiãt, sic inq̃t: Etsi mutuã vobis ædificationẽ permiserim, obsecro tñ vt qui vos edocent atq; instituũt, in honore habeatis. Coguntur eñ grauia multa subire doctores, quæ delati his honores toleratu faciunt leuiora. & præsunt vobis in domino, et monent vos. Si eñ honorẽ his detuleritis qui p hoiem vobis pficiunt, quãto magis qui à deo præfecti sunt debetis & grãs agere, & honorare? Id eñ designat, cũ in dño dicit. i. humanis hisce in rebus & tẽporarijs vobis hoies præsident. In his vero quę dñi sunt q̃ fuerit pfectus, p vobis non solum orabit, sed curabit attẽtius, vt per baptismi lauacrũ iterato nascamini, castigabitq; & medebit. Etsi nocte hũc intẽpesta vos exciueritis, prę sto mox erit. Vides qualis sit in dño præfectura. vt habeatis illos abundãtius in charitate, propter opus illorum. Non eñ simplici quadã hos velim bñuolentia psequamini, sed abundanti, vti & liberi in parentes afficiunt. Nam q̃ Chrm dilexerit, & eius ministrum, vtcunq; se gesserit diligat necesse est: q̃a per eum sit venerãda mysteria consecutus. Si vxorem duxeris decore præstãtem, nõne & his honorem vel maximũ impartiere, q̃ ad te illã traduxerint? Cęlorũ regnum cepisti & eũ contẽnes, qui illud subministrarit? Honorandi sunt itaq; per vos præceptores, quorũ dactu & ministerio bona ineffabilia assequemini. Pacem habeto cum eis. Hoc est, cum pceptoribus. Nouerat eñ odia esse in hos q̃dam oborta. Parit q̃ppe veritas odium, & odio sæpe habent qui alios arguunt, & malefacta nil pbant. Habete igit (inq̃t) cum his pacẽ, hoc est, pacifice cum istis vos gerite. Rogamus autem vos fratres corripite inquietos. Hoc loco ad præceptores diuertit sermonem. Neq; eñ inq̃t, per licentiã & arrogãtiã alios incesseritis, sed lenit castigate. Nam qui peruersis

imbutus est moribus pertinacior fiet in malo, si acerbius forte corripiat. Nā eos contra bñ compositos dicimus, q̄ dei statuta & mandata obseruant. Is nanq; singulis reb⁹ ordinē pfiniuit & limites: quos qui transcenderit, incōpositus esse & dissolutus arguetur: cuiusmodi sunt temulenti, contētiosi, auari, & istiusmodi cæteri, qui delinquendo constitutas à deo metas excedūt. **consolamini pusillanimes.** Pusillo hi aīo sunt, qui ferre nil q̄unt tētationes.
Mat .13 Isti sunt em̄ qui pseminati, in lapides cōciderunt, qui tñ ol no sunt subleuādi, & consolandi. **suscipite infirmos.** Hoc ē, validiores reddite qui fuerint in fide infirmiores,
Roma.14 vt & alibi dicit: Fide infirmos suscipite. **patiētes estote ad oēs.** Hoc ē, dissolutos, pusillanimes, & infirmos sustinete. Id nāq; maximū in modū congruit pceptoribus, vt vel efferatissimos tolerādo ad bonū conuertāt. **Uidete ne quis malū pro malo alicui reddat.** Si mala neq̄ q̄ malis sunt cōpensanda, quāto min⁹ p accepto bñficio, non sunt mala reddēda, vel malo afficere qui nihil effecerint. **sed sp q̄d bonū ē sectamini in inuicē & in oēs.** Neq; em̄ sat est nil p malis illatis repēdere, quin & bonis erit qui mala ingesserit afficiēdus. Id em̄ sentit cū inquit: Sectemini q̄d bonū est, hoc est, enixe nitamini oībus bñfacere. Et inuicē, hoc est, erga fideles. Et in oēs, i. erga infideles estote benefici. **Semper gaudete.** Semp, hoc ē vel in medijs & vrgentib⁹ malis gaudio afficiamini, tanq̄ id dicat: Aeq̄ aīo p Chr̄o oīa tolerate. Aduerte aūt queadmodum postq̄ malū minus esse p malo reddendum dixisset, mox & gaudendum his esse iniunxerit. Qui enim edoctus nullas vlcisci iniurias, sed conferendis beneficijs poti⁹ insueuit, & his benefacere qui mala intulerint, vnde hic poterit aculeos mœror; excipere? **sine intermissione orate, in oībus gratias agite.** Viā nunc aperit ad perpetē quandā iucūditatē, vt assiduo scilicet & orādum sit, & gr̄æ deo agendæ. Nā qui versari cū deo diutius consueuit, eidēq; p oblatis siue psperis siue aduersis gr̄as agit,

perſpicuum eſt, perpetuā quandā animi ſuauitudinē hūc eſſe adeptum,& continens gaudiū. Hæc eſt eīm volūtas dei in Chriſto Jeſu in oībus vobis. Qui enim poterunt ſemper partę grāe dicię? Nimirū ſi nõueris deum ſic velle,vt illi te nõ ingratū ꝑ acceptę exhibeas beneficīis. In Chriſto Ieſu,hoc eſt,Chri domini adiumēto & ope. Nā ille in nobis vel in gratijs hiſce agēdis opitulat, ſicuti vt idipm agamus,& multis in locis in euangelio edocet. Spm̄ nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere. Cum noctis loco ſit hæc vita habenda,& facem nobis dedit deus ſpm̄ ſctm̄,quā ſane ſplēdidiorē reddidere pleriq;,quemadmodum ſancti. Nonnulli vero extingui ſunt paſſi, quemadmodū virgines illæ quæ lucernā oleo carere permiſerant. Nec ſecus & qui Corinthi fornicaret, eādem hanc facem luto offudit. Dicit itaq;,ſpm̄ nolite restinguere,hoc eſt,ſpūs grām. Obſtruite ergo feneſtras ſiue ſenſus hos corporales, ne nequitiæ ſpūs ille inuadat, & ſic fax illa extingui non poterit. Non puluerem inſpergas,vel curas terrenas. Sic enim inextinguibilis permanebit. Vel ita: Erant apud hos & veri prophetæ, & fallaces quidam & ſubdoli. Et quia minus compertū his erat vtri nam horum ex deo eſſent veridici,ſimul omnes auerſabant, & improbabant. Subdit igiẽ,ſpūm nolite extinguere, hoc eſt, ſpūs donum,quod veris ineſt prophetis, cum hos nec ſecus defugitis,quàm alios,qui ſe mentiunt prophetas. Neq; prophetias contemnite,quæ ex ſancto ſpū ꝑdeunt. Omnia aūt probate,quòd bonum eſt tenete. Quid ergo? Excepturi ne ſumus qui falſo ſe prophetas aſtruxerint? Nequaq̄ inquit,ſed omnia probate, hoc eſt,& vera & falſa,periclitando decernite. Deinceps quod bonum eſt tenete,hoc eſt,quas rectas eſſe comperitū habetis admittite prophetias. Prophetas venerationi q̄ q; habetote & curæ. ab omni ſpecie mala abſtinete. Neque enim hoc illo ve abſtinendum indicit,ſed omni re prorſus,ſiue ꝓpheta quouis falſo & cōmentitio, ſiue pra

Iohan.15.

Matt.25

1.Cor.5.

uis qbusuis facinoribus. **Ipse aũt deus pacis sancti ficet vos per oĩa.** Post monita & vota inducit, vt vtrin q_3 sint tutiores. Per oĩa vero, vt corpore & aĩo sanctitatẽ adipiscant, sicut ex subseq̃ntibus ipsis perdisces. **Et integer spũs vester, et anima et corpus, sine querela in aduentu domini nostri Jesu Christi seruetur.** Spũs.i.donum q̃d per baptismum iã accepistis. Nã si huius collucentẽ facem seruabimus, nec restingui hanc patiemur & nuptias ipsas adibimus. Tunc sane corpus & anima querela vacabũt, hoc est coargui criminis nequaq̃ poterunt. Quid ni? Si in nobis illuxerit spũs. Gregorius aũt Nysseus sic inq̃t: Cum eñ hõ ex omni sit animarũ specie admixtꝰ, ea scilicet quæ plãtis inest, mox sensibili & intellectiua, cũ spũm dicit Apl's, pfecto intellectiuã expressit: cum animã, sensibilitatẽ ipam: cũ corpus vitã inesse nobis oñdit, quę & in plãtis esse cõperit. Precat itaq; & optat hos oẽs per oĩa sine querela fuari, & in cũctis deo vt obsequant. **Fidelis est qui vocauit vos qui & faciet.** Vide Apl'i ingentẽ humilitatẽ. Cũ enim eẽt hæc oĩa his cõprecatus, nolite inq̃t existimare meis ex pcibus vos saluos fore, sed dei, q vos p sua vocauit benignitate. Nã si ad salutẽ vos ille exciuit, fidelis est sane.i.verax. Et ita est p eius volũtate facturus, vt & saluos vos reddat. **Fratres orate pro nobis.** Aduerte quã humilẽ se & abiectũ pstet, cũ dicat se horũ precibus indigere. **Salutate fratres omnes in osculo sancto.** Cũ eñ absens ipse req
Matth.26 reret salutẽ ore et pñs his impartiri, p alios saluere hos iubet. Et qm̃ inest nonnũq̃ in osculo dolus, q̃le illud Iudæ Christum pdẽtis fuit, in osculo sancto subiecit. **Adiuro vos per dominum vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus.** Neq; enim adeo plegi epl'am hãc doctrinæ grã cupiebat, q̃ vt illos etiã per epl'am alloqueret: q̃d plane ardẽtis est desiderij argumentũ. Adiurat aut eos, vt si se id paruifacerẽt postulantẽ, obtestatiõe salutẽ eiusmodi, q̃d eis iniungit, exequant. Tanti erat et tã for

midolosa apud Christianos veteres obtestatio. Gratia domini nostri Jesu Christi vobiscum, Amen. Cũctis nos ille (inquit) bonis donauit. Incumbite ergo vt amplioꝛem gratiam, pro tantorum bonorum ac munerum dignitate, & vitam agendo ea mox vendiceris, quæ vł diuina eadem nobis sunt gratia comparata. Caueteq́ iter quodcunq́ prauum ac deuium, vt vitã hancipsam, ad patris & filij & sancti spiritus gloriam transfigatis. quẽ om̃is gloria & honor decet in seculorum secula, Amen.

Scripta fuit ex Athenis.

ARGVMENTVM IN SECVNDAM epistolam ad Thessalonicenses.

AD Thessalonicenses secundam scribit epistolam Apostolus, et notum facit eis de temporibus nouissimis, et de aduersarii detectione. Scribit hanc epistolam ab Athenis per Titum diaconũ, et Onesimum acolytum.

IN EPISTOLAM SECVNDAM AD Thessalonicenses, Theopylacti prologus.

SEcundo ad Thessalonicenses idcirco Paulus scribit, quia his iam antea ꝑ literas significasset, sese ut eos reuiseret summo studio adnisurum. Et quoniam minus esset uoti compos effectus, ferreque diutius has moras nequiret, Timotheum misisse affirmat, qui eius desiderium Thessalonicam remigrandi, aperiret ac nuntiaret. Cunque haudquaq̃ ad id tẽporis ullam esset ad hos proficiscendi nactus adhuc facultatem, ut quæ illis ad fidei summam deessent absolueret, secundam hanc primæ adiecit epistolam, et per literas supplet, quod eius profectione facere libuisset. Quod autẽ sese ad eos nõdum contulerit, liquet ex eo: Nam in priori epistola cum domini aduẽtum nil præfinisset, perinde ac scitu id minime necessarium foret, in secunda hac de domini aduentu perscribit. De quo nil sane in præsenti scripsisset, si ad eos sciret se profectum. per literas itaq́ de aduentu huiusmodi, cuius esset apud hos orta iam quæstio, meminit: præsertim cum essent nonnulli fidei uastatores, asserentes aduenisse iam dominum. Quodq́ et grauius erat, uel dicta quædam ex composito, tanquã a Paulo prodita producebant, proferebantque et epistolas ut ab eodem conscriptas. Quæ omniã cõmentus est dæmon: ut Christianos disiungeret, cum unum illud Christi cultores præcipue consolaretur, fore ut aliquando resurgerent, sperantes uirtutis mercedẽ se recepturos, et qui se oppressissent daturus pœnas. Submisit itaq́ eius ministros diabolus, qui palam docerent adesse iudicium, et Christus secundo iam aduentasse, ut illud maxime suaderet, nec ulla esse uirtuti

Te

merita, nec fore ut quispiam iudicet, nec malos pro eorum cōmissis futuros supplicia. Quæ omnia ideo suggerebat hic dęmon, ut sanctorū spē omnem infringeret, et euangelio aduersantibus audaciam augeret. Arguatq; et Christum mendacē, qui sui aduētus signa quędam prædixerit, quæ minus sint uisa, cum adesse iam resurrectiōis finem falso assererēt, unde aperte dominus ut mendax arguebatur. Quocirca epistolam hanc scribit Apostolus, edisseritq; de Christi aduentu. Cui cum nullū interea præfiniat tempus, Antichristū tamen futurū, indicio patefacit. Thessalonicēses præterea malis magnū in modū iam maceratos, enixius consolat. Demū et signa quædā illis demōstrat, quibus proprias eius internoscant epistolas.

Caput .I.

PAulus, & Siluanus, & Timotheus ecclesiæ Thessalonicēsium in deo patre nostro & domino Iesu Christo. Et in priori item ep̄la ita exorsus ē. Quo fit, vt eadem in hoc primordio sit ęq̄ in illius principio sequenda interpretatio. Gratia vobis & pax a deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Cum eñ suā deus cuiq̄ gratiā impartitur, nil erit quod moleste hic ferat. quandoquidem facile dissoluūtur, quę illi obijciuntur aduersa. Paulus itaq; nihil ignarus q̄ dei gratia ūctis prę-staret, vel hanc ipsam his comprecatur. Quæ vtiq; vt primum his aderit, nullas sentirent quæ inferuntur tentatio nes: sed pace simul diuina accepta, in tranquillo agent, & immobiles permanebunt. Commonefacit præterea eos diuinæ gratiæ, vt cum primū pressuræ inuaserint, huiusce gratiæ recordati, qua salui sunt facti, maxime consolent. Et ex præteritis & maioribus beneficijs certiorem spē nacti, nihil in minoribus malis desperent. Gratias agere debemus semper deo pro vobis fratres, ita vt dignum est. Tria hic docet: Primum, vt si quid p nos optime geritur, gratias deo agamus, nec nostrę virtuti id ascribamus, & illi accenseamus rerum omnium summam, nec

quoq̃ pacto ob rem bene gestam insolescamus: Secundo quemadmodum nequaq̃ sint luctu & lachrymis digna q̃ ipsi perpetiuntur, sed eiusmodi, vt agi deo pro his gratiæ possint. Quocirca debere eos gaudio affici, non mœrore cõficere animum, vel penitus desperare. Tertio, ꝙ alienis virtutibus nequaq̃ sit inuidendum, sed congratulandum potius, & pro fratrum profectu deo dicendæ sint gratiæ. Quo fit, vt q ex alioꝝ virtute dolore afficiuntur, deo ꝓcul dubio maledicãt. Ita vt dignum est, eo intulit, ne cum gratias agim⁹, tanquã nouum aliquid nos inducamus, & cæteris insuetum, superbiamus. Faciamus nanq̧, quod fieri merito debet. Vnde & rem ipsam debitum appellauit, cum dignum est dixit. Vel quia & verbis sunt & operibus gratiæ ipsæ agendæ, sic pro meritis agi iudicabũtur. **quoniam supercrescit fides vestra.** Cum enim vos inuaserit tentationum diluuium, nec aliquo vos intercluserit, nec illis succumbitis, nil certe aliud præferũt, q̃ vestra maxima incrementa, & fidei vestræ sublimitatem. Supercrescit autem dixit, ex quadam veteris cataclysmi illius similitudine, q nequaquã facile summa quæq̧ fastigia intercludit, & si illa operuit, vt primum cœpit decrescere, hęc emersere. arguit etiam istorum fidei magnitudinem, cum supcrescit intulit. **⁊ abundat charitas vniuscuiusq̧ vestrum in inuicem.** Aduerte qualem se hæc habeat charitas. neq̧ enim hunc complexa, alium respuit, sed ęque in oẽs diffundit. Id eñ designat cum inqt, vniuscuiusq̧ vr̃m & in inuicem. Nã si cæteris reiectis, in vnum aliquẽ charitatem oẽm hanc cõtulerimus, haudquaq̃ charitas, sed dissidium diceret. Nam si dei ob gratiã vniuersi sunt beneuolentia prosequendi, oẽs parit obserua & cole. Si vero priuatim aliquem ipse fueris charitate complexus, humana profecto erit, nõ diuina hæc charitas. Aduerte autem animoꝝ coniunctionẽ, & mutuum bñuolentiæ nexũ, ad propulsandas tẽtationes valere plurimũ. **ita vt ⁊ nosipsi in vobis gloꝛiemur in ecclesijs dei.** In priori episto Gen. 7. 8

la dixerat,ita omnes callere quæ apud vosipsos gerãtur, vt nequaq̃ necesse sit de vobis aliquid loqui,cur ergo nũc dicit pro his se in ecclesijs gloriari? Id sane ex electis ipsis liquide patet. Non enim dixit illos de vobis loquẽdo instruimus,sed gloriamur in vobis, & vestrum profectum gloriæ ducimus. Si nos itaq; deo ꝓ vobis gratias agimus, & apud homines tantopere gloriamur,longe magis vos oportebit aduersis in rebus identidem factitare, & tentationibus nihil succumbere. **Pro patientia vestra & fide, & in omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus quas sustinetis.** Ostẽdit hos quidem diu ac multum fuisse tentationibus afflictatos. Neq; enim biduo triduove patientia demõstratur,sed diuturna malorum tolerantia. Illis etiam inesse patientia ista videt, q̃a cum bona illa & promissa cælestia nõdum acceperint, sustinent tamen opperiendo & patiuntur. Nunc vero maiorem illam designat,quæ in persecutionibus & pressuris arguitur. Et his quippe,quibus cum hostibus res erat implacabilibus,necessaria erat firmior tolerantia, & in ipsis præcipue prædicationis primordijs. Pudeat ergo calamitosos hos homines eorum inconstantiæ,qui hominũ iussu & persuasionibus,ad decreta quædam obliqua & peruersa se trãsferunt. **In exẽplum iusti iudicij dei, vt digni habeamini in regno dei.** Vel ex his quæ dicta superius sunt,consolatus est eos, & ex eo præcipue quod dixit: Gratias agimus, & gloriamur in vobis. Nunc vero id infert,quod dolens quisq; & mœrore affectus conquirit, vt pressuras.s. & ipse euadat, & illorũ deposcat qui se oppresserint pœnas. Quod autem inquit,tale est: Aequo animo tolerate qui vobis inferuntur angores, vt postmodũ dei iudicium pateat,quod sane vos ob vestram hanc tolerantiam cælesti imperio dignos efficiet. Vos enim qui oppressi estis & conculcati,corona donabit, & cruciabit qui vos oppressere,aut vim inferunt. Sic deus suam præ se iustitiam ferat. Hos itaq; admodum consolatur,cum dicit;

non per gratiam eos coronam hanc promereri, sed iure, quia viriliter tẽtationibus ipsis obsistunt, accepturosq; in laborum & sudoris mercedẽ, cæleste imperium. **pro quo & patimini.** Neq; enĩ inquit, qui vos angunt, eo dominã tur quia vobis præualeant, sed quia per tolerãtiam dei regnum paratur, & necesse sit vt hunc in modum istiusmodi commutatio fiat. Per multas enim (dñs inquit) regnũ cælorum aditur angustias: & arcta est via, quæ ducit ad cælum. *Matt. 7.* **Si tamen iustũ est apud deũ retribuere retributionẽ his, qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini, requiẽ.** Si tñ (conditionalis particula hęc) nil affert ambiguum, sed roborat potius & affirmat, hoc est, quia iustum sit apud deũ. nam si apud mortales aut parũ valet iustitia, longe magis apud deum est valitura, qui vt seruaretur instituit. Est autem hic dicendi modus in sacris literis sæpius vsurpatus, vt illud: Si odit deus peccatores, *Psalm. 138* si curat deus mundana: quod perfide est dicere, Non odit deus qui peccant, & curæ nõ habet terrena. Nec secus debet & hoc loco intelligi, si tñ iustum est apud deum, consentaneum est, vt iustum esse & æquum id asseratur. neq; enim vt temporaria hæc & breuia, quę hic vobis ingerũt mala, sic illis contra ad breue qui inferentur à deo, futuri sunt cruciatus. quin potius nec fine carebunt, & vobis erit quies perpetua. **nobiscũ in reuelatione domini Iesu de cælo cum angelis virtutis eius.** Ecce & alio quodã modo horũ animos lenit. Siquidem tantarum sint hi palmarũ futuri participes, quas Paulus tanta virtute & rebus optime gestis promeritus sit. Reuelatiõem autem de eius dicit aduentu, per hunc itẽ eos consolans, perinde acsi inquiat: Etsi interea aduentus iste vos lateat, nil tamẽ propterea vobis verendum, quin venturus sit aliqñ. Reuelabitur enĩ dñs Iesus de cælo, hoc est, ex dei sede, & angelis comitantibus virtutis eius. i. potentibus quidẽ & validis. Cur ergo debetis diuexantibus vosipsi succumbere, cum talem dominum habeatis, cuius ministri, virtutis sint

&potentiæ angeli, & quibus daturi sunt qui vos opprimunt, pœnas, nec vsq̃ sunt euasuri? **in flãma ignis dantis vindictã his qui non nouerunt deũ, & qui non obediunt euãgelio dñi nostri Iesu Christi.** Supius dixit vos opprimentibus, nunc vero cũctis communiter qui deũ ignorãt, prudẽter illud affirmãs, futurũ omnino, vt hos vindicet deus. Nã etsi id nostri de causa faceret, sui tamẽ ipsius ob gratiã, sumpturus de hostibus supplicium est. Primũ aũt illud eo dixit, vt certiores hos faceret istiusmodi oẽs, q̃s tolerant adeo ferrent, pœnis esse & tormentis afficiendos. Quod vero subsẽqtur, qui euãgelio minus obediunt, idcirco subiecit, vt hi maxime gaudeant, quia in eorũ honore supplicia his allaturus sit deus, q se oppresserint. Nã si eos qui euangelio nil obsequuntur, punit & cruciat, longe magis qui alios interpellant ne euangelio pareant, q̃les hi sunt qui vos impræsentiarũ diuexant. Vel in flãma ignis, vno contextu erit cũ dantis vindictã .i. in gehenna contumaces excruciãtis. Vel reuelationi quod dixit Christi subsequitur. Vel ea sit reuelatio .i. aduentus in

Psal.96. flãma ignis futura, quemadmodũ & Dauid sic profitetur:

Ignis autẽ eũ præcedet, & inflãmabit in circuitu inimicos

Danie.7. eius, & Daniel fluuius ignis trahebatur. in flãma aũt ignis non illuminantis, sed vrentis. Nã peccatoribus vredinem est allaturus, non splendorẽ hic ignis: iustis vero fulgorẽ & lucẽ, nõ ardorẽ aut incendiũ. **Qui pœnas dabũt in interitu æternas.** Vbinam gentium Origenistæ nunc sunt, qui istiusmodi cruciatibus & finẽ fore fabulantur & fingunt, quos Paulus perpetuos asserit? Cur ergo ad tempus futuros cruciatus hmõi delirãdo iactatis? **a facie domini, & a gloria virtutis eius.** Hoc loco q̃ deo facile sit cruciatus inferre, exponit. Neq; ẽm illi aliqua erit in inferendis his difficultas. quippe cuius vel solo aspectu, rebelles & contumaces cruciabuntur, quandoquidem cũ diuina præsentia, his quidem splendorem est allatura, illis supplicia. Non enim simpliciter ille, sed cum gloria & vir-

rute est aduenturus,ita vt neque huius gloria potentia careat,nec potentia sit gloriæ expers,sed tanq̃ potẽtissimus imperator aliquis veniet. cũ venerit glorificari in sanctis suis. Cum eñ qui dum in humanis agerent,nihil se deo morigeros præstitere,sed tumidi extitere & elati,eos conspicabũtur,quos flagris afflixerãt, infinita gloria iam esse potitos,id sane in dei gloriam cedet. Quippe cum cõmunis sit his cum deo futura hæc gloria. Quocirca,cũ sanctos ille honoribus auget,seipsum extollit. nam vt fideles hic pro diuitijs habet,sic illud in eius gloriam est concessurum,cum extent qui suis bonis sint fruituri. & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. Hoc est,per omnes credẽtes. Nam cum miseros quosque & diuexatos, & ab omnibus affectos iniurijs,tãta claritate & splendore dignabitur deus,tunc sane eius vis omnis diuina patebit. Vel aliter:Cum eñ in medium hi producuntur,& malis afficiuntur innumeris,vt à fide desciscant, nec tamẽ vel excruciati desciscunt,tunc proculdubio cum dei,tum vel horum gloria innotescit. quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. Magnificet eñ deus illo die,hoc ẽ,eius aduentus,quod testimonium nostrum,hoc est,sermo & prædicatio nostra,super vos creditum sit,id est,quod vos credidistis,& bonis illis dignos vos effeceritis,quæ tunc fidelibus donabuntur. Recte autem dixit,in illo die,tunc enim patebunt,qui verã fuerint Christi fidem adepti,nam interea hanc fidem quam minime tenent,dissimulant multi. Vnde & illud optime dictũ: Dicique beatus Ante obitum nemo supremaque funera debet. In quo etiã oramus semper pro vobis,vt dignetur vos vocatione sua deus. Quid ergo aliquis dicet? Nonne & hi erant vocati? Ita quidem. Haud tamẽ de hac vocatione nunc disserit. Secundum hãc enim sunt multi acciti,quinetiam & qui sordidiori erat veste obtectus,& nuptijs nil congruente, vocatus est, & virgines quinque,nec tamen admissæ sunt. Vocationem autem

hoc loco dicit, quæ sit operibus confirmata, quęve haud- dubie vocatio est, sicuti & vera dicit fides, quæ re & actio nibus nititur. ꝛ impleat oẽm voluntatem bonitatis suæ. Eã (inquit) dico vocationẽ, vt oĩs dei voluntas, hoc est, quodcunq; illi placitum est, impleat in vobis, & omne bonum perficiatis, & vosipsi pro dei voluntate præstetis, ita vt nil quidpiã desit. His præterea dictis & illorum frenat, siq̃ forte in his resedisset, superbiã, ne plurimũ collaudati efferant. Arguit nanq;, nondum perfectionẽ hos attigisse. ꝛ opus fidei in virtute. Persecutionum (inquit) tolerãtia perfectiorem in vobis efficiet fidẽ. Quo pacto? In virtute quidẽ, hoc est, fortiores vos reddens, & in fide constantiores. Patientia nanq; opus est fidei. Quo fit, vt qui patientia careat, neq; fidei opus aliquod præ se ferat. vt clarificetur nomen domini nostri Jesu Christi in vobis, ꝛ vos in illo. Si hæc (inquit) q̃ diximus ꝑ vos peragentur, vel in hac vita, dñi nomen in vobis gloriã assequet. Cum eñ vos perspexerint homines pro vr̃a in dñm charitate, tentationes æquo aĩo ferre, quo pacto, nõ deo sunt id ad gloriã ascripturi? Qui adeo bonitate & mansuetudine pręstet, vt sui gratia vel serui oppetãt mortem. Et tantę virtutis sit, vt vos ad patientiam roboret, & vos in ipso sitis videlicet validiores. Q̃nquidem tantopere estis in se fideles inuenti, vt oĩa constanter tuleritis. Cedit nanq; id seruis ad laudem, cum dño fidem seruarint. Vel aliter: Gloriæ futuꝝ est nobis cũ pro Christo maxime angimur, & malis plurimis affligamur. Hæc nanq; nos faciunt clariores, qui cum quotidię morti offerimur, mortẽ tñ superasse arguimur. secundum gratiã dei nostri, ꝛ domini Jesu Christi. Vel ipsum deo (inquit) debet, nõ nobis ascribi. & illius gratia sit, cum ipse, vel gloriã in nobis assequitur. Quippe qui ei nil anteponimus, cum omnium sit ille dulcissimus. Et nos in illo laudem vendicemus, à quo virtutem ad omnia toleranda accipimus.

Caput II.

**Rogamus aũt vos frẽs per aduentum domi
ni nostri Iesu Christi, & nostræ congregati
onis in ipsum, vt non cito moueamini a ve
stro sensu.** Quo tempore futura sit resurrectio, nil expli
cat. Edocet tñ neq̃q̃ hanc in pñti constare. Erant em̃ dece
ptores nõnulli, q plane assererent, instate iã rerũ oĩm finẽ,
adesseq́ & Christi aduẽtum, vñ nec mediocrit hos conso
lat, cum inqt: Ad ipm̃ conuenturos esse fideles, futurosq́
cum eodem perpetuo, sicuti & in priore ep̃la dixerat. Si-
mul nanq vt resurrexerint, ad dñm subleuabunt, q digni 1. Thes. 4.
sunt. Quid ergo vos ipsi rogamus? Id scilicet, vt stabiles si
tis, & in fide constãtes, nihilq́ à sensu dimoti, q̃ ad id tpis,
rectiori vos statu & tenore vno fuetis. **Neque terrea
mini, neque per spm̃.** Hoc est, per ꝓphetiam & vatici-
nium. Nonnulli nanq ꝓphetas se mentientes, populũ il-
ludebant, cum dñm adesse assererent. **Neque per ser-
monem.** Hoc est, per doctrinã viua voce depromptam.
neque per epistolam tanq̃ per nos missam. Per
epistolã videlicet falso cõpositam, quã à Paulo dicerẽt de
stinatã, eorũ dicta hi astruebãt, **quasi instet dies domi-
ni.** Hoc est, Christi aduẽtus. **Ne quis vos seducat vl
lo modo.** Neq sub ꝓphetæ p̃textu, neq sub disciplinæ &
instructionis occasione, neq meis vllis cõmentitijs literis
vos circunueniat quispiam. **Qm̃ nisi venerit discessio
primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius
perditionis.** Haudquaq̃ (inqt) adueniet dñs, nisi & dis-
cessio ꝓdeat, hoc est, antichristus. Quẽ eo discessionẽ ap-
pellat, quia re ipsa ita futurũ sit, vt multos faciat a Christo Matt. 24.
desciscere, vel electos ipsos si fieri põt. Insuper & pc̃ti ho-
minẽ eundẽ hũc dicit, perinde ac futurus sit, scelerũ oĩm pa
trator, seducturusq́ & alios ad peccandum. Et perditiõis
filium nuncupat, vt q & perdendus sit tandẽ. Quis igitur
iste? Num satan erit? Minime, sed hõ aliqs, ab eo vim oẽm
ad mala pagenda desumens. **qui aduersatur & extol-
litur supra omẽ quod dicitur deus, aut quod co-**

litur. Neq; em idololatriam inducturus est ille, quin potius deos ipsos, eorumq; cult' sublaturus est oẽs, & idola euersurus, asserturusq; deũ se solũ esse. ita vt in templo dei sedeat. Nõ in Ierosolymorũ duntaxat tẽplo, sed in omnibus passim ecclesijs & dei tẽplis cõsessurus est ille. ostendens se tanquam sit deus. Nõ em dicẽs se deũ dixit, sed oñdens, hoc est, sed tẽtaturũ sese deũ asserere. Nam & opera ille ingentia & signa edet, vt oẽs fallat. Non retinetis, quod cũ adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis. Hinc sane pspicuum est, magna quædã his Paulũ verbis dũtaxat ꝓtulisse mysteria. Aduerte aũt quẽadmodũ necessariũ erat, vt sæpius eadẽ illa repeterẽtur, & q̃si verbis ipsis exhauriri, vt eorũ animis inhærerẽt. Ecce em & si toties ab Apl̃o audissent, confirmãdi tñ adhuc & stabiliendi erãt. Nihil em (inqt) affero pegrinũ vel nouũ, sed q̃d semp prædixerã. Modestius tñ hos ipsos affatur, & q̃si ad pudorem inducit, cum inquit: Nonne retinetis, perinde ac si dicat, Tam breui vobis memoria, quæ paulo ante prædixeram, excidere. Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore. Quod detineat, hoc ẽ, q̃d ꝓhibeat & impedimẽto sit. Quid aũt illud fuerit, nonnulli spũs gratiam dicunt, quæ prohiberet: nõnulli Romanum imperium: Cui sententiæ beatus Iohannes Chrysostomus assentit. Nam nisi Romanum illud imperium euertat, nullam antichristus habiturus est viã, vt queat ꝓ eius cupiditate quæ velit pficere, eoq; & Paulus rem hãc adumbrate dixit, nec palam expressit. Non enim temere volebat Romanorũ sibi inimicitias vendicare, vel sese periculis frustra obijcere, Nam si dixisset, paulo post sublatũ iri Romanũ imperiũ, mox eum vt suæ reipublicæ interitum minantem, viuum suffodissent in terrã, perdidissentq; & alios qui se sectarent fideles, vt qbus tanti dominatus euersio lætitiã peperisset. Quod aũt nullã hoc loco de spũs sancti grã faciat mentionem, plane liquet. Primum em si de spũs gratia disseruisset, aptius cuncta, nisi

clam & opertū dixisset. Deinde si spūs dona vidisset his de fuisse, ita vt res ipsa videret exigere, vt sese ad illos conferret. Oportuit vtiq; vt ante id tps ad eos se contulisset, vt q̄bus spūs dona hæc defuissent. Aduerte aūt quemadmodū nequaq̄ dicat id breui futurum, sed suo tpe vt reuelat, & tempus rursum incertius & inexplicatum reliq̄t. **Nā mysterium iam operatur iniquitatis.** Per iniquitatis mysterium, Neronem designat, qui antichristi figuram p̄ferret. Qn̄quidem & impurior esset, & deus dici & haberi quærebat. Recte autem mysterium dixit, Non em̄ antichristus hic, inquit, Neronem ea in re imitabit, sed oēm deum aperte & imprudēter impugnaturus est. Quod autem dicit tale est, Anteq̄ antichristi tempus illud immineat, inuentus est alter haud sane multo malignitate illo inferior. Quid ergo mirum, si iam prodijt antichristus, cum vero si antichristum videtur exprimere, occulte tamē Neronē carpit. Nec quia hūc reformidet, sed nos vt erudiat, vt nimia odia refugiamus, nisi fidei rō vrgeat. **tm̄ vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus.** Hoc est, cū Romanū imperiū tollet ē medio, tunc affuturus est ille. Quādiu vero huius formido tenuerit hoīes, nemo se facile alteri cuiq̄ subiugabit. At vbi illud fuerit euersum, inuasurus hic alteꝝ dominatum, & tanquā reꝝ potitus, humana simul ac diuina peruertet. Quemadmodum enim ante Romanorum summā omnium monarchiam, fuere aliena sublata imperia, sicuti Medorum constat à Babylonijs, Babyloniorꝫ à Persis, Persarum à Macedonibus, Macedonum à Romanis fuisse deleta: sic & Romanum hoc regnum ab antichristo tollet, & id quidem ita futuꝝ Daniel ipse testificatur. *Daniel.2*
Nonnulli illud, qui tenet, idololatriam scilicet teneat intellexere, p inde acsi dicat: Cū em̄ error oīs q nunc tenet & dn̄atur, est desiturus, & deorū cultus fuerit extinctus, tunc fides antichristo habebit, quemadmodum & dominus dicit: Prædicabitur euangeliū in testimoniuꝫ illis, & *Matt.24*

tunc sane mundi futura est cõsummatio. Alij vero ita in terpretati sunt, q̃ tenet scilicet antichristi aduentũ. Dicunt enim præfinitũ tẽpus instabit, tunc reuelabit, & palã fiet. Dictum est aũt supra, fuisse nõnullos, eũ q̃ teneat, sanctũ scilicet spm̃ interpretatos, in hanc pinde ac sententiã dicat: Cum eñi spũs iste ob nequitiã hoĩm tollet e medio absces seritq́ʒ, tunc iniq̃ or ille succedet, & habiturus est locum, se visendum vt præbeat. Imperiũ autẽ eo dicunt accepisse iniq̃tatis mysterium, q̃a Simon ille, & Nicolaus hæresum principes, antichristi opa factitarẽt, & cæteri oẽs hos sub secuti: vt Marcion ille Montanus, q̃ se & paracletum appellauit, & Magnes ille, & istiusmodi reliq. Tu vero cum beato Iohãne, vt diximus, sentias velim, q̃ veriora sectatus est. **quem dominus Jesus interficiet spũ oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.** Tanq̃ id dicat, in ꝓximo est vestra consolatio: deleturus est enim hunc dñs. Nam quemadmodum ignis suo fragore parua quædã & minuta animãtia torpere cogit & contrahit, cõ sumitq́ʒ vel anteq̃ ea ptingat, sic & Christus vel solo iussu & eius afflatu, spũs sancti virtute oppleto, perditurus est illum, vel sola præsentia, & solo eius conspectu sedabit er rorẽ. **cum cuius est aduentus secundum operationem satanæ.** Quis ille sit nos edocet. Ait nãq́ʒ hoĩem esse hunc quendã q in se satanam habeat, cuius ministerio mala hæc operet. **In omi virtute & signis & prodigiis mendacibus.** Hoc est, oĩbus ille viribus adnisurus est, nil tñ q̃d verꝝ sit operabit, sed ad deceptionẽ oĩa molictur. Prodigijs aũt mendacibus, hoc est, falsis vel ad mẽdacia inducentibus qui illis intenderint animum. Hæc autẽ Paulus longe ante p̃dixit, ne fallant q̃ tunc tpis sunt futuri. **& in omi seductione iniquitatis his qui pereũt.** Erit hic sane vndeq́ʒ per licentiã simul & crudelitatẽ horribilis, contendetq́ʒ oĩbus viribus, vt hoĩes fallat, & iniuriam inferat, cunctoꝝ salutẽ demessurus. Sed ne quis ambigat ingens, Cur ergo hunc deum aduẽtare ꝑmisit, cum tñ

ex eius sint hoies nocumẽti accepturi aduẽtu? Rñdet itaq; dicens: Nullus timor incessat. Habet nanq; ille in perditos ptãtem: q vel si nec esset ille venturus, essent tñ in eorũ peruicacia permansuri. **eo quod charitatem veritatis non receperũt, vt salui fierent.** Charitatẽ veritatis Christum appellat, qppe q vtrunq; præ se tulit, & venit in mundum, tum quia hoĩes charitate ꝓsequeret, tum vt veritatẽ mortalibus apiret. Oñdit aũt queãdmodum apud Iudęos sit maxime inualiturus hic error. hi nãq; Christum nec receperunt, neq; fidẽ illi adhibuere. Vnde & ipse apud hos ita edisserit: Ego veni in noĩe patris mei, nec me recepistis: Si alius venerit in ꝓprio noĩe, illũ recipietis. **Ideo mittet illis deus operatiõem erroris, vt credant mendacio.** Mittet. i. sinet hunc aduentare. Aduerte autem queãdmodum Iudæos, qa primum veritatẽ repudiassent deseruit deus, ita mox illis subsecutum imperauit mẽdacium. Operationem autẽ erroris opera asserit antichristi, quæ moliturus est, vt alios circunueniat, & seipm tandẽ vt fallat. His eñ verbis expressit, q̃d per satanã agitur, vt multos seducat. **vt iudicentur omnes qui nõ crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.** Nõ eñ dicit, ne crucient. Nam si vel nunq̃ esset hic antichristus in medium ꝓditurus, daturi tñ sunt pœnas q̃ euangelio minus obtẽperant: sed vt iudcent (inqt) vt excusari nõ possint. Quid eñ essent causæ allaturi? Num illud dicent, q eo Christo nil credidimus, qa deũ hunc esse discipuli prædicabãt? Nos vero accepimus deum vnicum esse à q̃ cuncta sunt cõdita? Cur ergo fidẽ antichrõ exhibuistis, qui & deum se fecerit? Atq Chrũs patri cuncta remittit. ille vero lõge cõtra, vniuersa sibi ascribit. Dicturi sunt forsitan, quia & signa perspeximus. Quin etiã à Christo multa & mirãda sunt gesta. Christus p̃terea saluator est prophetarũ vaticinio p̃dicatus, is vero iniqtatis filius & perditionis est dictus. Eo igit cõdemnabunt, quia vt veritatẽ o mitterẽt cõsensere, & vltro nequitiæ adhæserunt, hoc ẽ, Iohan. 5

desolatori, q oẽm congerat in hoim animas iniquitatem, & innatam habeat in se nequitiã. **Nos aũt debemus gratias agere deo semper pro vobis fratres dilecti a deo.** Cũ horribilia quædã explicasset, & quæ possent auditoris animũ cõturbare, nunc hos lenit & corda, ita cõmonefaciens: Sunt q̃dem alijs ista horrori, his inq̃ q pditi sunt, in q̃s & plurimũ hñt dæmones ditiõis, nobis vero gratiæ sunt deo, p vobis agendæ, q̃nquidẽ vos ipse elegerit, & charitate cõplexus sit. Si vero ipsi, p vobis deo habem' gratias, lõge magis idipm factitare debetis, & in, ppriũ cõmodum deo grates referre. **quod elegerit vos deus primitias in salutẽ in sanctificatione spũs & in fide veritatis.** Propterea (inqt) gratias agimus, quia vos deus elegit, & ad salutẽ pdestinauit, qppe q̃s dignos psciret. Verũ q̃ pacto fieri hoc põt, dixerit aliqs? Fit quidẽ & in spũ sancto, hoc est, saluos nos fecit p spm sanctificando. Deinde ne qs forte id dicat, Quid ergo, num & ipsi nil qppiã ad nostrã salutẽ cõtulimus? Eo, in fide veritatis adiecit, hoc est, rerũ quas veras esse constiterit. Neq; enim cõ mentitijs quibusdã & falsis, sed veritati credidimus. Quin etiã & secundariæ cuiusdã meminit fidei. Quippe quæ nobis sit sanctitatẽ adeptis plurimum necessaria, ne seducamur. **in quã & vocauit vos per euãgelium nostrũ in acquisitiõe gloriæ domini nostri Jesu Christi.** Ne forte fidei cum mentio fit, efferant, vtpote quã & ipsi vt inducerent admonum insudarũt, neq̃q̃ dictum id simplicit finit, sed diuinum esse id asserit munus. Quippe qui nos ad id euocauerit, hoc est, vt salutem per sanctificationem assequeremur & fidem. Quo fit, vt illius sit dono effectum, q & adsciuerit, vt eius per nos fides admitteret. Nam nisi & vos prædicãtes vocasset, q̃ pacto vobis illi & parere & obsequi licuisset? Nõ itaq; Christus, p parua gloria ducit vos saluos fuisse effectos. Cedit nãq; ei qui bonitate præcellit in laudem, cum plurimi fuerint, qui salutẽ sint consecuti. Quis ergo nõ dñm colat, quis inq̃ illius nõ

gloriã, vel sui ipsius salutem cõcupiscat? Itaq; fratres state & tenete traditiões, quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Hinc sane perspicuũ est, pleraq; Paulum sine scriptis, sermone dũtaxat, hoc est, viua voce nõ epl'is solũ his tradidisse. Nõ eñi secus illa atq; hæc fide sunt digna. Itaq; & ecclesiæ traditionem, dignam existimemus, cui pręstanda sit fides, vt si qd ab ea sit traditum, nihil vltra perquiras. Oñdit præterea ex his dictis permultos esse inter eos, qui in fide labarent. Ipse aũt dominus noster Iesus Christus, & deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonã in gratia, exhortetur corda vestra, & cõfirmet in omñi opere & sermone bono. Postq̃ hos cõmonefecit, & bona (vt assolet) cõprecat. Id nãq; ẽ vera ac certiora subsidia p̃stare, pinde ac si dicat: Ipse equidẽ verba feci, q̃d reliquũ est, in dei sitũ est ptãte. Sed vbinã sunt q filiũ patri dicũt eo inferiorẽ, quia in sacrosanctis baptismi dictis, post patrẽ filius noĩet. Ecce contra in hoc orationis contextu, patri filius añponit, q̃ & dedit inqt, consolationẽ ppetuã. Quã illã si quæras? futurorũ certe spem dicit. Hæc nãq; est, q̃ corda vestra sustentat, si forsan illa tentationibus succubuere. Spem enim hãc nobis gratis contulit deus, nullo nostro labore partã. Hæc aũt eo intulit, vt horũ frenet animi tumorem, si quis forsan illis inesset. Aduerte aũt quemadmodum sub specie quadam precandi, illorum excitet mentem, dei certiori quidem ꝓuidentia & cura, in argumentũ & pignoris loco ꝓductis. Ait nanq; vel vobis nil laborantibus, ꝑ sola fide daturus est ille æterna bona. Vñ & spem optimã habeàtis necesse est. Inquit p̃terea, Exhortetur velim corda vestra deus & cõfirmet in omni opere & sermone bono, hoc est, per omne opus, & verbi rectitudinẽ. Id enim maxime Christianum hoĩem cõsolatur, vt & bona peragat, & deo gratificetur. Vel forsan id videlicet sentit, vt vos in rectiorib⁹ decretis cõfirmet, & vitæ optimis actio

nibus,ita vt in his quæ vobis obtigerint,siue ꝓspera fuerint,siue aduersa,neq; modum excedat,neq; animo sitis abiectiori. Id eñ prætẽdit,cum exhortet inquit & confirmet. Nam qui optime fuerit à deo corroboratus,feret sane mira animi magnitudine,quæ tolerãda sunt, & firmior erit & stabilis. Ex recta autẽ dogmatis obseruatiõe eorum bonorum firmiorem spem quisq; assequit,quæ in præmium nobis sunt obuentura. Ex vitæ vero laudatissimis moribus,animi q̃dam suauitate afficit. Et cum offerũt aduersa,non vt maleficus mali aliquid patitur, sed tanq̃ dei minister & suus.

1.Petri.2

Cap. .III.

DEcætero fratres orate pro nobis, vt sermo dei currat et clarificetur,sicut et apud vos: Cũ ꝓ his vt stabilirẽtur orasset,obsecrat tãdẽ,vt deum ꝓ se & ipsi precẽtur. Non vt periculis eximatur,in quibus iã versaretur,sed vt prædicatio ipsa decurrat,fluatq;,& gloriã asseq̃tur. Nec illorum quidem laude vacat istiusmodi postulatio,cum inquit, sicut & apud vos, hoc ẽ,vt oẽs se mihi morigeros prębeãt,sicuti & vos faciles ad obtemperandum fuistis. Nil itaq; hoc mõ q̃d ad se attineret orabat Apl'us,sed oĩa quæ dei eẽnt deprecabatur. et vt liberemur ab importunis et malis hominibus. Non enim omnium est fides. De contra

2.Tim.4. dicentibus prædicationi nũc differit,& vera dogmata impugnãtibus, q̃lis Alexander ille Chalceus fuit. Id nãq; designat,cum dicit: Non oĩm est fides,hoc est,non omnes credunt,sed qui vt crederent digni sunt. vt si quis diceret, non oĩbus est in regijs expeditionibus militãdi potestas, sed his dũtaxat, qui ad eam rem idonei sunt & accommodi. Collaudat autem Thessalonicẽses, cum tãtum sint apud deum fiduciæ consecuti,vt præceptori possint prædicationem conciliare,eaq; vt in melius prouehat,efficere. Tacite etiã oñdit,oẽ me sibi ab his discrimen inferri, qui ꝑdicationi obsisterẽt. Id ꝑterea illis satis esse ad cõsolationem videtur,cum & Paulus ipse qui tanti sit,cum pericu-

lis & aduersantibus malis colluctetur. **Fidelis aũt do minus est, qui confirmabit vos, ꝛ custodiet a ma lo.** Dixit superius, elegit vos in salutẽ deus, nũc vero fidelis est ille, hoc est, non mendax, & perfecturus omino est quæcunq; recepit. Vos insup vt optamus, ita confirmaturus, vt amplius nec moueri à quouis, nec seduci possitis. Custodiat aũt, hoc ẽ, tutetur & seruet, vt nullã habeat deinceps satan in vos potestatẽ. **Confidimus aũt de vobis fratres in dño, q̃m quæ præcepimus ꝛ facitis ꝛ facietis.** Cũ esset hæc oĩa cõprecatus, dixisset q; deum fidelẽ esse, foreq; vt oĩa exequatur, qbus dedisset initiũ, ne forte existimentilli hæc oĩa à deo suppeditari, & frustra esse q̃s ipsi labores impenderent, essetq; haud mediocriter verendũ, ne in segnitiem hi & ignauiã relaberentur, idcirco & nunc ab his, vt operibus se iuuent deposcit, tanquã id dicat: Deus quidẽ fidelis est, & quæ ad se spectent, peracturus est oĩa. At si vestra vos aliquid industria profeceritis, confidimus & in deo quidem, hoc est, in illius clementia, q; vires sit vobis & robur ad profectum & tolerãtiam præbiturus, vt illis ostendat cuncta esse à deo hauriẽda. Nec in deo duntaxat dixit confidimus, sed in vobis, qa & in præsentia. s. estis & in futurũ q̃ multa operaturi: quod eo dixit, ne forte hi à deo prorsus fiducia quadã multa pẽdentes, segniores ad bona exequenda reddantur. Oĩa (inquit) sunt in deum reijciẽda, sed à vobis etiã aliquid factitandũ. Nec satis habuit facere eos dixisse, sed facturos adiecit, arguens ad vltimũ vsq; spm̃ necessariã his fore virtutem. **Dominus aũt dirigat corda vestra in charitate dei ꝛ patientia Christi.** Rursum his bñ precatur, vt suã præferat, quã de his ceperit curã. Et q̃m futurũ ẽ, vt ex his nõnullos reprehendat, eorundẽ prius aĩos lenit, vt videaẽ præ magnitudine charitatis arguere. Ait igitur: Dominus dirigat corda vestra, hoc est, ad veri intelligentiam peruenire vos faciat, neq; in deuia declinare. Sunt eñ plurima, quæ à recto itinere quod ducit ad charitatẽ, nos re-

trahunt, pecuniæ. s. inanis gloria, pressuræ insup & tētationes. Hęc itaq; & alia istiusmodi pleraq;, nequaquā nos sinunt recta ad dei charitatem contendere: nec illū vt decenti amore prosequamur, permittunt. In Christi aūt patiētia dicit, vel vt oīa toleremus aduersa vt ille tulit, vel vt patiendo Christi aduentum opperiamur. nec solum speremus, sed fide etiam certiori, credamus, eundem q̄ pollicitus sit completurum. Patientiam autem inquiens, diuexationes & pressuras demonstrat, quæ credentes inuaserat, hancipsam dei charitati annectit. Nam illud nos arguit deum in charitate colere, cū eius gratia sine vlla animi perturbatione toleranter omnia sustinemus. Dn̄m autem spiritum ip̄m intellige, sicuti & Basilius ille vir summus interpretatus est. **Denuntiamus aūt vobis fratres in nomine domini nostri Jesu Christi.** Sæpe aliâs diximus denuntiationem, austerā quandam p̄ferre doctrinā. Nunc igitur tremendā magis hanc faciens, inquit: Non em̄ nos idipsum iniungimus, sed Christus ipse. Hic nāq; profatur, q̄ ipse ad vos loquor, neq; em̄ otiose & segniter viuendum ille præcepit. **vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate.** Hoc est, secedite à quouis hominum, qui inordinate. i. per ignauiā & segnitiem vitā degerit, siue opulentus, siue inops, siue sanctus sit ille. Inordinatum hunc dixerim. quo pacto? Certe vel ex ipsa inertia. Nā & ab optimis facinoribus abstinebit, & ad sales, vel deliramenta quædam & nugas, se cōferet. Istiusmodi aūt eorum sunt, qui vitæ modum nil teneant, vel quia iniunctum præteribit hic ordinem, quem ei præceptor aliquis præfiniuit. Vnde & ita subsequitur, **& non secundum traditionē quā acceperunt a nobis.** Eā videlicet, quā ipse vobis opere & factis tradiderim, forma vobis bñ viuendi effectus. Hæc vtiq; vera est institutio. **Ipsi em̄ scitis quēadmodū oporteat imitari nos, qm̄ non inquieti fuimus inter vos, neq; gratis panē manducauimus ab aliquo.** Nihil vo-

bis fuimus inqeti, hoc ē, nequaquā fuimus vobis molesti, sed his manibus laboraui, vt alibi dicit, vt mihi & alijs victū & necessaria suppeditarē. nec gratis panē mãducauimus, hoc est, nō otiosi & pigri à vobis escā accepimus. Est. eñ sua mercede mercenarius dignus. sed in labore & fatigatione nocte ac die operãtes. Vide quantū operę sibi iniūxerit Paulus, vt interdiu ac noctu à laboribus nūquā cessaret, instruēdo & castigando. Nos vero, si deo placet, nisi p hos, quos aliqñ aliqd vel tenue edocemus, laudibus ad astra feramur, iniqssimo aīo toleramus, & ducim⁹ pro summa iniuria. ne quē vestrū grauaremus. Proprie quidē grauare est ab inuitis aliquid capere. Ne quem aūt vestrū grauaremus eo dixit, qa inopia tunc laborarēt fideles. Non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formā daremus vobis ad imitandū nos. Habebat eñ hic aliorū laborum vacationē, vt q ingenti operi esset & pdicationi intentus, & à discipulis alimenta sumere nequaquā prohibebat, ex eius tñ liberalitate proprijs manibus operabat, seq; & suos alebat, vt discipulos .i. Christi fideles, identidē facere erudiret. Nā cū essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, qm̄ si quis non vult operari, nec manducet. In priore quidem epistola mitius de hisce disseruit rebus, nūc vero acrius. Nā si hic diebus & noctibus operabatur, quanto magis id facere & alios decuisset? Audiuimus eñ inter vos quosdā ambulantes inquiete, & nihil operãtes, sed curiose agentes. Cum eñ nostra hæc mens in motu sit semp, necesse est sane, vt cum nihil quod vtile sit operat, vt superuacanea & inutilia tractet, vt dictum est supra, disquiratq; & aliorum vitam. deinde ad detractiones & verba inania & scurrilia quædam præceps feratur. Operandum est itaque, & manibus semper aliquid factitandum. Neque ei parcendum, qui cum viribus valeat, negotijs vacet, & in otio sit. Dicet aliquis: Atqui orationi intendo & ieiunijs. Bene habet. Hæc tā-

Act. 20.

men non manuū labore conficiunt. Poteſt nanq; poſt ieiunia & orōnes manib⁹ aliquid operari. Cū vero id facere reſpueris, pro ſegni proculdubio & otio multo torpente cōuictus dānabere. Quid ergo, inquit aliqs, nonne & qui alios inſtruit, ad opus hmōi cogendus erit? Nequaq̄. quia maius opus aliud pertractat, & plus habens difficultatis, quod & nunc impedit, ne laborē manibus exeq̄tur. Tibi vero ſeorſum & in otio agenti, nihil hmōi erit impedimento. Quocirca laborent hi q apud vos negligent viuunt & otioſe, & manibus opus aliquod exerceāt velim. **His aūt qui hmōi ſunt, denuntiamus & obſecramus in dño noſtro Jeſu Chriſto.** Formidoloſa ſimul hæc obſecratio, & q̄ſi terrorē inferēs & dignior fide, qn̄quidem in Chriſto dño ſit. **vt cū ſilentio operātes ſuū panē manducent.** Vtrūq; depoſcit, vt quieſcant & ſileāt, q inordinati fuerint vel inquieti, & pigri & inertes, vt operent, & ſuo, non alieno pane veſcantur. Neq; oporteat vt ab alioꝝ hi manibus pendeant, & victum ſperent. **Vos aūt fratres, nolite deficere benefacientes.** Vide vt cōfeſtim diffracta paterna ſint viſcera. Nā ſtatim illos cōmiſeratus eſt, p inde acſi dicat: Conceſſerim equidē fore ab his diſcedendū, haud tñ ita vt pmittatis fame hos & inedia deperire. Quid ergo ſi confiſus aliqs ſe à me ali, & indies neceſſaria habituꝝ, in ſua ſemp inertia manſerit, deſes q; & piger nil operans prorſus? Satis equidē tibi fore exiſtimes, ſi ab eo diſtractus & ſeorſum victitans, nullā illi te adeūdi feceris poteſtatē. Nā ſi illi te ſimulaueris ſuccenſere, in viā forſan redibit, & aliqd operabit. Nolite igit (inquit) deſinere his benefacere. **Quod ſi quis nō obedit verbo noſtro per epiſtolā, hūc notate.** Quod ſi quis videlicet verbis noſtris minus paruerit, qui p epiſtolā loquimur, hūc ipſum notate, habetote q; à vr̄o commercio ſegregatū. Baſilius vero, veſtro legēdum ducit, & ita intelligendū, videlicet ſi qs aliquid indicantibus vobis quæ p hanc meā epiſtolam faciēda perdidiciſtis, ſe minus

morigeræ & obsequentē præstiterit, huius cōsortiū statim defugite. **et non commisceamini cū illo vt cōfundatur.** Vides q̄ ex illius reiectione sequat̄ vtilitas, vt confundatur tandē necesse sit. Nā si per se vel simplex mendicatio pudenda est & ignominiā affert, quāto magis si ab aliorum cœtu sepositus aliquis & abgregatus, capere aliquid ab sese refugiētibus cogitur, erubescat necesse est? Acerrimū sane olim suppliciū videbatur, ab hoīm cōuersatione seiūgi. Si eñ erat ab eo qui per inertiā & segnitiem vitam duceret abscedendū, quanto magis ab alijs procul est abeundū, qui maioribus fuerunt delictis obnoxij? **Et nolite quasi inimicū existimare, sed corripite vt fratrē.** Quemadmodum superius cū dixisset, q non operat̄, non manducet, veritus ne fame interirent istiusmodi hoīes, illud adiecit: Nil tñ vos defeceritis his benefacere: sic etiam nunc cum diceret: Nolite cū his versari, timēs ne ob id aliquis à fraternitate desperans p̄cideretur, & nolite addidit quasi inimicū existimare, q n potius vt fratrē, hoc est, bñuola & fraterna charitate corripite & castigate. Sed ita tñ interea castigandū iniungit, vt illi necessaria impartiātur, non vt inertia cū conuitio exprobretur, id quęrēs p̄cipue, vt qui fratrē commonefaciendo castigat, in huius cū animā, tum corpus beneficus sit. non contumelijs hūc & acerbioribus verbis incessat, sed seorsum & benigne admoneat. Dicet aliquis: Atqui dolemus, non quia otianti tribuimus, sed quia dei hic legē transgreditur, ac tanq̄ sup ægrotante lugemus. Sed audiāt qui non solū nihil indigētibus largiuntur, sed lapidibus abactos acrit̄ insectātur & feriunt, rē sane Christiano indignā. Tui eñ ob gratiā mendicāt hi & inopia macerātur, vt ex tua q̄ fueris in eos vsus clementia, & tuis vulneribus mederi queas. Tu vero, qui te propter, & tuum in commodum subiere inopiā, lacessis & reijcis. Proh quātæ illud dementiæ iudicabit? **Ipse aūt deus pacis det vobis pacē sempiternam in omni loco.** Vbi cōmonefecit, & comprecatur vt assolet

dam sint nacti, & i fratres bñuolentiã. Velim itaq; & nos esse sic animatos, vt & in fratres charitate seruata, & iisdẽ fraternũ in morẽ iam castigatis, & pacifice ad bonũ reductis, & dñm nostrũ Iesum Christũ pie colamus. Qui nos, & si delinquentes, excepit, & patri in spiritu sancto admouit, quem omnis cum gloria decet, tum honor, Amen.

Missa fuit ex Athenis.

ARGVMENTVM IN PRIMAM epistolam ad Timotheum.

TImotheum instruit et docet de ordinatione episcopatus, et diaconii, et omnis ecclesiasticæ disciplinæ, scribens ei a Laodicea per Tychicum diaconum.

IN PRIMAM AD TIMOTHEVM epistolam Theophylacti prologus.

ERat Timotheus hic ex Pauli discipulis unus probitate tam præstans, et Apostolo unanimis adeo et cõiunctissimus, ut ab eo per dispensationem circuncidi maluerit, tametsi Paulus idem circuncisionem hanc prædicans abrogaret, et Petro ipsi de hac longe aliter sentienti obsisteret. Huic uiro Apostolus uirtutis plurimum tribuit, et testificatur. Scribit autem illi de rebus multis, et necessariis: quasi inter uti instituere episcopũ et diaconum debeat, et de ecclesiastica differit disciplina. Quæret aliquis, cur Paulus nec Sylę, nec Clemẽti ipsi, nec Lucę, nec eorum alteri cuiq; qui apud se uersarent, quod sane constat fuisse multos, epistolam scripsit, nisi Timotheo duntaxat et Tito? Potest hunc in modum ad hæc responderi, quos illos secum circunduceret Paulus, Timotheo uero et Tito curandas demandasset ecclesias. Vnde et necessarium erat ut per literas denunciaret, ac sæpe, quæ agi per hos oporteret. Verum si quæras, cur istos non prius in omni diuina sapientia perfectiores effecerat, quos postea bene imbutos, ad alios instruẽdos dimitteret, sed post commissam his ad fidem instituendi prouinciam, et traditam potestatem, rursum per literas cõmonefacit, expolit, et demũ absoluit, quod deesse his forsitan uidebatur. Atqui primũ illud te minus prætereat, qui hæc a me quæris, perfectionem ipsam adhuc neminẽ attigisse: uel etsi ad alios ĩstruẽdos cõstitutus sit quispiã, erit profecto necesse, ut uel hic ab iis deducatur, excolaturq;, qui perfectiores ĩ fide et profecisse plurimũ uidebunt. Cæterum cũ recens esset ecclesia instituta, haudquaq̃ facile erat, ut solus Paulus omnia curæ haberet, et ad fidem formaret. Deniq; uniuersam scrutatus epistolã, aduerte hunc non eundẽ in modũ Timotehum cõmonefacere, quo et discipulos reliquos, sed ita instruere, ut eos decet, qui docẽdi munere non audiendi officio funguntur. Actu. 16. Galat. 2.

Caput .I.

PAulus ap̄l'us Jesu Christi secundū imperiū dei saluatoris nostri. Cum legem sit Timotheo daturus, seipsum aposto lū nūcupat, vt eius dictis faciat fidē, perinde ac si dicat: Neq; enim quæ mea sunt loq̄r, sed eius prosequor dicta, q̄ me vt apostolus sim destinauit. Cauendum itaq;, ne mea hæc iussa prætereas. Et q̄m maxima erat apostolatus hęc dignitas, ne videatur ex ea efferri, secundū imperium saluatoris adiecit. Neq; ēm hāc ipse mihi arripui dignitatem, sed dn̄i inquit defugere mādata nil queo, q̄ minus hęc exequar, qui sane apertius hæc mihi iniunxit quā vocarit. Atqui nec pater ipse & deus, sed Christus & vnigenitus hæc Paulo imperasse arguitur, q̄ est ita profatus:
Actu.22. Ad gentes longinquas te ipse transmittā. & rursum, Oportet vt te Cæsari offeras. & spiritus quidem ipse, Segregate
Actu.23. mihi Paulum. Alioqui quæ filij sunt, spiritus esse & patris
Actu.13 affirmat. Audi iam quæ subsequuntur. ⁊ Christi Jesu spei nostræ. Aduerte vt cōmune sit trinitati ip̄i imperiū,
Psal.64. vtq; Dauid de patre hm̄oi differat, Spes omniū finiū ter-
1.Tim.4. ræ. & Paulus idē, Sperauimus inquit in deo viuo. Nūc vero filius spes nostra dicitur, tā cuncta sunt filio & patri cō munia. Oportune aūt saluatorē dixit & spem: quia docēti & prædicāti, quādoquidem multis difficultatibus & periculis colluctatur, vt in quem omne bellum infertur, speranda est salus: & quo cadente, & simul qui sub se militāt,
Matt.26. facilius cadāt necesse sit: vt illud, Percutiam pastorem, & dispergentur oues. Non itaq; cadendum est, quando saluatorem habemus, non hominem quendā simplicitē, sed deū ipsum & patrē, qui nos celerrime à quouis discrimine eximet. Quod si à periculis haudquaq̄ mox eruamur, no

bis tñ speranda sunt potiora: qppe quorũ spes Christus, cuius pudere nil possum⁹. His itaq; duabus de causis discrimen omne ferendum est, vel qa celerrime sumus per Chr̄m saluãdi, vel qa spe bona fouendi. **Timotheo dilecto filio in fide.** Vt quẽ per fidem genuerat, vt & alibi dicit, per euangeliũ ego vos genui. Vt autẽ Timotheũ collaudet, nõ solum filium, sed dilectũ appellat. Quod eo facit, cũ quia Timotheus parẽ in se charitatis vicissitudinem supra oẽs fuaret, tum qa & hunc ipse ex animo coleret. Prudent vero in fide dixit, vt ad hanc tutandã acrius illum pelliciat. Et quia Pauli filius sit & dilectus ꝓnuntiatus, longe magis sit in fide amandus, ne labi idẽ hic possit aut turbari. Hoc em̃ fidei est præcipuum argumẽtum, cũ de futuris fuerit spes certior. **Gratia & misericordia et pax.** Nusq̃ alibi in ipsis epl'æ primordijs misericordiã est cõprecatus, nisi hoc loco. Qd sane ex charitatis vehementia q̃dam, cum Tito filio, bona q̃plurima vt eueniant cõcupiscit, effecit. Quippe qm̃ formido cepisset, quę solet parentes inuadere, dũ neqd filio aduersi contingat verent. Quemadmodũ fecit, cum illi consuleret, vt stomachi prospiceret valetudini. Simul etiã vt oñdat, q̃ alios instruũt, clementiores vt sint oportere. **A deo patre et Christo Iesu domino nostro.** Rursum hoc loco hunc consolatur, sic ingens: Si em̃ deus pat hic noster, nos haud secus ac liberos curat, nonne & tui hic miserebit, & gr̃am largiatur necesse est, vt & oĩm erga te cõcilies charitatẽ, & vel cum hostibus ipsis pace vtaris? **Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam.** Vide quãta sit huius benignitas. Nõ em̃ magistri, sed sui vtit voce. Neq; em̃ id tibi iniunxi inq̃t, sed rogaui, & præcibus depoposci. Tales & ipsi nos gerere erga obsequentes discipulos debemus, & longe alit in eos q corrupti sunt moribus & cõtumaces, nec nobis accepti. Orat aũt hunc, vt Ephesi maneat. Neq; em̃ ꝓfecisse aliqd epl'a videbat, quã ad eos misisset. Solẽt em̃ plerũq; hoĩes absentium literas

1.Cor.4.

1.Timo.5

paruifacere. Quærit aūt, Vtrum Ephesi Timotheum Paulus destinasset, vt ibidē maneret? Ita quidē. Quod vtiq; ex sequentibus patet. **vt denunciares quibusdam ne aliter docerent.** Neq; ēm dixit vt horteris vt obsecres, sed vt denunties: q̄d sane austerius est. Neq; noīe illos expressit qbus denūtiaretur, ne obiurgādo pˀuicaciores efficeret. Docere aūt alit̄ est, alias quasdā disciplinas inducere, & decreta à veris aliena. Erāt nāq; ex Iudæis pleriq;, qui cū se apl'os mentirētur, & gl'iæ cupiditate dici se p̄ceptores optarēt, ad legis veterꝫ obseruationē inducebāt discipulos. **neque intenderent fabulis.** Fabulas non legē dicit, sed obseruationes nōnullas, & commētitia dogmata. **& genealogiis interminatis.** Auos nāq; & proauos cōmemorabāt, vt gloriam ex historia vēdicarēt. Interminatꝫ aūt dixit genealogijs, vel quia altius illi genealogias repeterēt, vel quia nullā demū attulissent vtilitatē, nec vtilē aliquē & cōpēdiosum essent euentū sortiri: sed ea afferrent, q̄ & difficulť repeti memoria possent, & admodum essent pplexa. Pōt etiā his dictis vel gētes ipas p̄tendere. Quippe quarꝫ & fabulæ sunt, & gn̄ationes retexūt, cū eorū deos commemorāt. **quæ quæstiōes præstāt magis q̄ ædificationē dei quæ ē in fide.** Hoc ē, deus q-dē vt per fidē acciperētur, hoc dispēsauit: Hi vero quæstiunculis nonnullis inductis, dei dispensationē dissoluunt. Vel quia cum maximis vellet nos deus bonis donare, ineffabilē quandā erga nos dispensationē oñdit. Hanc igitur suæ benignitatis dispensationem per fidē accepimus, non genealogijs & maioꝶ recordatione. Quæstiones ēm hi induxere cum admiratione inuestigantes, dicentesq;, q̄ fieri id pacto potest, vel quomodo credituri nos sumus futura? Hæc sane quæstio abrogat fidē. Cur præterea, dicit aliquis, dn̄s dixit: Quærite & inuenietꝫ. Et rursum: Scrutamini scripturas? Quærite quidem cum inquit, q̄d quæsitum inuestigatumq; sit præfert, & maxime concupitū: Scrutamini vero, i. vt veritatem perdiscatis, & sacrorum

Matth. 7
Iohan. 5

ſcriptorum rationem adepti, conquirere iſtiuſmodi & ambigere deſinatis. **Finis autem præcepti eſt charitas ex corde puro.** Si iniunxeris (inquit) nequaquam debere doctrinam à noſtra diuerſam afferri, charitatem eiuſmodi aſſequeris. Quam ſi plantaueris, & dogma quodcunque tortuoſum & prauum ſuſtuleris. Superioribus nanque temporibus, cum charitas ipſa abeſſet, inuaſit inuidia, æqua dominandi inceſſit libido. Vnde & alios inſtruendi cupido animum ſubijt & dici magiſtros. Deinceps & hæreſes ſunt ſubſecutæ, & hominum inter ſe diſſidentium pertinaciſſimæ voluntates. In fide vero longe ſecus habet. In ea nanque & charitatem depoſcit, quæ ſit integerrima. Nec verbis conſtet, ſed ex corde proficiſcat. Et cor ipſum vt purius ſit & ita affectum & bene compoſitum, vt aliorum à recto errantium doleat vicem, non ſimulatione aliqua adumbratum. **et conſcientia bona & fide non ficta.** Quod prædo aliquis prædonis beneuolentia vinciat, haudquaquam amor huiuſmodi ex recta conſcientia videt conſtare, ſed praua: Neque ex fide non ſimulata. Nam qui integro aīo in deum crediderit, nequaquam tulerit à vera charitate diſiungi, quæ oēs conſueuit eundem in modum complecti, prædo vero prętereuntibus vniuerſis, indifferent & ſine delectu pernicìem affert. Vnde intelligi datur, eum qui charitatis ſit expers, & fide carere. **A quibus quidam aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium.** ἀστοχήσαντες quod aberrantes dixit latinus interpres, illi dicuntur, qui minus ex arte ſagittas ad deſtinatum intēderint. Erat autem (inquit) hoc loco vel arte opus & ſagittādi peritia, neque de ſigno proſixo quidpiam demigrandum. Nonnulli itaque cum à charitate aberraſſent & fide, ad vaniloquia ſe cōtulere. Quid autem ſit vaniloquium, ex ſubſequentibus patebit apertius. **volentes eſſe legis doctores.** Perinde dominationis cupidi & principatus, & inanis gloriæ appetentes, legis doctrinā ſibimet arrogabant. Nec ſane ſeſe tales præſtarent, ſi charitatem iam eſſent & fidem adepti. **non**

intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmat. Hoc loco hos sane arguit, tanq̃ ignaros qd ipsa lex sentiat: nec tempoꝝ interualla intelligãt, nec q̃diu lex ipsa imperio sit potita. Dicet aliq̃s: Si ergo p ignorantiã hi deliquerunt, condẽnandi nõ sunt? Neq̃q̃ id equidem asseuerauerim, cum cõstet ex imperandi cupiditate & charitatis carentia, ignorãtiam hãc emanasse. Nam cum vellẽt (inqt) de lege disserendi sibi munus asciscere, ad ignorãtiam reciderũt, eoq́ꝫ & ipsius inscitiæ causam præbuere. Neqꝫ de qbus affirmãt, hoc est, de purgationibus & obseruationibus disserẽtes, & alijs quibusdã ad corpus hoc ptinentibus quicq̃ intelligũt. Scimus aũt quia bona est lex, si quis ea legitime vtatur. Hoc est, si nõ mõ hãc quispiã verbis interpretet, sed & factis adimpleat. Nam qui ea quæ legis sunt edocet, ope tñ nil exeq̃tur, legis expers & illegitimus, vel à lege ipsa decernit. Vel aliť: Legitime ille vtit lege, q per legẽ ad Christum deducit. Lex nanqꝫ quæ iustificandi careat ptãte, ad Christum remittit, idq́ꝫ lex ipsa exigit, vt quis se vtat legitime, hoc est, quemadmodum ipa lex iubet, quæ sibi Christum pponit. sciens hoc quia lex iusto non est posita. Id scilicet, qa neq̃q̃ per eum stat qui iustior sit, q̊ minus perdiscat quæ sunt peragenda. Est eñ rei huiusce nõ ignarus, eoq́ꝫ nec pœnas vereť. Iustum aũt hoc loco intellige, qui virtutem est assecutus, qui nulla legis formidine, sed ex officio nequitiã odit, & virtutem complectiť. Et in eo superat legem, qa haudquaq̃ dignať p instructrice hanc ipam habere: quæ & flagra sibi intendat si labiť, & supplicia commineť: sed magno animo perstat, vt q̃ in viꝝ eua serit, & quæ viri sunt sapiat, & iã ex ephebis excesserit. Sicuti & medicus vulneribus affecto & ægrotãti ad medelam paratus est, nõ ei qui prospera vtiť corporis valetudine. Et frena equo lasciuienti & effrenato, nõ ductu facili imponunť. sceleratis autem ꝛ contaminatis patricidis ꝛ matricidis, homicidis, fornicarijs, ma-

sceulorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus & periuris. Per species pctã edisserit, vt eos qui legi obtemperant, pudere cogat legis huiusce præfecturæ. Hæc aũt cuncta scelerũ gña, Iudæis erãt iã notiora. Quippe qui & idola frequentius adorarent, & liberos persæpe immolarent dæmonibus, & Moysen ipm fuerint lapidibus insectati, & q̃rũ manus sanguinum plenæ. Nonne & patricidas hos esse, & cæteris pessimis facinoribus obstrictos conuiceris, si de his oẽm percurras historiam? Eo igit his lex tradita est, vt eiusmodi eorũ flagitia coerceret, q̃d & alibi dicit; Lex præuaricationum gr̃a tradita est, iustificatis vero & sanctis, nihil erit hæc lex necessaria, vt q nequaq̃ ad præuaricatiõem vllam inclinẽt. & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur. Et si satis esse quæ dicta sunt videbant, nihilo minus vt summatim cũcta resumeret, & si quid aliud, tanquã vniuersale adiecit, vt perspicuum faciat, à corruptis quibusdã dogmatibus hmõi vitia sumpsisse initium. Hæc nanq; sanæ doctrinæ obsistunt. secundum euangeliũ gloriæ beati dei. Hunc orationis cõtextum ita cõstruito, Sanæ doctrinæ, quæ secundum euãgelium constet. Gloriæ aũt eorũ gr̃a dicit, q̃s & persecutionum & Christi crucis puderet, oñdẽs in gloriam cadere, quæcunq; perpessus est Chr̃us: & nos itẽ cũ acrius affligamur, tum maxime laudem promereri. Vel quia ex ipsis tentationibus gl'ia comparat, perinde ac si dicat: Et si hæc mala præsentia ignominiosa & turpia videãtur, bona tñ futura gl'am habent, Et hanc quidem ipsam denuntiat euangelium. Quippe q̃d de futuris, non de præsentibus bonis edisserat. Vel gl'iam dei cultum dicit, quẽ nobis explicat euangelium. quod creditum est mihi. Mihi (inquit) nõ ap'lis hisce fallacibus & commentitijs, q̃rum euangelium ignominiã affert, non gloriã. Et gratias ago ei qui me cõfortauit in Christo Jesu domino nostro. Cum creditum sibi euangelium fuisse dixisset, ne gl'iari ꝓpterea videat, deo id oẽe ascribit, sic in-

Psal. 77
Psal. 105
Exodi. 17
Isaiæ. 1.
Gal. 5

quiens: Ei quidē habendæ sunt gratiæ, qui & vires suffe-
cit, vt suscipere tm̃ oneris possem. Cum em̃ quotidie esset
Apl's morti expositus, haud sane id humanæ viriū erat,
vt cum tāto discrimine euāgelium prædicaret. Ex his p̄-
terea certam præfert humilitatem, non nostrā hanc, quæ
simulata dici potius pōt, q̄ vera. quia fidelem me exi-
stimauit ponens in ministerio. Ne quis dixerit infide
lium, Si rerū oīm summa deo ascribit, & nihil à nobis ipis
confert, cur Paulū tāti effecit, non Iudā, ꝓuexit? Hāc itaq;
nunc tollit obiectionem, cum ait: Nequaquā temere mi
hi vires ille suppeditauit, sed q̄a sum fidelis inuētus, q̄d tm̃
pressius dixit, q̄a fidelē existimauit. Rursumq; vt eius oc-
cultet virtutē, Nō em̃ inquit dixerim me fidelē, sed talem
me ille duxit. Verū vñ id liquet? ex eo certe quia ministeri
um mihi iniunxit, Quo em̃ pacto id mihi dñs demādasset
nisi idoneum me ad eā rem præuidisset? Sic & in patrisfa
milias domo dispēsatores domino gratias agunt, quod
pleraq; sibi crediderit dispensanda, quam rem argumen-
to ducunt, eorum fidem præ cæteris magnifieri. Atqui &
Act. 9 dñs inquit, Vas mihi electionis est iste, vt portet nomen
meum in gentibus. Hic vero, & si id nomen erat ad depor
tandum accommodus, vires tamen à deo accepit, vt de-
mandatum opus exequeret. Deferre nanq; Christi maxi-
mū nomen, & hoīm animis illud ingerere prædicando,
ingenti erat vi opus, & facultate. Quod nomen vere hic
defert, qui digne mundana omnia dictis factisq; contem
pserit. Quo fit, vt qui istiusmodi se non exhibuerit, aspor
tare id Christi nequeat nomen, perinde qui nil prorsus in
se sit Christum adeptus. Erat itaq; Paulus, & si in alijs fidi-
or, in eo tñ fidissimus, cū nihil sibi asciscerét, quæ dñi fo-
rēt. Quin potius vel sua illi ascriberet bona, quēadmodū
I. Cor. 15 & alibi inqt: Laboraui æteris abundātius, non mea vir-
tute, sed dei grā, & hmōi multa. Qui prius blasphe-
mus fui, & persecutor, & contumeliosus. Aduerte
quā dei extollat misericordiā, cum pristinā eius vitā enar

rat. At vbi de Iudæis hic disputat dãnatione q̃uis dignissimis, nihil hmõi obijcit, in se vero has oẽs calumnias congerit. Non eñ so!um (inquit) Christum antea detestabã, vel hanc in meipso nequitiam terminabam, sed eos etiã persequebar qui pietatem colerent. Neq; id modo, sed cõtumeliosius insultando, & re ipsa abutebar & modo. **sed misericordiam dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.** Arguit se supplicio dignũ, tametsi horum præcipue dominus miseret, qui per ignorantiam deliquerunt. Quæret aliquis, cur ergo non sunt & Iudæi cæteri omnes veniam consecuti? Quia nõ nescij, sed scientes & vltro commiserunt. Atqui ex pharisæis credidere p!eriq;, haud tamen se credere fatebant. quippe q̃ hominum gloriam potius quàm dei, longe plurimũ adamarent. Vnde & Christus sic ait: Quo eñ modo credere potestis qui ab hominibus gloriam accipitis? Quin & Iudæi ipsi dicebant, Videte quia nihil ꝓficitis, ecce mundus post eum pergit. Hos nanq; vbiq; principatus cupiditas obturbabat. Et alibi rursum sic inquiunt: Nemo potest peccata dimittere nisi solus de⁹. Edidit postmodum Christus, quæ se deum esse arguerent signa, cur tamen mira factitanti non crederet? Constat ergo non per ignorantiam hos deliquisse. Dicet aliquis, Vbi nam gentium Paulus erat dum hæc agerent? Nimirum ad Gamalielis pedes astabat. Neque enim turbis admiscebat. Gamaliel vero vir erat, qui suis, non alienis rebus vacaret. Verum quo pacto in posterum Paulus, qui Christi nomen profiterent, in carcerem inijciebat? Quia videbat Christi præconium propagatum iam & auctum esse, cũ legis zelo ipse arderet. Iudæi vero non legis, sed primatum gratia vendicandi & assequendæ gloriæ, Christo renitebant. Cur igit cum optime Paulus legem calleret, Christũ nesciuit? Atq; eo seipm condẽnat, q̃a ignorãtiæ morbo antea laborasset, quã incredulitas ipsa pepererat. Eo'q; se fuisse misericordiã consecutũ affirmat. **Superabũdauit aũt**

Iohan. 12

Marci. 2

Actu. 22

gratia domini nostri cum fide, in dilectione quæ est in Christo Iesu. Cum multa & præclara de dei misericordia disseruisset, vtq̃ pro eius pristina pertinacia vltima quæq; esset torm ẽta promeritus, dei tñ in se sit vsus clemẽtia, nunc vero ita subiungit: Non mõ mei ille est commisertus, quin & germanum, & filium & amicum, & cohæredem effecit, adeo illius effusæ accreuit clementiæ gratia. Veruntñ ne quis id inquiat, Cũ constet tantopere abũdare hanc grãm, tollit̃ nostra oĩs voluntas et studium, q̃d ipsi ad bonum impẽdimus, perinde nihil sint ad profectũ hæc necessaria, adiecit, cum fide & dilectione. Fidem inquit, ipse hanc contuli, credens posse me Christũ saluum reddere, & dilectionem, quã scilicet in Christo Iesu adeptus sum. Is em̃ mihi nõ lex, q̃ ergo deum afficior, charitatem suppeditauit. Arguit præterea queãdmodum cum fide sit et dilectio inferenda. Prodit nanq; ex charitate obseruatio mandatorum, vti et dñs dixit, Si me colitis, et man-

Iohan. 14 data mea suate. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mũdum peccatores saluos facere. Cum dixisset, quia mei, qui ecclesiam sum persecutus, commisertus est deus, nulla nunc inquit te subeat admiratio, quia sim munere hoc affectus, nec quoquã pacto diffidas et alios posse pari dono dignari. Ob id nãq; ille in mundũ concessit, vt peccatoribus vniuersis salutem donaret. Est itaq; istiusmodi sermo credibilis, et fidelis, et dignus, qui ab omnibus admittit̃. Neq; em̃ q̃a ingẽtia sunt, quæ dono nobis sunt tradita, eo minus credẽda, sed q̃a infinita est largientis benignitas, et credi hæc merito debẽt et excipi. Id etiam vel Iudæis, qui adhuc legi intenderent differit, vt illis aperiat, neq̃quã posse salutẽ sine fide parari. quorum primus

Philip. 3 ego sum. Quo pacto cum alibi dicat, secundum iustificationem quæ in lege est, factus sine querela, nunc int̃ peccatores primum se statuit? Quia q̃ ad Christi iustificationẽ, legis iustificatio pro delicto habet̃, vt quæ nullũ in præsenti

habeat tps. Quãdiu em̃ lex tps id habuit, ei⁹ certior erat & vera iustificatio. Nã quemadmodũ noctu lucernæ lux oĩs à lunæ fulgore obtenebratur, si fuerit sub diuo exposita, sic legis iustificatio à Christi occultatur iustitia & plane tollitur. Cum em̃ Chr̃s apparuit, solis instar tenebris legẽ offudit. Peccat itaq; & insipiẽs est, qui lucernę lumine vtiť micante sole. **Sed ideo misericordiã consecutus sum, vt in me primum ostẽderet Christus Iesus oẽm patientiã ad informationem eoꝝ, qui credituri sunt illi in vitã æternã.** Attende humilitatẽ. Propterea (inquit) sum misericordiã cõsecutus, vt eoꝝ nemo desperet, q prauis sint facinoribus inquinati, sed spes certior sit cũ Paulum videant, qui peccãdo cunctos excessit, saluum iã redditum. Arguit ꝑterea ex his nec dignũ se extitisse, qui à deo veniã promereatur, sed ad alioꝝ salutem esse iã dei clementia potitũ. Neq; em̃ dixit, vt in me patefieret diuina patientia, sed oẽm, q̃si id inquiat: Cum plurimum deliquissem, omni (hoc est, tota) dei misericordia & cõmiseratione, nõ parte aliq̃ indigebam, vt hi, qui pauca commiserunt. Ad informationem aũt dicit, hoc est, ad cõsolationem & eorum exhortationem, qui credere vellẽt. **Regi aũt seculoꝝ immortali, inuisibili, soli deo, honor & gloria in secula seculoꝝ, Amen.** Quia de filio magna quædã prædixerat, q; vel his esset salutem daturus, qui nihil sperarent se saluos fore, ne patrem filio videatur fecisse inferiorem, illi & gloriã defert, quę vtiq; filio ẽ cum patre cõmunis. quippe qui cũ seculoꝝ habeat regnũ, quo pacto & immortalis non erit, & inuisibilis diuinitate, & sapiens solus? ipse nanq; patris est sapientia. Dici hęc eadem & de spiritu possunt. Soli autem sapienti dixit, nõ quia pater à filio sit & spiritu separatus. Absit. Sed cũ constet & angelos sapientes & homines dici, ostendit hũc solum præcipue sapere, vt qui & fons sit & causa sapientiæ. Reliqua vero quę sapientiam vendicant, condita sunt & creata, & participatione quadam hanc assequuntur. Ho-

nor aũt & gloria, non quæ verbis solũ, sed & operibus cõstet. Ille eñi gratos vos arguit, hæc vero regis imitatores, quod sane præstantius est. Atqui gloriam, quæ verbis exprimitur, à nobis deposcit, vt se non solum pie colamus, sed animũ ipsum penitus intendamus, geramusq; illi morem, vt ex hoc & ipsi proficiamus. Nec secus ac solent, qui solis splendorem cum spectant & demirantur, eo fulgore delectati sibi profuerunt, & eodem illo cum aliquid his est operandum, fruuntur: Vt cõtra, qui solaris sunt nescij claritatis, sibi officiunt maxime, quia nullo in ope vti hac possint. **Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee.** Cum enim præceptum dixisset, idq; imperantis sit potius, fili Timothee adiecit, pinde acsi dicat: Neq; enim hæc vt dñs tibi edixerim, sed vt pater commonefacio. Commendo autem eo dixit, vt ostendat diligentissime id esse seruãdum, arguatq; haudquaq̃ nostra esse quæ possidemus, sed dei. Quo item fit, vt & quæ ille cõtulerit, omnino sint per nos obseruanda. **secũdum præcedẽtes in te prophetias,** Præceptoris & sacerdotij cũ magna sit dignitas, dei iudicio confirmanda hæc fuerit, vt q dignior sit, id munus suscipiat. Eoq; apud veteres prophetarum vaticinio & iussu, sacerdotes (hoc est, per spiritum sanctum) mox creabantur. Est enim & prophetiæ proprium, vel præsentia dicere. Sic itaq; est & Timotheus in sacerdotem electus, de quo & editas prophetias fuisse testatur. Vel tum forte cum fuit ad sacerdotium ille assumpt⁹ & circuncisus, & ad sacros ordines demum prouectus, pinde dignitatem omnem huiusmodi ex prophetia & spiritus reuelatione adeptus. Subdit igit, Consulo tibi & moneo, vt secundum præcedentes in te prophetias incedas, hoc est, vt has contemplatus, & quasi ab illis edoctus, qd tibi agendum sit, pergas pro illarum dignitate omnia facere, vt nequaq̃ his probro & ignominiæ sis. **vt milites in illis bonam militiam.** Quid inquit, tibi demando? Nempe vt in illis iam milites, id est, ne illaru legem & nor-

mam excedas, sed quemadmodum illæ te elegerũt, & his in rebus quibus te addixerũt, optimam militiam milites. Est nanq; & prauum quoddam militiæ genus, cum membra exhibet quispiam ad immũditiam & turpitudinem, & armis vtitur ad iniuriam inferendam. Militiæ aũt meminit, vt arguat, etsi acre omnibus bellum infertur, ei tamen inferri acerrimum, qui alios instruat ad recte viuendũ, eoq; esse huic & magis inuigilandũ. Neq; vt se languidiorem præstet, necesse est, sed exercitum & vigilantẽ. **habens fidẽ & bonam conscientiã.** Haudquaq; inquit, existimes sat tibi fore, q; per spm̃ fueris & prophetiã ad sacerdotale id munus prouectus, nisi & fides per te indubitata præstetur, vt verba promere recte queas, & conscientiã bonam, hoc ẽ, vitã irreprehensibilẽ habeas, à q̃ oritur rectior hæc conscientia, ita vt & alijs præesse queas. Nam quemadmodũ qui ductare exercitũ velit, vt optimũ militẽ antea egerit est necesse, sic & præceptorẽ oportet his eẽ virtutibus p̃ditum, q̃s postmodũ sit à discipulis exactur⁹. Inde nanq; ediscimus, etsi docendi officio fungimur, quẽadmodum instruere alios debeamus. **Quã quidem repellentes, circa fidẽ naufragauerũt.** Quã, bonã cõscientiã. s. Neq; iniuria. nã cum fuerit vita impurior, ex ea & dogmata quædã peruersa emergunt. Siquidem qui immundam & sordidã duxerint vitã, ne in futurũ formidine crucientur, temere sibi hoc suadent, falsa om̃ia credi quæ à nobis traduntur. Quo fit, vt qui fidem abegerit, opinationibus cuncta inuoluerit, circa fidem naufragio pereat necesse est. Fides nanq; portus est patentissimus, qui animũ ad tranquillitatem traducit. Quæstiunculæ vero & hæsitationes, tanq̃ procellæ mentẽ vtrinq; exagitatã, in miserum corripiunt naufragiũ, affliguntq; scopulis, vel in profundũ demergunt. **ex quibus est Hymeneus & Alexander.** Vides ne & olim extitisse, qui veram doctrinam præuaricati, à fide abscederent, sectarenturq; opinatiões nonnullas & ambigua quædam. Cauendum itaq; & vo-

bis,inquit,ne quid ex vestro pristino instituto intermittatis,cum tales hoc tpe conspicemini,qui erroribus detrahũtur.Quin instãdum potius,vt istiusmodi hoies impugnãdo vos superetis. **quos tradidi satanæ,vt discãt nõ blasphemare.** Dicet aliquis,Si alios satan castigat,cur non seipsum emendat?Non enim vt castiget dixit,sed castigãdos.quippe qui nemini potest,nisi dei permissu,obesse.Sicuti & carnifices ipsi,&si nequissimi sint, morte tamen damnatos conficiunt,&multis vt recte viuant,causam præbent.Cur per se Paulus non hos tormentis afficit, vt gariam illum affecerat,vt Ananiam & Petrus? Ne

Actu.13 Actu.5.

supplicij magnitudine illorũ augeatur blasphemia. Quin etiam vt ostendat se posse satanæ imperare,ex eoq; & formidolosus sit magis,&terrorem incutiat contumacibus, præsertim cum ab se & Petro vel hi crucientur qui fide careant,vt intelligant se minus posse latere. Erat eñ & ille Ananias fidei expers,quia deo minus cõfideret.Eos itaq; qui hæc Pauli Petriq; iam gesta rescissent,& alio deinceps sunt deuoluti,satanæ demandabant apostoli,vt illis pspicuum facerent,satanam non propria illa virtute,sed apostolorum potentia eos sanare,qui his demandentur. Vel quia quos corrigere vellent,nõ ipsi per se apostoli pœnis afficerent.Contra vero,qui emendari non poterant,p se affligebant. Verum qũo aliquis dicet satanæ tradebant? Qui enim contumax esset & minus obediens,extra ecclesiã emittebatur,eijciebaturq; à cętero grege,&nudus mox

Exod.40

& desertus,lupus dedebatur in prædam.Nã quemadmodum olim nubes tabernaculum obducebat,sic Christi ecclesiam spiritus.Quicũq; ergo ex ecclesia fuerit eiectus, & spiritu sancto priuatus,erit hic miser perfacilis in capturã. Tanti est ab aliorum consortio & cõmunione repelli,censura.Istiusmodi nanq; mox deus & peccatis obnoxios,castigandi gratia & morbis afficit,& malis vrgebit. Inquit eñ,cum iudicamur à domino,& castigamur. Vides itaq; quemadmodum velle curiose admodũ diuina scrutari,in

blaſphemiam cedat. Eſt eñ deo inferre iniuriam, cũ nitimur quæ eius nutu & diſpenſatione geruntur, animo & cogitatione comprehendere.

Caput II.

Obſecro igitur primũ omnium fieri obſecrationes, poſtulationes, orationes, gratiarũ actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in ſublimitate ſunt. Omniũ primum (hoc eſt, iure) diuina quotidie peragenda. Sacerdos nanq;, tanq̃ communis orbis terrarum pater, ſancto altari aſtat omnibus proſpecturus, & dei ad inſtar, cui eſt dedicatus. Aduerte gratiæ magnitudinem. Neq; eñ iſtiuſ modi ſunt Iudæorum precationes. Neq; ſtatim pro regibus orandum dixit, ne videatur principum cuiq̃ adulari, ſed cum prius pro omnibus dixiſſet hominibus, tunc regibus adiecit. Etſi infideles ſunt inquiens reges, eſt tamen pro his deprecandum. Erant enim fidei Chriſtianę expertes tunc temporis imperij & regnorũ moderatores. Duo autẽ cum pro vniuerſis à nobis oratur, quæ optima ſunt, cõſequimur. Nam & odia ſi qua nobis in alios ſunt, diſſoluuntur, cum nemo queat in eum pro quo deprecetur, iniquo animo eſſe. Et reges, precibus immutata in probitatem nequitia, meliores redduntur, nec vltra in nos efferati deſæuiunt. Nam q̃ illud debet mirum videri, perſecutores & carnifices audire ab his depoſcentes pro ſe orare, q̃s affligent ſupplicijs. Orationes autẽ, poſtulationes, & obſecrationes, eundem præferunt ſenſum. Nam iſtiuſmodi dictionum repetitio, exigentis eſt fieri omnino oportere quæ mandet. Tamen nonnulli hanc his ineſſe differentiã aduerterunt, vt obſecrationes diceret ſupplicationes eſſe quaſdam, quibus vrgentibus malis & triſtitiam inferentibus, liberari depoſcimus. Orationes vero, cum bona nonnulla precãdo efflagitamus. Poſtulationes deniq;, cũ eos petimus in viam vt redeant, qui nos vel criminantur, vel iniuriam inferunt. Aduerte quemadmodum vel pro bo-

nis in alios quoſcunq; collatis iubemur deo gratias dicere, videlicet q̃a ſolem tã bonis quã malis fruendum exhibeat, quia vniuerſos ſuis oppleat bonis, vel blaſphemos ipſos & infideles hiſipſis afficiat. Vnde & fraterna charitate, cõiungimur, & vnũ diuerſi efficimur. Nam qui ꝑpterea gratias agit, quia proximum videt bonis expleri, ſeq̃tur certe vt eundem beneuolentia proſequatur. Quo fit, vt cum & ipſi bonis afficimur, maiorẽ longe erga deum præferre gratitudinem debeamus. **vt quietã ⁊ trãquillam vitã agamus.** Q̃m non abſurdum videtur, Chrĩani animum obturbari, cum ei indicitur rem diuinã agenti, & ſacroſancta myſteria pertractãti, vti pro infidelibus & regibus deprecetur, proponit & lucrum, vt vel eo illecti, id factitemus. Ait nãq; iſtiuſmodi hominum ſalutem in quietem nobis cõceſſurã & otium. Sunt eñ & hi in poſterum militaturi, vt nos quieſcamus. Quo igitur pacto nõ debet iniquum videri, vt hi ex inſperato pro noſtra ſalute pericula obeant, nos vero nec ſaltem labelli motum pro his deprecando toleremus? **in omni pietate ⁊ caſtitate.** Id quidem eo adiecit, quia pleriſq; belli & tentationum vocatio, ad luxum & iniuriam aliјs inferendã prębent occaſionem, vnde & praua dogmata quædã obori untur. Idcirco ſubdit, non per delicias vel aliorum iniurias vitã ducamus, ſed in omni pietate, omni ſcilicet, nõ mo
Tit. 1. do quæ dogmatibus ineſt, ſed vitæ. Eſt nanq; & vitę quędam impietas, quemadmodum cum inquit, Deũ profitẽtur ſe ſcire, operibus aũt negant. Vel omni puritate, q̃ ſit ab hæreſibus ipſis ſemota. Nec minus & in om̃i caſtitate, hoc eſt, virtute, perinde acſi dicat: Nõ ſolum eſt ab impietate cauendum, ſed cum omni virtute vita ducenda eſt. Oportet igiť etſi exteriori hac pace potimur, vt & quiete fruamur, vitamq; ipſam omni cum pietate & virtute nos trãſigamus. Sic proculdubio vitã erimus quietiorẽ, & q̃uis ꝑturbatione vacuã conſecuti. Tria ſunt apud nos belli gñã: Primũ, cum barbaros impugnamus; ſecundum, q̃d

ex priuata quadã inimicitia nobis infert: tertiũ quod inte
stinũ ẽ, & à vitijs, aduersum nos excitatur. Barbaricũ illud,
imperatorũ industria sedat. Quibus bellantibus, vel à no-
bis votis ac precibus præstãda opa est. Sed duo reliq̃, per
nos erunt & nostris viribus sedanda & studio. Quod faci
le fiet, si mala q̃ in nos per maleuolos irrogantur, benigne
& animo ęquiori tulerimus, pensabimusq́ ingestas pres-
suras precãdo. Inquit eñ, Cum his qui oderunt pacẽ, erã Psal. 119.
pacificus. &, detrahebant mihi, ego aũt orabã. Quod de- Psal. 108.
niq́ in nobisipsis inerit bellũ, iustitiæ armis facile prorsus
tollemus. **Hoc eñ bonum est & acceptũ coram sal
uatore nostro deo.** Quod illud? Pro omnibus. s. depre
cari, tã pro gẽtilibus ipsis q̃ pro hæreticis. Idipsum & natu
ra bonum & rectũ videtur. q̃ppe cum eiusdẽ naturæ oẽs
participes sumus, identidemq́ & deo pergratum est. **qui
oñes homines vult saluos fieri, & ad agnitionẽ
veritatis venire.** Si deo id libet, vt vniuersum hoĩm ge
nus assequatur salutẽ, imitare hunc ipse. Cui si voluntate
par esse volueris, erit profecto tibi pro cæteris deprecan-
dũ. Dicet aliquis, si illud diuinæ est voluntatis, vt salui fiãt
cuncti mortales, quid meis opus est precibus? Atq perma
gni deus has facit, vultq́ valere ad eãrem plurimũ. q̃ppe
quæ nos (vt diximus) miro animi coniungat affectu. Nec
gentiles sinunt, vt in nos efferantur. Est p̃terea simile ve-
ri, vt te deprecante ad fidem hi deducãtur. Salutẽ vero in
tellige, quę per fidem paratur. Et ad veritatis cognitionẽ,
hoc est, ad fidem q̃ deo præstetur. Hæc nanq́ dici sola ve-
ritas potest. **Unus eñ deus, vnus & mediator dei
& hominũ, homo Christus Jesus.** Cum velle deum
dixisset cunctorũ salutem, idipsum confirmando ita pro-
sequitur: Propterea deus filium suum ad nos mediatorẽ
legauit, vt se hominibus conciliaret. Dicet aliquis, Cur er-
go non omnes salutem sunt assecuti? Quia haudquaq̃ cõ
ciliationẽ hãc admisere. Cum vero, vnus est deus inquit,
non eo intulit, vt filium argueret à deo differre, sed ab ido

lis alienum esse hunc demõstraret. Quod autem deus sit filius, liquet ex eo, quia & conciliator sit & mediator effe ctus. Qui eñ est mediator duorũ, se mediũ interponit adinuicẽ diffidentium, & alterutris debet communem se exhibere. Cum itaq; dei filius, & hoĩm mediator, vtriusq; est particeps, diuinitatis videlicet & humanitatis, de⁹ existẽs & homo, vtranq; ergo idem naturã complectitur, humanam scilicet & diuinã. Nequaq̃ igitur purus est deus: neq; eñ hoĩes hũc excepissent, qui erat intercessor futurus: nec simplex homo, quippe qui deum esset allocuturus. Nil autẽ clare de diuinitate disseruit, ne se existimẽt q̃multos de os inducere. Neq; eñ cum de dei singularitate est disserendum, plurali numero vel duali est singularitas hæc exprimenda, sed singulari vtendũ est. Tã diligẽs est & cauta de diuinitate in sacris literis disputatio. Vnde nec spũs hoc loco Ap?us meminit, ne multorũ esse deorũ cultor appareat. **qui dedit redemptionẽ semetipsum pro omnibus.** Hoc est, & ꝓ gentibus ipsis. Ille igiẗ pro cũctis mortẽ subiuit, tu vero pro vniuersis orare nil toleras? Attende id dictum contra Arrianos plurimum facere, qui filiũ asserunt vel inuitum fuisse morte affectum. Idcirco itaq; nos ille redemit, quia cum esset nostra hæc humana natura peccato obnoxia, pro illa seipsum obtulit vltro ne ꝑderetur. **Cuius testimoniũ.** Hoc est, vt id testaretur, filius est in nostri redemptionẽ oblatus. Vel identidẽ interpretãdo, redemptiõem testimonium dicit. i. eius passionem. Venit eñ vsq; ad mortẽ, vt veritati afferret testimoniũ. Is nanq; & patrem manifestauit, & verum dogma explicuit, ad verãq; & euangelicam vitã præuius fuit. **temporibus suis confirmatum est,** Hoc est, cõgruis & decẽtibus. **in quo positus sum prædicator & apostolus.** Ad quod testimonium sum ipse appositus prędicator, vt illud prædicando vulgarẽ, hoc est, Christi crucem & mortem. Nec solum vt præco, & vt aliquo vno in loco prædicandi fungar hoc munere, quin & apostolus sum institu-

tus,vt q̃cunq; velim diuages.Et prǽterea haud mediocris apl̃atus hæc dignitas,eoq; & hanc sibi vendicat Paulus. **Veritatem dico,non mentior, doctor gentium,** Suis dictis facit hic fidẽ. Cum em̃ cæteri apl̃i essent ea in re segniores, partim q̃a gentes detestarẽt & abhorrerẽt, partim q̃a nec eas essent ad se admissuri, ipse inq̃t sum vt gentes instruerem destinatus. Si itaq; dei filius ꝓ gentib⁹ hisce perpessus est mortem, & earundẽ ipse sum doctor, nihil ipse negligas velim ꝓ his deprecari. **in fide & veritate.** Aduerte vt in fide dicat,nõ syllogismis vllis aut argumentationibus captiosis,sed in fide.Deinceps ne fallacias inesse rei existimes,in veritate adiecit, perinde acsi dicat:Nihil est sane fallax vel cõmẽtitium,q̃d ex fide instruitur vel demandat̃,sed in veritate traditum. **Volo ergo in omni loco orare viros.** Quæret aliq̃s,Num Chr̃us ꝓhibet, q̃n q̃uis in loco orandũ sit,cum in ꝓpatulo & in plateis interdicit ꝓcationem, & in abditum secedendum cũ orat̃ iniungat?Neq; Christus q̃ minus vbiq; orãdi officium exequi possit,ꝓhibuit,sed cũ alios admoneret,ne ad oñtationem id agerẽt,cubiculi meminit & loci abditiorꝭ. Haud secus & alibi dicit:Nil nouerit sinistra tua q̃d faciat dextera.Neq; em̃ de manibus disserit,sed q̃ sit excellẽs demonstrat,eleemosynã sine iactãtia impartiri. Eoq; & Paulus viros deposcit omni in loco orare, pinde acsi nihil ipm à Chr̃o sit vetitũ. Q̃d sane ideo intulit,vt Iudæorũ orãdi ritum à nr̃o seiungeret. Illi nanq; statuto q̃dam ad id loco,hoc est,tẽplo q̃d Ierosolymis est,orandũ censent. Nos vero q̃bus nullus est prædicãdi præscriptus locus,lõge alit̃ illud exeq̃mur. Nã vt nobis mos est q Christianũ sumus nomẽ sortiti,ꝓ vniuersis orare,sic & vbiq; fundimus preces. **leuantes puras manus.** Neq; em̃ locus ad orationẽ,sed modus diligent̃ inquirendus.Religiosas em̃ deposcit manus oratio,hoc est,à q̃uis auiditatis genere abstinẽtes,& puras:videlicet quæ nec rapaces sint,nec homicidio inquinatæ,nec quenq̃ diuerberẽt,sed eleemo

Matt.6

Ibidem.

synam impartiendã effusiores. **sine ira & disceptatiõe.** Hoc est, sine odio & prauo aliq̃ animi affectu in fratres. Disceptationẽ vero hęsitationẽ & ambiguitatẽ dicit, hoc est, ne subdubius & hæsitans ad orandũ accedas, sed fide certiori imbutus, & nihil ambigẽs vtrum q̃d postulas sis nec ne accepturus. Verũ q fieri id poterit dicet q̃spiã? Ita quidẽ si nihil deposcis q̃d dei volũtatẽ oppugnet, vel deo ipso indignũ. Si õĩa inquã petieris quæ spũs sint, si mũdis manibus & ira omni sublata. **Similiter & mulieres.** Velim scilicet has nihil irasci nec hæsitare, puriores asseruare & manus non rapaces, aut alieni appetentes. Cũ eñ vxor virũ cõpulerit, vt mũdũ sibi muliebrẽ, gẽmas & margaritas & aurea ornamenta suppeditet, & vir illi vt faciat satis auidius rapiet, erit q̃dem hæc furto obnoxia. **in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornantes se.** Maius aliq̃d à mulieribus exigit, vt vestibus se obducãt ornatis, non exq̃sitis. Id eñ ducit pro indecoro & inuenusto. Habitũ significantius Græci καταστολὴν dicunt, id est, stolã quandã & amictum quæ vndeq̃q̃ hominem contegat. Vult itaq; velato corpore mulieres precari, nec vllas corporis partes impudent̃ retegere. Vñ cum verecũdia inquit & sobrietate ornantes. **Non in tortis crinibus aut auro aut margaritis vel veste pretiosa.** Orãdi eñ grã accedat, non tripudiandi. Cur ergo caput hęc sibi curat & crines comit, margarit; hos interplectẽs, cũ alias è vertice suspẽdit, alias toto corpe circũponit, alias pedibus demittit, q̃d sane ꝓbro cedit & ignominiæ potius q̃ ornamẽto, præsertim cum tãti res pretij per pauperum sint & viduarũ & orphanorũ lachrymas comparatę. Nam viduã & egentẽ viliori veste priuabis, vt ipsa margaritas & gemmas conculces. Est eñ summæ simplicitatis, ne dicam vesaniæ, & animi nil pensi habentis ad orandum te cõcessisse, peccãtis veniam petiturã, perinde tanq̃ ad nuptias ꝓdituram, te comptã esse & ornatã. Optima sane hæc erit animi oberrata compunctio, quã citius ex

auditurus est deus sic deprecantem, quæ non inopum lachrymis circũduceris iactabunda & tumnes. Si ea itaque quæ ad opulentiam spectãt, interdicit Ap̃s, longe magis quæ cura quadã superuacanea & studio ad inanem ornatum componunt, vt genarũ & oris vnguentatiões, & oculis adiecta quædã ad pulchritudinẽ liniamenta, vt vocem effractam, vt oculos in lasciuiã resolutos, vt hmõi reliq̃. **sed quod decet mulieres promittentes pietatẽ per opera bona.** Quin necesse est inqt, vt se rectis operibus ornent. Id nanq; vt faciãt, fœminas decet quæ Christum p̃fitent & deum verũ pie colunt. Vel alit: Cum enim liceat vel verbis dei cultum p̃mittere, per op̃a subdidit. **Mulier cum silentio discat cum omni subiectione.** Nõ solum (inq̃t) gestu & habitu ornata sit mulier, verum & voce. Non em̃ velim loquat, neq; de spiritalibus ip̃is edisserat, sed id mõ vt discat. Id nãq; expedit magis vt silẽs acqescat. **Docere aũt mulieri nõ permitto, neque dominari in viꝝ, sed eẽ in silentio.** Oẽm fœminis adimit loquendi occasionẽ. Cum em̃ taciturnitatem his indixisset, ne causam forte iustiorẽ aliquã ad loquendum fuerit mulier nacta, ne doceat inquit. Id nãq; est habere in viꝝ ip̃m imperium. Quin potius subiectam esse hanc viro iniunxit. Inquit enim, Ad viꝝ sit conuersio tua, sit itaq; vt illi silendum sit. Cum em̃ silet, eius præfert subiectionem. Intelligas aũt non vbiq; Apostolum mulieri iniunxisse silentium, vel alios instruẽdi quouis in loco facultatem interdixisse, sed in ecclesia duntaxat. Quippe quæ seorsum habeat docendi alios potestatem. Siquidẽ & Priscilla Apollo illum instruxit, & fidelis mulier viꝝ cõmonefacit. **Adam enim primus formatus est, deinde Eua.** Cum enim (inquit) virile genus primatum sit in ea creatione adeptum, & Eua post Adam condita sit, iure debent post viros secundũ locum fœminæ obtinere, & illis subdi. Quod em̃ constat in Adã & Eua tunc temporis contigisse, & inde posteros seruare credendum est. **Et**

Gene.3.

Actu.18

Adam non seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit. Quo pacto inqt aliqs, Nõ Adã deceptus? Quia nec ex sacris literis id satis cõstat, sed muli
Gene. 3 erem rñdisse sic fert, Serpens decepit me: Adam vero, nõ mulier, circũuenit me inqt, sed pomum obtulit & cõedi. Haud igit æque se habent ei fidem adhibuisse, quæ ex se cõdita sit, & adiutrix sit dicta, & beluæ credidisse, quæ horum esset ptãti supposita, Quo fit, vt si serpẽtis suggestio cum mulieris oblatione hac conferat, ꝑ fallacia arguatur necesse sit. Neq; em̃ deceptum se ꝓfitet, qppe q ignoret id lignum in esum suaue, sed mulier quæ esset eius rei iã cõscia est circunuẽta. Proinde sic illa obtulit viro, vt ipsa plane arguat præuaricatrix, hic vero vxori fidẽ adhibuisse. Ait igit, qa semel mulier viꝝ edocuit, & cuncta peruertit, idcirco neq̃q̃ hæc habeat velim docendi decætero potestatem. Est nãq; mulier natura leuior, & facile fallitur. Ad uerte aũt, quemadmodum nõ Euam dixerit deceptã eẽ, sed mulierẽ, tanq̃ de ipso muliebri gñe disseruisset. Nam quẽadmodum natura oĩs humana in Adam perdita est, sic & p Euam in om̃e fœmineũ genus dilapsa est leuitas, q̃ & præuaricatio ipsa primum Euam inuasit. Saluabitur autem per filiorum generationem. Quis inquit saluabit? Non Eua? Neq̃q̃, sed mulier. i. muliebris natura. Nolite ergo animo cõcidere mulieres. Contulit em̃ & vobis salutis causam, filioꝝ ꝓcreationem, hoc est, liberos vobis educãdos, & optimis moribus imbuendos cõmisit, q̃s pariendo ederetis. Non em̃ filios parere vos solũ oportet, sed erudire & ad rectiora instruere. Id nãq; vere præfert filios genuisse. Alioqn haudq̃q̃ esset hæc liberoꝝ genitura, sed gestatio potius quædã appellãda. Quæret aliqs: Quid ergo cum virginibus agetur? Quid cũ sterilibus, perdentur ne hæ, qa liberos nullos peperint? Absit. Nõ em̃ has inqt, ꝓpria saluas fore virtute, sed filios procreasse, mulieribus salutis offerre occasionẽ. Est em̃ illud perspicuũ, vt quæ virtute sit prædita mulier, ad virtutem

fit & liberos educatura. Hanc igitur virtutē cum traditā virgo habeat à genitrice, & ipsa est hauddubie salutē habitura. Videre aūt videor, cum fœminæ alios instruendi ptātem ademerit, pinde has ipsas consolaturus demādas se, q̄s doceat, perinde acsi dicat: Si tibi alios erudiendi libido incesserit, liberos tuos erudi. **si permanserint in fide.** Si filij videlicet religiose Christi fidem fuabunt & dogmata. **& dilectione.** Hoc est, recto viuēdi mō. Nō enim satis est fides, nisi & charitas adsit, quæ vitæ totius est summa. **& sanctificatione cum sobrietate.** Sanctificationem corporis dicit puritatē. Et qm̄ non oēs fœminæ virgines sunt. cum sobrietate adiunxit, hoc est, cū continentia, quæ nōnunq̄ ab illis fuanda est, quæ matrimonio copulāt. Vel forte sobrietatē dicit simplicit honestatē ipam. Quid igit si mat neq; or fuerit & impudica, filios tñ recte educet? Fieri id sane neqt: ve⁊ si fiat, & ipsa mercedem acceptura est. Quid aūt cū pbis sit ipsa moribus imbuta, negligat tñ filios erudire, & p̄ eius nimia indulgētia patiat illos præcipites in vitia agi? Contra vero, si totis virib⁹ adnitatur, & studio omni incumbat, nequeat tñ hos reddere meliores, q̄d non raro euenit, & hæc nimi⁊ laborum habitura est præminm. Siquidem & dei filius, cum factis tum dictis maxime ad veritatem homines traducere conaretur, perpaucos habuit qui sibi obtemperarent.

Caput .III.

FIdelis sermo. Cum in ambiguo haberetur, vtrū matres frui filio⁊ virtute quirent, sic inqt: Fidelis smo, hoc est, quē ipsi ptulimus, haudquaq̄ falso platus est, idcirco nil ambigas. **Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.** Quæ ad Timotheum de episcopatu edisserit, vniuersis edicit. Siqs ingens cupit præesse, nihil impedio. Opus nanq; bonū desiderat, hoc est, negotium habere cupit. Nolim tñ vt dominandi quispiā cupiditate ducatur. Nam & Moyses operandi magis q̄ præsidendi voluptate demandatā sibi Iu- *Exodi. 3*

dæos moderãdi suscepit prouinciam. Episcopatus em̃ ab ἐπισκοπεῖν dicit, hoc est, ꝓuidere &, ꝓspicere vniuersis, quos sub eius cura & tutela susceperit. **Oportet em̃ episcopum irreprehensibilem esse.** Hoc est, vt oĩm sit virtutem adeptus, & ita, vt neq̃at criminis accusari vel vitij. Nec ipse sibi sit mali cõscius. Si q̃s itaq; obstrictum se prauis facinoribus nouerit, neq̃q̃ eã rẽ concupiscat, q̃ seipsum mala operãdo priuarit. Oportet nãq; q̃ p̃eest, vt tanq̃ lumen aliq̃d se ad spectandũ exponat, à q̃ & cæteri cum in se intenderint oculos, lucem accipiãt. **Vnius vxoris virum.**

1. Cor. 7 Si is q̃ vxorẽ duxerit, quæ mundi sunt meditat̃, episcopũ vero nil deceat mundanis rebus esse intentũ, q̃ pacto hunc dicit vnius vxoris viꝝ esse oportere? Nõnulli asserunt à muliere abesse episcopũ iniũxisse: Q̃d fieri si neq̃at, habere hunc vnicã sic præcepisse, pinde acsi nullã haberet, hoc est, nihil illi addictũ esse ob venereas voluptates, cum alit̃ Ap̃ls sentiat: nec necessariũ ducat vt vxori copulet̃ episcop'. Quo em̃ pacto hoc indixisset, q̃ ita inq̃t, Vo

Ibidem. lo aũt oẽs eẽ atq; ego sum? Sed q̃a illud tp̃s hm̃oi rem exigebat, ꝓpterea si duxerit (inq̃t) vxorẽ episcopus, vni' sit, non multaꝝ maritus. Vel vnius vxoris virum dicit, vt q̃ ad eam episcopatus prouehendus sit dignitatem, nõ multas habuerit vxores, sed vnam. Quod eo dicit, ne Iudæos ea in re sectarent̃, quibus vt plurimos filios procrearent, vt & plures haberent vxores permittebat̃. Pleriq; etiã incõsideratius tñ affirmant, de ecclesia hæc dixisse Apostolum, tanq̃ e nixe prohibeat ab ecclesia esse ad ecclesiã trãseundum, q̃d esse adulteriũ dictitant. **Sobrium.** Hoc est, ꝓspicacem & meditabundum, nullis huius seculi curis vel mœrore offusum. **Pudicum.** Hoc est, abstinẽtem & moderatum. **Ornatum.** Hoc est, grauem & honestum. **Hospitalem.** Si enim se suis ciuibus duntaxat probum præstiterit & hospitalem, gñis affectionem sequet̃. Oportet itaq;, vt in alienos etiam liberalem se præbeat. Quod sane maius est fraternæ charitatis indicium. **Doctorem.**

Quæ dicta superius sunt, vel à subditis exigunt. Hoc autẽ docendi officium oĩm præcipue ut insit episcopis necesse est, **non vinolentum.** Non eñ dicit hoc loco qui mero madeat, sed contumeliosum & temerarium. **non percussorem.** Non q manibus quenq̃ affligat, sed qui intẽpestiue incessat, & fratrũ percellat animos dicit. **sed modestum, non litigiosum, non cupidum.** Docet hoc loco quemadmodum queat & temulentiam quis euitare, & ne percussor dicatur effugere, si benignum seipm̃ videlicet exhibeat, & minus contentiosum. Et qm̃ dixerat superius hospitalẽ oportere hunc esse, adiecit, non cupidum, cum vt oñderet eum esse hospitalitatis cupientissimum, q diuitias asperneť, tũ etiã vt instituat, ne qs hospitalitatis exercẽdæ occasione thesauros cõgerat. **sed suæ domui bene præpositum.** Hoc ẽ, q rei domesticæ bñ ꝓspiciat & familiã diligẽtius modereť. **filios habẽtem cum omĩ castitate.** Oportet eñ vt eius ex domo cæteris ꝓdant exẽpla. Quis eñ crediderit hunc posse alienos sibi morigeros reddere, qui filios nequeat subiugare? Vel q̃ pacto alios moderatos effecerit, qui suos viuere intẽperãtius siuerit? In omni aũt castitate. i. q̃ verbis & gestu, & opib⁹ ipis præferť, in oẽsq; & quis tpe adhibeť. **Si quis aũt domui sui præesse nescit, quõ ecclesiæ dei diligẽtiã habebit?** Nihil sane aliud episcopi dixerim domicilium, nisi exiguã ecclesiã aliquã. Si itaq; rei cuipiã paruæ & & infimę, & q̃ facile possit cognitiõe cõprehẽdi, pęesse nescierit, q̃ pacto tot hoĩm moderabiť volũtates? Iure quęri hoc loco põt, cuius rei grã Paulus, q à laicis & secularib⁹ viris, magna quædã & istiusmodi exegerat, Mortificate (inqens) mẽbra vestra, quę sup terrã sunt: Et alibi: Hi aũt Chri carnẽ crucifixerũt, nũc ab episcopo parua quidẽ deposcit, & tãtæ sublimitatis indigna, videlicet ne temulentus sit, aut percussor, & hmõi, præsertim cũ Chrs ad tollẽdã crucẽ iniũgat, & bonus inquiat pastor, animam suã ponat ꝓ ouibus. Erat itaq; ab episcopo exigẽdum, quod ad

Col. 5.
Gala. 5
Lucæ. 9
Iohan. 10.

dignitatis ipsius celsitudinem spectat, vt angelũ ageret, il
Mala.2 liusq́ duceret vitã, redderetq́ oĩbus immunem se vitijs.
Dixerim equidẽ perpaucos dari posse, qui istiusmodi na
cti sint vitæ pfectionem. Erat aũt multis episcopis opus,
q singulis vrbibus præsiderent, eoq́ & mediocrem ab his
virtutẽ exegit, quæ posset facile cõperiri. **Nõ neophytum.** Non em̃ iuniorem hoc loco dicit: Quippe cũ & Ti-
Infra.4 mothe⁹ esset annos non multos natus, vt in sequẽtibus p
discemus, cum Paulus inqt, Nemo te ob iuuenilem ætatẽ
contẽnat: Sed eum neophytum asserit, q nuper sit ad fi-
dem instructus, & in ea recens plantatus. Nam ipse inqt
1.Cor.5 plantaui: Em̃uero cum ex gẽtibus pleriq́ ad apl̃os ipsos
concederẽt, & baptismo abluerẽtur, nequaquã ait velim
q nuper baptismum acceperit, ad hmõi præsidendi mu-
nus hunc prouehi. **ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli.** Si prius inqt, quão optimus discipu
lus sit, præceptoris illi officiũ demandetur, intumescet hic
sane & in diaboli iudicium & damnationem concidet, q̃
lem ille præ mentis elatione subierat. **Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab his qui foris sunt.** Hoc est, à gentibus ipsis, ne & hi quidpiã ha-
beant, q̃ hũc criminẽtur, sed revereri potius ob eius que-
ant integritatem. Dicit aliquis, Quid inquã, si probus for
te appareat, & improbus postmodum deprehẽdat? Erit
id qdem difficile cognitu. Nam solent hostes vel eos car
pere qui pfectioris sint vitæ, necesse ẽ, vt ad reliquas eius
virtutes & alioꝝ optimum accedat testimonium. Quid
ergo si hunc sine causa & immerentem calumnientur nõ
nulli? Fieri id quidem nequit. Nam eum qui ita vixerit, vt
argui nequeat prauitatis, vel idem in ipso venerabũtur
gẽtiles, & decreta quidem, non illius sunt vitam improba
turi. Quẽadmodum & apl̃os, non vt fornicatores & sce
2.Cor.6 leratos calumniabantur, sed seductores dicebant, quod
prædicandi officiũ solum obijciebatur. Quod si conceda
tur, vel cũ in modum se rẽ habere, vt p calumniã quis im-

probetur, nequaquã velim hmõi vir cõstituat episcopus. Non enĩ sunt multorũ lucem spectãntiũ & improbantium animi obturbandi. Siquidem luceant inquit opera vestra vt videant hoĩes. Si nobis itaq; testimoniũ ab inimicis est cõparandum, longe magis ab his qui amicitia nobis sunt coniuncti & fide. **vt non in opprobriũ incidat.** Quippe cum futurum sit, vt ab infidelibus increpet, q; prædicationẽ interpellaret. **& laqueũ diaboli.** Vel quia hmõi hominẽ gentiles illi confestim de medio tollerẽt, vel quia in ea flagitia quibus illi essent obnoxij, & hic laberet. Quod sane quia multos offenderet, merito dici dæmonum posset illa creatio. **Diaconos similiter.** Cur autem quęret aliquis, sacerdotes hic præterit? Quia quæ dicta de episcopis sunt, sacerdotibus competũt. His nanq;, & vt alios instruant, & vt ecclesijs præsint, iniunctum est. Et sola sunt illis consecrationis ceremonia inferiores. Ait igitur & diaconos similiter, hoc est, eisdẽ debere dixerim pollere officijs, vt hospitales videlicet, benignos, & minus contentiosos, & huiusmodi reliqua, sese præbeant necesse est. **pudicos.** His quidem vel inter cætera & pudicitia accedat, necesse est. **non bilingues.** Hoc ẽ, subdolos & dolis instructos, ita vt alit sentiant, ac loquant, vel quorum verba infirma sint & nutantia, nec pensi habeant quicquam. **non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes.** Non enim temulentos dicit hoc loco & mẽtis nil cõpotes, id nanq; dictu admodum videret indignum, sed bibaces vt essent prohibuit. Nã etsi minus inebrient, immoderatior tamen vini potatio, animi imbecillitat neruos, redditq; languidiores. Prisci vero illi orandi gratia templum iam ingressuri, vino abstinebãt. Nostri vero, si deo placet, & vino vtunt supplicaturi, & turpe lucrum sectantur, & nullum vndequaq; sit repudiãt commodum. Hoc tamen loco turpe lucrum sectantem, auarum intellige, & pecuniæ indigentem, **habentes mysterium fidei in conscientia pura.** Hoc est, post susceptã dogmatis re-

Mat. 5.

Leuiti. 10.

ctitudinem, & vitam degant quæ criminis nequeat incusari. Est nan ꝑ purior conscientia, in vita irreprehensibili sita. **Et hi autem probentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes.** Quemamodũ inquit episcopum depoposci haudquaq̃ neophytum, sic nolim diaconos istos nisi probatos deduci ad ministrandum. Quin etiam & temporis processu periclitandos hos dixerim, si noxa vacant & crimine. quemadmodum nec seruo quispiam, qui nuper sit emptus, non ante domus gubernationem demandat, q̃ per aliquod tempus periculo facto ꝓbus appareat. **Mulieres similiter pudicas,** Non enĩ de quibusuis mulieribus disserit, sed eas nunc profert, quę & ministrandi fungant̃ officio. Eæ nanq;, ecclesiæ conferunt plurimum. Nam nisi faceret de huiusmodi fœminis mentionẽ, quid opus fuisset cum de diaconis & viris tractet, de mulieribus etiam interiecisse sermonem? **nõ detrahentes,** Id est, quę neminem detrahendo incusent, vt aniculæ factitant: quæ dum per alienas domos vagantur, aliorum deferunt vitia. **sobrias,** Id est, excitas & vigilantes. Cum enim constet leue esse fœmineum genus, & captu facile, necesse est vt vigilantiam seruent & sobrietatẽ, vt mente valeãt. **fideles in omnibus.** Hoc est, constãtes & stabiles, tam verbis quã etiam operibus. **Diaconi sint vnius vxoris viri,** Aduerte quemadmodum eandem virtutem á diaconis exigat, quã & ab episcopis ipsis exegerat. quippe qui haud secus q̃ illi, & casti esse debẽt & irreprehensibiles. **qui filijs suis bene præsint & suis domibus.** Cunctis liberoꝝ iniungit hanc curã, ne cæteri offendant̃, si educent̃ hi negligentius. **Qui enĩ bñ ministrauerint, gradum bonũ sibi acquirent, & multam fiduciã in fide, quæ est in Christo Iesu.** Gradũ id est, profectũ. Nam qui infimis fuerint in rebus solertiores, ad summa mox pertingent fastigia: & ita, vt in fide fiduciæ plurimum nanciscant̃, hoc est, vt maiorẽ sibi gloriãm pariãt, nec in mũdanis his dignitatibus, aut pecunijs,

sed in fide, hoc est, in cunctis quæ secundum fidē sunt operibus, & sermone. Istiusmodi namq; in ecclesia ipsa fulgebunt, qui cum à diaconatus gradu ad sacerdotiū, à sacerdotio deinceps fuerint ad episcopatū prouecti. **Hæc tibi scribo fili Timothee, sperās me ad te venire cito. Si autē tardauero, vt scias quō oporteat te in domo dei conuersari.** Ne discipulū in mœrorē inducat, perinde cui ex his dictis offerri suspicio possit, haudq̄ quā vltra præceptorem se reuisurum, sic inquit: Nō enim eo hæc ad te scribo, quia non sim ad te concessurus, sum enī omnino venturus. At si tardior fuerit meus ad te aduentus, habeas velim formulam à me interea aliquā, quemadmodum tibi sit in ecclesia dei versandum. Bene autē sperans adiecit. Nā cum spiritu hic ageretur, nescius erat quo sibi esset adhuc abeundum. Vnde & merito videtur ambigere, vtrum se ad Timotheum possit conferre nec ne. **quæ est ecclesia dei viui.** Neq; enim existimes velim, domum hanc hominum esse ope cōstructam, sed viuentis dei ecclesiam esse, hoc est, tremēdi illius moderatoris, non demortui & imbecilli, quales sunt gentium dij. **columna & firmamentum veritatis.** Hoc loco, cum Iudęorū templo ecclesiam confert, sic inquiens: Illud quidem figuras & vmbras quasdam complectebatur, veluti tintinabula & malapunica, & cum sacrificijs sacerdotē: Hoc vero veritatis est firmamentū & robur. Cuncta namq; q̄ illi inesse constat & peraguntur, certiora sunt & stabilia, nihilq; in ea est vel fucatū, vel quod vmbrā aliquam prę se ferat, cuiusmodi legis sunt omnia. Pro tintinabulis namq; clarissimum habet de Christo præconium: & pro Punicis malis, vitā contractiorem & castigatā, & fructum interius asseruantem. Huic præterea & pontifex præsidet, maximus dei filius, cuius diuinum corpus, summum est sacrificium. **Et manifeste magnū est pietatis sacramentum,** Sacramētum est sane & mysteriū, quod nobiscum est dispēsatum. Et ingēs quidem pietatis est sacramētum, 3.Reg.7.

Non em̃ de eo quis ambigit. At q̃ pacto dici id poterit sacramentum, quod & notius sit & vulgatius? Antehac em̃ non omnibus erat id cognitum, sed nunc plane innotuit. Quod aũt deus sit incarnatus, neminem p̃terit, sed incarnationis huiusce modus multos clã habet, vnde & mysteriũ dicitur. Aduerte autẽ dei erga nos charitatẽ. q̃nquidẽ eius tã admirabile sacramentũ nobis aperuit. **quod manifestatũ est in carne**, Cum em̃ Paulus quæ ad sacerdotiũ faciũt explicaret, nil tñ eorum q̃ de sacerdotibus in Leuitico præfinita sunt & explicata, nobis indixit: Tanq̃ id inquiat: Neminẽ subeat admiratio, si ea quæ minoris momenti sunt prætericrim. Præcellũt nanq; magnitudine nostra, neq; hmõi aliquid in Leuitarũ institutiõe cõpereris, cum in nostro hoc sacramento siue mysterio, deus ipse se patefecerit. Quo pacto? In carne .s. quippe qui diuinitate sit inuisibilis. **& iustificatũ est in spũ**, Aut em̃ id inq̃t, cũ cũcta ille ad hoĩm salutẽ effecerit, & nonnullis qui corde essent & animo obdurato, persuadere nequierit, ipse ta-
1.Petri.2 mẽ iustificatus est, quia quod sua intererat fecerit. Vel eo dicitur iustificatus, q̃ a nihil deliquerat, neq; eius in ore in-
Leuiti.18. uẽtus est dolus, cum hi qui pro lege iustitiã sunt assecuti, spũ seruitutis detinerẽtur. Formidines nanq; & supplicia lex ipsa complectebatur, & eadem hæc peccantibus intentabat. quippe quæ spũ adoptionis careret. Dñs vero oẽm sancto spũ impleuit iustitiã, iustitiæ consubstantialis existens, eundemq; habens suapte natura secum manentem quem & nobis largitur, vt in eo iustificemur. Nã qui sunt per euangelium iustificati, & spiritus participãt plurimũ & longo his interuallo præcellunt, qui per legem sunt iu-
Matt.4. stificationem hãc assecuti. **apparuit angelis**, O mysterium admirandum, nobiscum dei filium & angeli conspexere, quem antea non vidissent. Inquit em̃, Et ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Idq; illi ab eius natiuitate
Lucæ.2. quoadusq; fuit in cælum assumptus, ministerium præstitere. Constat enim hunc natũ angelos collaudasse, & de-
Actu.1.

nuntiasse pastoribus,fuisseq; & in eius assumptione mini stros.prædicatus est gentibus,creditus est mundo.Gẽtibus inq̃,quibus nulla salutis spes inesse sit visa,& condẽnatis.Nec prędicat⁹ est solum,quin & terrarũ orbe eius suscepta est fides.Quod vtiq; maximum est. Tũ eius qui prædicatus sit,cum potestatis,tum veritatis argumẽtum non mediocre.assumptus est in gloria.Hoc ẽ,supra nubes est angelis ministrantibus ille sublatus.Nec tñ in Eliæ modum ad cælum subuectus,sed in gloria. 4.Reg.2.

Caput .IIII.

Spiritus aũt manifeste dicit,Hoc est,non adumbrate & sub figuris,tanq̃ regulis prophetarum astrictus.quia nouissimis temporibus discedent quidã a fide.Cum em̃ constet circa fidem naufragiũ fecisse nonnullos,nequaq̃ inquit mireris,si quidã ex hoc tẽpore Christiani,Iudæorũ ritus tutantur.Est nanq; vt in deteriora prolabantur futurũ,qui sectari Christum vidẽtur. Hæc quidem non de Iudæis prædicit,quippe qui superioribus fuere temporibus,sed de Marcionistis & Manichęis,& cæteris hæresum sectatoribus.attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum. Horum nanq; suggestione & opera,& escam detrectabant & nuptias.Arguit præterea & reliquas hæreses,quæ oẽs p dæmonum fallacias obrepsere & doctrinã.Nec tñ has apertius patefacit,ne illas in animos disseminet hoĩm, sed eã quæ iam obrepsisset,escam(vt diximus)& nuptias detrectantem,impræsentiarũ ostendit.in hypocrisi loquentiũ mendacium.Hoc est,ea in quibus hi deprehenduntur,mendaces.non veritatis ignari mentiunt,sed prudentes scientesq; falsa hæc esse,pro veris docere dissimulant. & cauteriatam habentiũ suam conscientiam,prohibentium nubere,Hoc est,vitæ sunt nequioris.Et cũ sibi sint hi multarum sordium conscij,eo & illorum conscientia & ineluibiles habet vitę inustiones impurioris,& matrimonium improbãt. Nã si eorũ vita impurior esset,

& conscientia labe careret, nunquã q̃ deus benedicendo probasset, vituperarent. Qui tñ haud faciũt secus, ac solẽt, qui cum laborant ex stomacho, eo cibũ repudiãt, quia noxios intus humores contineãt. Quid igitur? nũ ipsi nuptias prohibemus? Absit. Quin potius eum ad cœlibatũ hortamur, qui nuptias fugiat, eoq; & honoratior sit. Haud tñ propterea ignominiosæ sunt nuptiæ, sicut neq; ob id cõtemnet argentũ, quia maioris sit pretij auꝝ. Quod eñ honoratius est, honore illud excedit q̃d sit honoratũ. Et melior quispiã q̃d bonum est superat bonitate, non malum.

Gene.1.9. Qui potest itaq;, habeat secum virginitatis hoc auꝝ: q minus, nuptiaꝝ argentũ excipiat. abstinere a cibis quos deus creauit, ad percipiendũ cum gratiaꝝ actione fidelibus, Id est, consulentiũ fore à cibis abstinendũ. Quęret aliqs, Quid ergo? nõne vel infidelibus ipsis in escã creauit hoc deus? Ita quidẽ. Hi tñ ab his seipsos coercent. Quid prætereà? nõne prohibet & luxus? Admodũ. Haud tñ moderata cibi desumptio. Nã vt modũ hæc pręfert, sic luxus modum excedit. quinetiã nec luxus ipse tãq̃ impurus & sordidus prohibetur, sed quia suo excessu animam perdat. & his qui cognouerũt veritatẽ. Vident ergo

Leuiti.11. Iudaica illa figurã duntaxat prætendisse. Nunc vero veritatẽ extare liquet. Arcebatur eñ Iudæoꝝ innumera multitudo à plurimis escis, non quia essent immundæ, sed ne delicijs se addicerent. Et vt à multis cibis coerciti, oues cũ immolarent & boues, non ignorarent, quales deos sibi fecissent Aegyptij. Veritatẽ aũt, vel in Christo fidẽ intellige, vel eã simplicit, quam hi cognouissent. Si qualem quęras, audi quæ insequuntur: Quia omnis creatura dei

Gene.1. bona, Et erãt inquit bona valde quæ fecerat. Sub creaturæ autem appellatione, omnia quę nobis sunt in esum exposita designauit. Vnde & hæresim illã extirpat, asserentium oẽm materiam nullã habuisse originẽ, ex qua hæc ꝓdierint quibus nos vescimur. & nihil reijciendũ quod cum gratiaꝝ actione percipitur. Sanctificatur

enim per verbũ dei & orationẽ. Ergo immundũ erit, nisi sanctificet? Nequaq̃. Sed ex permissu id ponit. Nam primũ asseuerãdo nihil dicit immundũ: deinde cõcedimus, inqt, immundũ id fieri, habes tñ quã adhibere possis medelã. Cruce obsigna, laudẽ deo & gratias redde, sic immũditia oĩs & fœditas dilabetur. Cũ em̃ gratias agimus, oĩa emundantur. Qui vero secus se gesserit, & perinde ingratus nec gratias egerit, hic plane conuincetur impurior & inquinatus. Licebit igitur & idolothytũ eundem in modũ purgari, ita tñ, si idolothytũ esse id ignoramus. Quo si sciẽtes vescimur, eadẽ nos labe coinquinabimur. Non qa illud idolothytum sit, sed quia legẽ ipsi transcendimus, iubentem minus debere nos dæmonũ mensæ participes fieri. Quo fit, vt tua voluntas infectior, sit tanq̃ p̃uaricatrix, non eo q̃ cibus ille sit inquinatus. **Hæc proponẽs fratribus, bonus eris minister Iesu Christi.** Hæc. Quæ ista? Quod magna scilicet magisterij dignitas, q̃dq; abstinere hoc modo à nuptijs & cibatibus, dæmonũ fiat suggestione, & alia quæcunq; prædixit huiusmodi. Proponens autem, hoc est, consulens & persuadens. Neq; em̃ imperans dixit: quippe in quos nullum esset imperium. **enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ, quã assecutus es.** Dixit, propone hæc fratribus & cõsule. Nũc vero vel tu ipse (inquit) enutritus, id est, frequenter eadem illa conuoluens & quasi ruminans, reuoca. Enutritus vero ideo intulit, vt indefinentem eius in his attentionẽ ostẽderet, vt quemadmodum semper corporis alimenta percipimus, sic etiam assiduis quæ ad fidẽ faciunt, verbis enutriamur. **Ineptas autem & aniles fabulas deuita.** Hoc est, fratribus quidem (vt dixi) id consule. In his vero qui fuerint peruersi, non multum operæ suadendo & laboris impẽde. Nã vt nihil his potest vtilitatis afferri, sic poterit obturbatio aliqua oboriri. Quin videbere potius imbecillis & fragilis, q̃ obsistere illis nequieris, nec illorũ corrigere improbitatẽ. Fabulas aũt, Iudaicas dicit obser-

1. Cor. 10.

uatiões: Vel qa cōmentitiæ sint, vel qa necessariæ minus aut oportunæ. Exempli gratia: Si hominem mihi obtuleris annos natum triginta lactari iam velle, q̃ ille ridiculus deprehendetur, quia præt ætatem ac tēpus, lac sugere more infantium cōcupiscat. Aniles aūt dicit ob vetustatē Iudaicos ritus, tanq̃ inueteratos, & nullius momēti. Vel quia aniculæ inania quædā & superuacanea fabulantur. Ineptas, siue vt græce, prophanas, quia fidei videntur illudere. Nā velle animū qui has fabulas euincat, & Iudaicas illas ineptias superet, legis formidine coercere, impurius est & iniquum imperium. **Exerce aūt teipsum ad pietatē.** Hoc est, ad fidei puritatē, & vitæ optimæ rectitudinem. Id nanq; pietas ipsa prætēdit. Est itaq; exercitatio hæc necessaria, & laboribus assiduis opus. Qui em̃ cum vel nullū sit certamē propositū, seipsum certando exercet, parere sibi sudores cōtendit, vt p̄mium assequatur. **Nā corporalis exercitatio ad modicū vtilis est.** Nōnulli corporis exercitationem ieiuniū dicunt, quod tñ secus se habet. Siquidē spiritalis sit. Nā etsi corpus per inediā maceratur, spūs tñ est vigilātior. Sed corporalis exercitatio, corporis est agitatio quædā, quæ cum laboris habeat plurimum, parū tamen & ad breue corpori sit profutura. **Pietas aūt ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nūc est & futuræ.** Vel in hoc seculo pietas (inquit) hoīem iuuat. Nam qui nullius sibi mali est conscius, & dum viuit lætatur, futurorū bonorū, pro certioribus ducens promissa, & eo in seculo verā victurus est vitam. E quadam itaq; præsentis & futuræ vitæ comparatione, pietatis ipsius excellentiam patefacit. **Fidelis sermo & omni acceptione dignus.** Hoc ē, verax & dignus vt à cūctis excipiatur, vt qui nequaq̃ ambiguus sit. Quis sermo iste, inquiet aliquis? Nimirum qui certo affirmat, cū in hac vita, tum in superna illa prodesse plurimum pietatem. **In hoc em̃ laboramus & male dicimur, quia speramus in deum viuum.** Et cuius-

modi fit pietas ista demonstrat, & qualem apl'i ipsi pertractent. Confirmatq́ꝫ vti & vitæ futuræ spem ipse sit nactus. In qꝫ & in hoc, hoc est, ꝓpter hoc, & laboribus ipsi & ꝓbris afficimur. Nam q̄ pacto & gladios subiremus & mortem, nisi futura illa opperiremur, quæ post obitū nobis daturus est viuens deus? Hic nāqꝫ & si milites ꝓ imperatore sese periculis obiectēt, mercedem tñ plerunqꝫ amittunt, cum interea è medio tolliẽ imperator, rex vero noster ille ppetuo viuit, eoq́ꝫ & quæ perpetua sunt largitur. **qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium.** Hoc est, sic illi placitum est, vt cū in pñti hac vita, tū in futura illa & cælesti, vniuersi hoïes assequanẽ salutem. Quippe q studij plurimum in tutādis fidelibus ipsis impendat. Ni em̄ hos ille saluos efficeret, q possent mortalium cū vndiqꝫ oppugnenẽ, ob sistere? His aũt dictis, & Timotheum impellit ad pericula obeunda, perinde acsi dicat: Nihil velim in demandato officio elāguescas, cum tā bñficium habeas deum. Neqꝫ ab alijs opem deposcas, sed tua oĩs sit ĩ eo spes sita. Viuit em̄ ille ppetuo, & saluos reddit in se confidentes. **Præcipe hæc & doce.** Nonnullis doctrina est opus, nonnullis pręcepta sunt necessaria. Furtum nāqꝫ non instruēdo, sed iubēdo, ꝓhibeẽ, hoc est, formidine & autoritate vetaẽ. Cum vero de re familiari leuanda, & egentibus impartienda, deq́ꝫ cælibatu & ieiunio est differendum, doctrina est opus. Quocirca vtrunqꝫ id indicit Apl's, præcipe scilicet & doce. Vel aliẽ: Cū nihil ignari, sed prudentes & scij in prauum aliq̄d facinus labimur, præcepto egemus: Cum vero ignoranẽ delinquimus, disciplina. **Nemo adolescentiam tuam contemnat.** Cum cōmunis quædā sit, & præsumpta opinio, contemptibilem esse adolescentiam, præcipe inqt audētius, & nemo iuuenilem hanc tuā aspernetẽ ætatē. Est em̄ necesse vt non contemnaẽ, q̄ alios instruit. Dicet aliquis: Quo ergo abscessit humilitas? Esto inqt, cum tibi inferẽ iniuria, humilis. At cum de alioꝝ salute certaẽ, austeritate est & acri

monia opus. Vtq; & fidem eius imperet, Vel forte infert, si vitã honeste trãsegeris, neq̃q̃ tua adolescẽtia, & si natura sit cõtẽptibilis, paruifiet, sed admiratiõe poti⁹ erit. Subiũgit itaq;: **sed exemplũ esto fideliũ.** Hoc ẽ, prævijs ipse alijs exhibe viuendi formã, & regulã te vitæ melioris prestiteris. **in verbo.** Vt facile & verba ꝓmas, & ad loquendum quæ dei sunt promptior sis & paratior. **in conuersatione.** Vel ciuili, vel ecclesiastica. **in charitate.** Qua in omnes vtaris. **in spiritu.** Id est, in spiritali confirmatione & statu: Vel spũs dono vt nihil eo accepto supbias. **in fide.** Recta scilicet & indubitata, quam deo quis adhibet, vel in his quæ fieri non possunt. **in castitate.** Hoc est, in puritate, siue virginitatem exerceas, siue continentiam. **Dum venio attende lectioni.** Si Timotheo iniungit vt sacris literis vacet, quid nobis erit agendum? Quinetiam & Paulus ipse ad finem vsq; diuinis scriptis intenderat, vt alios posset instruere. Consolat̃ autem & Timotheum cum inquit, dum ad te venio, spe quadam illi allata præceptorẽ se aliqñ visurũ. Iure ẽm instructore orbat⁹, Paulũ reqrebat. Verũ cur dum venio dixit? Quia par erat cum iunior esset ætate, pleraq; hunc ignorare, & ꝓ necessario ducere Pauli ad se aduentum, vt q̃ꝝ esset ignarus ab eo perdisceret. Ait ergo, q̃ad ipse ad te proficiscar scripturas perlege. Et qbus intelliges, quemadmodum alios cõmonefacias. Ipse vero et reliq̃ suppeditabo cum venero. **exhortationi.** Qua scilicet ad eos vtaris, q mœrore afficiunt̃, vel q negligent̃ se gerũt. **doctrinæ.** Qua oẽs rem oẽm edoceas, ad salutem consequendã spectantem. **Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiã.** Doctrinæ hoc loco grãm dicit, quã ille cũ episcopi munere fungeret̃, accepit. Per ꝓphetiam, hoc est, spũ sancto iubẽte, vt dictũ est supra. **cum impositione manuum presbyterij.** Hoc est, episcoporum. Aduerte q̃ illud tremendũ sit, et quantũ valeãt pontificũ impositæ manus. **Hæc meditare, in his esto.** Hisdẽ

de rebus hunc sæpe cõmonefacit, vt episcopũ arguat debere omium maxime,his quę superius dixit,incũbere. vt profectus tuus manifestus sit oĩbus. Neq; em̃ in vita solum recte degenda,sed & verbis quæ ad alio℞ faciãt instructionem,& cæteris sint documento. Aduerte autẽ quemadmodũ hunc maximum in modum proficere volebat Apostolus. Attende tibi & doctrinæ,insta in illis. Hoc est, tibĳpsi vaca, & cæteros instrue diligentius. Hoc em̃ faciens & teipsum saluum facies,& eos qui te audiunt. Qui em̃ oblectat docendo,sibi primũ cõducit,& cũ alios cõmonefacit, corde compungit. Vnde cum sibi,tũ illis parat salutem. Cap. V.

SEniorem nõ increpaueris,sed obsecra vt patrem. Neq; em̃ de eo nunc disserit, qui in ecclesia dignitate fungat,sed de alio q̃uis,q̃ p ætatẽ sit ad senectutẽ,puectus. Quid inqet aliqs,si obiurgatiõe indigeat? Vel hũc vt patrẽ cõueni,p̃care'q; vt à malo desistat. Iuuenes vt fratres,anus vt matres. Cũ em̃ hoĩes grauiẽ ferãt cũ obiurgãt,& eo magis,cũ ab his arguũtur,q̃ annis sunt lõge ĩferiores,huic rei benignitate medetur,iuuenes ingens vt fratres,& anus vt matres, cũ delinquũt cõmonefacito. iuuenculas vt sorores. Cũ enim(inqt)iunior ætas,natura petulãs sit,& freno℞ impatiẽs.ita vt castigationẽ minus admittat,miti⁹ erit hæc ptractãda,ne corripientẽ repudiet. in omni castitate. Cum enim suspicionem inducant, qui cum fœmella & adolescentula conferuntur sermones,necesse est tamen vt has alloquatur episcopus,castiget'q; lenius. Ait igitur,in omni castitate loquere, hoc est, non modo scelus ipsum concubitus omnino defugeris,sed et aliam omnem suspicionis causam euitabis. Hæc aũt non Timotheum monendi gratia scribit,quippe quem sciret castissimum,sed nostri, qui posteri sumus,vt et ipsi suspecta oĩa caueamus. Viduas honora,quæ veræ viduæ sunt. Ve℞ cur null ãhic facit de virginibus mentionem? Forte quia nondum erant

ea in vrbe virgines quæ fideles iam essent. Honor aũt viduas hunc ꝓsequi iubet, tum quia nec viros hñt q̃ illas tuerent, tum qa viduitas ipsa & ꝓbro digna videt & detestãda, & ideo à presbytero honore q̃dammodo subleuetur necesse ẽ. Et hæ præcipue viduæ sunt subleuandę, quæ viduitatis dignitatẽ asseruant. Quæ aũt hæ sint, ꝓgrediẽdo perdisces. Fieri ergo põt, vt & viro careat aliq̃, nec tñ vidua esse coarguat. Honora aũt, hoc est, cõmiserere, & necessaria illi suppedita. **Si qua autẽ vidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam pie regere.** Pie regere, matris vel nutricis dicit senectam alere. Est nanq; parentum dignitas diuina quædã. Ediscant igit, inqt, tam filij q̃ nepotes eorũ matribus honorẽ deferre, hisq; & alimenta præbere & bñfacere. **& mutuam vicem reddere parẽtibus, hoc enim acceptum est coram deo.** Parentibus, hoc est, nutrici & matri. Aduerte q gratos nos in parentes esse velit Apl's, cum vicem inquit reddendã esse parentibus, q̃ a nos educarũt, & ad maiorem ꝓuexere ætatem, infertq; Id em̃ est deo pergratũ. **Quæ autem vere vidua est et desolata, speret in deum.** Dixit superius, viduas honora, quæ vere sunt viduæ, ꝑinde viduis interiectis quæ minus sint viduæ, quippe quæ liberos habeant ꝓcreandos: nunc subdit quæ vere est vidua, & eã esse hanc asserit, quæ neminem habeat q sibi ꝓspiciat, nõ nepotem, nõ filium, sed eius spes oĩs in deo sit affirmata, quæ & honore sit ꝓsequenda, & illi quę ad vitam spectant, subministranda. **& instet obsecrationibus & orationibus die ac nocte.** Merito istiusmodi differens viduas consolatur, vt quæ deum habeant
Supra. 2. oĩm loco. Nã & si mulier quę filios nutrit, mercedẽ assequtur, haudq̃q̃ tñ & his imminuta ẽ dignitas, qa filijs careãt. **Nam quæ in delicijs est viuens, mortua est.** Cũ em̃ pleraq; eo malint in viduitate perstare, vt liberi' peragant, q̃d animus tulerit, sic inquit; Vidua quæ per delicias viuit & luxum, & si sensibilem vitam hãc ducere videa

tur,ſpū tñ demortua eſt. Si itaq; neq̄q̄ mulieri ꝑmittit vt in delicijs agat, cuius forſitan & natura & ætas eſt imbecillior, q̄d viris eſt obiecturus, qui luxui ſe & delicijs addixerunt? **Et hæc præcipe vt irreprehenſibiles ſint.** Vides quemadmodum ꝓ lege haberi id velit. Neq; enim voluntati permittit q̄ minus deliciet, ſed q̄a ꝓ delicto hoc interdicit. Præcipe em̄ cum inquit, illud deſignat. i. acerrime ꝓhibe, ne iſtiuſmodi committant. **Si quis autem ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet in Chriſto.** Ea inq̄t, quæ in delicijs diuerſat, ea mortua eſt & plane interijt, q̄a præt̃ ſeip̄am nil aliud curat, cū & domeſtici oēs, hoc eſt, fideles curādi ſint, & hi præcipue qui gn̄e nobis ꝓximi ſunt, & conſanguinitate coniuncti, **fidem negauit.** Cur fidem inq̄t negauit? Quia eius op̄a neq̄q̄ ſunt in deum credentis. Si em̄ crederet, illū vtiq; audiret dicentē. A domeſticis q̄ tuo ex ſemine ſunt, nō auerteris. Deum em̄ ꝓfitent̃ ſe ſcire, operibus aūt negant, **& eſt infideli deterior.** Eo quidem deterior eſt, q̄a q̄ fide caret, & ſi alienos contēnit, ſuos tñ, naturæ obediens, non aſpernat̃. Hic vero legi vt humanæ, ita & diuinæ maxime aduerſat̃. Nam quis eum crediderit in alienos eſſe bn̄uolum, qui ſuos neglexerit? Q̄d ſi & externos ſuis poſthabitis videat̃ commiſerari, cur non ſuperbiæ ſit id adſcribendum? Reputa igit̃ ſi longe eſt infideli deterior, q̄ ſuos nil tuatr, q̄ malignitatis ſtatuendus ſit gradu, qui illis iniuriā fecerit? Quin nec ſatis huic ad ſalutem erit propria virtus, vt q̄ni & ſi virtute ſit præditus, neq̄q̄ vel inſtruxerit, vel cōmonefecerit genitores. **Vidua eligatur non minus ſexaginta annorū, quí fuerit vnius viri vxor.** Cum ſuperius dixerit eam quæ delicijs vacet, nec ſuis prouideat, indignam eſſe, quæ viduarū numero interſerat̃. Nunc vero nos edocet, q̄d illa vt habeat, ſit neceſſe. Et primum quidē ætatē præfinit, cauſam vero in ſequentibus explicabit. Neq; em̄ temere ſexagenariā illā decernit, tāetſi vel in ea ætate poſſit aliq̄ indigna viduitate haberi. Mox q; &

Eccl. 41.

vnius viri vxorem depoſcit, tanq̃ in eius caſtitatis et cõ tinentiæ argumentũ, & alia quædã vt in ſequẽtibus audies, ſint neceſſaria. in operibus bonis teſtimoniũ habẽs. Id ſane hãc põt viduarũ catalogo dignã efficere. Deinceps enumerat ſigillatim & opa. ſi filios educauit. Filios educare, nõ eſt filios enutrire, ſed quẽadmodum dicet, vt dictum eſt, inſtituere, vt in fide ſcilicet & ſanctitate permaneãt. ſi hoſpitio recepit. Vides quẽadmodum quæ in ſuos cõferunt viduæ bñficia, illis præpoſuit, quæ in alienos contulerunt. Nam cum, ſi filios educauit, dixiſſet, tunc & ſi hoſpitio excepit, adiunxit: perinde q̃d priori poſuit loco, magis expediat. Nam & ſi cæteris bonis careat quiſpiã, domum tñ habebit, vt ei ſub diuo manendum non ſit. ſi ſanctorum pedes lauit. Id vero intulit, quia & ſi alienos hoſpitio admittunt nõnullæ, ancillarũ tñ, non ſua in illis excipiendis vtunť opera. Cũ itaq; viduã actuoſam hic eſſe velit & exercitã, nõ languidiorem & mollem, hanc ipſam per ſe iubet hoſpitibus inſeruire. Lãguor em̃ et mollities ipſa, eius eſt potius, quæ in delicijs agit. Quin etiã ne quis inopiam om̃ino excuſet ad hoſpitalitatẽ hãc exercendam, perinde ac domicilium non habeat q̃ hoſpites queat excipere, ſi pedes inquit ſanctorũ lauit. Iſtiuſmodi nãq; ablutio, nec ſumptus depoſcit, nec opes. Sãcti aũt ſunt quotquot fidẽ ſunt rectã cũ operibus conſecuti, vel ſi nulla edãt miracula. ſi patientibus tribulationem ſubminiſtrauit. Si eos videlicet, q affliɛtantur, pecunijs iuuit, ſi tutata eſt. ſi om̃e opus bonum ſubſecuta eſt. Hoc eſt, ſi ipſa exequi id opus nequit, alteri tñ recte operanti bona hæc præſentia cõmunicauit. ſi ſubminiſtrauit, Videlicet ſi lectũ ſtrauit hoſpitibus ad quietẽ, et alia hmõi factitauit, quibus ſunt fœminę accommodatiores. Adoleſcentiores autem viduas deuita. Cur enim de virginum nil quicq̃ ætate definit? Nimirũ quia viduæ adoleſcentiores labendo iam ſæpius delinquebant, vnde et occaſionem præbuere Apoſtolo, vt Timotheum hunc

hunc modum commonefaceret, cum de virginibus hisce nõ dum cõpertum hmõi aliquid haberetur. Cum autem luxuriatæ fuerint, in Christo nubere volunt. Hoc est, cum diu male castimoniam dissimularunt. Vt vbi in delicijs sunt & luxu versatæ, in Christum superbiũt. Quē cum habere decætero dedignent in spõsum, in nuptias recidunt, nubuntq;. Quippe quæ haudq̃q̃ certo animi iudicio, viduitatem elegerint in finem vsq; tutãdam. Aduerte aũt quemadmodũ & vidua Chrm habeat spõsum, nec secus q̃ virgo. Habentes damnationem, quia primã fidem irritam fecerunt. Fidē conuenta dicit & pactiones. Hæ itaq; inanes reddidere conuentiones, quas cum Christo pepigerant, quocirca & damnationē adipiscunt. Simul autem & otiosæ discũt circumire domos. Ad eã damnationē & aliud scelus accedit, id scilicet, quia otiari perdiscũt, & tēpus incassum terere, cum per alienas domos vagant. Otium em̃ omne malũ edocuit. Hoc itaq; adeo fœminis turpe est, ita vt viros hocipm dedeceat. Nõ solũ otiosæ, sed et verbosæ & curiosæ, loquētes quæ non oportet. Nõ iniuria hæ tales reddunt: siq̃dem per alienas domos circũuagę, alior̃ facta renuntiãt. Vñ necesse est cum indagare oĩa velint, vt curiosæ reddãtur & nugaces. Quippe ad multos deferunt, quæ à multis gerant, & hunc in modum præcipites eunt. Volo ergò iuniores nubere, filios procreare, matrisfamilias esse. Maluissem equidē inqt maxĩe, viduas hasce à pactiõibus cũ Chro initis, minime desciuissent. Sed cũ nuptias malint, & ipse assentior, dũmodo iuniores sint quæ nubere volunt. Est em̃ satius matremfamilias fieri .i. domus & familiæ curã suscipere, & aliquid operari, quã per alienas domos circũuagari, & ad nugas conuerti, & otiũ. Cũ vero dicit filios pcreare, oñdit eo his esse nubēdum, vt filios pariãt & plures offerãt deo. Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Jam enĩ quædã cõuersæ sunt retro post satanã. Qui mĩes

familias fieri has velle se dixit, ne videat quietẽ illis & otium ad delicias contulisse, adiecit nullam occasionem aduersario dare, perinde acsi dicat: Ita domum & familiam curẽt, vt nihil anima patiat iacturæ. Aperit præterea hoc loco, qua mente illis vt nubant cõsenserit, videlicet ne occasionem præbeant aduersario, vt sibi se illudat, vt cum Christo denupserint, præ iuuentutis infirmitate adulterẽtur. Quocirca eo has inquit, sub matrimonij iugo traduxerim, ne si curis vacauerint, quæ dicta sunt mala, mox subsequant. **Si quis vero fidelis habet viduas, subministret illis.** Atqui fidelium viduas haudq̃q̃ deceret, vt ab infidelibus alerent, ne illorũ ope viderent egere. Cũ vero subministret inquit, qđ satis sit, his arguit tribuendum nihil ad luxum. **vt non grauetur ecclesia, vt his quæ veræ viduæ sunt sufficiat.** Qui eñ viduas suas aluerint, & ecclesiæ viduas conducant necesse est, vt nihil aliarũ onere oppessa ecclesia, maiore copia rerũ quas habet, enutriat eas scilicet, quæ veræ sunt viduæ, hoc est, quæ nec virum habeant aliquem sibi prospicientem, & ab omnibus sint destitutæ. **Qui bene præsint presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & in doctrina.** Quales
Iohan.10. hi sint qui bñ præsunt, dñs edocet inquiẽs: Bonus pastor animam suã ponit pro ouibus, videlicet nemini parcens, vt oues curet. Honorem autem dicit, vt ex sequẽtibus patet, quæ in vitæ alimoniam conferunt. Oportet eñ abundẽt, qui alios instruunt, his rebus quæ hominũ vitæ sunt necessariç, ne horum cura distracti, prædicandi munus o-
Leuiti.18. mittant. Sic enim & olim Leuitç degebant. Duplici autẽ quo ad viduas vel diaconos intulit. Vel duplici, pro abũdanti positum est. Verum vbinam gẽtium sunt, qui optimo viuendi genere opus esse affirmant, nõ sermone quo cæteri instruantur? Audiant Paulum, vti sermonem hoc loco cæteris præferat. Est nanq̧, & si aliud quid piam, sermo hic apprime necessarius. Nam cum aliqua de decretis

inciderit disceptatio, quodnã ea in re prodesse vitę genus vel optimũ poterit? Sermonem vero nõ tumidũ exigit & iactabundum, sed qui sacrorũ scriptorũ sit virtute & sensu refertus, vtcunq; sit ille pronuntiatus. Dicit em̃ scriptura, Nõ infrenabis os boui triturãti. Et, Dignus est operarius mercede sua. Subnectit & testimonia, legis alterũ, & alterum Christi. Aduerte aũt quemadmodũ vndiq; cogitur insudare, qui docet. Nã vt frumẽta dissoluere & in grana deinceps cõminuere, non mediocris ẽ labor, sic & qui alios instruit, necesse est ad angoris & penuriæ & laborũ se tolerantiã præparet. Cum vero de operario disserit, ostendit nequaq̃ hũc oportere delicias & qetem cõquirere. Operarius nanq; sua est dignus mercede, siue cibo dixeris & victu. Qui vero nil opatur, vel his indignus esse arguitur. Aduersus presbyterũ accusationẽ noli admittere, Contra iuniorẽ accusatio vel sine teste est admittenda. at si fieri potest, cõtra neminẽ admittatur, sed in eũ præcipue, qui prouectiori sit & senili ętate. Nolim delatores admittas. Non em̃ dixit, Et in hunc noli iudicium ferre, sed ne accusationem inquit admiseris. Hi nanq; per ætatem minus delinquunt q̃ solent adolescentes. Presbyterũ aũt hoc loco, senẽ dicit. nisi sub duobus vel tribus testibus. Cum em̃ ex suspicione & cõiectura pleraq; iudicentur, possunt quidem & testes ex prisca lege haberi, qui delicti coarguant. Quid tum, inquiet aliqs, si & hi mentiantur? Id sane perraro contingit. Licet tamẽ vel id iudicio indagatum deprehendi. Moris est tñ, duos in medium testes produci, qñquidem peccantes seorsum & clã praua cõmittunt. Quid prætetea si palã aliquis crimen profiteatur, & nulli sint testes, si tñ suspectior sit q de licta cõmisit? Hac de re fecit superius mẽtionem, cum dixit, Oportet autẽ vel ab his q̃ foris sunt bonũ habere testimonium. Peccantes aũt corã omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. Hoc est, eos qui in prauis facinoribus perseuerant, & q̃s inquirendo deliquisse com

Deut. 25. Matt. 10. Deut. 17. Supra. 3.

pereris,propalã obiurgato:nõ vt iracundię medearis,sed vt cæteri affecti formidine,à peccatis abstineãt. Oportet itaqꝫ vt alijs terrori episcop' sit. Nã vt sine causa quenpiã condẽnare,temeritatis est & imprudentię,sic sontes & noxios nõ increpare,pestiferum. Nã in plures morbus in po-
Matth. 18 sterum disseminabitur. Verum cur dñs dixit, Vade & argue eum inter te & ipm,si in te deliquerit frater? Permittit tñ vel in propatulo si delinquere perseueret, redargui. Quid ergo?nonne acerbius delinquentẽ percellit aperta hæc castigatio?Quin contra potius illud offendet, si cũ facinorosus aliquis notior sit,nec tñ à quoq̃ peccati admonitus,ruat in p̃ceps.Propterea Pharaonẽ & Nabuchodo-
Exodi.14 nosor deus,& alios q̃ multos in medium productos,tor-
Danie.4. mentis affecit,vt hoĩm vita à vitijs cõprimeretur. **Testificor corã deo & dño Jesu Christo & electis angelis.** Cũ de multis disseruisset,& p̃sertim de rebus cælestibus,nunc quia de iudicio dixerat,deum ipsum & horribilem sane in modũ,in testẽ producit:non vt Timotheo timorem inijceret,sed magis vt confirmaret. Nã cum de se ipso sic loqueretur,ne alijs prędicans,ipse reprobus fiam,
1.Cor.9. longe magis Timotheo verebatur. Vocat aũt & Iesum filiũ in testẽ,tanq̃ vt in futuro possit iudicio excusari, si aliter res q̃ ipse iniũxerit,forte contingat. Cur aũt,si q̃ras, & angelos testificando complectitur? Nimirum quia in eo iudicio & angeli sunt affuturi domini milites. Est prętere-
Matt.25. a humanæ consuetudinis,tam præstãtium personarum quã inferiorum excipere testimoniũ. Atqui & Iacob vel
Gene.31. deum testatur & montes,& serui demum hoc modo admittunt in testes. Electis aũt angelis dicit,quia & dæmones angeli sunt,sed reiecti. **vt hæc custodias sine præiudicio,nil agens per aduocationem.** Hoc est, vt æquum te præbeas litigantibus,ne fiat præiudicium,id ẽ, ne quis anticipando te circunueniat,& familiarem sibi ac propitium reddat,vt secundum se vel ante iudicium sententiam feras. Nec quidpiam velim per aduocationem se

ceris,hoc est,ad gratiam, vel quod ad alteram partem sis voluntate propensior,perinde acsi dicat: Vocat te ex altercantibus alter,seorsumq́ꝫ cohortatur,vt se iuues,decernasq́ꝫ eius esse causam potiorem,noli ergo pro illius vocatu & exhortatione aliquid exequi. **Manus cito nemini imposueris**, Descendit tãdem ad rem admodum necessariam,ecclesiasticorum videlicet ordinum collationem,quibus hauddubie ecclesia ipsa continetur,inquitq́ꝫ: Haudquaquam cito,id est temere,vel cum primum quenpiam fueris secundove aut tertio periclitatus,sed sæpe,vt diligenter omnibus inuestigatis,manus cuiquam imposueris. Neque enim expers periculi ea res est. Quale autem hoc periculum sit,ex his quæ subsequuntur intellige: **neque communicaueris peccatis alienis**, Es nanqꝫ (inquit)alienis delictis obnoxius,his scilicet,quæ ille in futurum commiserit,cui manus imposuisti. quo fit, vt virtutum illius particeps sis futurus,si recte vixerit, sic peccatorum non immunis,si praue. Eiusdem & prauis eo obstringeris facinoribus,q̃a nulla horum habita ratione, tenebras lucem effeceris. Nec huncipsum denuntiaueris cõmissa pri⁹ deflere,& corde cõpungi. **Noli adhuc aquã bibere,sed vino modico vtere propter stomachũ tuũ,⁊ frequentes tuas infirmitates**. Vides quẽadmodũ hunc vel tot affectũ laboribus,aquæ potione macerabat Apl'us. Perdisce ergo nequaq̃ grauiter ferre,si q & nos ad continentiã cohortentur. quandoquidem Timotheum & Paulus aquam tamdiu potantẽ,vt stomachum morbo infecerit,de abstinentia commonefacit. Neqꝫ ẽm simpliciter vino vtere dixit,sed modico cõfestim adiecit. & ad prosperam valetudinem,non ad luxum. Feruet ẽm suapte natura iuuentus, & celerrime ex abundanti mero ad luxuriam concitabitur. Quæret aliquis,cur Paulus qui a mortuis alios reuocabat ad vitam, non huius aduersæ valetudini aliter medebat? Id scilicet,vt nihil ipsi hoc tem *Actu. 20.*

pore offendamur, si sanctos & innoxios male pati conspicimus. Quinetiam vt nequaq̃ existimemus supra nostrã naturã fuisse veteres illos, sed homines & nobis assimiles. Demum ne Timotheus ipse de sua virtute forsitan efferatur, superbiatq́. Constat præterea, cum ob tuas frequentes infirmitates dicit, valetudinariũ Timotheum illum fuisse, nec solũ stomachi morbo laborasse, sed alijs morbis affectum, ægrotasse frequentius. **Quorundã hominũ peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudiciũ, quosdam aũt & subsequũtur.** Cum enĩ de ecclesiasticis ordinibus conferendis institueret Timotheũ, noli dixit alienis peccatis cõmunicare. Veruntñ poterat & illud nõ iniuria obiecisse, Quid si ignarus & nescius ipse id egerim, instituerimq́ ad sacros ordines non merentem? Ad hæc tacite respondet Apostolus, Nonnulli inquiens palã & manifeste delinquunt, quorũ peccata ad iudiciũ hisipsis præcedunt. i. condemnant in propatulo, quæ forsan inuestigando deprehenderis. Subsequunt aũt cum inquit, huiusmodi sunt, ita vt facile queas hæc internoscere. Quorũdam vero incerta sunt & obscura delicta, aliquid prętendit, tanq̃ id dicatur: Licebit & hos pręcauere qui prauis facinoribus obstringuntur, cum impartieris. (Quod si illorum ignores improbitatem quos ipse sacraueris, nequaq̃ eris crimini ipse obnoxius, sed culpa vacabis.) Et illi quidem pro sacratis habentur, tametsi vita fuit minus probata. Non enĩ sacra illa dona improbitas vlla dissoluit, quæ omnino illum sequuntur, cui fuerint collata. Magnus vero Basilius in aliũ sensum hæc verba traducit: neq; ad eos retulit, qui consecrandi sunt, sed ita inquit: Si forsan quispiã fornicetur, fureturve, hunc id solũ delicti pcedit, ad iudicium trahẽs. Verũ si praua quis edocet, & perniciosioris sapientiæ studium affert & disciplinã, hũc sane peccatum subsequitur. Quod vtiq; non in ipso vel extinguitur vel finitur, sed restant eiusmodi pestilentis doctrinæ successores. cuiusmodi sunt Græcorum sapientes, quales & reliqui

oẽs qui præter ecclesiastici dogmatis veritatẽ, multa conscribunt. Daturi aũt hi pœnas sunt, non solũ quia ipsimet erroribus sunt inuoluti, sed quia se subsequentibus, erroris causam prębuere. **Similiter aũt & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.** His dictis eos præcipue qui recta gesserint, consolat, affirmãs & in p̃senti hoc seculo patere omniũ facta, & in futuro, vbi nuda sunt oĩa. 1.Cor.4.

Cap. VI.

Quicũq; sub iugo sunt serui, dños suos omĩ honore dignos arbitrẽtur, ne nomen dei & doctrina blasphemetur. Cõmonefacito, inq̃t, & instrue, vt si vel infideles sint dños nacti, morem illis vt serui gerant, & omni honore dignos, & re & verbis existiment. Neq; eñ quia Chri fidẽ exceperint, credant se liberos fore. verũ libertate vtunt, cum à prauis sunt facinoribus liberi, corpore vero seruituti obnoxij. Quæ seruitus pro libertate habet, cum eã pro Christi noĩe quisq; subierit. Nã tum maxime detestarent infideles Christi dñi hoc sanctissimum dogma, cum illud p fideles ipsos oppugnatum iri conspicerent: quippe quod ad tolerantiã & placabilitatẽ, sectatores suos instituit, nec cõtumaces esse permittit. Quod si benignos se serui præstiterint, & ad parendum faciles erũt, demirabunt hauddubie dñi infideles, & obstupescent Christianæ religionis virtutẽ, quæ tanti sit, vt seruorũ etiam mores, qui cõponi & castigari haud facile possunt, tam faciles reddat, vt imperanti mox pareant. **Qui aũt fideles dños habent, non contemnant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, quia beneficis participes sunt.** Neq; eñ quia baptismi gr̃a eũ qui tibi dominet fratrẽ sis nactus, contẽptui habendũ censebis. Quin potius quia fidelis sit & dilectus, hoc est pro dño fratris locum sortitur ob fidẽ, eo illi magis inseruies, pręsertim cum in te sit idem beneficus. quippe qui vt te alat, aut vestẽ suppeditet, & bona reliq̃ impartiat, curis maximis conflictet. Habet ita plu

rimum dñs æquitatis, vt emptionem prætereã, quo te ser uitute obstringat. Cũ vero dilectos inquit, seruis formidi nẽ demit, & charitatem inducit. Nã quos verenť & timẽt, eos plerunq; & odio hñt. Quin potius inquit eo libentius serui dñis obsequãtur & seruiãt, quo & beneficiorum sint effecti participes. Dñi vero eo fideles sunt & dilecti, quia beneficijs iuuãt, quippe qui, serui vt beneficijs afficiantur, curent. **Hæc doce & exhortare.** Non itaq; autoritate solum & dogmate docendi est opus, quod sane cum doce inquit, prætendit, sed & benignitate & mansuetudine: q̃d cũ exhortare dicit, prærferť. Fungiť quippe præceptor medici munere. Siquidẽ mõ lenit, mõ exasperat hulcera. **Si quis aũt aliter docet, & nõ acquiescit sanis sermonibus, qui sunt dñi nostri Iesu Christi, & ei quæ secundũ pietatẽ est doctrinæ, superbus est, nihil sciens.** Vides quemadmodum in desperationem inducat ignorantia ipsa, & insolentiã afferat, vt'q; & qui sanos sermones nõ excipit, infletur & intumescat. Nã istiusmo di tumor, animi ægrotãtis & morbidi est, à nimia corpo-

Philip. 3. ris adustione non alieni. Non em̃ in superbiã ille prolabi-

Iohan. 13. tur, qui dñi dicta perceperit. Is nanq; qui seipsum exinani

Matt. 11. uit, & ablutos discipulorũ pedes abstersit, sic inquit: Disci

Matt. 5. te à me q̃a mitis sum & humilis corde. Is inq̃ humiles spũ

Lucæ. 18. beatos dicit, & humilitate iustificatum excepit. qui isthæc igitur aut repudiauerit, aut ignorat, intumescat & effera tur necesse est. **sed lãguens circa quæstiones & pugnas verborum,** Est ergo languore & morbo affici, p quirere & inuestigare, quæ minus sunt indagãda. Vbi em̃ deerit fides, & morbus inest, & verbis contenditur quandoquidem qui ad suadendum sit efficacior, aduersantem alterum confutare conabitur. atqui fides pro luminibus ipsis habetur & oculis. His qui caruerit, nil prorsus inueni et, sed tantum erit ad inquirendum intentus. **ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ.** Dogmata enim quædã iniq̃ & pra

ná,ex huiuſcemodi quæſtionibus ortum ducunt. Siquidē tunc & deteſtamur & maledicimus,& quæ minus decent ſuſpicamur de deo,cum ad inquirendum incidimus. **conflictationes,** Hoc eſt,ſtudia quædam ſuperuacanea. διατριβὰς enim,quod græce habetur,diligentiam ſolemus & ſtudium dicere,quæ rei cuipiam impenditur. Vel ſecūdum latinam traductionem, conſuetudinem hominum mente corruptorum . Nam quemadmodum infectæ & morbidę oues,ſi cum ſanis & integris diuerſentur,& illas morbo inficiūt:ita & hi qui peruerſis ſint moribus vel dogmatibus prauis imbuti,eos corrumpent,quibuſcū conſuetudinem ceperint. **hominum mente corruptorū, & qui veritate priuati ſunt,exiſtimantium quæſtū eſſe pietatem.** Vides quemadmodum & verba contentioſa vel turpe pariant lucrum. quippe cum homines iſtiuſmodi contendendo & altercando plures poſt ſe trahāt diſcipulos,& opes vendicent,arte & dicacitate ad ſe allici ant multos. **Diſcede ab eiuſmodi.** Non eñ dixit,verbis contendito, & hos oppugna,ſed diſcede, perinde acſi inquiat:Cum ſemel aut bis iſtos commonefeceris,miſſos facito. Qui enim poteris homines pecuniarū & lucri gratia altercantes peruincere? Hos itaq; cum corrigi nequeant,declina. **Eſt aūt quæſtus magnus pietas cum ſufficientia.** Illi inquit longe falluntur, cum quæſtū male exiſtimāt pietatem. Ineſt quidem pietati & lucrum, ſed nequaq̄ cuiuſmodi hi opinant,ſed longe præſtantius. Qn̄ quidem lucrifacere pietas dicitur,non cum pecuniis afflu it,ſed cum his caret. Sufficientia eñ & quod ſat eſt,ingentium opum & ſtabilium ducitur loco . Nequaq̄ ergo aio concidant qui pietatem ſectantur,q̄ nullis abundent diuitiis,nec pecuniis potiantur, **Nihil eñ intulimus in huncmundū,haudubiū nec auferre quid poſſumus.** Oſtendit hoc loco id quæſtus, cui illi incumbūt & ſtudent,nullius eſſe momenti,q̄ppe quod noſtrū poſt obitū in terris ſit remāſurū,nō nobiſcū cōmigraturū. Quid

ergo opus est nobis nimia rerum abundantia, si nihil sumus ex his veram in patriā delaturi? **Habentes aūt alimēta & quibus tegamur, his contēti simus.** Diffinit tandem quid ista sufficientia sit: aitq; sufficientiā esse tantum rerum potiri, quantū nobis ad victum sat sit, non ad luxum. Et talibus operiri, quibus tegat, nō ornetur hoc corpus, sitq; in vestem quodcunq; offert. **Nā qui volūt diuites fieri, incidunt in tentationē & in laqueū diaboli.** Ex rebus præsentibus, ad bonorum contēptum hortatur, vt futura inquiēs omittā, præsentia hæc ipsi aduertite. nec diuites dixit effectos, sed volentes diuites fieri. Potest nāq; diuitias quis possidere, & illarum fieri contēptor, eas optime dispensando, & egentibus pro necessitudine impartiēdo. Sic enim nequaq̄ dicit quis opes appetere. In tentationem autem & laqueum cadunt, qui à fide aberrant, & pro opibus his comparandis, periculis obuoluuntur, & singulos quosq; verentur & timent. **& desideria multa, & insensata, & nociua.** Quo em̄ pacto non insensati & stolidi hominis est argumentum, picas & psitacos alere, beluasq; & pisces magno ambitu intercludere, & equos auro exornare, vel ad domus vsq; fastigium aquas perducere, & pauimenta ipsa sectis tegulis & phengite lapide sternere, vt magis eluceant? Hæc profecto omnia nec sanæ sunt mentis, & officiunt plurimum, animęq; thesauris obsunt, & sensibiles opes, quæ manibus attrectantur, disperdunt & delent. Quinetiam vel plerique cum tyrannidem affectarent, iacturam sunt demum haud mediocrem perpessi. **quæ mergunt homines.** Quandoquidem vt dictū est, deferre secum nil possunt. **in interitum & perditionē.** Ita vt neq; hoc seculo his bonis fruantur, in futuro plane desperent, & morti adiudicentur. **Radix enim omnium malorum est cupiditas.** Quippe quæ nec viuentibus parcit, nec mortuis. Quæ vel hos ipsos spoliat prædaturq;. Et in parentes vt insurgant liberos cogit, & fratres vt cum fratribus litigent, & humana simul & diui-

natura peruenit. Hanc itaq; si tollas auiditatē, nec bellū erit, nec odia, nec quispiā fornicabit. Nam & fœminæ argenti cupiditate seipsas prostituunt. quam quidam appetentes errauerunt a fide. Neq; eñ finit cupiditas hæc vt salutis via cernatur, quæ oculos hoīm ad se conuertit. Nā q̄ pacto euāgelio fidem præstiterit pecunijs inhians, cū paupertatem illud indicat, & vt hāc insectemur suadeat? & inseruerunt se doloribus multis. Quippe q̄ hac cupiditate tenentur, mœrēt dū viuunt, & dolēt q̄d explere auidissimum habēdi animū nequeāt. Bñ autē inseruerunt dixit. Sunt nanq; sentibus similes curæ diuitiarum, vt testatus est dñs. Quæ vndeq̄q; vbi ipse attigeris, innatis aculeis manus cruentant, infliguntq; vulnera & doloribus angunt. Tu aūt o homo dei. Magna profecto hæc dignitas. Cum eñ mortales cæteri dei dicantur, proprie tñ iusti nō mō creationis rōne, sed & propinquitatis & cōiunctionis sunt dei. Noli inqt ea quærere aut sectari, quæ à deo auertunt, sed quæ ad eum reducūt. hæc fuge: Sectare vero iustitiam. Vtrunq; augendo expressit. Neq; eñ dixit abscede & veni, sed fuge & sectare iustitiam, vt non pari corripiaris cupiditate, q̄ q diuitias expetunt, capiuntur. pietatem. Dogmatū scilicet fidem. Quæ videlicet lōge est à diuitiarū appetētia aliena. charitatem. Id est, rectum vitæ modum. Huius nanq; caput est charitas. patientiam, mansuetudinem. A charitate patiētia & mansuetudo deriuātur. Oīa eñ sustinet ex q̄dam animi magnitudine charitas. Certa bonum certamen fidei. Hoc est, stabilem te erga fidē & firmū redde, & inuictū. Cum virtutis s̄mone, tū vitæ puritate & innocentia. apprehende vitam æternam. Vides vti in mercedē & palmam, vita offertur æterna. in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Hoc loco Timothei & strenuitatem collaudat & fiduciā, q̄ vel in vitæ discrimine professus sit Chrm. Vel confessionē dicit, quā alios instruēdo apuit

Matt. 19

Matt. 13

1. Cor. 13

ea videlicet q̃ ꝓfitemur fore à satana abscedēdum, & vitā cum Christo ducendā. Aduerte aūt quēadmodum non solum cōfessione sit opus, sed etiā tolerātia, vt semp sit cō fessionis acriori insistendū certamini, & ab ea nil ꝓrsus di uertendū. **Præcipio tibi corā deo.** Vt & formidinem augeat, & cautiorē reddat discipulū, testē inuocat deum, arguēs haudq̃q̃ humana esse sua pcepta, vtq; & ille hunc testē aio repetēs, vel sola recordatione cōtremiscat. **qui viuificat oīa.** His verbis hunc & ad pericula subeunda hortat, & resurrectionis cōmonefacit, pinde acsi diceret, nil ꝓrsus mortē horresce: dei em̄ es seruus, q vitā pōt omi bus condonare. **& in Christo Jesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonā confessionē.** Rursum pceptoris exēplo hūc cohortat. Qui & si testimo nium tulit, hoc est, mortē sustinuit, debemus & ipsi hunc imitari. Regnāti em̄ Pontio Pilato & rogāti, ita respōdit: Ego ad hoc natus sum & veni, vt testimoniū perhibeā ve

Iohan.18 ritati. Et pleraq; alia testificat⁹ est & cōfessus. **vt serues mandatū sine macula irreprehensibile.** Hoc est, ne q; dogmatum nec vitæ grā labem tibi aliquā imprimas. **vsq; in aduentū domini nostri Jesu Christi.** Hoc est, vsq; ad tuiipsius consummationē & finē, q̃ tibi ex hac vita sit excedēdū. Tametsi id haud palā expressit, id tamē sentit Apl's. Ad dñi aūt vsq; aduētum dixit, vt magis hūc excitet cum gloriam illam Christi futurā, & iudicium il lud horribile recordat. **quem suis temporibus osten det.** Hoc est, decentibus ac præfinitis. Nil inquit mœrore conficere, q̃d nondum ille aduenerit. **qui beatus est et solus potens.** Vel hæc sane ad consolandum nunc va lent, qbus monet ne terrenis hisce intendat obtutum, quę hic beata vident, sed in eum, q ipām & verā habet in se be atitudinē, in q̃ nihil est q̃d tristitiā afferat, nihil q̃d sit insua ue. Nec hic qdem seculi huius potentatus veret, nec reges qppe q solus sit potens. Solus vero q̃ ad hoīm differenti am dixit, & eoꝝ q falso diȷ sunt appellati, nō vt alioꝝ san-

ftor, secernat substantiã. rex regũ, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem. Hic solus, ꝓpriam habet & veram ex eius substantia immortalitatẽ. Angeli vero, & si immortales, non tñ natura, sed gr̃a sunt immortales effecti. Quo fit vt nõ habeant immortalitatem, sed immortalitatis participationẽ. & lucem habitat inaccessibilem. Ergo inquiet aliquis, & hoc loco circumscribit deus, & aliud lux esse deprehendit, aliud ipse is nanq; lux est. Vides quemadmodum cum magnũ aliquid, ꝓloqui volumus, lingua non suppetat. quem nullus hominum vidit, nec videre potest. Secundum diuinitatem videlicet. Nam scd̃m carnem visus est, & innotuit. Basilius tñ de filio & principalit de patre dicta fuisse hæc om̃ia intelligit. Tametsi & filio competãt & spũi. cui sit gloria honor & imperium, Amen. Si itaq; illi perpetuũ imperiũ est, nil vereare, si impræsentiarum id min' patescit. At q honos illi & ꝑsto est & laus ꝑpetua. Qui & si nunc afficit ignominia, nil aĩo concidas, ꝑsertim cũ vnũ illud nobis facere liceat, vt laudibus hũc libere efferam'. Oportune autem de deo hic disserit, cum eundem vocat in testẽ, cuius & gloriam explicat, vt ea præcepta magis ac magis Timotheus nitat iniuncta ꝑficere. Diuitibus huius seculi. Est nanq; & aliud q̊ddam diuitum genus nõ hoc ipso in seculo, sed in futuro, iustorum videlicet. præcipe non sublime sapere. Nã & diffidentiã diuitiæ pariunt & insolentiã. neque sperare in incerto diuitiarum. Sunt q̃ppe opes incertæ. Nam ab his possessores ꝑ sæpe destituunt, idcirco nec cupiendæ sunt, nec sectandæ. sed in deo viuo & vero, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum. Id est, elemẽta ip̃a q̃bus cõstat hec vita, & lucẽ hanc & annuos cibos, & bona reliqua hubertim suppeditat. Tametsi cuncta sibi vendicet auaritia, & tanq̃ priuata non communia ducat, quæ deus in medium contulit, in' q̃ est spes oĩs habẽda, & ꝓ opibus ille ducẽdus. Quãdoquidem & viuit in sempiternum, & nunquã

Baruch. 3

corrumpitur. Vñ arguitur, haudq̃q̃ magni is eē momenti, q eo dolet, q̃d pauper sit, & diuitijs careat, quē expedit magis rectis actionibus abundare. **bene agere, diuites fieri in operibus bonis.** Vniuersis (inqt) hæc mãda, vt quæ recta sunt factitent. Quod si & opibus velint affluere, bona operãdo has parēt. **facile tribuere.** Id ē, pecunias egentibus impartiri. **communicare.** Vel hoc charitatis est. Eos vero hoc loco cõmunicare intellige, q & si diuites sint, nõ cæteros aspernant, sed humanos se pbent & benignos, & q̃ꝝ facilis est conuersatio. **thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum.** Vbicunq; bona iacta sunt fundamēta, eodē tuto poterit moles quæq; imponi, & inædificari q̃d velis. Cunq; & virtutis & futuri seculi bona firmiora sint & stabilia, eo & fundamentum cõmeminit. **vt apprehendant veram vitam.** Pōt qppe boni operatio, quã et fundamentũ vocauit, vere illi' vitæ fruitionē spectare. **O Timothee depositum custodi.** Quæcũq; scilicet sunt tibi p me demãdata, tanq̃ dñi præcepta suato, nec hoꝝ quicq̃ imminues. **deuitans profanas vocum nouitates.** Profanas.i. impuras et inquinatas. Vocum vero nouitates, hoc est, verba inania. Pōt tñ et blateronem cum vana loquat̃ concedi neq̃q̃ ꝓfanum dici. Vel scd̃m Basilium, vocum nouitates accipito, ꝓnouis qbusdã et nup inuētis instructionibus et doctrinis, à vero penitus alienis. **& oppositiões falsi nois scientiæ.** Vbi em̃ nulla inerit fides, sed oĩa humanis sensibus excogitant̃, dici sciētia neqt, sed sciētiæ nomē mentit̃. Oppositiones aũt dicit, qa plerunq; opponunt̃ nõnulla, qbus haudq̃q̃ est rñdendum. Quin ab his potius aures auertēdæ, neq; ꝓrsus his inhærendũ. **quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.** Est em̃ necesse, vt q humanis obsequit̃ cogitatibus, à fide aberret. Fides siquidē cogitatiões hmõi nullas admittit. Puto aũt hæc illoꝝ grã dixisse Apl̃m, q tunc tpis Gnostici dicebant̃, et erant impuritate q̃uis oppleti, et identidem

illud prætēdere cum profanos dixit, & nouarū vocū nouitates, perinde nouorū essent dictorū hi inuentores, & in hæresim tandem conciderint, cuius princeps Nicolaus fuit, qui ex septem erat diaconis vnus. Huius sectatores Nicolaitæ sunt appellati. Gratia domini tecum. Amē. Actu .6
Tanq̄ dictorū omnium conclusionem, gratiam illi domini comprecatur, qua bona omnia & condonantur & custodiuntur. Velim itaq; & nos his bonis fruamur, quæ à gratia hac hubertim accepimus, nil tamen his imminutis, sed auctis potius, & Christnm Iesum gratiarum elargitorem summis laudibus efferamus, patremq; simul et spiritum, cui laus sit in æternum et gloria.

Missa fuit ex Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

ARGVMENTVM SECVNDAE epistolæ ad Timotheum.

SCribit item Timotheo de exhortatione martyrii, et omni regula ueritatis. Et quid futurum sit temporibus nouissimis, et de sua passione, scribens ei ab urbe Roma.

IN II. AD TIMOTHEVM EPISTOlam Theophylacti prologus.

CVr et secundam ad Timotheum conscribat epistolam, id causæ est. Dixerat nanq; in priori epistola, Spero me celerrime te cōuenturū; quod ne uti pollicitus est, et pro uoluntate exequeretur, eo est interceptum, quia in uinculis a Nerone detinebat. Cum itaque sibi nequaq; liber pateret, quod maxime cupiebat, accessus, eundē per literas consolatur, mœstum forsitan. Tum quia Pauli et præceptoris priuatus esset præsentia, tum etiam quia nimis eū ecclesiæ cura urgeret et onus susceptum iam premeret, cui moderandæ uel uiri præstantiores succumberent, eo præsertim tempore, cum procellis undiq; agitarent fideles, et oppugnarentur undequaq; acerrime. Reuocat itaq; ad se Timotheum Apostolus, quia morti iam erat propinquior.

Caput .I.

PAVLVS ap'lus Iesu Christi per volũtatem dei secundũ promissionem vitæ quæ est in Christo Iesu. Principio statim Timothei attollit erigitq́ꝫ animum, subinde inquit: Non enim mihi vitæ huius discrimina commemores velim, quæ à nobis si tollantur, vitam hauddubie nil pareret sempiternam. Nã eo apostolatus hic munere fungimur, vt morte affecti, in æternum viuamus. Quinetiam ne ꝓ expectata consolatione mœrore conficeret Timotheus, si præceptorem in periculo versari perciperet, vt eũ nunc consolet, sic ordit Ap'ls, Si ꝓmissa nobis perpetua illa est vita, noli ex rebus hisce terrenis hãc quærere, siquidẽ in Chr̃o Iesu esse eãdem hanc constat, & cum Christo futurã. Vel in Christo Iesu esse vitam hãc dicit, vt quã nobis sit ille largitus, & in seip̃o hãc continet. Nam si sensibilis hæc lex cibo & potu constat, spiritalis tñ illic continet. in Christo, qui tunc nobis futurus est om̃ia. Timotheo charissimo filio. Potest & quis filius esse, nec tñ charus. Erat vtiqꝫ Paulo ꝑgratus ob eius virtutẽ Timotheus. Arguit igit cum Timotheum charissimum dicit, haudquaq̃ quòd ei succenseat, aut aliquod eius improbet facinus, se tamen hunc deserturum, sed ex vi sibi illata: quippe quem paulo post erat Nero obtruncaturus, sic faciat sit necesse. Gratia & misericordia & pax a deo patre & domino nostro Iesu Christo. Quæ antea cõsueuit, huic & nũc comprecat, & idem hic sentit, quod in priori epistola, cum eadem hæc illi optaret. Gratias ago deo. Vides ne beneuolentiæ & charitatis magnitudinem? Gratias inquit ago, quia cum te plurimum diligam, tui memoriam habeo. Est quidem id veri amoris indicium, cum quis gloriæ duxerit alterius cuiuspiã amicitiã. cui seruio a pro-

genitoribus meis in conſcientia pura. Quo pacto in pura inquit Paulus conſcientia, quum Christum à principio ignoraret? Conſcientiã hoc loco, pro vita ponit, quã & ſi Iudæus eſſet, & Iudaicos ritus ſeruaret, honeſtiſſime tranſigebat, tametſi eccleſiam perſecutus ſit. Quod ſane egit vt paternas tuereť traditiones, non gloriæ ductus cupiditate, vt ſolẽt qui hæreſim excitant. Quod aũt dicit, tale eſt: Nihil exiſtimes aliť me ſentire ac loquor (ineſt em̃ mihi conſcientiæ puritas) nec ſane, pro mea conſuetudine mentior, nec falſo, protulerim quod ſum in præſenti dictur', me ſcilicet tibi ſemper eſſe charitate deuinctum, & tui perpetuo recordari. quod ſine intermiſſione habeam tui memoriã in orationibus meis, nocte ac die deſiderans te videre. Gratias, inquit, ago quod te non ſolũ animo & recordatione repeto, ſed interdiu noctuq́ orando tui aſſidue reminiſcor votis depoſcens & precibus, vt me is deſiderijs te reuiſendi fiat iam ſatis. Qui igiť fieri poteſt, vt tanta me voluptate priuarem tuo fruendi conſpectu, ſi eſſet mihi ad te abeundi facultas conceſſa? Cur ergo dicet aliquis, non aperte cauſam explicat, eo videlicet ad Timotheum non conceſſiſſe, quia eſſet à Nerone in vinculis detentus? Id ſane idcirco egit, ne ſtatim illi triſtitiam afferat. Eſt tamen in epiſtolæ calce eiuſmodi cauſam explicaturus. Memor lachrymarum tuarum, vt gaudio implear. Hunc contextum ita conſtruito, Cupiens te viſere vt gaudio implear, deinceps id ſequiť, memor lachrymarum tuarum, ſubinde id inquit: Etſi admodum eſſem natura ipſa charitatis expers, ſunt tñ lachrymæ tuę ſatis vt flectar, & te aĩo verſem. Erat em̃ id decẽs, vt cum à Paulo Timotheus ſeiungereť, maiori hunc fuiſſe querimonia & fletu diſiunctum, quam infans ſolet, cum ab huberibus mr̃is diuelliť. recordationem accipiens eius fidei quæ eſt in te non ficta. Nõ ſolũ, inquit, lachrymas tuas memoria repetẽs, videre te cupio, quin & tuę fidei reminiſcẽs, quę ſimulatiõe, prorſus caret & dolo. Id enim me vel plurimũ cogit,

vt iure optimo te bñuolentia ꝑsequar, et charitate cõple ctar. **quæ & inhabitauit primũ in nutrice tua Loide & in matre tua Eunice.** Alia quædã hæc Timothei laus, q̃d ab infidelibus ortum non duxerit, sed à fidelibus & Iudæis: Tãetsi huius patrem cõstet gentilem fuisse. Aduerte aũt ex his, quemadmodũ lex solui iã cœperat, cũ Iudæi infidelibus hunc in modum admiscerentur. **certus sum autem quod & in te.** Cum itaq; recte se gesserint ꝑgenitores, si eoꝝ vestigia persequeremur, & tales nosipsi iam præstiterimus, q̃les illi fuere, glĩam nobis ex illorum gestis hauddubie vendicabimus: Sin minus, maioꝝ præclara facinora ad ignominiam nobis potius sunt concessura. Idcirco genitoꝝ, inq̃t, vel fidem tibi inesse certior sum, eandẽq; te nil simulatam habere, tanq̃ superne & à deo ita fundatã, vt contaminari non possit. **Propter quam causam admoneo te vt resuscites gratiã dei.** Qm̃ (inquit) spectata tua est mihi & testatior fides. velim equidem te hortari q̃maxime & excitare, vt spũs grãm, quam ad tutandam ecclesiam, & signa oꝑanda, & oẽm deniq; episcopum decentẽ virtutẽ acceperis, resuscites & viuidam reddas & floridam. Nam queadmodum ignis ligno vt ardeat indiget, sic spiritus grã animi exigit promptitudinem studiũq;, & vigilantiã poscit, vt perpetuo ferueat. Quibus si careat, extinguit facile, vt alibi di-

1. The. 5 cit, spm̃ nolite extinguere. **quæ est in te per impositionem manuum mearum.** Inest quidem tibi istiusmodi grã, quam simulac tibi manus imposui, accepisti, cum te scilicet episcopũ constituerem et sacrarẽ. Velim itaque vt spm̃ vehementius excites, perinde acsi dicat: Adeptus es sermonem fidentius prædicandi, hunc totis viribus et animo maiori ꝑsequere. **Neq; enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis.** Non em̃ eo inq̃t, spm̃ ipsi accepimus, vt formidine contrahamur, sed vt aduersum tentatione, simus validiores, audenterq; et libere

1. Reg. 7 nos periculis offeramus. Timoris nanq; hic spũs plerisq;

est traditus, vt in libris Regū proditum est, Et cecidit spūs formidinis sup eos. i. pauorē illis iniecit deus. ℞ dilectio-nis. Eius videlicet, quā erga se ac proximum esset habiturus. nā & q̄ deū colimus vt patrē, ex spū habemus, q Abba pr̄ dicere nos facit. Nil vero à proximi charitate seiungi, grā est & diuina veritate effectū: vt cōtra, à proximo offendi, nec patient̄ hunc tolerare, formidolosi est & pusilli animi & inconstantis. Oportet itaq; vt priores ipsi, q̄ nostra sunt proferamus. ℞ sobrietatis, Vt. s. sobrij simus & continentes, & mente integra ac stabili. Vel vt spm̄ ipsum nostri habeamus moderatorē. Et cum aliq̄ offertur tētatio, hāc ad castigationem excipiamus, vel alios vt ad continentiā erudiamus. Noli itaq; erubescere testimoniū dn̄i nostri Iesu Christi. Sūt sane miseri & calamitosi nonnulli, q humanis sensibus conquirunt, q̄ supra hominē sunt, nec cōprehendi à mortalibus possunt, & ignominiæ ducūt fuisse dei filium cruci affixū, nescij hācipsam ob crucem, sontem & noxiū hoīem in dei filiū fuisse accitum. Tu itaq; Timothee, velim nil prorsus testimonium Christi & mortē, quā per crucem subijt, erubescas, sed gloriæ potius id ducas & p̄dices. Nō em̄ noli timere dixit, sed noli erubescere, vt arguat nihil inesse huic rei discriminis, sed pudorē duntaxat, pinde ac si dicat: Si mortem neglexeris, oīa tibi in tuto erūt. neq; me vinctū eius. Nec mei inquit, te pudeat: qui etsi mortuos suscito, & orbis sum terrarū magister. nō em̄ vt facinorosus his vinculis astringor, sed illius sum vinctus. i. propter illum. Quem si nihil patibuli puduit, cur ipse cōpedes erubescā? sed collabora euangelio, Hoc est, non mō id præ te feras, nil. s. te euāgelium erubescere, sed re ipsa & ope Christo & mihi tam crucis q̄ cōpedum participem reddito. Hæc aūt & ex superioribus dictis ostendit, cum diceret: Et contulit nobis spm̄ virtutis. Quid vero prætendit, cum inqt, Euangelio collabora? num euangelium tum laborabat aut periclitabatur? Nequaq̄, sed vel illud inqt, & laborem mecū, ppter

I. Reg. 7.

I. Par. 14.

Roma. 8.

Philip. I.

euāgelium insume. Vel euangelium dicit, euāgelij ipsius præcones, & diuinorū arcanorum participes, sicuti in epistola ad Corinthios dixerat, Collabora his qui euangelij
Philip. 1. sunt. secundū virtutem dei, Cum grauior forsitan iniunctus hic labor sit visus, ei rei hūc in modum medetur, Non tua inquiens, sed Christi virtute euāgelio insudabis. Quin voluntatem tantisper velim ad id negotij offeras, & animi promptitudinē. qui nos liberauit de peccato, & vocauit vocatione sua sancta, Aperit nunc diuinæ virtutis iudicia. Liberos em̄ nos inquit, & saluos fecit, vel longe distantes ad se exciuit, vt sanctos redderet. Qui itaq; vel inuitis salutē largitus est, longe magis est volentibus opem laturus. non secūdum opera nostra, sed secundū propositum suū & gratiā. Cogente nemine aut consulēte, sed secundum suum propositū, hoc ē, sponte & sua bonitate ductus. quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia. Hoc est, quę præfigurata sine principio est & ante secula, vt nobis per Christum Iesum concederet. Neq; id parui existimādum, q; non temere & negligent, sed ante secula hanc nobis destinauerit deus. Manifestata est aūt per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi. Etsi erat istiusmodi gratia prædestinata, nunc tñ innotuit, vbi & saluatoř illuxit. qui destruxit quidē mortem, illuminauit aūt vitā & incorruptionem per euangeliū. In proprio quidem corpore reipsa & opere mortem deleuit, cū illud reddidit incorruptum. Nos vero p euangeliū illuminauit, vt vitā speremus & immortalitatē, quā nobis euangeliū cōfirmauit: q etsi nondū simus vel immortales effecti vł incorrupti, id tñ fore spes est. in quo positus sum ego prædicator & apostolus & magister gētium. Cuius rei grā gentiū se apud Timotheum nuncupat pceptorem? Nimirū vt ostenderet & Timotheo cum gētibus diuersandum. Eoq; ne animo concidat, cohortatur, sed se potius imitetur, qui ob doctrinam & euangelij prædica-

stionem, constrictus vinculis fit. ob quā causam & hæc patior. Id. s. quia gentibus pdico, nō quia prauū aliquod admiserim facinus. Simul etiā & suis dictis vendicat fidē, perinde acsi dicat: Si minus crederem mortē esse deuictā, nequaq̄ hæc paterer. sed non confundor. Vides quēadmodum re ipsa affirmet, quod Timotheū commonefacit, arguitq́ nil prorsus se erubescere q̄ pateret. Scio enī cui credidi, & certus sum quia potens est depositū meum seruare in illū diem. O confidentiam, & spem plane indubitatā. Scio inquit, & certus sum. Depositū aūt, aut fidem dicit, aut euāgelij prædicationē, tāq̄ id inquiat: Chrs qui mihi id negotij demandauit, hocipm seruabit, & oīa tolero, ne mihi thesaurus meus hic subtrahat. Aut fideles dicit, quos sibi Chrs iā demādarat. vel eos depositū esse affirmat, quos ipse dño cōmendasset, vti & alibi dicit, Commēdo aūt vos dño. perinde acsi dicat, Nihil me carceris pudet, nil equidem vincula erubesco, qppe qui sperē me plurimos domino oblaturū iudicāti, quos ille tutabitur, & salute donabit, vt eorū gratia & mihi gloriam largiatur & vitam. Nam qui bona dum viuit exeqtur, deo hæc ipsa demandat, vt pro his in tempore coronetur. Formā habens sanorū verborum. Tāq̄ pictor descripsi tibi & formaui imaginē, quā ipse aduertens animo tuo depingas, & sanorum verborum formam à vero nil aberrantium, exempli habeas loco: ita vt si quid tibi in posterum erit effigiandum, ab ea desumas. In ea nanque verborum forma omnia recōdunt. quæ a me audisti. Non enī solum meis ex literis, sed meo ex ore hæc pcepisti. Haudquaq̄ itaq́ existimemus Pauli epistolas mancas esse, perinde nō sint cūcta cōplexæ, qnquidem & sine scripto verbis ille q̄ multa disseruit. in fide & dilectione in Christo Jesu. Mea hæc dicta fidē complectunt & charitatem, hoc est, dogmata ipsa per me lata, quemadmodū viuendum sit, explicarunt. Si quid itaq́ tibi erit vel decernendum, vel disserendum, vel pro veritate aliquid pera-

Actu. 20.

gẽdum,poteris ex meis illiuſmodi verbis formã deſumere. Bonũ depoſitũ cuſtodi per ſpm̃ ſanctũ qui habitat in nobis. Hoc eſt,præcepta q̃ tibi ſunt p me de vita fideq́ꝫ tradita. Vel depoſitum gratiã dicit,quã ille acceperat,vt dixit ſuperius. Verũ quo pacto gratiã hanc ipſam tutaberis? Certe non humanis viribus vllis,ſed p ſpm̃ ſanctum,q nobis baptiſmi inhabitat gratia. Si ſpm̃ itaqꝫ hũc aſſeruabimus, neqꝫ à nobis hunc prauis facinoribus abegerimus,ſeruabit & ille nobis q̃ à deo ſumus iã conſecuti. Stude ergo ſpm̃ hunc cuſtodire,& ille contra depoſitũ tibi tutabitur. Nã niſi cuſtodierit dñs ciuitatẽ,in caſſum vi-
Pſal. 126. gilat qui cuſtodit eã. Scio em̃ hoc quod a me auerſi ſunt omnes in Aſia, ex quibus eſt Phygelus & Hermogenes. Explicat q̃bus ſit malis immerſus. Non vt diſcipulum terreat,q̃n vt ſuadeat potius,ſi in eadem ille inciderit,nõ tanq̃ inſolens aliq̃d patiatur,abhorreat & formidet,ſed æquo aĩo ferat. Paulus em̃ cum eſſet à Nerone cõprehenſus,à cunctis mox eſt deſtitutus, qui in Aſia erãt,fidelibus,hoc eſt, q ex Aſia ſecum Romã cõceſſerãt. Det miſericordiam dñs Oneſiphori domui. Vide vt Paulus philoſophatur,& patienter oĩa tolerat. Siq̃dem nil eos qui à ſe deſciuiſſent execratur,vel inſectatur maledictis,ſed rem vti geſta eſt,ſimplicit̃ narrat. Ei vero q ſui alendi ſuſceperat curã,bene precatur: nec illi ſolum, ſed familię vniuerſę & domui,adeo Oneſiphori domeſtici oẽs virtute præſtabãt,& ab eo iã optime erant inſtructi. quia ſæpe me refrigerauit, Nec ſecus inquit,hic me recreauit,q̃ ſi quis aliquem ſubleuet foueatq́ꝫ,qui ſqualore ſit iã multo oppreſſus & cõtendendo defatigatus. Nec ſemel (ait)hic me refrigerauit,ſed ſæpe. Sic itaqꝫ & nobis ſemper agendum,vt alijs opem feramus,qui recti aliquid operãtur. Hunc em̃ in modum & illis erimus meritorũ participes. & catenã meam nõ erubuit, Vbiqꝫ pudoris,nõ periculi meminit,Timotheum hũc cohortãdo,tanquã huic rei plus ruboris quã diſcriminis inſit,tãetſi ineſſe diſcrimẽ

aliqd videbatur. Nero nanq; in Paulum sæuiebat, q̄a domesticos suos nonnullos & familiares ad fidem instruxerat. sed cū Romā venisset, solicite me quæsiuit, & inuenit. Non modo nil meum ille defugit colloquiū, sed conquisitum inuenit. Quod sane huius & virilitatē prætēdit & fidē. Det illi dominus inuenire misericordiā a domino in die illo. Misertus (inquit) est mei. Velim itaq;, & id admodum concupisco, vt huiusce misericordię retributionem, in die illa horribili capiat, cum om̄es vel q sanctimonia pollēt, misericordia indigebunt. Si itaq; Onesiphorus ille qui Christi ob gratiā periculis se obiectauit, ex dei cōmiseratione saluat̄, longe magis & nos salutē sumus ex dei clementia habituri. Hoc loco, quia Paulus bis dn̄m ponit, insultant qui Marcionis morbo laborāt, asserunt'q; duos dominos esse. Quod sane lōge secus se habet. Ephe. 4. Vnus nanq; est dn̄s, vt alibi testat̄ Apostolus. Consueuere tn̄ literæ sacræ id dn̄i nomen sæpius iterare, vt & alibi: Gene. 19. Pluit dn̄s à domino, hoc ē, à seipso: Nec secus hoc loco id fuisse constat: quod si patrē & filium significari dn̄i iteratione hac ceperis, nil erit absurdum. Est nāq; & pater dn̄s, & filius dn̄s, quin & sp̄us dominus nuncupat̄, sed in tribus substantijs vnus dn̄s demonstratur. Attende aūt quēadmodū nequaq̄ dixerit, Det illi dominus aliud misericordiā præter, quā sane præcipuā existimabat. Et quanta Ephesi ministrauit mihi, melius tu nosti. Est certe ille bonis operibus assuetus, nec semel in me beneficus fuit, quin & Ephesi bona mihi suppeditauit & Romę. Oportet itaq; istiusmodi hoīem, qui Christum profiteatur, talē esse, vt continent̄ & per omnem vitā quæ recta sunt operetur.

Caput .II.

TV vero fili mi cōfortare, Aduerte quemadmodum omni affectione hunc monet & consolatur, fili mi inquiens, tanquā his verbis animum erga hūc suum aperiat. Itaq; si filius diceris, patrem imitare. in gratia quæ est in Christo Iesu, Non mō (inqt) mei exem

plo recuperandæ tibi sunt vires,sed Christi ex grã, hacq́ habeas velim tuo hoc in certamine adiutricẽ,per quã potestatẽ accepimus conculcare oẽs inimici conatus,& nihil ipsis offendi. & quæ audisti a me per multos testes.
Rom.10 Quæ audisti inquit,non q̃ inquisisti. Fides nanq; ex auditu constat. Audisti quidẽ non clã & in angulis,sed in propatulo,& testium multorum p̃sentia. Nõnulli vero multos testes pro lege & prophetis acceperunt,perinde ac inqat, Sacrorũ scriptorum testimonio dicta mea confirmabantur. Hæc cõmenda fidelibus hoībus. Non eñ enarra dixit,sed cõmenda,tanq̃ thesaurum aliquẽ his cõmendaret. Quodcunq; eñ alterius fidei demandat,in tuto reponit. Reddit prꝫterea ex his attentiorẽ discipulũ,fidelibus.i.nõ conquisitoribus & opinantibus. His nanq; nequaq̃ ẽ credendum depositum. qui idonei erunt & alios docere. Quid eñ prodest,si quispiã fidelis sit,& oĩa nil erogãs excipiat,cum nequeat alijs proferre doctrinã? Rursumq́ nec verba hic edat,nec alios possit pares sibi docendo effi cere? Duo itaq; necessaria sunt præceptori,q; fidelis sit, & alios instruat. Hæc eñ Timotheo Apostolus de presbyteris & episcopis disserit,nõ laicis. Id quippe absurdius videretur,cum ipse & gentibus prædicaret & Iudæis. Arbitror aũt de rebus etiã mysticis eum hic facere mentionẽ, quæ sane fidelibus sunt & alijs instruentibus cõmendanda. Tu itaque labora,sicut bonus miles Iesu Christi. Vides quemadmodũ militi sit insudandũ,& mala perpetienda. Non ergo erit officiũ militis,in otio diuersari. Nec est quidẽ animo iniquo ferendum, si laborat & premitur,qui fuerit in militum numero constitutus. Verum quantæ illud est dignitatis,Christi militẽ esse? Q̃n quidem nonnulli plurimi faciant,sub terreno aliquo imperatore militiã exercere. Nemo militãs deo,implicat se negotijs secularibus,vt ei placeat qui se probauit. Ad vniuersos hæc verba habentur episcopos & prꝫceptores. Cũ vero implicat inquit,magis rem patefacit.

Certe em̄ vitæ huius negotia, compedū loco sunt. Negotia vero cū dicit, varias animi perturbationes molestiasq́ designat, ab hisq́ vt declinemus hortatur: perinde acsi dicat, Quid te molestioribus reb⁹ & negotijs implicas? Militiæ duntaxat vaca, hoc pacto Christo morē gesseris, qui te ad id militiæ munus elegit. **Nā & qui certat in agone, non coronabitur nisi qui legitime certauerit.** Neq; em̄ si certaminis locū adierit quispiam, delibutusq́ oleo vt assolent certatores, conserat manus, fecisse satis videbitur, nisi etiā potus & cibi mensurā, athletis & decertātibus præfinitā, certandiq́ leges ipsas seruarit & modū, ne quaq̄ sinetur pro voluntate colluctandi gratia vel decertandi prodire in mediū. Attende aūt quā prudenť hæc dixit. Prius nanq; militaris officij meminit, q̄ ad cædem & mortem prōptior esse debeat subeundā, q̄ militat. Et certatorem cōmemorauit, vt qui pro Christo decertat, oīa toleret, assidueq́ exerceať necesse sit. **Laborantē agricolā oportet prius de fructibus percipere.** Inducit & tertium quoddā exemplū, quod præcipue doctoribus congruit. Nā quæ de milite dixit & certatoribus, vel subditis competūt & alieni iuris hominibus. Agricola vero nil sibi studet, sed terræ excolendę intendit. Vnde & beneficij vicissitudinem recipit nō mediocrem, ob fructuū copiam. Sic & præceptor non in cassum laborat, quin ipse præ cæteris proprijs sudoribus perfruetur, deo hubertim illi vicem reddente. Nemo itaq; hanc futuræ mercedis tarditatem grauiter tulerit, iam inquit hanc capis. Inest nanq; vel in ipso labore & retributio. Quod si aliud nihil obuenturum esset vtilitatis, animarum tamen ex tua industria & labore profectus, magnum tibi allaturus ē lucrū. **Intellige quæ dico.** Cum in ænigmatis modum oīa siue de milite, siue de certatore & agricola protulisset, intellige inquit. Hæc enim ideo sic explicaui, vt te acuam cōcitemq́. Demum vt proprio filio bene precatur, **Det autem tibi dominus intellectum in omnibus.**

Non in his solum q̃ dixi, sed in omnibus, in verbis. s. & actionibus. **Memor esto dominũ Iesum Christũ resurrexisse a mortuis ex semine Dauid,** Hæc Paulus hæreticorum grã infert. Erant nanq; nonnulli tunc tpis, qui ignominiæ ducerent, dei filium fuisse mortẽ perpessum. Vnde p phantasiã & quibusdã præstigijs rem visam fuisse asserebant. Pudebat enĩ & hos, si deo placet, diuinæ humilitatis, quã nostri ob gratiã præ se tulerit de⁹. Quinetiã vt hunc consoletur, hęc intulit, arguens vel Christum ipm̃ magistrũ & dominum patiendo mortem vicisse. Hũc inquit tu recordare, nec segnior eris quodcunq; discrimen, vel mortem ipsam adire. **secundũ euangelium meũ,** Etsi sint inquit, qui alia prędicent, nequaquã illorum dictis, sed euangelio meo est intendendũ. **in quo laboro vsq; ad vincula mea, quasi male operans,** Rursum ex sui ipsius exemplo discipulum consolatur, cum defatigari se dicit & male pati, pinde acsi aliquid commisisset. **sed verbũ dei non est alligatũ.** Ne quis forsan id dixerit, quid tua in se habent emolumenti hæc vincula? Vel quid mirum si vinctus es & coniectus in carcerem? Ostende quid ex his lucri emergat, quidve egeris quod sit demirãdum? Ait itaq;, Nequaquã alligatum dei ẽ verbum. Neq; enim corporea res aliqua est & sensibilis, vt ex corporis vinculis hisce intercipiatur verbum. Res sane diuina est, dei sermo, & nobis ligatis solutum est illud & liberum, pcurritq; passim. Ecce & si ipsi astringimur vinculis, scribendi tñ & prędicandi fungimur munere. Vide ergo miraculum, aduerte q̃d inde lucrum emanet. **Ideo oĩa sustineo propter electos.** Ecce & alium quendã in modum hũc consolat. Neq; enĩ meipsius hęc gratia patior, sed pro aliorũ salute. Neq; vt ipse assequar, sed vt hanc sibi vendicẽt alij. Qui vero hi sunt? Dei nimirum electi. Si hos itaq; deus elegit, cuncta ergo sunt nobis pro his toleranda. **vt & ipsi salutẽ consequãtur, quæ est in Christo Iesu.** vt salutem assequãtur & hi quemadmodum & nos, q pro eis iã

patimur. Fit itaq; vt bñficij viciſſitudine ea res conſtet, nõ grã. Deinde ne qs forſitan illi obijciat, qd ais Paule, tibi in his tuis cõpedib⁹ finiẽda ẽ vita, & alijs ſalut͡ʒ te cauſam fo re nunc iactas? Non em̃ de corporali inqt, ſalute nũc diſſero, ſed de ea quæ in Chr̃o conſiſtit, quæ recte & vera eſt & gl̃ioſa. Vacat em̃ gl̃ia corporis ſalus, vt ex ſequẽtibus patet. **cũ gloria cæleſti.** Non ſolũ inqt, vt ſalui fiãt, ſed qd præſtantius eſt, vt nobiſcũ ppetuo & gl̃iam vendicẽt. Vñ & ſi ignominioſa videnł hæc vincula, gl̃iam tñ his q electi ſunt, ſubminiſtrãt, & eam quidẽ cæleſtẽ & ſempiternã. Si itaq; cæteris gl̃iam pariunt, longe magis & mihi, q illis obducor, conſtringorq;. Nulla ergo te mei cura diuexet, qa malis affliċter. **Fidelis ſermo.** Cum ambigant de futura vita nonnulli & gl̃ia, illud ſedulo vſurpãtes, Cũ vitam hanc interea duco, certe mortibus trador: Cũ vero mortẽ obiero, tunc plane victurus ſum, & hmõi: idcirco id dictũ affirmat, aitq; fidelis ſmo. Quis ille ſermo? Quia gl̃ioſam videlicet vitã ſortirenł electi, & ſalutẽ perpetuã. **Nã ſi cõmortui ſumus, & conuiuemus.** Idipſum & coniecturis affirmat, tãetſi ſuperius rei huiuſce & ſigna, ptulerit & argumẽta, Memor eſto dñm reſurrexiſſe à mortuis. Oſtẽdit em̃ quemadmodũ poſt mortẽ hic reſurrexerat. Qualis ergo eſt illa Pauli aſſeueratio? Certe vt dicat, ſi durioribus & mœſtis in rebus illi ſocij ſumus, in bonis vero & lætis neq̃q̃, nec mortalis quidem hoc quiſpiã egerit, quanto magis nec deus, qui iuſtitiæ & bonitat͡ʒ fons eſt? Mortem aũt eã dicit, quæ cum per baptiſmũ, tum p paſſiones multas & tentationes ſubił. **ſi ſuſtinemus, & conregnabimus.** Neq; em̃ ſat eſt, vt ſemel qs morti ſe offerat, ſed ſemp id agat neceſſe eſt. Inquit em̃, q̃tidie morior. Eſt itaq; (inqt) patiẽtia opus, vt queat qs euadere nobiſcũ, & eo euadere, vt regnũ cæleſte illud adipiſcał. **ſi negauerimus, & ipſe negabit nos.** Vel ab his quæ minus pſpere cedunt, ſmonem cõſirmat. Non em̃ in bonis duntaxat, ſed in malis etiã viciſſitudo rependił. Qui em̃ me, inqt, in 1. Cor. 15 Matt. 10

hoim cõspectu negauerit, & ipse hunc corã patre meo negabo. Attẽde itaq; qd eũ pati necesse sit, q à Christo sit abnegatus. Si eni non credimus, ille fidelis permanet. Si hunc resurrexisse non credimus, nil ꝑrsus ex nr̃a incredulitate hic lædit. Quippe q nobis fatentibus vel diffidentibus, verax sit & æternus. negare seipsum nõ potest. Hoc est, fieri non põt, vt ille non sit. Neq; naturã habet quæ idipm non esse admittat. Semp eñ & si hunc ipsi negemus, ꝑstat integer. Non itaq; in eũ vel confitẽdo vel vel abnegando iactura illa ꝑuenit, sed in nosipos malum oĩe redundat. Hæc cõmone. Ne qs forte existimet, necessariã esse istiusmodi Timotheo doctrinã, alios inqt ipe cõmonefacito, instrueq;. testificãs corã deo, noli verbis cõtẽdere: ad nihil eñi vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Cũ eñ voluptatẽ habeat in se disceptatio, cõcupiscatq; semp mortaliũ animus conq̃rere pleraq;, & de multis disserere, ipe (inqt) corã deo hos obtestare. Nec verbis cõtenderis, sed eũ duntaxat in testẽ accipito, vt intelligãt si te paruifecerint, quẽadmodum ille sit eos iudicaturus. Non eñ solum nil ꝑrsus ꝑficit contentiosa hmõi disputatio, nec vllũ allatura est fructũ, qn plurimũ est obfutura. Quippe cũ audiẽtiũ fides scrutãdo conquirẽdoq; tandẽ euertit, haud secus ac solet turris aliq̃ ferro & vectibus dirui. Cura teipsum probabilẽ exhibere deo, operariũ inconfusibilem. Explicat quẽadmodum effici ꝑbatior q̃at, si oparium scilicet inconfusibilẽ, hoc est, cuiusuis notæ expertẽ & ignominiæ, videlicet si nihil eum ea facere pudeat, q̃ ad pietatẽ facere videant. Sic eñi à dño ipo ꝑbabit, si ꝑ eo & subeat cũcta & peragat. Vbiq; Paulus pudorẽ hunc magnificat, qa à multis

1. Cor. 4 ignominiæ Christi crux & patibulũ ducebat, & euãgelij ipius ꝑconium, & apostolos cõtẽptui eẽ, tanq̃ viles & tenues: vtpote, qui vltima quæq; paterent. Hoc itaq; inqt, nihil te pudeat. recte tractãtem verbum veritatis. Etsi pleriq; id verbũ discerpunt, traducuntq; alio, tu tñ id

ipm recte pertracta. Vel pertracta inq̃t, hoc est, dirige & circũcidito inutilia quæq;, & deme gladio ſmonis & verbi, quæ ab euãgelij ſunt p̃dicatione aliena. **Profana autem & vaniloquia deuita.** Vbiq; Baſilius, pfanas vocũ nouitates, quaſdã innouationes intelligit. Nõnulli vero περίϊσασο p valde inſta, vt alioꝝ additiões inanes reddas, interpretant, q̃d tñ ſecus ſe habet. **Multũ em̃ proficiunt ad impietatem, & ſermo coꝝ vt cancer ſerpit.** Violentũ (inq̃t) hoc malũ eſt. Quippe cui nec mederi q̃q̃ pacto põt. Quidã em̃ vniuerſa deuaſtãt, nec corrigi pñt. Cãcer ſiquidẽ morb9 eſt, q & circũiecta & ꝓpinquiora depaſcit. **Ex quibus eſt Hymeneus & Philetus, qui a veritate exciderũt, dicentes, reſurrectionem iã factã, & ſubuertũt quorundã fidem.** Recte ſuperius dixit, multũ ꝓficiunt ad impietatẽ. Videt aũt id om̃e malũ in falſo aſſerta à quibuſdã reſurrectiõe cõſiſtere. Nã ex ea q̃ multa q̃ ꝓbari nõ pñt, oboriũt. Si em̃ (vt illi affirmãt) facta eſt reſurrectio, & futuꝝ plane iudiciũ tollit & retributio, & ꝓbi quidẽ & ſancti doloribus ſunt & malis affecti; improbi vero per luxũ & delicias pœnas luerũt: Quid ergo opus virtute erit, ſi iſtiuſmodi ſunt remuneratiões? Nec oĩm quidẽ dixit fidẽ, ſed q̃rundã inquinatoꝝ videlicet & nimis incõſtãtium. **Sed firmũ firmamentum dei ſtat.** Quod inquit tale eſt, Haudquaquã omnes peruerſi ſunt, ſed infirmi duntaxat & inconſtãtes. Nam ſi nõ fuiſſent huiuſmodi, minime concidiſſent. Quemadmodũ neq; Adam anteq̃ laberet firmior erat: Qui vero bñ fundati ſunt, ſtabiles permanent & immoti. Aduerte aũt nõ ſecus eſſe fidei inhærendum, quàm firmiſſimo aliquo fundamento. **Habens ſignaculum hoc: Cognouit dominus qui ſunt eius, & diſcedat ab iniquitate oĩs, qui inuocat nomen domini.** Hoc ẽ, hñs tanq̃ in lapide epigrãma & inſigne aliq̃d inſculptũ, ex ip̃is operibus rebuſq; geſtis illi cõueniens. Nouit dñs, hoc ẽ, ab eo lõge ante ſunt cogniti, q eius ſunt ſorti, & hi q dẽ idcirco ſunt p̃ele

cti,ne cũ putrescentibus illis corruãt & inqnatis. Ab iniq̃tate inqt discedat,hoc est,à dogmatũ errore,vel à q̃uis plane iniustitia.Nã q iniqor est,nec in fundamẽto nec in deo constiterit.Non eñ dei habet insigne qui neqor sit & iniustus. Aduerte aũt necesse fore,vt q dei sit nomẽ inuocaturus,à re q̃uis iniusta abscedat:à q̃ q nõ declinauerit,nec dignus fidelit̃ q iure possit dñm inuocare. Nil eñ decora ẽ vel accepta peccãtis laus. In magna aũt domo nõ solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. Qm̃ multi q̃d mali in mundo versẽt inique ferũt, idcirco Apl's reliqs omissis causis,vnã hãc aperit,inqens, In magna aliq̃ domo vasa esse diuersa,hanc vẽro mundũ esse,non ecclesiã dicit hoc loco. Nam in ecclesia nihil vult ligneum esse,sed ex auro vniuersa effecta. Quippe vbi & Christi corpus inesse cõstat,&,prsus careat labe. et quædam quidem in honorem,quædã aũt in contumeliã. Aurea quidẽ.i.qui virtute sunt præditi, in honorẽ:lignea vero siue fictilia. i.improbi, & si nõ ad virtutem, ad mundi tñ cõfirmationem & statum,vtiles sunt, vel ad dispensationes nõnullas maxime cõferunt,vt Pharao & cæteri pari improbitate hoĩes. Si quis ergo emũdauerit se ab istis,erit vas in honorem sanctificatum. Vides queãdmodũ vel aureum esse, vel fictile,nec naturæ sit,nec materiæ necessitatis,vt asserunt Manichæi, sed nostræ voluntat3 & animi. Quippe cum liceat cuiq; ex linea illa sese,vel fictili voluntate purgare,aureã'q; & argẽteã reddere. Atq Paulus cum fictilis esset, effectus est aureus. Iudas cõtra q aureus fuerat,est fictilis redditus, Dicet aliquis,Si adeo cõtemnunt fictilia, cur alibi sic Paulus

2. Cor.4 inquit,Habentes thesaurũ hunc in vasis fictilibus?Ibi quidẽ de corpor3 natura disseruit: Nã queãdmodum fictile vas præt lutũ incoctũ nil esse aliud constat,sic corpus hoc nr̃m nil aliud est, q̃ lutũ colore aĩæ obfirmatũ: Hic vero facit de volũtate animi mentionẽ. & vtile dño. Ligna er-

1.Timo.2 go vtilia erunt, q̃ad mentẽ dominãtis dei & nutũ,qui oẽs

uult saluos fieri, & si ut dictũ est, uideant alioquin inutilia fore. in omne opus bonũ paratũ. Perinde ac si dicat, Etsi nondum tps adsit aliquid operãdi, erit tamẽ id saltẽ promptũ paratũq; ad uirginitatꝫ testimoniũ. Iuuenilia aũt desideria fuge. Iuuenilia desideria nõ solum fornicandi dicit cupiditates, sed absurdas quasq; cõcupiscentias, siue dominãdi quis trahat cupidine, siue pecuniarũ. Sũt nãq; istiusmodi affectus insani, & mentꝫ præferunt ualetudinẽ. Siquidẽ uel senex ad iuuenilẽ redit ætatẽ, & stultior fit cũ talia cõcupiscit. sectare uero iustitiã. Iustitiã ꝓ q̃uis uirtutꝫ genere posuit. fidẽ. Id est, uerã & stabilẽ, & in eos q̃s ames affectum, q̃si dicat: Nolite pfidum & mobilem exhibere, mox & ista subiũgit: charitatẽ, & pacem cũ his, qui inuocãt dñm in corpore puro. Hoc est, illis solũ confide, qui non simulate, nec dolo dominũ inuocant, qui pacifici sunt & minus cõtentiosi, cum talibus inquã uersare. Stultas aũt & sine disciplina quæstiones deuita. Vide queadmodũ ubiq; hunc ab inquirẽdo & disceptãdo auertat. Nec eo quidẽ q minus confideret Timotheum alios posse refellere, sed quia prſus uidet inutile hmõi certamen adire, q̃d præt contentiones & odia, nil in se boni haberet. Has itaq; stultas nũcupat quæstiones, cum alias esse non insulsas in sacris literis cõstet. Seruũ aũt dei non oportet litigare, sed mãsuetũ esse ad oẽs. Mansuetũ .i. benignum & facilẽ. Verũ q̃ ergo pacto Apl's alibi, increpa eos inquit, cum omni pceptione & acrit, & nemo adolescentiã tuã contemnat? Quia uehemẽs certe est increpatio, & tunc maxime mordet, cũ p mãsuetudinẽ & placabilitatẽ infert. Possumus nãq; placidioribus uerbis lõge facilius quẽpiam admonẽdo urgere, & ut pudeat male facti traducere, q̃ iurgio aliq̃ audaci, & cõtumelijs. docibilẽ. Erga eos qui instrui uolũt, & facilem ad docendum. Hæreticũ uero cũ semel aut bis cõmonefeceris, abigito. patientẽ. Id eñ uirtutꝫ uel maxime assequi debẽt fideles, ut prauorũ semp expectẽt cõuersionem

Infra. 4
1. Tim. 4

habēdusq; his cōtinuus & perpes ſmo. Nec ſtatim intercā dēda orō eſt, vt aliis pficiamus docētes. Verū attende q̄d ſequit. cū modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati. Per iurgia nāq; & cōtētiones nil boni perdiſcit. Eſt itaq; pcipua quędā erga eū quē doceas ſuanda modeſtia. Dicet aliqs: Quo pacto poterit qſpiā erga eū q temerari⁹ ſit & cōtumelioſus, humanū ſe & mitem pbere? Quo pacto inquis, Si eū, qui ſit hęreſi aliq̄ irretit⁹, poſt vnā alterāq; caſtigationē abegeris? Is nāq; corrigi nequit, & inſanabilis eſt. Verū hoc loco de his, qui nondū ſunt deſperādi, q̄ minus aliq̄ reſtet ad ſanitatem redeūdi facultas, ediſſerit. Qđ ſane ex ſequentib⁹ patet. ne qñ det illis deus pœnitentiā ad cognoſcendā veritatem fidei. Forſitan (inquit) aliq̄ erit his emendatio. Ne qñ aūt illud in certis & dubiis pponit reb⁹, ſit itaq;, vt ſit ab his deſiſtendū quibus mederi nō pōt: At hi q̄rū in ambiguo eſt emendatio, in viam vt redeāt tentādum eſſe. Aduerte aūt quemadmodū ad humilitatem inſtituens, nil ,pſus neq̄ ſ q̄as adiecerit, ſed ne forte his tribuat deus reſipiſcere, Quod ſi vel aliqđ docendo pfeceris, dñi eſt, non tuum id munus. Vñ nec tibi eſt aliq̄ mō ſuperbiendum. Itemq; ſi cui q̄ recta ſunt faciat ſuaſerim⁹, neq̄ nobis id aſcribam⁹, pinde ac nr̄a virtute id ſimus perſuadendi munus adepti. & reſipiſcāt a diaboli laqueis. Hæc non ſolum de ipſis dogmatibus, ſed de rectiori viuendi mō dicta eſſe intellige. Quippe cū non ſolū dogmatum ipſorū errore, ſed vitæ vitiis à diabolo irretiunt mortales. Quo fit, vt qui quemadmodū ſit ducenda hæc vita falluntur, modeſtius ſint & benignius caſtigādi. Nā vt paſſer ſi vel vna pedis parte comprehenditur, ſub eius eſt ptāte qui pedicā fixerit, ita & ipſi & ſi min⁹ vtroq; pede fide ſcilicet illaq̄amur & vita, at ſolis prauis vitę actionib⁹, diaboli erim⁹ ditioni ſubiecti. quibus captiui tenentur ad ipſius volūtatem. Errorib⁹ inquit innatāt, ſed capti adeo ad ipſius voluntatem, hoc eſt, dei. Forſitā em̄ ab ipſis pcellarū errorib⁹ emerſuri ſunt tādem,

Eſt aũt dei volũtas, vt non ſolũ ſibi credatur, ſed vt recte ducatur hæc vita. De ducenda itaq; recte vita, non de dogmate tm̃ & fide Paulũ hæc dixiſſe intellige. Nonnulli tñ captiui illud tanq̃ à diabolo comprehenſi, intelligunt, & ad eundem referunt quæ ſubſequuntur. Cap. III.

HOc aũt ſcito quod in nouiſſimis diebus inſtabũt tempora periculoſa. Cum eñ tũc tpis prauorũ hoĩm multiplex numerus redundaret, nẽ Timothei obturbaret ea res aĩm, prædixit illi q̃d paulo ſuperius dixit, In magna aliq̃ domo &c̃. & nunc inqt: Vel in poſterũ tempus iſtiuſmodi futuri ſunt hoĩes, qui & Moyſi temporibus ſcelerati fuere. Noli ergo nouum id ipſe exiſtimare, qñ neq; ad tuam vſq; ętatem nequiſſimorũ hominum multitudo hæc terminabitur. Noli ergo id grauiter ferre: ſunt nanq; et moleſtiora hæc tempora ẽt praua. Haud tñ q; dies ipſi ſint mali, et temporũ ſpatia. Quę enim ineſſe poteſt diei malignitas? Sed quia mala quę interdiu obueniunt, diebus hanc indidere malignitatem. Et nos quidem in eam ſententiam, tempora mala vel bona ex rẽbus ipſis dicimus & vſurpamus, quæ per hæc vel aduerſæ contingunt vel proſpere. Erunt enim homines, ſe ipſos amãtes. Statim malorum omnium cauſam produxit in medium, q; ſuis quiſq; magis proſpiciat q̃ proximi cõmodis. Ei nãq; qui ſuĩpſius duntaxat trahitur charitate, accidit ſæpe, vt nec ipſe ſe amet. Nã quemadmodũ ſolet et in membris cõtingere, quorũ cum vnum aliquod læditur, et reliq̃ lædãtur neceſſe eſt, quod vtiq; et ædificia patiuntur: Sic dici et in eccleſia poteſt, qui proximum negligat, et ipſum ſe curet, ſibĩpſi officere. cupidi. Cum malorum explicaſſet radicem et ramos ſigillatim enumerat, inter quos prior, et longe potentior auaritia eſt. Nam vti ex charitate in alios vniuerſa bona proueniunt, ſic et mala ex priuato affectu, qui prorſus eſt à vera charitate ſeiunctus. Illa ſiquidem et ampliſſima eſt, et vbique redundans diffunditur: Hæc vero in anguſto verſatur,

Supra. 2

& in vno aliq̃ terminat. elati. Qui in hoies efferunt, supbi, blasphemi. Hoꝝ nãq; erumpẽte malitia, vt ad deum ptingit iniuria. Nã cum aduersus hoies quispiã supbum se pbet, ac sibi ipsi eius oẽe officium & recte facta, non diuinæ grãe imputat, tunc sane blasphemus hic reddit. parẽtibus nõ obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace. Et iure quidẽ. Si eñ deo maledicunt, q̃ pacto genitores venerabunt? Qui vero parẽtes nil venerãt, nec illis obtẽperant, vel in cæteros ingratos se pstent necesse est. Qui vero istiusmodi erunt & religiõe carebunt, & q̃uis scelere opprimunt. Qñquidẽ, q̃d debent nil fuant. Sunt ꝑterea sine affectione futuri. Quẽ eñ hi colẽt qui in se beneficos aspernant, & respuunt? Sine pace. i. qui nemini iuncti sunt amicitia: neq; his quidẽ qui in se cõtulerint beneficia. criminatores. Hoc ẽ, oĩbus detrahẽtes. Qui eñ sibi nullius est boni cõscius, oẽs vt inuidus carpit & criminat, subĩde aliquã suis malis medelã excogitãs. incontinentes. Lingua. s. vẽtre, & reliquis mẽbris. immites. Videsne q̃les nimia hęc sui ipsius indulgẽtia, & cupiditas ipã efficiat, vtq; ex hoĩbus beluas reddat? sine benignitate, Hoc est, bonoꝝ omniũ hostes. Id eñ ἀφιλάγαθοι græca dictio rectius exprimit. proditores. Qui vel amicos & beneuolos, pdant. proterui. Id ẽ, instabiles, nil rati aut pẽsi habẽtes. tumidi. Hoc ẽ, inflati & tumẽtes. voluptatũ magis amatores q̃ dei. Id enim necessario sequit, vt vbi mundanoꝝ inerit oblectamẽtoꝝ cupiditas, dei inesse amor vel desiderium neq̃at. habentes quidẽ speciem pietatis, virtutem aũt eius abnegãtes. Id ẽ, figurã duntaxat & vmbrã pferunt pietat[is] & simulãt, opibus vero hãc abnegãt & abominant. Aduerte autẽ pietatis potẽtiam & (vt ita dixerim) neruos, in actiõibus ipis &
Iacobi. 2 factis pferri. vnde & merito dr: Fides sine opibus mortua est. Formã aũt & speciẽ Paulus alibi, p bono accepit, cum inquit: Doctor enim formã sciẽtiæ habet, hoc est, discipulis sciẽtiam effingit et format. Et hos deuita. Quæret

aliquis, Si nouissimis tpibus futuri sunt istiusmodi hoies, cur Paulus inqt, istos deuita? Fieri em pōt, vt tales essent nonnulli tunc tpis. Qui etsi minus pstarent sceleꝝ magnitudine, iniqui tñ & improbi sint futuri, perinde acsi dicat, Vel hos ipsos deuita, qui vel hoc tpe istiusmodi reperiunt, quemadmodum infert, Ex his em sunt qui penetrant. vel posteros & nouissimos dies Paulus dicit, q eius post obitum sunt obuenturi, quibus superstes futurus erat Timotheus. vel (quod verius est, & Basilius cēset) sub Timothei persona cæteros cōmonefacit, vt eiusmodi viros deuitēt. Ex his em sunt qui penetrāt domos, Horū impudentiā & vitā non liberalē, & assentationes dolo refertas, q alienas domos inuaderent patefacit. & captiuas ducunt mulierculas, Non em fallētes dixit, sed captiuas ductantes, vt quibus pro mancipijs vterentur. Qui enim decipitur, morem fallenti gerit. Aduerte aūt, quemadmodum mulieres, vel mulierculæ potius, facile circunueniūtur. Quo fit, vt si viroꝝ seducitur quispiā, dici merito muliercula queat. oneratas peccatis, Delictorum multitudinem arguit & confusionem. Neq; enim simplicit fœminas circunueniunt. quippe q̃rum non sit incusanda natura, sed eas seducunt, q̃ ingentem habent cōmissorum cōgeriem. Nā qui nequaq̃ sibi recte factoꝝ est conscius, improbissimo cuiq; dogmata decernenti obsequitur, & se cōsolatur, q̃si nullas sit pœnas pro istiusmodi opibus luiturus. quæ ducuntur varijs desiderijs, Id est, pecuniarum, gloriæ, luxus, decoris, ostenditq; has turpes esse cupidines. Cum vero ducuntur ait, beluaꝝ has more deferri coarguit. semp discentes, & nunquā ad sciētiam veritatis peruenietes, Dicet aliquis, Venia ergo erūt hæ non indignę? Nequaq̃. Quin potius nec parci quidem his potest. Siquidem & facinoribus sese obruerunt & libidinibus. obtusaq; illarum est mens & obcæcata, vt pdiscere nequeant veritatē. Quod vitium illis non natura obuenit, sed voluntate. Quemadmodū enim Iamnes & Exo. 7. 8.

Mābres restiterunt Moysi, ita & hi resistūt veri
tati euāgelij. Magi quidē hi extitere tpibus Moysi. Ve-
rūtn̄ vnde istorum noīa accepit Apl'us, cum in sacris literis
nullibi exprimātur: nimirum vel ea auditu acceperat, vel spi
ritus sancti reuelatione cognouit. Par em̄ erat vt Paulo es
sent hæc non incognita. hoīes corrupti mēte, repro-
bi circa fidem. Cum em̄ quispiā mente infectus, & circa
fidem inquinatus, improbus sit necesse est. Dixit insipiens
Psalm. 13. in corde suo, nō est deus. vnde illud: Quia corruptus erat
Ezech. 7 & plenus iniqtate. Sequitur ergo, q mens incorrupta fidē
Roma. 1. excipiat. Cauendū est itaq;, ne & nos corrūpamur, & ad-
ulteremus hoc pacto fidem. sed vltra non proficient,
Quomodo alibi dicit, proficient plurimū impietate: quia
Supra. 2 praua tūc dogmata inuasere, & alios circūuenire nil desti
tere, sed noua semp excogitabāt. Hic vero inquit nequaq̄
hos dolos nectere vt alios fallāt, nec fore vt multos cor-
rūpant, quin & si videantur circunuenire, tolerabiles sunt
tn̄ futuri. Subdit itaq;: Insipientia em̄ eorum manifesta
erit oīibus, sicut & illorum fuit. Id est, magorum. Subin-
de inquiens, si dictis his fidē non adhibueris, edisces quē-
admodum cū magis hisce actum sit. Hi nanq; sunt præsti-
gijs quibusdā, mira quædam ad deceptionē edidisse de-
prehensi, cum Moyses ederet veriora. Vnde cōprehendi
pōt ad tēpus aliquod breue, fallacias istas florere. Tu ve
ro assecutus es meā doctrinam. Illi (inquit) istiuſ-
modi extitere, tu vero cum nostra admodū calleas, haud
quaq̄ talia esse cognoscis. quippe qui nō solum mecū ver-
satus es, quin & meā es assecutus doctrinā, perinde ac si di
cat: Diutius es apud me commoratus, & animū rebus an
tehac per me gestis, hauddubie intendisti, præbe te virū,
sic fidei hostibus aduersabere. institutionem, Doctrinā
quidem quoad sermonem dixit: Institutionem vero, q̄ad
vitam & conuersationem. propositū, Id est, animi prom-
ptitudinem & virilem præsentiam. neq; enim verbis dun
taxat enitebar, sed factis. fidem, Id est, vel in decernenda

veritate, vel in adeundis periculis firmitudinem: quæ ne animo conciderem, effecit. Quin vt deo magis ac magis confiderem, iri me aliquando liberatum. **longanimitatem,** Cum hæreticis scilicet magno obsisterem animo, ita vt neq; his obsistendo indignatione essem & ira commotus, sed per mansuetudinem & placabilitatem exciperem omnia, & aduersarios cõarguerem. **dilectionem,** Id est, charitatem, quam vel in his obiurgandis præferebam. **patientiam,** Quam scilicet in persecutionibus ipsis perferendis præstabam. **persecutiones, passiones,** Non modo (inquit) ab aduersariis persecutionibus affli-ctabar, quin & mala plurima sustinebam. Cum vtrunque illud præceptorem obturbat, & hæreticos esse qui se persequantur, & ab his perpeti q̃ minus oblectant. Hæc itaq; Paulus ita disseruit, & ab hæreticis se quã multis molestiis fuisse affectum eo affirmat, vt Timotheo tandem suadeat, constanti animo sit, cum ab illis vrgebitur. Et suas demum passiones commemorat, vt discipulum reddat fidentiorem. **qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, Lystris.** Antiochiã Pisidiæ dicit. Lystras vero, quia inde esset Timotheus oriundus. Cur vero horũ duntaxat meminit, cum & alibi multa esset perpessus? Nimirũ vel quia Timotheo essent hæc notiora, vel q a his ipsis in locis nuperrime mala hæc tolerasset. Aduerte aũt quemadmodum nequaq̃ hæc sigillatim commemoret. Quod eo facit, ne ad ostentationem videatur hæc & iactantiam meminisse, quæ ad discipulum consolandum & confirmandũ coactus conscripserat. **quales persecutiões sustinui, & de omnibus liberauit me dñs.** Duo quędam Timotheo demonstrat, apprime necessaria: Et vt ad malorũ tolerantiam paratior sit, & nequaq̃ à deo se destitutũ iri hęc tolerantem. Ait itaq;, Ipse quidem quales sum persecutiones perpessus, & animo sim in his sustinendis prõptiori & audenti, & exemit tamen me his omnibus dominus. **Et omnes qui volunt pie viuere in**

Actu. 13. 14.

2. Cor. 11.

Christo Iesu, persecutionẽ patientur. Vel id maxime valet ad consolandũ. Quid inquit, de me solo hæc dixerim, cum oẽs qui volunt in Christo Iesu, & secundũ euãgelium pie vitã hanc ducere, persecutionibus affligentur necesse sit? Persecutiones aũt hoc loco dicit, non eas solũ quæ ab infidelibus inferuntur, sed pressuras quaslibet & labores, quos subeũt qui virtuti se addixere. Est nanq; hæc
Iob.14. vita secundum Iob tentatio quædã, & q̃ per angusta incedit, & necessario premitur. Mali autẽ homines & seductores proficiunt in peius, in errorem mittentes & ipsi errantes. Nihil velim propterea obturberis, si in delicijs illi, in pressuris ipse vitam hanc degas. sic enim fert ipsarũ rerum natura. Inisti certamen. desudes itaq; necesse est. Est quidem plane insulsum, quietem certando & otium quærere. Illi eñ peruersi & seductores, & si videntur proficere, haudquaq̃ in melius prouehuntur, cũ in erroribus eorũ oĩs constet esse prouectus. Vt aũt in peius illud quod dixerat explicaret, hos & in errores inducere, & errare subiecit. Tu vero permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi. Ipse (inquit) immobilis persta, nec prauis & malignis in rebus quenpiam ęmulabere, nec eum quidem, cui oĩa prospere cesserint. Non eñ simpliciter didicisti, vt q ea quæ à nobis acceperas, & credita sunt cum certitudine, & fide perdidicisti. Itaq; si contra res euenire ac institutus es, ipse prospexeris, noli id molesto animo ferre, q̃nquidem & Abraam, etsi audisset, in Isaac vo-
Gene.21. cabitur tibi semen, eundem tñ iussus vt immolaret, nil est
Gen.22. obturbatus. sciens a quo didiceris. Et quia ab infantia sacras literas nosti. Duas causas affert, quibus debeat ille immobilem se præstare: cum quia non ab aliq̃ parui momẽtj viro, sed à se Paulo ea didicerit. quod perinde est dicere, ac si à Christo acceperit: tum quia non nuper aut pridie, sed à paruis fuisset edoctus. Quasi dicat, irradicata est in te diuina scientia, & ita, vt nequaq̃ sit insanum aliquod & stolidum facinus, vt subeas permissura, &

qualia multi perpetiunt. Nã qui sacris literis fuerit vt decet instructus, nunq̃ accepto proposito immutabitur. Sacras aũt literas dicit diuina scripta. **quæ te possunt instruere ad salutẽ per fidem, quæ est in Christo Iesu.** Non enim vt exterior hæc mundana scientia, hominẽ ad fallacias, circunuentiones, & concertationes verborũ erudit, sic diuina illa nos instruit. quin potius ad salutẽ instituit. Quã illam si quæras, non ea certe q̃ operibus constat & verbis, sed quæ in Christo Iesu fide consistit. Nã cũ sacra hæc scripta hominem in Christũ vt credat inducũt, salutẽ ei hauddubiam pariunt. **Omnis eñ scriptura diuinitus inspirata vtilis est.** Quãmultis explicatis ad consolandum hunc modis, nunc quæ maxima est, cõsolationem inducit, eã videlicet, quæ ex sacrarũ literarũ lectione affertur. Est eñ triste aliquid illi denuntiaturus, q̃ propediem ei sit obeundum. Ne itaq; aĩo concidat, vt pote qui præceptore sit paulopost se consolante priuandus, habes inquit in mei vicem scripturas, q̃ & leuare te poterunt & prodesse. Quærũt nonnulli, cur Paulus dixerit, oĩs scriptura diuinitus est inspirata? quod si ita est, ergo & gẽtilium scripta à deo suggesta sunt? Oportuit sane hos non ignorare q̃d superius dixerat, q̃ sacras literas nosti, nunc omnem scripturã dixisse. Quam illã? Nimirum quã ante expresserat, & de qua q̃ sacra esset, disseruit. Scriptura itaq; oĩs q̃ istiusmodi est & diuinitus inspirat̃, vniuersis cõducit, vt inferius demonstrabit. **ad docendũ,** Prodest, inquit, quia nos instruit quid sit perdiscendum. Nihil est eñ quod nequeat scripturis dissolui. **ad arguendũ,** Si coarguenda. s. fuerint mendacia. **ad corripiendum, ad erudiendũ in iustitia.** Si necesse est, inquit, vt aliq̃d vel corrigat̃, vel instruatur, hoc est, ad iustitiã reddi continentẽ & sobrium, & ea quæ iusta sunt exequi, ex sacris literis id omne suppeditabitur. **vt perfectus sit homo dei,** Emendatio inquit ex scripturis parat̃, vt nihil homini desit, qui secundum deũ incesserit. Si itaq; ipse integer fieri &

perfectior cupis,sanusq; & semp æquabilis reddi, nec cōtrahi aduersis exoptas,nec prosperis rebus efferri(id enim præfert perfectionem & mentis æquabilitatē) has sacras literas consule,cū mea carebis pręsentia. Atqui si Timotheo spū sancto oppleto,de eiusmodi lectione cōscripsit, quanto magis sumus & nos ad eā hortandi, qui spū hoc indigemus? Aduerte aūt quemadmodū ni sacrę literę opitulentur,integros nos & perfectos reddi non posse. **ad omne opus bonum instructus.** Non eñ simpliciter bonorū est operū particeps,sed instructus his ipsis & absolutus. Neq; vna aliq̄ in re erit ille pfectior,in aliis vero minime,sed ad omne opus quod rectum sit,& ad rem vnāquanq; est ille instructior. Caput IIII.

1.Tim.6. **TEstificor corā deo & Christo Jesu, qui iudicaturus est viuos ac mortuos.** Etsi alibi Timotheum deterruit,inquiens, præcipio tibi coram deo,qui viuificat vniuersa,nunc tamen magis horrendū reddit sermonem,cū iudicium illud recordatur. Ait eñ, Illum ipse qui pœnas est exacturus,testem inuoco,qa neq; id te clam habui. Viuos ac mortuos,vel peccatores dicit & iustos,vel eos qui vita hac excesserunt,& qui tunc superstites deprehendentur.Nonnulli vero viuos & mortuos, aīas ipsas & corpora intellexerunt. **& per aduentū ipsius & regnū eius,** Cum eñ ille iudiciū facturus aduenerit,cum imperio prodibit & gloria, non ea qua prius humilitate concesserat. **prædica verbū,** Quod ipse testificor,vt verbū prædices,ne gratiā in occulto teneas. Quid vero nobiscum agetur, qui nil prædicamus? **insta opportune & importune,** Hoc est,instando & iubendo eloquere.Nec intercisa,sed perpetua vtere oratione & cōtinenti,ita vt nullum tibi ad prædicandum pręfinitum sit tempus,sed oportune insta.i.in pace & otio,cum in ecclesia pacifice nullo turbante versaris.Et importune .i. cum in discrimine fueris,vel extra ecclesiam loquere,& euangelium ipsum edissere.Oportunitatem vero & importu-

nitatem ad multorum dixit opinionem, existimantium oportunitatem quietem esse, importunitatem tpa pericu losa & intempestiua. Et rursum edocendi hoc munus obeundum in ecclesia arbitrantur & oportunum ducunt, vt in ea euāgelium prædicet. Intempestiuū vero & nil oportunum, cum de ecclesia eiectus id exequi velit. vel alit: pin de acsi dicat, Nihil vt homines delinquūt expectes, sed an teq̄ facinoribus obstringantur, hos instrue. Vel oportune & importune, hoc est, quouis tempore euangeliū p̄dica. argue, Videlicet, cum id videris necesse fore, & cū delinquentem deprehenderis, vel vt delinquat futurum, nihil te subtrahas. obsecra, Vel mitioribus & supplicibus verbis vtere, ne quis in facinus prolabatur. increpa, Vbi aliquem deliquisse compereris & castigaris, si minus desistat, mox increpa, perinde acsi dicat: Quibusuis modis eniterevt medearis peccanti. in omni patientia & doctrina, Est nanque haud temere de his & mox desperā dum, qui praua commiserint, sed vel precibus est insisten dum vt desinant malefacere, vel doctrina vt tandem resipiscant, admonendi. Et in omni patientia, hoc est, in q̄uis patientiæ genere, & quæ ita præstetur, vt oīibus mo dis eluceat, tā operibus q̄ verbis & gestu. Erit em̄ tempus cum sanam doctrinam nō sustinebunt. Prius (inquit) hos q̄ eant præcipites corripe, eoq́ & superius di xit oportune & importune, id est, quousq́ hos habeas ob sequentes, quouis modo enitere. sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, Temerariam & incō sultam præceptorum turbam coaceruabunt inquit. Hic patefacit, quod & à vulgo hi congerantur, qui nullis nititur rationibus, sed vt animus tulerit, incōsiderate deferi. Et eos efferunt laudibus & eligunt præceptores, qui suis fauent cupiditatibus, ipsorumq́ ad gratiam cuncta & voluptatem differunt & exequuntur. prurientes auribus. Hoc est, aures dūtaxat oblectātes. Hoies enim istiusmodi deliniti, quę iuuent semper, & minus contristent,

audire percupiunt. ꝛ a veritate quidẽ auditum auertent, ad fabulas aũt conuertentur. Vides quemadmodum non ignari à veritate aberrẽt, sed sciẽtes & vltro decipiant. Nã auersis inquit à veritate auribus, conuertũtur ad fabulas. Quo fit vt malũ id voluntariũ sit. Hæc aũt intulit, non vt in segnitiẽ inducat discipulũ, sed magis sua deat vt tẽpis sui facilitate & otio recte vtat. Et si illud obti-
Matth 7. gerit, à Chro in eã sententiam denunciatũ, eius affligẽdos esse discipulos, & irrupturos aliqñ lupos rapaces, ferat id animo ęquiori. Tu vero vigila, in oĩbus labora. Vides quẽadmodum eo hæc illi p̃dixerit, vt vigilandũ iniũgeret, perinde ac si dicat, Priusq̃ corruptionis hmõi & malorum tempus adueniat, & lupi irrũpant, labori incumbe & libent insuda, vt oues in tuto constituas. opus fac euãgelistæ. Ergo illud erit euangeliũ prędicantis negotiũ, vt a seipso & vltro, tum ab his qui forinsecus sunt, mala perpetiatur, & labores excipiat non inuitus. ministeriũ tuum imple. Tunc enim cuiuspiã cũ officio ministeriũ adimplet, cum opus impositum exequẽdo, tolerat mala, & operando insudat. Ego em̃ iã delibor, ꝛ tẽpus resolutionis meæ instat, Non em̃ immolor dixit, sed delibor, quod sane præstantius est. Siquidẽ haudquaq̃ q̃ immolationis sunt, ad deum oĩa referuntur, libationis vero vniuersa. Bonũ certamen certaui, Dicet aliquis, Cuius rei gratia magna de se quædã nunc Paulus iactat? Nõ enim hæc iactandi gratia intulit, sed vt discipulum consolet, ne eius ob proximum è vita excessum, dolore & mœstitia afficeret. Q̃nquidem optimũ esset vitæ finem iã habiturus, decessurus propediẽ ad coronas & palmã. Quẽadmodum enim pater aliquis ferme iam moriens, vt filium sibi assidentem & mœstum soletur, his vtitur verbis: Fili, parce lachrymis, desine me obiturum deflere: recte enim & vitam duximus, trophęa ereximus, & plurimis sumus potiti victorijs, pro quibus & magnas nobis debet gratias imperator, cedentiq; in tui admirationem & glo-

riam res per me gestæ. Haud sane dubium q̄n genitor il-
le hæc in suam laudē dixerit, vt mœrentem filiū consoletᷓ,
vt leui⁹ ferat eius discessum. Sic dictis his Paulus & Timo
theum p̄ epistolā tanq̄ testamēto aliq̄ lenit, solat̄q;, inqui-
ens: Bonum certamē certaui, itaq; idip̄m & tu factites ve
lim, & certamē vt subeas istiusmodi. Dicet aliq̄s: Nū Pau
le cum catenæ tibi iā insint & vincula, boni aliquid inesse
certaminis poterit? Etiā inq̄t. Est em̄ Christo p̄ me initū
certamē, q; vinculis astringor. Nā & q̄ p̄ bonis hisce mū-
danis decertāt, multos conterūt sese exercēdo & insudan
do dies, & vno ac breui momento victores referunt pal-
mā. At Christi athletas certantes, præmia quædā perpe-
tua manēt & clara. Videor itaq; certamē bonum certas-
se, q̄d & iucūdum est & decorū. **Cursum consummaui.**
Quid ni? cum ei abunde euāgelium prædicāti ab Ierusa-
lē vndeq̄q; ad Illyricū vsq; decursum est, & ita decursum, Roma.15
vt multa interciderent impedimēta, mortes scilicet, insi-
diæ, & alia pleraq; aduersantia. Nec secus ac igneas alas
haberet, q̄multas regiones prædicās incredibili celerita-
te puasit. **Fidē seruaui.** Erāt em̄ q̄multa quæ fidem hanc
intercipere conarent, cū cōminationes & mortes, tū vbi
hæc parū valeāt, ad gratiā & voluptatē, p̄missa. Ipse tn̄ fu-
rem q̄maxime cauēs, vigil & excitus, istiusmodi vniuer- Lucæ.12
sis reluctabat. **De reliquo reposita est mihi corona
iustitiæ.** Satis hæc sane quæ dicta sunt, ad consolationē
facere videbant. Verū hoc loco & præmia adijcit, vt ma-
gis ac magis discipulum excitet, & confirmet. Neq; enim
dolēdum est inq̄t, q̄nquidem coronam sum accepturus.
Per iustitiā aūt vnumq̄dq; virtut; genus vel hoc loco desi
gnat. **quā reddet mihi dominus in illo die iustus
iudex.** Neq; em̄ dabit inq̄t, sed reddet, tanq̄ debitum ali-
q̄d, nō munus sit receptur⁹. Quippe q̄ iustior sit mercedē
oīno decernet laboribus. Fit itaq; vt vel debita corona
hæc sit ob iudicis æq̄tatem. **Non solum aūt mihi, sed
& oībus qui diligunt aduentum eius.** Hoc loco vr

ipsum excitauit Timotheum, dicens: Si oībus, longe magis & tibi. Verū qs hunc aduentare desiderat? Is nempe, q ꝓ eius aduentus dignitate se gesserit. Quo fit, vt q ea non egerit, nil videat vt iterato ad nos ille se conferat, cupere, sed potius id detestari, ne digna factis recipiat merita. Epiphania aūt græce eo aduētus dicit, qa supne apparet & cælitus orit. Præt hunc vero vniuersalem aduentū siue apparitionem, vt Græci dicūt, est & alius quidā, q & seipm his

Iohan. 14 præbet visendum, q se vt visant, merent. non mūdo, quēadmodum & alibi dicit, Ego & pat veniemus, & mansionem apud eum faciemus. **Festina ad me venire cito.** Cur ad se Paulus reuocat Timotheum, præsertim cum ei credita esset & demandata Ephesina ecclesia, & genus id omne Ephesiorū? Nimirū quia & vinculis coercebat, & in carcerē fuerat à Nerone coniectus: Nec ad Timotheū licebat ei accedere, & ideo Romā hunc ad se reuocat, cupiēs forsitan priusquā mortē obiret, complura illi cōmittere. **Demas enim me dereliquit, diligens hoc seculum & abijt Thessalonicam.** Non em dixit vt te visam anteq moriar, ne illi mortem afferret, sed qa solus sum destitutus, nec quenpiā habeo ad euāgelium diuulgādum adiutorem. Accelera ergo tuū ad nos reditum, verū qd sibi vult illud, diligens hoc seculū? Id quidem, p inde ac si dicat: Quietē & otiū abiens ille adamauit, & in tuto esse decreuit. Maluit em domi p delicias viuere, q mecū piclitari. Et hac in re solū hunc videt arguere, cū tn cohortari nos potius velit, ne in periculis reimollescamus, q hunc criminari: q netiā vt Timotheū ad se celerius trahat, id dixit. **Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.** Hos quidem nil carpit Apl's, Titus siquidē int præstantiores erat, & admirabiles viros cūnumerandus, ita vt huius curæ fuerit Creta insula demādata. Hi itaq duo haudqq seculi huius cupiditate, vel alia q̄uis necessitate, sed prædicādi gratia alio se cōtulerunt. **Lucas est solus mecum.** Is nāq sic Paulo ipsi adhæserat, vt ab eo nunquam discederet,

Idem præterea & euāgelium & apľoꝝ acta vniuersa cō-
ſcripſit, de hoc item & Paulus meminit, dicēs: Cuius laus
in euāgelio eſt per oēs eccleſias. Marcū aſſume & ad 2.Cor.8
ducte cum: eſt enī mihi vtilis in miniſterio. Nō in
otium dicit, ſed in euangelij miniſteriū. Apľs nāq; & ſi vin
culis erat conſtrictus, prædicādi tñ id munus nō intermiſe
rat, coq; & Timotheum non ſine cauſa reuocat, ſed euan
gelij, vt nihil fideles ſui obitus tpe obturbarent, cum mul
ti eſſent ex eius diſcipulis affuturi, q turbā & tumultus ſi q
forte oborirent, ſedarēt, cōfirmarētq;, q eius mortem fer-
rēt intolerātius. Erat eñ neceſſe vt magni eſſent momē-
ti viri, qbus Roma demandaret in curā. Tychicū aūt
miſi Ephesum. Solus itaq; derelinquor, q̃ circa neceſſa-
rius eſt tuus ad me aduētus. Penulam quam relique
ram in Troade apud Carpum, veniens affer te-
cum & libros. Penulam. i. veſtem: Hanc eñ depoſcit, ne
ab alijs exigere indumenta cogat. Vbiq; eñ plurimum ca
uit, ne alioꝝ ope indigeret, aut cuiquam oneri eſſet. Non
nulli vero arculam hanc eſſe dicunt, q̃ libri reconderent.
Verum quid libris indiguit, qui propediem eſſet ad deū
demigraturus? Vt illos nimiꝝ fidelibus poſt ſuam mor-
tem relinqueret, quos ſui loco haberēt, maxime autem
membranas. Hi forſitan libri vtiliora quædam in ſe cō
tinebant. Alexāder faber ærarius multa mala mi
hi oſtendit. Huius aūt meminit tentationis & mali, non
vt hūc carpat: ſed vt Timotheo ſuadeat, magno animo fe
rat aduerſa, quæ ab infimis & vilioribus ingerunt. Pleriq;
eñ cum à præſtantibus viris vexant, fortiter tolerant, q a
diuexantium magnitudo ſolet. Ab his vero aliquid per-
peti, qui & tenues ſint & abiecti, angere magis & vrgere
videt, ideoq; & Paulus inquit: Multa mihi mala oſtendit,
hoc eſt, admodum me oppreſſit & varijs modis. Accedit
præterea q hi qui nullius ſunt pretij, nec vlla ſunt inſigni-
ti virtute, cum alioꝝ de ſe iudicium negligūt, vbi aliquem
cœperint diuexare, nil prorſus de ſua malignitate remit
tunt, nec parcunt ei quem ſemel vt perdant aggrediunt.

reddet ei dominus secundum opera eius. Confide. Non em̃ impune hæc illi ꝓcedent, sed reddet dñs. i. red diturus est. Quod Pauli dictum, vaticinij potius obtinet locũ, q̃ execrationis & voti. Non em̃ id dixit, vt aliorũ deposcat supplicia (qppe q sanctitate polleret) sed prædicatiõis necessitate cõpulsus, vt cõprimerẽt q se interciperẽt prædicantem. Qđ sane vel hos admodũ consolat̃, q imbecilliores sunt, & in fide nondum obfirmati, credẽtes nullã habere impunitatẽ pctã. quem & tu deuita. Nõ pœnis hunc inqt, & supplicijs afficias velim, ꝓsertim cum vt id facere illi p spũs sancti grãm licuisset, sed declinandum ab eo secedẽdũq; ꝓcipit, deo itẽ remittẽs & pœnas. Valde em̃ restitit verbis meis. Id est, obsistendo oppugnat ꝑdicationis mea dicta. In prima mea defensiõe nemo mihi affuit, sed oẽs me deliquerũt. Rursum & tẽtationes alias & ꝑssuras enarrat, vt longe magis discipulum consolet̃. Prima defensione, quã illã dicit? Hanc scilicet: nã cum primũ esset Neroni illi sæuissimo adstitutus, mortẽ euasit, & ita vt eo ex tpe ꝑdicãdi sibi esset facul

Actu.28 tas. Sed cũ instruxisset ad fidẽ, quẽ Nero vini habebat domi prægustatorẽ, mox ille vesania furens, & Paulũ conie cit in carcerẽ, & paulo post ei caput ꝑcidit. Timiditatem prętendit, cũ oẽs se deseruisse fatet̃, subinde diceret: Vel familiares & domestici, ꝓdidere, & q̃uis sum consolatione priuatus. Ipse ergo si qñ fueris medijs in malis ab om̃ibus destitutus, eãdem adhibe ad te consolandũ medelã, q̃ ipse sum in tpe vsus. Non illis imputetur. Vides quẽadmodum his vel grauit̃ delinquentibus, veniã impartit: q̃s cum haberet familiaritatẽ coniunctos, se tñ destituissent. Non em̃ æque ab alijs paruifieri nos stomachamur, ac cũ à notis & domesticis ipsi contẽnimur. Precat̃ tñ id facinus minus his in pctm̃ ascribi, tãetsi summum sit scelus & nõ negligendũ, sed em̃ animaduersione & supplicio dignũ. Dñs aũt mihi astitit. Ecce & alium quendã in modũ discipulum consolat̃, affirmatq; se, q sit ab hoĩbus dereli-

ctus, à deo non deseri: Nec pmitti, vt graue aliquid molestum ve patiat. ꝛ confortauit me. Hoc est, fidentiorem me fecit, & fiduciā mihi largitus est, neq; vt conciderē animo, ille permisit. vt p me prædicatio impleatur. Aduerte immensam viri huius humilitatem. Non em̄ (inqt) q̄si huius sim muneris dignus, eo mihi & vires deus suffecit, sed vt euāgelij impleat per me prædicatio .i. confirmetur. Vel vt absoluat & finē habeat. Nec secus mecum agatur si euāgelium illud absoluero, ac agi solet cum his, qui eo mortem deuitāt, q a regijs sint insignibus communiti. ꝛ audiāt oēs gentes. Hoc est, vt cūctis celebrior fiat & notior prædicationis hæc gloria, & q̄d mihi, pspexerit deus, oībus innotescat. ꝛ liberatus sum de ore leonis. Hoc est, Neronis. Leonem em̄ hūc n̄oiat, ob eius imperij robur & magnitudinē. Vel forsan ob eius sæuitiam. Non em̄ longe à morte tūc abfuit, cum primo in fauces incidisset leonis. ꝛ liberabit me ab oīi opere malo. Tunc qdem me inqt à corporis morte exemit. Postq̄ vero satis iam prædicauero, hunc hauddubie spero non mō mea corporea hac internecione liberatuꝝ, q ppe qui delibandus iā sim, sed vel ab oīi opere malo, hoc ē, oīi pctō, perinde ac si dicat: Neq̄q̄ me sinet in morte hac tolerāda flaccescere, sed adusq; sanguinem vires suppeditabit obsistendi pctīs. Quod sane haud secus duxerim, ac si feri & sensibilis leonis faucibus cōmolerer. Est itaq; hæc salus longe maioris existimāda, q̄ prior illa q̄ mortē euaserat. ꝛ saluum faciet in regnum suū cæleste. Hoc est, ex omni me ille delicto eripiet, & ibi tutabit. Idem̄ est in regnum cęleste saluum reddi, cum in hac vita mortem p Christo obimus. Ait nanq; q in hoc mundo animam oderit suā, in vitā suabit æternā. Erit ergo vera hæc salus, cum in cælesti regno fulgebimus. cui gloria in secula seculorum, Amen. Ecce nūc haud secus filio gloriam quam patri & laudem impartitur, is nanq; dñs est. Saluta Priscam, ꝛ Aquilam. Hi sunt q Apollo i lum ex

Iohan. 12

Actu. 18

cipientes edocuerunt, ad quos & Paulus ipse diuerterat, & quorum frequenter meminit. Praeponit autem foeminam viro, id est, Priscam Aquilae, quia & fidelior erat & firmior. Haec enim Prisca & Apollo simul ad fidem instituit, & Ap'm frequenti excepit hospitio. Iubet aũt vtrosq; salue re, vt suam in hos praeferat charitatem. ꝛ **Onesiphori domum.** Hoc est, q̃s domi habet. Ipse nanq; Romę erat, & Pauli curam, carcere & vinculis detenti, susceperat vt dictum est. Ex hmõi autem impartita salute facit hos prõptiores, vt suum Onesiphorum in praestandis obsequijs imitent. **Erastus remãsit Corinthi, Trophimum vero reliqui infirmum Mileti.** Cũ in superioribus nullam horum mentionem fecisset, nunc meminit, arguitq; se vndiq; destitutum, vt Timotheum mox cogat ad se redire. Miletum vero Ephesi erat ꝓpinquior locus. Potest ita q; coniectura intelligi Paulum Romã versus nauigantẽ. Mileti hunc reliquisse. Siue cum prius Romam venisset, deinde ad eas se partes cõtulerit, nil habeo certi quod asserã. **Festina ante hyemem venire.** Cum em̃ vndiq; deseror, vt perspici licet, omni studio tuum ad me accelera reditum. Nec priusquam moriar inquit accedito. Id nã q; moerorẽ illi afferret. Sed ne hyeme interceptus adesse nequeas, nec me visendi habeas facultatem. Id em̃ subintelligi debet, tametsi min⁹ expressit. **Salutat te Eubulus ꝛ Pudens ꝛ Linus.** Hunc Linum ferunt nõnulli post Petrum Romae secũdum fuisse episcopũ. ꝛ **Claudia.** Vides quemadmodum & foeminae in fide essent ardentiores, & mundo iam crucifixae. Atqui nulla in re inferius est foemineum genus, virorum conditione, si modo velint ad bonum eniti. Nam & viros inuitae huius negotijs plurimum iuuant, vtpote quae domus curã suscipiunt, q̃ viri dempta paratiores reddunt, siue ad ciuilia ꝓcuranda, siue ad exequendum quę spũs sunt, & spiritalibus in reb⁹. Exercendaq; continẽtia, pleraeq; potiores sunt viris, ad decusq; ipm & sanctimoniã praeferendã, tolerãdaq; ieiunia

accõmodatiores: ita vt nil denicß sit q̃d muliebre id gen⁹ si se virtuti addixerit, interpellet. ⁊ omnes fratres. Horũ neminem noĩe exprimit. nã cum maxima esset fidelium multitudo, illos dũtaxat noĩe explicat, q̃ & clariores eẽnt, & humanarꝫ rerꝫ omnem iam euasissent cupidinẽ, & spiritus ardore pollerent. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Nil inquit doleas ꝙ sim abs te abscessurus, dñs nancß tecum est. Nec tecum dixit, sed cum spiritu tuo. Duplex est itacß opitulatio, & grãe spũs, & dei qui huic faueat. Quin illud præterea patefacit, tunc quidem nobiscum futurum dominum, cum spiritũ ipsum apud nos asseruabimus, nihil hunc per nequitiam repellentes. Gratia vobiscum. Amen. Eidem demum bene precat̃, vt deo in perpetuum placeat, apud eundemcß & gratiã assequatur. Nam quemadmodum qui imperatoris assiduo vtatur conspectu, sitcß & illi pergratus, nil potest omnino quod molestum sit perpeti. Sic & si ab amicis deserimur, dei modo nos gratia muniat, subire malum nequibimus. Quod sane fieri haud aliter poterit, nisi & ipsi eã facere connitamur, quæ deo sunt grata. Et quemadmodum domi hi sunt seruorum gratissimi dominis, qui illos rectis operibus magis oblectant, sic nostrũ quilibet apud dominum illum communem inuenturus est gratiam, si ea animo & cogitatione versabit, quæ illius sunt, cui in secula laus & gloria sit.

Scripta è Roma ad Timotheum secunda cum Paulus iterꝫ sisteretur Cæsari Neroni.

ARGVMENTVM IN EPISTOlam ad Titum.

Titum cõmonefacit et instruit de constitutione presbyterii, et de spirituali conuersatione et hæreticis uitandis, qui traditionibus Iudaicis credunt, scribens ei a Nicopoli.

Christo Iesu, persecutionē patientur. Vel id maximè valet ad consolandū. Quid inquit, de me solo hæc dixerim, cum oēs qui volunt in Christo Iesu, & secundū euāgelium pie vitā hanc ducere, persecutionibus affligantur necesse sit? Persecutiones aūt hoc loco dicit, non eas solū quæ ab infidelibus inferuntur, sed pressuras quaslibet & labores, quos subeūt qui virtuti se addixere. Est nanq; hæc
Iob.14. vita secundum Iob tentatio quædā, & q̄ per angusta incedit, & necessario premitur. Mali autē homines & seductores proficiunt in peius, in errorem mittentes & ipsi errantes. Nihil velim propterea obturberis, si in delicijs illi, in pressuris ipse vitam hanc degas. sic enim fert ipsarū rerum natura. Insisti certamen. desudes itaq; necesse est. Est quidem plane insulsum, quietem certando & otium quærere. Illi eīm peruersi & seductores, & si videntur proficere, haudquaq̄ in melius prouehuntur, cū in erroribus eorū oīs constet esse prouectus. Vt aūt in peius illud quod dixerat explicaret, hos & in errores inducere, & errare subiecit. Tu vero permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi. Ipse (inquit) immobilis persta, nec prauis & malignis in rebus quenpiam æmulabere, nec eum quidem, cui oīa prospere cesserint. Non eīm simpliciter didicisti, vt q ea quæ à nobis acceperas, & credita sunt cum certitudine, & fide perdidicisti. Itaq; si contra res euenire ac institutus es, ipse prospexeris, noli id molesto animo ferre, qn̄quidem & Abraam, etsi audisset, in Isaac vo-
Gene.21. cabitur tibi semen, eundem tn̄ iussus vt immolaret, nil est
Gen.22. obturbatus. sciens a quo didiceris. Et quia ab infantia sacras literas nosti. Duas causas affert, quibus debeat ille immobilem se præstare: cum quia non ab aliq̄ parui momētj viro, sed à se Paulo ea didicerit. quod perinde est dicere, acsi à Christo acceperit: tum quia non nuper aut pridie, sed à paruis fuisset edoctus. Quasi dicat, irradicata est in te diuina scientia, & ita, vt nequaq̄ sit insanum aliquod & stolidum facinus, vt subeas permissura, &

qualia multi perpetiunt. Nã qui sacris literis fuerit vt decet instructus, nunq̃ accepto proposito immutabitur. Sacras aũt literas dicit diuina scripta. quæ te possunt instruere ad salutẽ per fidem, quæ est in Christo Iesu. Non enim vt exterior hæc mundana scientia, hominẽ ad fallacias, circunuentiones, & concertationes verborũ erudit, sic diuina illa nos instruit. quin potius ad salutẽ instituit. Quã illam si quæras, non ea certe q̃ operibus constat & verbis, sed quæ in Christo Iesu fide consistit. Nã cũ sacra hæc scripta hominem in Christũ vt credat inducũt, salutẽ ei hauddubiam pariunt. Omnis em̃ scriptura diuinitus inspirata vtilis est. Quãmultis explicatis ad consolandum hunc modis, nunc quæ maxima est, cõsolationem inducit, eã videlicet, quæ ex sacrarũ literarũ lectione affertur. Est em̃ triste aliquid illi denuntiaturus, ꝙ propediem ei sit obeundum. Ne itaq; aĩo concidat, vt pote qui præceptore sit paulopost se consolante priuandus, habes inquit in mei vicem scripturas, q̃ & leuare te poterunt & prodesse. Quærũt nonnulli, cur Paulus dixerit, oĩs scriptura diuinitus est inspirata? quod si ita est, ergo & gẽtilium scripta à deo suggesta sunt? Oportuit sane hos non ignorare q̃d superius dixerat, ꝙ sacras literas nosti, nunc omnem scripturã dixisse. Quam illã? Nimirum quã ante expresserat, & de qua ꝙ sacra esset, disseruit. Scriptura itaq; oĩs q̃ istiusmodi est & diuinitus inspirat̃, vniuersis cõducit, vt inferius demonstrabit. ad docendũ, Prodest, inquit, quia nos instruit quid sit perdiscendum. Nihil est em̃ quod nequeat scripturis dissolui. ad arguendũ, Si coarguenda. s. fuerint mendacia. ad corripiendum, ad erudiendũ in iustitia. Si necesse est, inquit, vt aliq̃d vel corrigat̃, vel instruatur, hoc est, ad iustitiã reddi continentẽ & sobrium, & ea quæ iusta sunt exequi, ex sacris literis id omne suppeditabitur. vt perfectus sit homo dei, Emendatio inquit ex scripturis parat̃, vt nihil homini desit, qui secundum deũ incesseris. Si itaq; ipse integer fieri &

perfectior cupis, sanusq; & semp æquabilis reddi, nec cõtrahi aduersis exoptas, nec prosperis rebus efferri (id enim præfert perfectionem & mentis æquabilitatẽ) has sacras literas consule, cũ mea carebis pręsentia. Atqui si Timotheo spũ sancto oppleto, de eiusmodi lectione cõscripsit, quanto magis sumus & nos ad eã hortandi, qui spũ hoc indigemus? Aduerte aũt quemadmodũ ni sacrę literę opitulentur, integros nos & perfectos reddi non posse. **ad omne opus bonum instructus.** Non eñi simpliciter bonorũ est operũ particeps, sed instructus his ipsis & absolutus. Neq; vna aliq̃ in re erit ille pfectior, in aliis vero minime, sed ad omne opus quod rectum sit, & ad rem vnãquanq; est ille instructior. Caput IIII.

1.Tim.6. **Testificor corã deo & Christo Jesu, qui iudicaturus est viuos ac mortuos.** Etsi alibi Timotheum deterruit, inquiens, præcipio tibi coram deo, qui viuificat vniuersa, nunc tamen magis horrendũ reddit sermonem, cũ iudicium illud recordatur. Ait eñ, Illum ipse qui pœnas est exacturus, testem inuoco, qa neq; id te clam habui. Viuos ac mortuos, vel peccatores dicit & iustos, vel eos qui vita hac excesserunt, & qui tunc superstites deprehendentur. Nonnulli vero viuos & mortuos, aĩas ipsas & corpora intellexerunt. **& per aduentũ ipsius & regnũ eius,** Cum eñ ille iudiciũ facturus aduenerit, cum imperio prodibit & gloria, non ea qua prius humilitate concesserat. **prædica verbũ,** Quod ipse testificor, vt verbũ prædices, ne gratiã in occulto teneas. Quid vero nobiscum agetur, qui nil prædicamus? **insta opportune & importune,** Hoc est, instando & iubendo eloquere. Nec intercisa, sed perpetua vtere oratione & cõtinenti, ita vt nullum tibi ad prædicandum pręfinitum sit tempus, sed oportune insta. i. in pace & otio, cum in ecclesia pacifice nullo turbante verseris. Et importune . i. cum in discrimine fueris, vel extra ecclesiam loquere, & euangelium ipsum edissere. Oportunitatem vero & importu-

nltatem ad multorum dixit opinionem, existimantium oportunitatem quietem esse, importunitatem tpa periculosa & intempestiua. Et rursum edocendi hoc munus obeundum in ecclesia arbitrantur & oportunum ducunt, vt in ea euãgelium prædicet. Intempestiuũ vero & nil oportunum, cum de ecclesia eiectus id exequi velit. vel aliter pinde acsi dicat, Nihil vt homines delinquũt expectes, sed antequã facinoribus obstringantur, hos instrue. Vel oportune & importune, hoc est, quouis tempore euangeliũ p̃dica. **argue**, Videlicet, cum id videris necesse fore, & cũ delinquentem deprehenderis, vel vt delinquat futurum, nihil te subtrahas. **obsecra**, Vel mitioribus & supplicibus verbis vtere, ne quis in facinus prolabatur. **increpa**, Vbi aliquem deliquisse compereris & castigaris, si minus desistat, mox increpa, perinde acsi dicat: Quibusuis modis enitere vt medearis peccanti. **in omni patientia & doctrina**, Est nanque haud temere de his & mox desperãdum, qui praua commiserint, sed vel precibus est insistendum vt desinant malefacere, vel doctrina vt tandem resipiscant, admonendi. Et in omni patientia, hoc est, in q̃uis patientiæ genere, & quæ ita præstetur, vt õibus modis eluceat, tã operibus q̃ verbis & gestu. **Erit eñi tempus cum sanam doctrinam nõ sustinebunt.** Prius (inquit) hos q̃ erant præcipites corripe, eoq́ & superius dixit oportune & importune, id est, quousq; hos habeas obsequentes, quouis modo enitere. **sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros**, Temerariam & incõsultam præceptorum turbam coaceruabunt inquit. Hic patefacit, quod & à vulgo hi congerantur, qui nullis nituntur rationibus, sed vt animus tulerit, incõsiderate deferũ. Et eos efferunt laudibus & eligunt præceptores, qui suis fauent cupiditatibus, ipsorumq́ ad gratiam cuncta & voluptatem differunt & exequuntur. **prurientes auribus.** Hoc est, aures dũtaxat oblectãtes. Hoĩes enim istiusmodi deliniti, quę iuuent semper, & minus contristent,

audire percupiunt. & a veritate quidē auditum auertent, ad fabulas aūt conuertentur. Vides quemadmodum non ignari à veritate aberrēt, sed sciētes & vltro decipiant. Nā auersis inquit à veritate auribus, conuertūtur ad fabulas. Quo fit vt malū id voluntariū sit. Hæc aūt intulit, non vt in segnitiē inducat discipulū, sed magis suadeat vt tpis sui facilitate & otio recte vtat. Et si illud obti-
Matth 7. gerit, à Chro in eā sententiam denuntiatū, eius affligēdos esse discipulos, & irrupturos aliqn̄ lupos rapaces, ferat id animo ęquiori. Tu vero vigila, in oībus labora. Vides quēadmodum eo hæc illi p̄dixerit, vt vigilandū iniūgeret, perinde acsi dicat, Priusq̄ corruptionis hmōi & malorū tempus adueniat, & lupi irrūpant, labori incumbe & libent̄ insuda, vt oues in tuto constituas. opus fac euāgelistæ. Ergo illud erit euangeliū prędicantis negotiū, vt à seipso & vltro, tum ab his qui forinsecus sunt, mala perpetiatur, & labores excipiat non inuitus. ministeriū tuum imple. Tunc enim cuiuspiā cū officio ministeriū adimplet, cum opus impositum exequēdo, tolerat mala, & operando insudat. Ego em̄ iā delibor, & tēpus resolutionis meæ instat, Non em̄ immolor dixit, sed delibor, quod sane præstantius est. Siquidē haudquaq̄ q̄ immolationis sunt, ad deum oīa referuntur, libationis vero vniuersa. Bonū certamen certaui, Dicet aliquis, Cuius rei gratia magna de se quædā nunc Paulus iactat? Nō enim hæc iactandi gratia intulit, sed vt discipulum consolet, ne eius ob proximum è vita excessum, dolore & mœstitia afficeret. Qn̄quidem optimū esset vitæ finem iā habiturus, decessurus propediē ad coronas & palmā. Quēadmodum enim pater aliquis ferme iam moriens, vt filium sibi assidentem & mœstum soletur, his vtitur verbis: Fili, parce lachrymis, desine me obiturum deflere: recte enim & vitam duximus, trophęa ereximus, & plurimis sumus potiti victorijs, pro quibus & magnas nobis debet gratias imperator, cedentq; in tui admirationem & glo-

riam res per me gestæ. Haud sane dubium q̄n genitor il-
le hæc in suam laudē dixerit, vt mœrentem filiū consolet̃,
vt leui' ferat eius discessum. Sic dictis his Paulus & Timo
theum p̄ epistolā tanq̄ testamēto aliq̄ lenit, solat̃q;, inqui-
ens: Bonum certamē certaui, itaq; idip̄m & tu factites ve
lim, & certamē vt subeas istiusmodi. Dicet aliq̄s: Nū Pau
le cum catenæ tibi iā insint & vincula, boni aliquid inesse
certaminis poterit? Etiā inq̄t. Est em̄ Christo p̄ me initū
certamē, q̄ vinculis astringor. Nā & q̄ p̄ bonis hisce mū-
danis decertāt, multos conterūt sese exercēdo & insudan
do dies, & vno ac breui momento victores referunt pal-
mā. At Christi athletas certantes, præmia quædā perpe-
tua manēt & clara. Videor itaq; certamē bonum certas-
se, q̄d & iucūdum est & decorū. **cursum consummaui.**
Quid ni? cum ei abunde euāgelium prædicāti ab Ierusa-
lē vndeq̄q; ad Illyricū vsq; decursum est, & ita decursum, Roma.15
vt multa intercidèrent impedimēta, mortes scilicet, insi-
diæ, & alia pleraq; aduersantia. Nec secus ac igneas alas
haberet, q̄ multas regiones prædicās incredibili celerita-
te puasit. **fidē seruaui.** Erāt em̄ q̄ multa quæ fidem hanc
intercipere conarent̃, cū cōminationes & mortes, tū vbi
hæc parū valeāt, ad gratiā & voluptatē, p̄missa. Ip̄e tñ fu-
rem q̄ maxime cauēs, vigil & excitus, istiusmodi vniuer- Luca.12
sis reluctabat̃. **De reliquo reposita est mihi corona
iustitiæ.** Satis hæc sane quæ dicta sunt, ad consolationē
facere videbant̃. Verū hoc loco & præmia adijcit, vt ma-
gis ac magis discipulum excitet, & confirmet. Neq; enim
dolēdum est inq̄t, q̄n quidem coronam sum accepturus.
Per iustitiā aūt vnumq̄dq; virtut̃ genus vel hoc loco desi
gnat. **quā reddet mihi dominus in illo die iustus
iudex.** Neq; em̄ dabit inq̄t, sed reddet, tanq̄ debitum ali-
q̄d, nō munus sit receptur'. Quippe q̄ iustior sit mercedē
oīno decernet laboribus. Fit itaq; vt vel debita corona
hæc sit ob iudicis æq̄tatem. **Non solum aūt mihi, sed
& oībus qui diligunt aduentum eius.** Hoc loco vr̃

ipsum excitauit Timotheum, dicens: Si oĩbus, longe magis & tibi. Verũ qs hunc aduentare desiderat? Is nempe, q̃ ꝓ eius aduentus dignitate se gesserit. Quo fit, vt q̃ ea non egerit, nil videatur vt iterato ad nos ille se conferat, cupere, sed potius id detestari, ne digna factis recipiat merita. Epiphania aũt græce eo aduẽtus dicit, qa supne apparet & cælitus orit. Præt hunc vero vniuersalem aduentũ siue apparitionem, vt Græci dicũt, est & alius quidã, q̃ & seipm his
Iohan.14 præbet visendum, q se vt visant, merent. non mũdo, quẽadmodum & alibi dicit, Ego & pat veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Festina ad me venire cito. Cur ad se Paulus reuocat Timotheum, præsertim cum ei credita esset & demandata Ephesina ecclesia, & genus id omne Ephesiorũ? Nimirũ quia & vinculis coercebat, & in carcerẽ fuerat à Nerone coniectus: Nec ad Timotheũ licebat ei accedere, & ideo Romã hunc ad se reuocat, cupiẽs forsitan priusquã mortẽ obiret, complura illi cõmittere. Demas enĩ me dereliquit, diligens hoc seculum & abijt Thessalonicam. Non enĩ dixit vt te visam anteq̃ moriar, ne illi mortem afferret, sed qa solus sum destitutus, nec quenpiã habeo ad euãgelium diuulgãdum adiutorem. Accelera ergo tuũ ad nos reditum, verũ qd sibi vult illud, diligens hoc seculũ? Id quidem, pinde acsi dicat: Quietẽ & otiũ abiens ille adamauit, & in tuto esse decreuit. Maluit enĩ domi p delicias viuere, q̃ mecũ piclitari. Et hac in re solũ hunc videt arguere, cũ tñ cohortari nos potius velit, ne in periculis remollescamus, q̃ hunc criminari: qnetiã vt Timotheũ ad se celerius trahat, id dixit. Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam. Hos quidem nil carpit Apl's, Titus siquidẽ int præstantiores erat, & admirabiles viros cũnumerandus, ita vt huius curæ fuerit Creta insula demãdata. Hi itaq3 duo haudq̃q̃ seculi huius cupiditate, vel alia q̃uis necessitate, sed prædicãdi gratia alio se cõtulerunt. Lucas est solus mecum. Is nãq3 sic Paulo ipsi adhæserat, vt ab eo nunquam discederet,

Idem prætereà & euãgelium & apl'orũ acta vniuersa cõscripsit, de hoc item & Paulus meminit, dicẽs: Cuius laus in euãgelio est per oẽs ecclesias. Marcũ assume & adduc tecum: est em̃ mihi vtilis in ministerio. Nõ in otium dicit, sed in euangelij ministeriũ. Apl's nãq;, & si vinculis erat constrictus, prædicãdi tñ id munus nõ intermiserat, eoq; & Timotheum non sine causa reuocat, sed euangelij, vt nihil fideles sui obitus tpe obturbarent, cum multi essent ex eius discipulis affuturi, q turbã & tumultus si q forte oborirent, sedarẽt, cõfirmarẽtq;, q eius mortem ferrẽt intolerãtius. Erat em̃ necesse vt magni essent momẽti viri, qbus Roma demandaret in curã. Tychicũ aũt misi Ephesum. Solus itaq; derelinquor, q̃ circa necessarius est tuus ad me aduẽtus. Penulam quam reliqueram in Troade apud Carpum, veniens affer tecum & libros. Penulam. i. vestem: Hanc em̃ deposcit, ne ab alijs exigere indumenta cogat. Vbiq; em̃ plurimum cauit, ne aliorũ ope indigeret, aut cuiquam oneri esset. Nonnulli vero arculam hanc esse dicunt, q̃ libri reconderent. Verum quid libris indiguit, qui propediem esset ad deũ demigraturus? Vt illos nimirũ fidelibus post suam mortem relinqueret, quos sui loco haberẽt, maxime autem membranas. Hi forsitan libri vtiliora quædam in se cõtinebant. Alexãder faber ærarius multa mala mihi ostendit. Huius aũt meminit tentationis & mali, non vt hũc carpat: sed vt Timotheo suadeat, magno animo ferat aduersa, quæ ab infimis & vilioribus ingerunt. Pleriq; em̃ cum à præstantibus viris vexant, fortiter tolerant, q a diuexantium magnitudo solet. Ab his vero aliquid perpeti, qui & tenues sint & abiecti, angere magis & vrgere videt, ideoq; & Paulus inquit: Multa mihi mala ostendit, hoc est, admodum me oppressit & varijs modis. Accedit præterea q hi qui nullius sunt pretij, nec vlla sunt insigniti virtute, cum aliorũ de se iudicium negligũt, vbi aliquem cœperint diuexare, nil prorsus de sua malignitate remittunt, nec parcunt ei quem semel vt perdant aggrediunt.

2. Cor. 8

reddet ei dominus secundum opera eius. Confide. Non eñ impune hæc illi pcedent, sed reddet dñs. i. redditurus est. Quod Pauli dictum, vaticinij potius obtinet locũ, q̃ execrationis & voti. Non eñ id dixit, vt aliorũ deposcat supplicia (qppe q sanctitate polleret) sed prædicationis necessitate cõpulsus, vt cõprimerẽt q se interciperẽt prædicantem. Qđ sane vel hos admodũ consolaẽ, q imbecilliores sunt, & in fide nondum obfirmati, credẽtes nullã habere impunitatẽ pctã. quem & tu deuita. Nõ pœnis hunc inqt, & supplicijs afficias velim, pſertim cum vr id facere illi p spũs sancti grãm licuisset, sed declinandum ab eo secedẽdũq; pcipit, deo itẽ remittẽs & pœnas. Valde eñ restitit verbis meis. Id est, obsistendo oppugnat pdicationis meã dicta. In prima mea defensiõe nemo mihi affuit, sed oẽs me deliquerũt. Rursum & tẽtationes alias & pſuras enarrat, vt longe magis discipulum consolet. Prima defensione, quã illã dicit: Hanc scilicet: nã cum primũ esset Neroni illi sæuissimo adstitutus, mortẽ euasit, & ita vt eo ex tpe pdicãdi sibi esset facultas. Sed cũ instruxisset ad fidẽ, quẽ Nero vini habebat domi prægustatorẽ, mox ille vesania furens, & Paulũ conie-

Actu.28 cit in carcerẽ, & paulo post ei caput pcidit. Timiditatem prętendit, cũ oẽs se deseruisse fateẽ, subinde diceret: Vel familiares & domestici, pdidere, & quis sum consolatione priuatus. Ipse ergo si qñ fueris medijs in malis ab omibus destitutus, eãdem adhibe ad te consolandũ medelã, q̃ ipse sum in tpe vsus. Non illis imputetur. Vides quẽadmodum his vel grauiẽ delinquentibus, veniã impartit: qs cum haberet familiaritatẽ coniunctos, se tñ destituissent. Non eñ æque ab alijs paruifieri nos stomachamur, ac cũ à notis & domesticis ipsi contẽnimur. Precaẽ tñ id facinꝰ minus his in pctm ascribi, tãetsi summum sit scelus & nõ negligendũ, sed eñ animaduersione & supplicio dignũ. Dñs aũt mihi astitit. Ecce & alium quendã in modũ discipulum consolaẽ, affirmatq; se, q sit ab hoibus dereli-

ctus, à deo non deseri: Nec pmitti, vt graue aliquid mole stum ve patiat. ꝛ confortauit me. Hoc est, fidentiorem me fecit, & fiduciā mihi largitus est, neq; vt conciderē ani mo, ille permisit. vt p me prædicatio impleatur. Ad uerte immensam viri huius humilitatem. Non ēm (inqt) q̄si huius sim muneris dignus, eo mihi & vires deus suffe cit, sed vt euāgelij impleat per me prædicatio. i. confirme tur. Vel vt absoluat & finē habeat. Nec secus mecum aga tur si euāgelium illud absoluero, ac agi solet cum his, qui eo mortem deuitāt, q a regijs sint insignibus communiti. ꝛ audiāt oēs gentes. Hoc est, vt cūctis celebrior fiat & notior prædicationis hæc gloria, & q̄d mihi, pspe xerit deus, oibus innotescat. ꝛ liberatus sum de ore leonis. Hoc est, Neronis. Leonem eñ hūc n̄oīat, ob eius imperij robur & magnitudinē. Vel forsan ob eius sæuiti am. Non eñ longe à morte tūc abfuit, cum primo in fau ces incidisset leonis. ꝛ liberabit me ab oī opere ma lo. Tunc qdem me inqt à corporis morte exemit. Post q̄ vero satis iam prædicauero, hunc hauddubie spero non mō mea corporea hac internecione liberatum, qppe qui delibandus iā sim, sed vel ab oī opere malo, hoc ē, oī pctō, perinde ac si dicat: Neq̄ q̄ me sinet in morte hac to lerāda flaccescere, sed adusq; sanguinem vires suppedita bit obsistendi pctīs. Quod sane haud secus duxerim, ac si feri & sensibilis leonis faucibus cōmolerer. Est itaq; hæc salus longe maioris existimāda, q̄ prior illa q̄ mortē eua serat. ꝛ saluum faciet in regnum suū cæleste. Hoc est, ex omni me ille delicto eripiet, & ibi tutabit. Idem eñ est in regnum cęleste saluum reddi, cum in hac vita mortem p Christo obimus. Ait nanq; q in hoc mundo animam oderit suā, in vitā fuabit æternā. Erit ergo vera hæc salus, cum in cælesti regno fulgebimus. cui gloria in secula seculorum, Amen. Ecce nūc haud secus filio gloriam quam patri & laudem impartitur, is nanq; dñs est. Sa luta Priscam, ꝛ Aquilam. Hi sunt q Apollo i lum ex

Iohan. 12

Actu. 18

accōmodatiores: ita vt nil deniq; sit q̄d muliebre id gen⁹ si se virtuti addixerit, interpellet. & omnes fratres. Horū neminem noīe exprimit. nā cum maxima esset fidelium multitudo, illos dūtaxat noīe explicat, q & clariores eēnt, & humanarū rerū omnem iam euasissent cupidinē, & spiritus ardore pollerent. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Nil inquit doleas q̄ sim abs te abscessurus, dn̄s nanq; tecum est. Nec tecum dixit, sed cum spiritu tuo. Duplex est itaq; opitulatio, & gr̄æ sp̄ūs, & dei qui huic faueat. Quin illud præterea patefacit, tunc quidem nobiscum futurum dominum, cum spiritū ipsum apud nos asseruabimus, nihil hunc per nequitiam repellentes. Gratia vobiscum. Amen. Eidem demum bene precat̄, vt deo in perpetuum placeat, apud eundemq; & gratiā assequatur. Nam quemadmodum qui imperatoris assiduo vtatur conspectu, sitq; & illi pergratus, nil potest omnino quod molestum sit perpeti. Sic & si ab amicis deserimur, dei modo nos gratia muniat, subire malum nequibimus. Quod sane fieri haud aliter poterit, nisi & ipsi eā facere connitamur, quæ deo sunt grata. Et quemadmodum domi hi sunt seruorum gratissimi dominis, qui illos rectis operibus magis oblectant, sic nostrū quilibet apud dominum illum communem inuenturus est gratiam, si ea animo & cogitatione versabit, quæ illius sunt, cui in secula laus & gloria sit.

Scripta ē Roma ad Timotheum secunda cum Paulus iterū sisteretur Cæsari Neroni.

ARGVMENTVM IN EPISTOlam ad Titum.

Titum cōmonefacit et instruit de constitutione presbyterii, et de spirituali conuersatione et hæreticis uitandis, qui traditionibus Iudaicis credunt, scribens ei a Nicopoli.

IN EPISTOLAM AD TITVM Theophylacti prologus.

Titus hic cum probitate cæteros anteiret qui cum Paulo uersaretur, idcirco et Cretæ maximæ insulæ in episcopum electus et cõsecratus præficit, et tam multi sibi episcopi et iudicandi et consecrandi sunt crediti. Nunc itaq;, et ut suppleret quod cuiq; forte deesset, tanq̃ probatissimo uiro, per hanc epistolam demandatur. Quam uti q; Paulus prius illi conscripsit q̃ uinculis coerceretur, cum animo quietior esset, et otio abundaret. Non enim ullas his literis pressuras cõmemorat. Arbitror præterea epistolam hanc prius fuisse conscriptam, quã ad Timotheum superior hæc scriberetur: quippe morti cum esset propinquior, scripserit. Facit itaq; hac in epistola frequentius de gratia mẽtionem quæ nobis saluti fuit, satis existimans ad consolationem hanc ualituram. Nam qui secum reputat quis antea extitisset, et quibus sit postmodum donis dignatus, et gratia quali affectus, studebit enixius nil eum ad iracundiam concitare, qui de se fuerit tam benemeritus. Inuehit etiam in Iudæos, quorũ si uniuersum genus et respuit et detestatur, nil mirũ. Non enim tanq̃ maledicus et detractor hos improbat, sed immenso dei amore et zelo ductus, id facit. Quemadmodum et Christus pharisæis indignabundus exprobrat multa, non sui gratia, sed quia alios perderent. Perbreuẽ autem scribit epistolam, ut uel ex ea Titi perdiscam virtutem. Virum enim tantum ut confirmaret, haudquaq̃ longiori opus erat oratione, sed hunc ut paucis admoneret.

Matth.15 & 23

Caput .I.

PAVLVS seruus dei, apostolus autem Jesu Christi. Diuerse Paulus suum nomen imponit epistolis. Nunq̃ em̃ dei suum, vel dei se apostolum asserit. Nunc vero cõtra, qppe q nil inter nosceret à filio prẽm differre, nec à patre filiũ. secundũ fidem electoꝝ dei & agnitionẽ veritatis, quæ secundũ pietatem est. Multipliciter poteris id intelligere: Vel quia apostolus sum, vt per me qui electi sunt credãt, vel quia vt apostoli munere fungerer, sum non meis vllis officijs destinatus, sed quia ita deo fit visum, vt mihi eius electi, vel p̃dicanti prębeant fidem. Quo fit, vt id omne eius sit grã factum, qui mihi euãgeli

um credidit. Nec qa dignior sim, sed electorũ ob causam hanc ipse dignitatē accepi. Proinde vt ad hæc aliquid etiã per nos operæ conferendum esse demonstret, & agnitionem veritatis adiecit, perinde ac si dicat, quia euangelij veritatem cognorim, eo & illud mihi credendum est. Quin potius nec à nobis ea cognitio prodijt, sed ille causa est, vt hãc assequamur. Nã prius ipsi cogniti sumus, deinceps & nouimus. Vel quia vt cæteri electi, & ipse iã credidi, & veritatis adeptus sum notionem. Ad rerũ aũt Iudaicarũ differentiã, veritatis adiũxit. Illa quippe haudquaquã sunt vera, nec penitus mentiuntur, sed figurã quandam & vmbrã præferunt veritatis. Cunq; & nos electos appellat, Iudæos euertit tollitq;. Qui & si aliqñ alicuius momenti fuere, haudquaquã decætero hmõi sunt. Veritatis præterea cũ dixisset, quæ secundum pietatē est, statim adiecit. Est nãq; & in opificijs ipsis veri cognitio, videlicet vt agri colendi modum siue lignariam artem quis optime calleat. Nõ tñ de huiusmodi veritate sermo habetur, sed de ea q̃ in pietate consistit. **in spem vitæ æternæ,** Cum iam explicauerit quibus nos beneficijs affecerit deus, nunc & q̃ in futurum sit largiturus, enarrat. Et hæc sane veritatis cognitio in maximum nobis beneficium cedit. quippe q̃ simus vanis erroribus liberati, & pro eadē illa nos deus vita sempiterna condonat. Infert igitur, quia eum cognouimus q veritas est, vitam speramus æternam. Vides quemadmodum initio statim dei commemoret beneficia, vt Titum ipsum, vł potius quos Titus instrueret, deo de nobis tam benemerenti placere vt studeant, faciat promptiores. Cũ vero in spē inquit vitæ æternæ, Iudæis spem adimit, & velut inanem reddit, qui præsentem haberent in præmiũ vitam. **quam promisit qui non mentitur deus ante tempora secularia,** Si enim illum haudquaquã scimus mendacem, cõfert plurimum quod pollicitus est, vel post obitum ipsum. Hæc enim (inquit) superne prędestinauit, nec prædestinati hũc pœnitebit: neq; ob id quia Iudæi nõ

secum senserunt, istiusmodi est nobis pręmia collaturus, sed quia sic est diuina mente conceptum, & summa ille vt ante secula affectus est erga nos charitate. Est sane ingenuitatis nostræ argumentum non mediocre, quod ab ęterno tā to sit hic amore nos prosecutus. manifestauit aūt temporibus suis verbum suū in prædicatione. Ne quis forsan id quærat, Cur deus in his conferendis, quæ añ secula prædestinasset, tanta est vsus dilatione? Subdit itaque, id quidem dispensationis gratia egit, & vt tempore suo id faceret. Suis aūt dicit temporibus, pro debitis. s. & cōgruentibus. Verum quid ille manifestauit? Verbum videlicet suum, id est, euangelium. Quo modo? In pdicatione, hoc est, aperte & fidenter. Qui enim prædicat, nec quidpiam addit nec demit. Sic & ipsi ea nunc prædicamus, quæ sunt nobis iniuncta: ita tamen, vt exaudiri nos ab omnibus liceat, quemadmodum dixit & Christus, Prædicate supra

Matt. 10. domus fastigia, vt cum ex modo ipso, tum loco eius doctrinæ apertam synceritatem commendet. Manifestauit autem inquit eius verbum, vt ostendat cuncta euangeliū amplexari, vel ea quidē, quæ nobis sunt in præsentia collata, pietatem videlicet, fidem, & veritatem, & in futurum perpetuam vitam. Nonnulli vero verbum, filium ipsum intellexere. quæ credita est mihi secundum præceptū saluatoris nostri dei. Quæ (inquit) prædicatio mihi est demandata. Si res igitur ita se habet, nequaquā debeo quæ indigna sunt eo sentire, qui mihi hanc demandauit: nec aspernari aut grauiter ferre, quod mihi ē creditū. Et hæc quidem secundum præceptum mihi est credita pdicatio, hoc est, velim nolim, vt hanc exerceam necesse ē. Quæcunque enī vt fiant cogit necessitas, partim ex aliorū fiunt mandato, partim aliena exhortatione perficiuntur.

Matth. 5. Reconciliare nanque fratri tuo, iubentis est dictum: quod

Matth. 19 qui non egerit, pœnas luet. Illud vero, vēde substantiā, & Qui potest capere, capiat, adhortātis est. Et qui minus id exequetur, nequaq̄ est tormētis obnoxius. Mihi itaque in-

functa ex præcepto est prædicatio,hoc est,id vt agam ne- I.Cor.9
cesse est,& væ mihi si non euangelizauero,quod sane necessitatis est,non primatum concupiscētis. At cuius man datum hoc est,præceptum? Saluatoris nimirum dei. Ille itaq; qui vult saluos nos fieri deus,hæc ipsa iniunxit. Cur ergo salutare id opus nō subministret? **Tito dilecto filio.** Potest nanq; & filius dici,nec tñ dilectus,vt quispiam qui etsi Christianus sit,fornicator tñ est & auaritiæ deditus. Filius,quia per baptismum regeneratus: nequaq̄ vero dilectus,quia indignus est patre. **secundū communem fidē,** Cum Titum filium appellasset,& patris in mo rem hūc suscepisset,delatum tñ sibiipsi honorē imminuit, inquiens: Nil amplius ego sum,quā ipse quod secundum fidē habeas,assecutus. Est em̄ hæc vtrisq; nostrum cōmunis,per quā nobis & geniturā peperimus. Cur ergo filium hunc dicit? Nimirū vel vt sui amoris erga eū pferat magnitudinē,vel quia hūc ipse baptismi aqua pluerit. Cum igit̃ eadē vtrisq; sit fides,fraterno & mutuo vinculo connectūtur. Et quia Titum Paulus baptizarit,huius & pater nuncupat̃. Itaq; cū secundū fidem inqt,cōmunem fraternitatē prætendit. **Gratia, misericordia,pax a deo patre & dño Jesu Christo saluatore nostro.** Vel fraternā ex hoc cōiunctionē ostēdit,cū inqt,deo pr̃e,& Titū excitat, vt cui⁹ sit filius recordet̃,q; dei videlicet. Aduerte aūt q̄ vl̃ idiotis & secularibus bona precet̃,eadē hūc epō & doctori precari,qppe cū is pcipue diuina gr̄a egeat,q multis oneribus vrgeat̃: nec minus & misericordia,vt qui multis esset malis obstrictus: & pace,vt q perturbationibus & innumeris certaminib⁹ vexaret̃. Opus itaq; vel p vnum aliq̄d, quod recte gesserit,cęlos episcopū promereri,& ob semel malū commissum facin⁹,deferri ad inferos. **Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas.** Vt em̄ vel multorū in domibus quæ fuerint administrāda,partē singuli sibi desumunt & peragūt,sic & hi sibi diuersas sunt mundi plagas ad fidem instituēdas partiti.

Et ea tamen in re, omnes operam intendebant, quod sane hoc loco designat, cũ inquit, reliqui te Cretæ: Tanquã ipse illo relicto, alio prædicãdi gratia concessisset. Aduerte autem quemadmodum nihil hunc pudeat ad discipulum scribere, vt ea suppleret emendaretq́ue, quę fuissent à se intermissa. ad communem nãq; vtilitatem intendebat & commodum, non proprijs honoribus prospiciebat. Nec minus illud attende, quemadmodũ quæ laboriosa essent & plena discriminis, per se ipse exequebat: quæ vero vel gloriam essent vel laudem allatura, discipulo demandabat: episcoporum dico institutiones consecrationesq́ue, & huiusmodi quę ceremonijs indigent. **et constituas per ciuitates presbyteros, sicut et ego tibi disposui.** Presbyteros hoc loco episcopos dicit, sicuti & in epistola

1. Tim. 3. ad Timotheum prædixerat. Instituit autem vt ciuitatibus singulis, singuli præficerẽtur episcopi. Neq; enim volebat insulam vniuersam vni episcopo demandari, sed vnamquanq; vrbem proprium habere pastorem iniunxit, existimans hoc modo leuiorem fore toleratu laborem, & diligentius hos populum curaturos. **Si quis est sine crimine,** Si vitam scilicet duxerit inculpabilem, & q̃ nequeat criminis incusari. Si nemo inquit, huius carpserit viuendi

Matt. 6. modum. Si eñi lux ait tenebræ sunt, tenebræ quantę erũt? **vnius vxoris vir,** Vt hæreticorũ ora occludat, nuptias obtrectantium, vel eum qui vxorem habeat, in episcopũ suscipit. Nam adeo honorabile cõiugium est, vt vel ex eo possit ad sanctam illam episcopatus sedem ascendi. Vt autem incontinẽtes & luxuriosos castiget, velim inquit, vnius sit vir vxoris episcopus, & iure quidem. Nam qui erga primam & vnicam nulla sit charitate affectus, quo pacto poterit ecclesiæ præfici? Et cum necesse sit, vt culpa vacet episcopus, bigamus sane binis vxoribus vsus, nequaquã erit non criminandus, tametsi ex humanis legibus nil forsitan crimini videatᷣ obnoxius. **filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.**

Qui enim non recte proprios instruxerit liberos, quo pa-
cto ad ea quæ rectiora sunt instituet alienos? Quod vtiq;
ex eo perspicuum est. Nam si ab ineunte ætate diligēti cu-
ra filios educasset, nequaq̃ inobedientes euasissent & cō-
tumaces. Nec simpliciter dixit, non incontinētes, sed qui
nihil prorsus luxuriæ incusentur, nec prauæ sint conscien
tiæ. **Oportet enim episcopum sine crimine esse, si-
cut dei dispensatorem.** Quonam hic pacto crimine
vacabit, si infideles & dissolutos habeat liberos? Is nanq;
quem propriç domui deus prçfecerit, locum obtinet dei.
Necesse est itaq;, vndequaq; hic sibi ac suis diligent̃ prospi
ciat, caueatq; ne in facinus aliquod prolabantur. **non su-
perbum,** Qui enim exteriori hoc & mundano potiꝰ im-
perio, inuitis imperat, eoq; & in eos pro suo arbitratu su
perbius dominatur. Episcopum vero, qui volentibus p̃-
sidet, nequaq̃ decet imperiosum se præstet & insolentem,
vel pro eius arbitrio & subditis inconsultis aliquid pera-
gat. Id enim tyranni factitant. **non iracundũ,** Superbiã
sequitur iracundia. Oportet itaq; vt ab hac etiam caueat.
Nã quo mō alios instruet ab eiusmodi animi perturbati-
one abstineant, qui se nō castiget? **non vinolentũ,** Hoc
est, non contumeliosum & conuitiatorem. Quid em̄ ē ali
is conuitiandum? siquidem deterrendi sunt potius contu
maces gehennæ comminatione, q̃ contumelijs & ꝓbro
afficiendi. **non percussorē,** Nec manibus inquit, nec ver
bis acerbioribus intempestiue quenquã offendat episco-
pus. Est enim hic medici loco habendus, qui mederi vul-
neribus debet, non exasperare. **non turpis lucri cupi-
dũ,** Hoc est, vt plurimum pecuniarũ præ se ferat contem-
ptũ necesse est, est nanq; quodcunq; lucrum episcopo, vel
si iustius sit, indecorũ. **sed hospitalē,** Non modo.s. hunc
vt alios quæstui habeat dedecet, quin & sua in excipiēdis
hospitibus conferat oportebit. **benignum,** Benignũ ap-
pellat, q humanitate sit & modestia præditus, & nulli in-
uideat. **continentem,** Id est, purum. **iustum,** Qui nulli-

us,personam vel præferat,vel habeat acceptiorem. sanctũ,Qui.s.piũ se erga diuina exhibeat,& deo debita reddere nil desistat. sobriũ,Non mõ qui in victu sit parcior, sed tã linguæ q̃ manibus,& pronis ad lasciuiã oculis imperet. Qui em̃ se talẽ præstiterit,vere est continẽs. amplectentẽ eum cui secundũ doctrinam est fidelis sermo,Hoc est,prouidentem & id habentem negotij,vt sermoni innitat̃,qui fidelis sit,hoc est,verus.non qui opinationibus & argutiolis proferat̃. Vnde & secundũ doctrinã intulit,arguens hunc vel sine externæ huius & mũdanæ sapientię adminiculo,instruere alios posse.Non enim turgẽtibus verbis est opus,sed sacraꝝ scripturarũ peritia, & altioris intelligentiæ virtute & sensu. Ex his nanq; doctrina,qualis & Pauli fuit,prouehit̃. vt potẽs sit exhortari in doctrina sana,& eos qui contradicũt arguere. Hoc est,vt domesticos & familiares tuet̃,stabiliatq;. Quo fit,vt qui nec suos seruare in fide valet nec confirmare,& confutare aduersantiũ dicta nil nouit, & omnẽ sensum captiuũ in Christi obedientiã ducere, falso episcopi fungat̃ officio. Atqui vel in subditis & inferioribus poterit quispiã cæteras oẽs inuenire. Quod tñ maxime episcopum exprimat præferatq;,doctrina est,& aliorum instructio. Sunt em̃ multi inobedientes,vaniloqui,seductores. Cum inobedientiã dixit,omniũ expressit malorũ radicẽ.Nam qui obtẽperare alteri nolit,nec pati imperium potest,sed alios magis vt præsit inuaserit,nec recti quicq̃,nec sani didicisse se profitebitur. Qui vt ab alijs instruat̃ nil sustinet,is sane & vaniloquus ẽ et deceptor, q̃ cum seipsum,tũ alios fallat. maxime aũt qui ex circuncisione sunt. His quidem & dñs præsidẽdi exprobrat cupiditatem,qui vel post fidem susceptã, id morbi nil omiserũt. quos oportet redargui,Hoc est,valde sunt obiurgandi,& ita vt eoꝝ ora intercludantur. Dicet aliquis, Quid inde obuẽturum est lucri,si his cõtumaces cũ sint & rebelles,silentium indicat̃?His quidem prodesse nil pote-

2.Cor.10.

tit, sed aliis plurimum, qui possent ab his & corrũpi & inquinari, si conticeret episcopus. Pro his em̃ & rationem ẽ redditurus. Idcirco continendi sunt & frenandi. Qui vero id facere nequit, nec episcopatus dignitatẽ assumat. **Qui vniuersas domos subuertunt, docẽtes quæ nõ oportet turpis lucri gratia.** Vides quemadmodum cũ ad inobedientiã & ipsa accesserit habendi cupiditas, & turpe lucrum, vel domos ipsas euersum iri. His em̃ vectibus dæmon & dolabris nititur, vt dei domũ euertat. **Dixit quidã ex illis proprijs ipsorũ propheta, Cretẽses semper mendaces, male bestiæ, ventres pigri. Testimoniũ hoc verũ est.** Quæri potest, Cur Paulus à Græcis productum testimoniũ laudet, præsertim cũ illud haudquaq̃ recte proditum extitisset? Et quis præterea dicti huius autor fuerit? Epimenides sane is est, q̃ Græcorũ omniũ fuit, qui sapientes sunt habiti, mordacissimus, & rebus vesanis & detestabilibus carpendis, admodũ intendebat: & ita, vt vera prædicere & vaticinari sit visus. Is itaq; conspicatus Cretenses & tumulum Ioui excitasse, & hunc haud secus ac mortalem aliquem venerari, concitatus mox est de patriæ zelo, & istiusmodi Iouem affat: Tibi Iupiter Cretenses mendaces & ventri addicti, & malæ bestiæ, tumulũ extruxere, tu vero haudq̃q̃ mortẽ obisti, sed viuis ꝑpetuo. Nunc itaq; verba hæc Paulus, quibus ille in Cretenses est vsus, vera esse testatur, cũ repetit. Dicet aliquis, Quid ergo erat gẽtilis hominis testimonio opus? Ita quidem. Sic enim illos pudere cogebat, cum eorũ nequitiam Græci philosophi & coniunctissimi testimonio exprobraret. Consueuit enim sic facere Paulus. Quemadmodum & apud Athenienses dum interea concionaret, aram professus est, quã illi ignoto deo dicatã asseuerarẽt, veri esse, & eius, quẽ continenter is ꝑdicaret. Solent enim oẽs ex proprijs & cognitis argumẽtis conuinci. Sicuti & apd Iudæos disputãs, prophetarũ testimonijs vtebatur, nõ euãgelij. Idipsum facit & deus, cũ singulos hisce ex rebus *Act. 17.*

trahit ad sui cognitionẽ, quibus & insueuerunt magis &
Mat. 2. credunt. quemadmodũ & magos per stellã ad se traduxit,
1. Reg. 28 & Saulem per vaniloquã illã, cui fidem præbebat, & vati
1. Reg. 6. cinatores per boues qui arcã traherent, non q̃ hi vera p̃di
Nume. 23 carẽt, sed vt proprio ex ore illos coarguat. Quinetiam &
24. Balaam finit & benedicere & vaticinari. Solet em̃ ea semp̃
permittere, quę nobis sunt profutura. Quęret aliquis, cur
Lucæ. 4. ergo Christus & Paulus ipse prohibendo dæmones coer
Actu. 16. cebant, ne quid de se testificarent? Quia satis erãt ad persuasionem miracula, quæ per se edebant. Quinetiã vel cũ seipsum Christus & fateretur & prædicaret, facere satis is videbatur. **Quã ob causam increpa eos dure.** Cũ itaq; inquit, mendaces sunt, q̃d vtiq; dolus prætendit, impudentesq; & ventri dediti, acriter sunt & durius increpãdi. q̃nquidem nil his prodesset benignitas. Nã queadmodum si mansuetum quis & natura modestiorem vehemẽter incessat, deperdit: sic sane, qui impudẽti & immiti blãditur, corrumpit. quippe qui nequaq̃ sinat hunc blandiẽdo, suiipsius habere cognitionem. Hoc autem loco nõ alienos dicit, sed domesticos esse coarguẽdos. **vt sani sint in fide, non attẽdentes Iudaicis fabulis.** Erit em̃ id salutiferum, cum nihil quod adulterinum sit vel externum & accersitum, in fide induxerint, quæ vel sola potest per se salutem afferre, mortiferum vero, si contra egerint. Duplices itaq; fabulas, res Iudaicæ præferunt: tum q̃a intempestiuæ sunt & inutiles, tum quia si illis intenditur, officiunt plurimum. Vt igitur nihil est fidei fabellis præstandum, ita neq; per hos vlla his erit fides præstanda. Nam & si veteris testamenti volumina sanctitate sunt (si recte intelligantur) oppleta, ita nec dici fabulę possint, quid ni? Cum ab his ad euangelij veritatem instruimur, expositiones tamen, & quæ in posterum sunt à Iudæis peruerse interpretata, fabulæ sunt & commẽta, quod plane ex sequẽtibus patet. **& mendacijs hominum auersantiũ veritatem,** Vides ne quid esse fabulas dicat? Hominum sci-

licet mādata, veritatem refugientium, ficuti cum in Isaia, tum in euāgelio scribitur, et reliq itē, cuiusmodi sunt esca rum obseruationes, vt in sequentibus clarius innotescēt. *Isaia.29* *Matth.15*

Oīa mūda mūdis: inquinatis aūt & infidelibus nihil est mundum, sed coinquinatæ sunt illorum & mens & conscientia. Non enim pro eaꝝ natura vel mundæ vel immundæ res sunt, sed pro eoꝝ voluntate, q illis vescuntur. Nā qui puriores sunt et fideles, cuncta pro mundis hñt, vt q̄ à deo sint condita, flagitia duntaxat immunda duxerint. Nā si nonnulla lex contineret immunda, et ab his cauendum iuberet, haud temere id faciebat, sed vt luxū Iudæis et delicias interciperet: nil tamen ignara, haudq̄q̄ aliť hos sibi, qui ad gulā essent et ventrem pronēsiores, fuisse obtemperaturos. Si vero impuri sunt, qui immundis in cibum vtuntur et infideles, his plane erunt vniuersa immunda. Quid ita? Quia pisces plerunq; humana carne depasti, puriores his videbuntur, qui superuacanea ista conquirunt. Gallinacei vero pulli, q fimo vescantur et sordib⁹, immundi. Fit itaq;, vt mens inquinatior de his male existimās q̄ nobis sunt in esum creata, sibiipsi stulte ista confingat immunda, cum suapte natura nequaq̄ sint. Nec secus agunt istiusmodi homines, ac solet, qui affecto sit stomacho, cū cibos etsi suauissimi sint, insuaues tamē existimat. Nec minus et capitis vertigine laboranti, terra circūferri videbitur, cum firmior & stabilis maneat. Est enim morbo huic ea annexa suspicio, vt omnia voluentur in gyrum. Hoc sane morbo et Manichæi laborant et Marcionistæ, et hæretici omnes, qui nuper ab his prodiere, quos Galatas appellāt. *Leuiti.11*

Confitentur se nosse deum, factis aūt negant, cum sint abominati & incre duli, & ad omē opus bonū reprobi. Vides ne quidnā immundos et sordidos reddat? Opera scilicet facere inquinata. Est sane et sine operibus demortua fides, est et horrori qui mortuus est, et q̄uis in re et reiicitur et improbatur. *Iacobi.2*

Cap. .II.

Tu autem loquere quæ decet sanam doctrinam. Etsi nullã dictis tuis adhibeat fidem, & reprobi sint, tu tamẽ q̃d tua intereſt facito, nihil obticeas, ſed verba ede, vel ſi minus his vacent auditores, nec exequant quæ dixeris. Senes vt ſobrij ſint. Cum ætatis vitio ſenes tardiores ſint, obliuioſi & torpidi, & admodũ difficiles, eo inquit, & ſobrij ſint. i. exciti, & in his quæ dei ſunt pſpicaciores & diligẽtes. graues, pudici. Sapientes & graues viros, pudicos & caſtos dicit, q̃d mentis integræ ſint. Sunt nãq; ex ſenibus furibundi nõnulli & rabidi & plane demẽtes pleriq; vino, multi deſperatione & animi puſillitate cõcitati. ſani in fide, in dilectione & patientia. Senioribus pcipue iniungit tolerãtia: nec immerito, vt qbus atra bilis ſummis inſideat narib⁹, & minimis obturbent. Anus ſimiliter in habitu ſancto. Aniculas dicit, vel ex geſtu ipſo & habitu, debere pre ſe decorem & modeſtiã ferre. Nõnulli vero, q̃ in eccleſia miniſtrandi munere fungunt, has eſſe dicunt, quas vel ex ipſo amictu depoſcit, vt ſanctitatis pferant decus. i. quæ ſacris congruant miniſterijs. non criminatrices, non vino multũ ſeruientes. Cum eñ natura frigidior ſit ipſa ſenectus, vini cupidior eſt. Cui cũ nequeat vt imbecilla obſiſtere, moro obluctãte peruincit. Nec ſane ab eo q̃d hauſerit moderatius, ſed etaĩo abundanti ſuperat. Quocirca ad alios criminandum ſunt aniculæ procliuiores. bene docentes.

1. Timo. 2 Quo pacto alibi dicit, mulieri vt doceat nõ permitto? Ibi quidem de communi doctrina & inſtructione fit mẽtio, quæ in eccleſijs exercet: Et hæc ferme fœminis interdicit: Hic vero eam commemorat, quæ domi apud mulierculas et ſeorſum habet, q̃d vtiq; ex ſequentibus ſic ſe habere intelliges. vt prudentiam doceãt adoleſcentulas, vt viros ſuos ament. Nõ domeſticas mõ & filias, ſed reliquas oẽs quæ iuuenili florent ætate, vt viros amẽt, doceant, perinde acſi dicat: Singulæ anus adoleſcentiorẽ erudiant, vt viri amore detineant, vt thori coniugalis &

vinculum præstet,& domestica bona præcellant. Quod sane si fiet,& bona reliqua subsequent. Augebit em̄ & res familiaris,& pecunia abundabit. Vt cõtra si vxoris in virum sustuleris charitatē,vel si præsto sint & hubertim affluant oīa, in nihilum facile dilabunt. filios diligant. Mulier em̄ quæ radicem,hoc est,viꝝ dilexerit,longe magis & fructus,hoc est,filios ipsos amore,ꝓsequet non mediocri. continentes,castas,domus curam habentes,benignas,proprijs subditas viris. Quæ enim viꝝ dilexerit,castã & purã mente p̄stabit & corppre.i. aliorũ viroꝝ concubitu & appetentia abstinebit,& domus curã habebit,hoc est,optime rem domesticã dispensabit. Quippe quæ ob viri bñuolentiam diligentissime rē familiarē curabit,nil,ꝓrsus vel luxui vel supuacaneis sumptib⁹ & ornamentis intenta. Cui em̄ poterit alteri morem gerere,quæ ei quē plurimũ amet,toto aīo obsequat? Aduerte aũt(vt Ap̄ls, q̄ semp nos à reꝝ præsentium cura disiungit)nunc sedulo vt domi res bñ curent,hortãdo insistit,vt eam oñdat quæ domi se recte gesserit,& in spiritalibus,ꝑfecturam. ne verbum dei blasphemetur. Vides quē admodum præ cæteris prædicationis curam susceperit, non rerum præsentium. Si em̄ fidelis mulier infideli cohabitans,nequaquam virtute sit prædita,fidei nostræ haud dubie per impios maledicetur,& blasphemia omnis in fidem & execratio recidet. Iuuenes similiter exhortare,vt sobrii sint. Adolescentibus quidē fœmellis anus instituendis præposuit,id est,mulieribus mulieres:Iunioribus vero Titum,videlicet viꝝ viris. Vbiq; em̄ Ap̄ls decorem & honestatem tutatur. Quid vero inquiet aliquis, ad continentiam cohortandi sunt hi? Quia ea præcipue ætate ex voluptatibus ignis emanans,iuuenes ipsos infestat,q̄ vtiq; & restinguēdus est,& castitati studēdum. In omnibus teipsum præbe formam bonorum operum. Erudiant(inq̄t)aniculæ adolescẽtulas,& ipse iuniores instruito,ea lege,vt in communē doctrinã & virtutis

exēplum tua sit vita, tanq̃ speculū aliquod et imago expo sita, bona cupientibus contēplari, quæ illi inerunt. **In doctrina, in integritate, in castitate.** Ne scilicet corrupta sint & falsa q̃ doces, sed integra & à recta rōne ꝓdeuntia. **In grauitate.** Vt nil scilicet habeat tua instructio quod nouū sit & insolitū, & insipiētes offendat, sed cuncta & religiosa sint, & ꝑ dei dignitate deprompta. **Verbū sanū & irreprehensibile.** Hoc est, orthodoxū, q̄d recta sentiat, nec habeat qdpiam q̄d possit coargui. **Vt his qui ex aduerso est vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.** Aduersantē vel diabolū dicit, vel aliū quēuis qui illi inseruiat. **Seruos dominis suis subesse in oībus placentes.** Fit itaq;, vt qui sub cōtinentiæ & castitatꝫ p̄textu à viris vxores seiunxerit, & dominis subduxerit suos, reprehēsione non careat. Nāq; & causam p̄bet amplissimā, vt maledictꝫ fides hæc nr̄a & religio laceret, & in ea carpēda oīm ora patescāt. **non contradicētes, nō fraudātes, sed in oībus bonā fidem ostendentes.** Aduerte quemadmodum vel ea à mācipijs exigat, q̃ oīm apprime sint dominis grata: videlicet vt iussi nil cōtradicant, sed q̄d iniunctum est, mox exequant. Vt nihil furent vel subtrahāt, sed fidos se præstēt. Hæc em̄ domini qui vitę huius bonis incūbunt, diligētissime curāt vt assequant. **vt doctrinā saluatoris dei nostri ornent in oībus.** Em̄vero si tales se præstiterīt sui, Chr̄iano noī glr̄iæ erunt. Nā gentilis aliquis cōspicatus tā bene à Chr̄i sectatorib⁹ substitutum, q̄ pacto poterit Christianam doctrinā nō obstupescere, q̄d tāti sint, vt vel suilem aīm quiuerint emēdare, & ad rectiora traducere? Est enim nescio quo pacto suorum genus petulās, nequā & improbum. Quia nec recte sunt, & liberalit̄ educati, sed à dominis sp neglecti, nec sub rōne proboꝝ hoīm veniunt & libertate fruentiū, nec libere sunt vel enutriti vel instructi. Itaq; & alibi Paulus hunc in modū eosdē haud temere cōmonefa-

Ephe. 6 cit, Tanq̃ deo suientes non hoībus. Si enim hero morem

optime gesseris, honos tamē deo defertur, cuius ob grām te tā morigerū exhibes. Apparuit eīm gratia dei saluatoris nostri oībus hoībus. Cum multa & magna exegisset à suis, quod ex eorū videlicet vita virtute prædita, & domini decoretur doctrina, ostēdit nunc queādmodum merito ab his ista deposcat. Nā et in his ipsis etsi fuili conditione sint, saluatoris apparuit gratia. Quādoquidem oībus apparuisse hāc dicit hoībus, quibus multorū facinorū et gratꝫ concesserit veniā. Quocirca debent sane et hi ad dei gloriā tā bene de se merentes, et vitam ducere impollutā. erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & secularia desideria. Ex his præterea ad verecūdiam hos ipsos cōpellit, pinde acsi dicat: Deum quidē instructorē iā nacti, q̄ pacto non & vitā agere pro eius dignitate debetꝫ? Siquidem eius in nos bñficium neq̄q̄ hactenus progrediēs terminet, vt missa fecerit p vos olim cōmissa, sed in futurū etiā tutiores nos faciat, q̄s plerunq; idcirco castigat, vt in reliquum cōtinenť viuamus, cum primum impietatem oēm reijcimus, & mundi cupiditates, quas abnegando, toto animo ad deum nos esse conuersos significamus. Impietatē aūt deorū cultum appellat, & dogmatum prauitatē. Mundana vero desideria auaritiā dicit & luxum, & reliq̄ q̄ cælum minus pertingunt, sed cū hoc mundo & proficiunt & dissoluunť. Ob id igiť & Christus aduenit, vt & impias opiniones penitus abnegem⁹, et vitam scelestā, et ita vtrunq; toto animi affectu odio proseq̄mur. sobrie, & iuste, & pie viuamus. Cū sobrie dicit non mō luxuriæ, sed et cæterorū indicit vitiorū abstinentiā. Nam si pecunias concupiscas, ducere vitā sobrie non videris. Quin eo eris incontinētior, q̄ istiusmodi auaritiæ morbus nullum ducit à natura ortum. Et demum à q̄cunq; vitiorū genere quis deuincať, incōtinens erit, et minus sobrius, in hoc seculo. Præsens eīm hoc seculum certamē habet, futurū vero et præmia. Expectantes beatā vitā, & aduentum gloriæ magni dei, & saluato-

ris nostri Iesu Christi. Ecce quemadmodũ in præmium sit secundus Christi futurus aduentus, q vere beatissimus erit. Recte aũt gl'iæ dixit. Nam duos asserit Christi aduentus: quorũ prior, vt dictum est, gratiã habuit, & veniã pctõrũ, humilisq; & abiectior fuit: secundus vero, retributionem est cuiq; p meritis allaturus, & cũ gloria maiestateq; patefiet, vt in euangelio sic dictum esse satis iam
Matth. 25 constat, Cum venerit filius hominis in maiestate sua. Verũ vbinam gentium sunt, qui filium ipm imminuunt, nec deum fateri hunc patiunt? Audiãt nunc quemadmodum & deus sit ille, & magnitudine præstet, quæ magnitudo dei esse asseritur. Non vt cum inferiore aliq̃ compareť, sed quia magnus sit ille & præstans. Qui & si aduersarios & sibi infensos saluos fecit, qd ille non nobis adueniens, si pbos deprehenderit, daturus est? Qui dedit seipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate. Vel id quidẽ eius est cum potestatis, tũ magnitudinis argumentum, q̃d sese p nobis tradiderit. Nec ea quidẽ ratione vt hũc redimat, illũ vero nequaq̃, sed vt oẽs, & à quauis eximat prauitate. Est itaq; nobis redemptio hæc precibus deposcenda. Et mundaret sibi populum acceptabilem. Per baptismi lauacrum, & diuinorũ ipsius & purgantium præceptorũ operationẽ & virtutẽ, populum & puriorẽ efficit, & familiarem & acceptabilem reddit. Qd ẽm latine acceptabilem interpretatum est, περιούσιον Græci & significantius dicunt, perinde populus is exprimať, q circa domini sui substantiam pcurandam, & opes versetur. tanq̃ præcipuus vnus ab hero electus, q nihil cæterorum sit similis. sectatorem bonorũ operũ. Hoc est, accelleratius ad virtutem pficiscentem præferentemq; ad bonos sectandos æmulationem & zelum, pculdubio ardẽtissimũ. Ad deũ itaq; redemptio spectat, ad nos vero vt opera rectiora sectemur. Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. Prius inquit, loquere & exhortare, i. leniť instrue, deinde redargue. Nec quidẽ sim

plíciter, sed cum omni imperio, hoc est, cum acrimonia multa & audentia. Nam cũ essent Cretẽses ad bonũ diffi ciles, vt duriorẽ se & acrem aduersus hos prębeat, mãdat. Sunt aũt pleraq;, quæ austeritate non indigent, sed monitis tm̃ & persuasione vincunt, vt cũ dicimus, contẽnendas esse pecunias. Nonnulla vero quæ acerrima egẽt castiga tione, queadmodum adulterium, furta, auaritia, & magi cæ artes. 'Nemo te contemnat. Cum oportune scilicet austerũ te exhibueris, obiurgando nemini eris derisui. Vt contra solet, qui minus necessario tpe alios increpan do incesserit, paruifieri. Cap. III.

ADmone illos principibus & potestatibus subditos eẽ, dicto obedire, ad om̃e opus quod bonum est paratos esse. Vbiq; statuit vt se principibus subdant, oñditq; & qui debeat in ea subiectione haberi modus, hic scilicet, vt ad opus bonum q̃d cunq; seipsos subijcere paratiores sint. Vnde perspicuum est eos q ad malum sunt prompti & expediti, principum iussis minus obtemperare. Itemq; non ad impietatẽ vel eiusmodi aliqua, quę officiãt animæ exequẽda, vel si prin cipes ipsi iniungãt, parere hos iubet. neminem blasphe mare, nõ litigiosos esse, sed modestos. Quinetiam moneas velim, vt neminẽ maledictis incessant, nec eũ q- dem q̃ factitet mala. Est em̃ necesse, vt à quouis conuicio os nostrũ immune seruet. Quod vel si iure infert, nil tamẽ interest nostra alios iudicare: At si iniuria, Licet prospicere quam summũ ex eo nobis impendat discrimen. oẽm ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Siue Iudæi sint scilicet siue Græci: Siue mali fuerint, siue iniusti, qui iniuriam inferunt. Eramus em̃ aliq̃n & nos insipiẽtes & increduli, errãtes, seruientes desideriis, & voluptatibus variis. In ea quidẽ, quã ad Galatas cõscripsit ep̃la, ex rebus futuris ne alios iudicẽt pterrefacit: q videt stare, ingens, videat ne cadat: Hic vero ex præteritis cõtinentiores hos facit, hoc modo: Nã 1. Cor. 10.

em̃ licet vt alios incessendo ipsi conuiciemur, q̃ olim in pe iora ꝓlapsi deliq̃mus. Quod item & latro noxio alteri obijciebat, quod eodem crimine esset, quo ipse obstrictus. At qñ insipiẽtes nos fuimus? Nimirũ ante Christi aduentum. Nã q̃ pacto non dici insipientia debet dijs & idolis inseruisse? Quõ non error ingens, mortalibus immolare? Accedit etiã quod desiderijs, voluptatibus varijs operam dedimus, & nefarijs facinorib⁹ obstringebamur. Verum hoc loco furibundam & detestabilem in pueros libidinem, & cum matre inita connubia, & cũ sorore incestus, Paulus tacite detestať, & alia fœdã facinora, perinde acsi dicat, Sic varijs modis nobis illusit diabolus. **in malitia, et inuidia agentes, odibiles, odientes inuicẽ.** In malitia, hoc est, odio & liuore degentes assidue, & hęc fere ꝓ vita ducentes. Quo fit, vt digni odio simus q̃ mutuo nos inuicem odio proseq̃mur. Odio vero & liuore rectius dicit, cum ab inuidia constet odium prodijsse. **Cũ autem benignitas et humanitas apparuit saluatoris nostri dei.** Cũ incarnatus. s. est vnigenitus, & similis nobis effectus. **non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiã suã saluos nos fecit.** Hos inq̃t, saluos effecit, nõ ex opibus quæ ipsi fecerimus. i. neq̃ iustitiæ sumus opa executi, neq̃ salutem ex his nobis peperimus. **per lauacrum regenerationis, et renouationis spũs sancti, quem effudit in nos abunde, per Jesum Christũ saluatorem nostrum.** O q̃ ipsi eramus neq̃tia & improbitate offusi, vt purgari his neq̃remus, nisi denuo nasceremur. Id em̃ praefert, cum ꝑ lauacrum regenerationis & renouationis subiungit. Hoc est, secundo nos nasci & creari oportuit. Nã queẽadmodum domus præ vetustate iamiã collapsura, cũ instaurãda est nobis, nullis hãc sustentaculis obfirmam⁹, sed diruimus funditus, vt nouã ædificemus: sic deus non aliq̃d nobis inædificauit, sed denuo condidit & per spm̃ sctm̃. Et ne id queẽadmodũ egerit quæras, Spũs inquit, vni

uersa confecit. At vnde id liquet? Quia hunc in nobis abunde effudit. Fit itaq;, vt nos per hunc non modo iterato condiderit, sed eundem nobis effuse sit impertitus, vt vel ex hoc, quid spiritus valeat, innotescat. Nã vt nos ille purgauit, & spiritu statim affluenter oppleuit: purũ enim q̃ purior est, nõ impurũ inuadit. Hæc aũt per Iesum effecit. Hic eñ & intercessor est, & bona nobis vniuersa largitur. **Vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundũ spẽ vitæ æternæ.** Rursum per gratiã dicit, non debito iustitiam esse nos assecutos. quod sane ad humilitatẽ instituit. Quippe cum nihil nostra virtute efficimus, quinetiã ad optime de futuris sperandũ inducit. Nam si p gratiam nos saluos fecit, quib⁹ spes oĩs salutis abscesserat, lõge magis iustitiã assecutos, bonis illis futuris donabit. Vt hæredes inquit, efficiamur, quemadmodum & spes vitæ est ppetuæ, vel quia iã simus quo ad spẽ ipsam hęredes effecti. **Fidelis sermo. Et de his volo te confirmare, vt curent bonis operibus præesse qui credũt deo.** Perinde acsi dicat, indubitata sunt promissa cęlestia. Itaq; cũ dei ineffabilis meminisset benignitatis, velim inquit, vel de subsequẽtibus his teipsum admonitum, vt discant fideles, non solum humiles seipsos præbere, nec beneficia siqua contulerint exprobrare, sed & alios cõmiserari. Nã q̃ nouerit quantã ipse sit in se dei misericordiã cõsecutus, in alios sese clementiorẽ præstabit. Vt curẽt, inquit, id est, opere & studio assidue adnitantur, iniuriã patientibus opitulari, siue viduæ sint, siue parentibus orbati. Et summatim vt dixerim, indigentibus vniuersis ꝓspicere. Id nanq; designat, cum inquit: Vt curent bonis operibus præesse, neq; opperiãtur adiri se ab egenis, sed ipsi vltro illoꝶ suscipiant curã. **Hæc sunt bona & vtilia hominibus,** Cura videlicet istiusmodi, & bonoꝶ operum præfectura. Vel ea ipsa q̃ recte geruntur, recta sunt & admodum profutura. **Stultas aũt quæstiones & genealogias, & contentiones, & pugnas legis, deui**

ta. Sunt enim inutiles & vanæ. Stultas & inutiles dicit, cuiusmodi sunt q̄ Iudæi fidelibus iactãter obijciunt & proponunt, cũ à maioribus suis patriarchis & prophetis progeniẽ repetunt, & in his gloriãtur, q̄ tñ & declinãda esse iniungit. Non enĩ sunt opa necessaria omittenda, vt tẽpus in cassum & vanis sermonibus altercãdo, & nihil ꝓficientibus, conterendum. Quis enĩ potest his in contentionibus esse profectus, quibus nemo in dño captiuus comprehendit? Quæret aliqs, quo pacto superius aduersantiũ

Supra.1. iniunxit vt ora occluderent? Tunc qdem hos frenandos induxit, cũ alijs obsunt, & dũ loquendo inficiunt. Nũc vero sic ait, vt prodesse his queas, eorũ est tibi vitanda cõsuetudo. qppe cum nil prorsus ex tua conuersatione proficerent, qui corrigi penitus nequeunt. Hæreticũ hominẽ post vnam & secundã correptionẽ deuita, sciens quia peruersus est qui istiusmodi est, & delinquit, cũ sit suo proprio iudicio condẽnatus. Quo pacto

2.Tim.2. alibi dixit, ne forte illos deus ad pœnitentiã adducat? Ibi quidẽ facit de his mentionẽ, qui emendationis spem aliquã præferunt: hic vero incorrigibilẽ dicit hæreticũ, & vndequaq; adeo plane distortũ, & tã varijs & multiplicibus modis implicitum, vt sese nequeat his explicare, sed per se sit condẽnationi adiudicatus. i. qui nullã habeat sui erroris excusationẽ. quippe cum nec illud possit prætendere, sese à nemine fuisse admonitum, vel ad veritatem instructum. Qui & admonitus sit, & optime institutus. Quo fit vt sit per se condẽnatus, qui nihil habeat q̄ sua errata excuset. Cũ misero ad te Artemã, aut Tychicũ, festina venire ad me Nicopolim: ibi enĩ statui hyemare. Cuius rei gratia rursum ad se reuocat Titũ, & ab ope incepto diuellit, cui tantã & tã amplissimã insulam demãdasset curandã? Nimirũ vt illi magis possit prodesse, & perfectiorẽ reddere. Nec minus vt & creditum illi opus examinet, & si in eo tractando recte se gesserit, nec ne. Nicopolis ciuitas est Thraciæ, Istro flumini imminens. Zenã legis-

peritum & Apollo solicite præmitte, vt nihil illis desit. Legis, Iudaicæ.s.peritum. In hac em̄ erat Zenas ille instructus. Apollo vero eloquentior erat, & sacris literis cõmunitus. his tñ nõdum fuerant ecclesiæ in curã aliquæ demandatæ. Vt aũt nihil his desit .i. abunde his necessaria subministra, victum videlicet & amictum. Discant aũt & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios. Perinde acsi dicat, Possem equidem vel aliter prouidere, vt nulla hi re indigerent, velim tñ vt nostri.i.qui circa te sunt, discãt ex hmõi necessarijs rebus Zenæ & Apollo suppeditatis, bonis præesse operibus, quemadmodum est, pecunijs indigentibus, & verbis & qbusuis modis subuenire. Neq; adeo, vt illi ex his aliquid lucrifaciant, sed vt ipsi fructum accipiãt ex ea clementia, q̃ sunt in proximos vsi. Nã & dñs qui ad hoĩm quinq; milia aluisset, & seipm̄ alere semper & discipulos poterat, maluit tñ à muliere cibari, vt & illa ex eo cibatu proficeret. Nec secus dici de nostris potest, vt non adeo pauperes iuuent opem ferendo, quantum & sibijpsis afferant vtilitatis, cum illis impartiũtur vitæ necessitatem. Nã nobis & erratorũ veniã, & apud deum fiduciã pariunt inopes. Salutãt te qui mecum sunt oẽs. Saluta eos qui nos amant in fide. Vel eos dicit salutẽ huic impartiri, q pura erga se charitate afficerent, vel qui se colerẽt fideles et Christiani. Gratia dei cũ omnibus vobis. Comprecatur his vel dei donum vt eis seruetur, vel vt in hos sit ille clementior. Vel forte, vt pinde acsi dicat, velim dei gratia, q̃ maxime indigetis, vobis adsit, et vestras cum animas ipsas tutetur, tum corpora in sancto spũ, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Actu.18. Matt.14. Ioh.4.12.

Scripta ex Nicopoli Thraciæ.

ARGVMENTVM EPISTOLAE AD Philemonem.

Philemoni familiares literas facit pro Onesimo seruo eius, scribens ei ab urbe Roma de carcere, per suprascriptum Onesimum.

IN EPISTOLAM AD PHILEMO nem Theophylacti prologus.

NEc dominos Christus, nec seruos qui se adierīt, reiicit. Ipse nāq; est omnium princeps, uel potius pater. Quod sane, & si ex aliis plerisq; rebus, ex hac tamen epistola perspicuum est, q̄ & Philemonē herum cōplectitur: & seruum Onesimum et utrosq;, ut cætera omittā, Paulo bñuolentia & fide cōiunctos. Philemō siquidem, uł ab ipso principio fuit admiratiōe dignissimus. Qui & si esset Phrygius genere, moribus tamē & uita fidelis, & sua sanctorꝝ indigentiis impartiebat, et eleemosynas cōferebat abunde. Onesimus uero Philemonis seruus, & fugitiuus in primis: quippe qui e Philemonis domo clam sublatis pecuniis, ceperat fugam. Et ubi Romā uenisset, prædicantē Paulum audiuit. A quo cum in uinculis esset, ad fidem instructus, et baptismi aqua perlutus, in admirabilē uirꝝ euasit. Cum itaq; Paulus nequaq̄ æquum existimaret, Philemonem Onesimi fuga et maleficio, animo obturbari et angi, uelletque eius uulneri, corde ferro adacto, mederi, quod ob serui facinus excepisset, Onesimū dimittit cum huiuscemodi cōmendatitia ad eum epistola: tametsi dicant pleriq;, nequaq̄ hanc eē cū reliquis Pauli epistolis annumerandā, quia de re uiliori pertractet. Velim tñ aduertas, quot bona ex ea fuga sint subsecuta. primū nanq; nos edocet, quēadmodū uł his plerunq; quæ abiectiora et infima sunt, profectus gr̄a animum intendamus. Ait eñ et dñs: Nolite ex his pusillis aliquē unū paruifacere. (*Mat.19.*) Secundo ut cunctis aperiat, etsi seruū ipse furacē adeo et maleficū ad bonū cōuerterat, nequaq̄ esse de nobis, si quicq̄ deliquimus, desperandū: p̄sertim qui adoptionis filii simus, liberaliter et ingenue enutriti. Tertio, quod sub pietatis prætextu, nullo pacto sint serui inuitis dñis subtrahendi. Demū ut minime sint contēptui, prsus habēda mancipia, quæ uirtute sint prædita, neq; eorum consuetudinis et conuersationis pudendū, quandoquidē et Paulus filiū appellat Onesimum, qui esset seruitute obstrictus. Quis itaq; erit, qui uel epistolam hanc cęteris annumerandā nō merito cēseat, quæ sit tot bonis referta?

Caput .I.

PAulus vinctus Iesu Christi, Initio statim cōmonefacit, ne serui pudeat, qui sibi sit nuper cōseruus effectus. Quicūq; eñ pro Christi nomine ipī iam patimur, pro bonis habenda sunt vel vincula ipsa, qbus cōstrictus & Paulus, iucunditate afficitur, & gl'iæ ducit hisce vinculis vinctū se dici,

& dignum existimat: & precat̃ identidẽ, vt per gratiã, q̃d à Philemone petit assequat̃, qui sit pro Chr̃o deuinctus. ⁊ **Timotheus frater**, Perinde ip̃e haudquaq̃ satis ad deprecandum facinus valeat, & Timotheum eã ad rẽ contubernalem assumit & sociũ, vt saltẽ quod à pluribus supplicit postulatur, impetrari facilius queat. **Philemoni dilecto ⁊ adiutori nostro**, Si dilectus Philemon, & gratiã faciet postulanti: si adiutor, nequaq̃ seruũ cum ad se venerit, coercebit, sed iterato ad Paulum hunc remissurus ẽ, vt prædicanti ministrando inseruiat. Nã seruus dñi locũ supplebit, cũ fuerit Paulo restitut⁹. ⁊ **Appiæ sorori charissimæ, ⁊ Archippo cõmilitoni nostro**, Forte dempta fuerat hæc Philemoni mulier, & Archippus illi amicitia erat coniunctus, perinde acsi dicat: Est sane hoc cõmilitonis officiũ, vt pro ea re certet adipiscenda, quã ip̃si deposcimus. Is præterea ille erat Archippus, de quo Paulus huiuscemodi scribit ad Colossenses, Dicite Archippo, Vide administrationẽ quã accepisti. ⁊ **ecclesiæ quæ est in domo tua**, Ecclesiam, oẽs dicit qui in Philemonis domo erant fideles, & liberos simul & seruos cõplectitur. Aduerte quã præ se ferat humilitatẽ Apostolus, vt vel Philemonis domesticos deprecet̃, quatenus & precibus suis & votis opitulent̃, & apud Philemonẽ dñm pro se intercedãt. *Coloss. 4.*
Gratia vobis ⁊ pax a deo patre nostro ⁊ dño Iesu Christo. Quo pacto (inquit) dei nobis affutura ẽ gratia? Sic certe, si debito nobis obstrictis debita condonemus. Qũo & dñi Iesu pacẽ tu assequere, si seruo Onesimo conciliabere. **Gratias ago deo meo, semper memoriã tui faciens in orationibus meis**, Quotiescunq; em̃ tui meminerim (nã & oranti mihi offert̃ perpetua tui memoria) toties & deo gratias ago pro tua virtute. Verũ cuiusmodi illa sit virtus, ita subiungit: **audiens charitatem tuam ⁊ dilectionem ⁊ fidẽ, quã habes in dominũ nostrum Iesum Christũ, ⁊ in oẽs sanctos**. Hoc loco vt misericordẽ hunc laudat. Non em̃ è Phrygia

adusq; vrbem huius esset fama perlata, nisi pręstans ille & excellens fuisset. Ait itaq;, cum erga oēs sanctos sis charitate affectus, debes & Onesimum hūc amore complecti, qui fidelis iā sit, vt hoc pacto & deum ipsum cultu & bñuolentia prosequi videare. Vides ne quā habeant vim in deprecando & persuadendo hæc verba? **vt cōmunicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione oīs boni quod est in vobis,** Orās (inquit) deo gratias ago, cum tuæ gratia charitatis, tum etiā quia fides tua quā nobiscū es simul adeptus, euidens est & operat, ac perinde animata & vegetior reddit. In agnitionem oīs operis boni. i. vt opus omne perfectum & ames & peragas. Tunc eñ viuida dicit fides, cum recta opera exercemus: vt cōtra, cum
Iaco. 2. operibus caret, habetur demortua. In vobis autem eo adiecit, vt arguat vel in præsenti Philemonem omne in se rectum id opus habere, perinde acsi dicat: Oīs operis boni in vobis. i. quod in te est. Cum vero communicatio fidei inquit, Philemonem sibi coniungit & copulat (cōmunis eñ hæc fides è pluribus vnum facit) quasi dicat: Necesse est itaq; vt idem ipse sentias mecum. Vel fidei communicationē, eleemosynam nūcupat, vt quæ ex fidei magnitudine prodeat. Ait igitur, tui semp memoriā facio orās, vt tua hæc mens, qua bona tua fidelibus impartiris, nunq̃ desistat. **in Christo Jesu.** Quasi id inquiat, Cum bñficū te erga inopes & sanctos præcipue, & liberalem exhibeas, si Onesimum hunc benigne exceperis, & mihi hanc feceris gratiam, Christo te scias beneficium cōtulisse. **Gaudiū enim magnū habui in consolatione & charitate tua.** Hoc est, lætitia sumus affecti: neq; id mō, qn & his in vinculis admodum consolamur, ob tuam hanc charitem. i. ob tuā beneficā & liberalem animi prōptitudinem. **quia viscera sanctoꝝ per te requieuerūt o frater.** Prudent rem hāc pertractat Apostolus, cū Philemonem commonefacit suæ in alios munificentię, vt leniat magis, suadeatq;, vt si alijs vel ignotis bñficia impartit, longe ma

gis hæc sibi debeat, vt præceptori præstare. Nec simpliciter dixit, quemadmodum sanctis bona sua conferret, sed qa per te. i. tua ope, sanctorum viscera requiescunt, hoc est, totis animi viribus, tuam in se excipiunt benignitatem: vtpote quæ hubertim his & consolationem & bona oia submi nistret. **Propter quod multam fiduciã habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rẽ nõ pertinet, propter charitatem magis obsecro.** Cũ em (inquit) in oẽs sanctos te talem gesseris, vt eorũ corda in te conquiescant, multo magis & ipse in Christo. i. qui te in Christo genuerim, confisus sum tibi iniungere, nõ vt is q in te habeat dominatum, sed nostræ mutuæ charitatis ob gratiam, quod ad rem non pertinet. Sic etiam græce legitur. Subdit, quasi inquiat: confisus sum tibi præcipere vt exequaris, quod ad rem non pertinet, hoc est, superuacaneum est vt illud tibi iniungã, quod per te facis, exposco tñ id à te precibus, vt intelligas hanc meam pro Onesimo intercessionem, adeo me necessariã existimare, vt vel exorandum te duxerim. **cũ talis sim vt Paulus senex, nunc aũt & vinctus Iesu Christi,** Cum talis (inqt) sim nũtius & intercessor, vt exaudiri videar nõ indignus: quippe qui senex iam longiori doctrina & ætate sim autoritatem adeptus, & vinculis Christi astringor ob gratiam. Id saltem, vt votis meis & precibus facias satis, te potest allicere. **obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis meis,** Onesimi idcirco nondũ nomen expressit, vt prius Philemonem mitiget iniuria lacessitum. Et seruum quidem extollit, cum hunc filium dicit. Cur Paule huncipsum dignaris hoc nomine, vt perinde pater filium nuncupes? Nimirum quia hunc genui, & vt baptismo ablueretur effeci. Et id sane tunc egi, cum essem catenis deuinctus. Postquã itaq; Philemoni satis iram sedasse est visus, tunc demum & huius hunc in modum aperit nomẽ: **Onesimo, qui tibi aliquãdo inutilis fuit.** Nouerat em ex peccati confessione irã extingui, propterea his vsus

est verbis. nūc aūt & mihi & tibi vtilis. Q̄m pius ē (inquit) & sanctus effectus, vtriq; nostrum conducit. Si itaq; Paulo, qui tā acerrimus esset ęquitatis exactor, Onesimus visus est profuisse, longe magis & Philemoni prodesse videbitur. Quod sane Paulus sic patefacit, cum inquit, Hūc quidem velim, qui vtilis mihi est, rursum ad me remittas. quem remisi tibi, Perinde acsi dicat, tibi hunc trado, p tuo vtere arbitratu. Sic ēm vel subiratum forsitan Philemonis animū placat. Tu vero illum vt viscera mea suscipe. Id est, cum charitate hunc ipsum excipito, quem ipse haud secus ac meipsum & beneuolētia prosequor, & cordi habeo. quē ego volucrā mecum retinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis euangelij. Attende q̄ sapienter & sensim in dn̄i loco seruum adstituat, vt pro te inquit mihi ministraret. Ostendit prætereа ea se cupere, quæ Philemoni vsui sint futura, tanq̄ id diceret, si enim tu mihi obstrictus es ministrandi officio, Onesimus vero pro te hoc ipsum exequitur, nonne id tibi futurum ē lucro: sine consilio autem tuo nihil volui facere, Vel ex hoc maxime Philemonem ipsum demulcet, cum Onesimum asserit in tanta rerꝝ necessitudine, & vinculis, & his quidem dei ob grām iniectis, sibi esse ministratuꝝ. Id tamen te inconsulto exequendum non duxerim. Quo ergo pacto non ei conferenda est gratia, cui cum id agendi esset facultas, noluerit tamen hac vti: vt ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Non enim secundū necessitatē dixit, sed velut ex necessitate, perinde acsi dicat, ne videretur id bonum vi quadā effectum, sed vltro & te volente. Velim equidem nil prorsus cæteris visum iri, non tua id voluntate fieri. Forsitan ēm ideo discessit ad horā, O miram Pauli sapiētiam. Cum enim Onesimus mente malefica fugam cepisset, hāc tamen ille, qui optimum habuisset & euentum, ad commodum & vtilitatem conuertit, quasi hunc asserat diuina quadam dispensatione fugisse. Honestius vero hanc

fugam abſceſſum appellat, ne fugæ nomine, dñm concitaret, Et cum tpis explicat breuitatem, ſuccenſenti & irato medeĩ Philemoni. Ait eñ, Ad horam forſitan ille diſceſſit. Simul etiam patefacit id omne tempus, quod apud ſe Oneſimus egerit, haud ſecus eſſe exiſtimandum, quã ſi apud Philemonem ipſum fuiſſet, Et illud duntaxat tpis à dño abfuiſſe, quod interea dum Paulum conueniret, trãſegerat. Et illud quidem fuiſſe perbreue, & tanq̃ horæ minus ſpatium decurriſſe. Quocirca (inquit) exiſtimes velim, ſi per te fuerit, vt apud me maneat ille remiſſus, tecũ verſari. **vt æternum illum recipias**, Id eſt, habeas. **Jam enim non vt ſeruum, ſed pro ſeruo chariſſimum fratrem, maxime mihi, quanto autem magis tibi, & in carne & in domino.** Ad multa (inqt) huius profuit fuga: quippe cum ipſe hunc pro momentaneo & paulopoſt morituro, æternum ſis nactus. Nã ſi vel oĩa vitæ huius humanæ curricula nihili ſunt facienda æternę illius contemplatione, longe magis & fugæ tp̃s, quo à te abfuit, perexiguum erit & breue. Habes eñ pro ſeruo fratrem, & pro eo qui nulli vſui fuerat, amantiſſimum tui & vtiliſſimũ vendicaſti. Et in carne, hoc eſt, in carnalibus miniſterijs amore eſt dignus. Quippe qui ſit & ad conſolandum idoneus: Et in dño. i. in ſpiritalibus rebus. **Si ergo habes me ſocium, ſuſcipe illum ſicut me.** Hoc eſt, ſi mecum ſentis, haud ſecus hunc ac meip̃m excipito. Quẽ eñ vel iratiſſimum non huius verba mollirent? Aut quis Paulum nõ benigne ſuſciperet? **Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa.** Erat enim cõſentaneum, conſumpſiſſe iam Oneſimum, quæ fugiens abſtuliſſet. Idcirco aut id omne mihi in debitum aſcripſeris velim. **Ego Paulus ſcripſi manu mea, ego reddam.** Lepide ſane & grã q̃dam ſpiritali opplera hæc profert, q̃ſi addicat: Vt cautior ſis & certior, me tibi id debitũ aliqñ perſolutuꝝ, ecce habes & literas mea manu conſcriptas. **vt non dicam quod teipſum mihi debes.** Ne

Philemoni videat inferre iniuriā, si minus cōsideret ab eo deposcere, vt vel nulla data cautione, serui furtū sibi relinqueret, præsertim cum chirographū iā illi fecisset (q̄d sane illum & inhumanū argueret, & nulla, p̄rsus in præceptore charitate affectum) oñdit hoc loco quēadmodum plurimum illi confidat, sic inq̄ens: Non em̄ tua duntaxat debita te mihi relaturū cōfido, q̄n & teip̄m debito esse mihi obstrictum nil dubito, q̄d vtiq̄ plurimū confidentis est dictum. Item frater ego te fruar in domino. A dictis hisce lepidioribus ad seria transit, oratq̄ dicēs, vtinā fruar tuis muneribus, nō huius seculi bonis, sed in dño. i. his potius quæ dei sunt. refice viscera mea in Christo. Refice (inq̄t) & cōsolare meā in te bñuolentiam, vel meū hoc cor, Christi ob grām. nec mihi id deferas munus, sed Christo. Confidens in obedientia tua tibi scripsi. sciēs q̄m ꝛ sup id quod dico, facies. Non em̄ iubēdo & superbius imperās ad te has literas scripsi, sed cōfisus obedientiæ. Q̄d ferrū his verbis nō remollesceret? Simul autem ꝛ para mihi hospitiū. Potuisset em̄ Philemon id suspicari, nullā apud Paulū alias sui fuisse habitā rōnem, nisi Onesimi reditus coegisset. medet itaq̄ sic suspicāti, his verbis: Neq̄ em̄ solū illius ob grām ad te scripsi, sed mihi etiā ad te vēturo vt hospitiū pares. Sic q̄dē & illi tacite cōminat, vt nisi Onesimū benigne susceperit, fore ab se cum venerit, vt inclementiæ arguat. Spero aūt p orationes vestras me donari vobis. Duo quædā hoc loco perdiscimus: Alteꝝ q̄d magna sit vis orōnis & precū (siquidem & si tanti fit Paulus, hoꝝ tñ ope indigeat, ꝑ se deprecantium). Alteꝝ vero q̄ sectanda humilitas sit. Q̄nquidē & Paulus discipuloꝝ egeat precibus. Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu. Epa-

Colo. 1 phras iste à Colossensibus fuerat ad Paulū trāsmissus, vnde p̄spicuū est & Colossensem fuisse Philemonē. Concaptiuū aūt Epaphrā appellat, vt oñdat & hūc multis pressuris affligtari, eoq̄ & Philemonē hauddubie vt pudeat cō

git, siq dē constet Epaphrā Paulo in malis tolerādis comitē eē, Philemonē vero nō posse à Paulo exorari ꝓ Onesimo depcāte. Est aūt hic cōcaptiu⁹ nō rerū humanarū occasione, sed Christi grā. Quippe q ꝓ euāgelio mala perpeti at. **Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas, adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spū vestro, Amen.** Demas iste principio quidē ꝓbus euaserat, vt Paulus testificat̄ hoc loco: vtpote vt q Pauli esset adiutor. Postremo tandē in segnitiā versus, discessit à Paulo, vt in ep'la ad Timotheū idē pscribit, quā liqdo patet post hāc fuisse cōscriptā. Ait em̄, Demas me reliquit, Lucas est solus mecū. Hic vero & si postremo est positus loco, oīm tñ post Demadis discessum factus est princeps. Nemo itaq; sibiĩpsi confidat, sed q stat, caueat ne labat. Adiutores autem eo appellat, vt arguat vl' hos secum apud Philemonē ꝓ Onesimo intercedere. Iure ergo gratia hæc à tā multis petita, concedēda est. Vides itaq; quantum ex leuiori epistola hac, & si clarior visa est & apta, redundet vtilitatis. Quo fit, vt nihil ex scripturis hmōi non accuratius sit pscrutandū. Inest em̄ & his, spū suggerente, perutilis semp aliqs sensus. Hæc siquidem paracletus ille hauddubie præfatus est. Et conqrentibus nobis veritatē, cōprehēdēdi daturus est facultatē. A q & ipsi illuminati, ad veritatē ipam traducimur, vt & loq de deo possim⁹ & vitā ducere immortalē, nullis ꝓrsus aut prauis opiniōibus circūuenti, aut mundi voluptatibus his falsis illecti. Necesse est igit̄, vt ipsi vel si principes simus & aliis domis nemur, cū seruos spectamus euasisse sanctos & apostolatus munere fungi, omi studio contendamus, nihil illis in Christi regno inferiores dephendi. Qui nostri grā cum in mundum venisset, formam præ se tulerit serui, & verus noster sit deus: cui perpetuo & potestas est & imperium, Amen.

2.Tim.4

Philip.2

Missa fuit è Roma per Onesimū seruum.

ARGVMENTVM IN EPISTOlam ad Hebræos.

IN primis dicendum est, cur apostolus Paulus in hac epistola scribēda non seruauerit morem suum, ut uel uocabulum nominis sui, uel ordinis describeret dignitatem. Hæc causa est; Quod ad eos scribēs qui ex circuncisione crediderant, quasi gentium apostolus, et non Hebræorum, sciens quoque eorum superbiam, suamque humilitatē ipse demonstrans, meritū officii sui noluit auferre. Nam simili modo etiam Iohānes apostolus propter humilitatē in epistola sua, nomen suū eadem ratione non prætulit. Hanc ergo epistolam ferūt apostolus ad Hebræos cōscriptam, Hebraica lingua misisse. Cuius sensum et ordinē retinens Lucas euāgelista, post excessum beati apostoli Pauli, græco sermone cōposuit.

IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS Theophylacti prologus.

Roma.11. GEntium erat beatus Paulus, ut ipse ad Romanos scribit, destinatus apostolus. Non eñ hunc tolerassent Iudæi apud se prædicantē. Nimirum cui præter cæteros, incredibili odio succensērent, quod ob eius repentinam et insperatam cōuersionem, inexpugnabilem Christi potentiam arguisset. Quippe qui tam acrem et uehementem fidei persecutorem, ad se traxisset. Quod sane maximū est euangelicæ ueritatis argumentū, ut Paulus ardentissimus Iudaicæ legis sectator, præter omniū expectationē, confestim ad dominū se contulisset. Et ideo hunc ex animo impugnabant Iudæi, et ita, ut neque loquentē æquo animo ferrent. Siquidē nec ipsimet qui ex iudæis crediderant, Paulo intendebant, ut qui et legem et circūcisionē dissolueret. Alioquin ei si gentibus erat præco transmissus, et ad iudæos scribit epistolam. Quem admodū eñ, etsi minus sibi fuisset baptizandi munus permissum, aliquos tamen baptismi lauacro perluebat: non eñ id facere prohibebat. Sic et Iudæis copiosius scribit, et hi spræterea magnū in modū, pspiciebat, et fieri eorum gratia anathema ardenter optabat. Ad Iudæos itaque scribit, et quidem fideles, qui Palæstinæ et Ierosolymis essent, consolandi gratia et confirmandi. Hi nanque ab infidelibus Iudæis diripiebantur et afficiebantur malis innumeris, unde et iisdem ut eleemosynæ undique transmitterent, summā Paulus susceperat curam. Et Corinthios præcipue et Macedonas, ut eas conferrent, enixe hortat. Et Petro prędicandi munere impartito, Iudęos et pauperes qui Ierosolymis erant, cōmuniter curandos constituit. Necessario ergo ad hos Paulus scribit, solatque et subleuat, animo iā cōcidentes. Quippe qui admodū essent ob mala sibi a contribulibus suis ingesta, confecti mœrore, cum illi libere eorum legibus Ierosolymis uterent, et iudicandi haberent effusissimam potestatē, et constringendi quos uellent. Quod quidem et Paulus patefacit, cum inquit: Debilitatas manus et dissoluta genua dirigite. Accedit prętetea

(Marginal references: Roma.11. — Actu.9 — Actu.21 — 1.Cor.1 — Roma.9 — 1.Cor.16 — 2.Cor.8 9. — Galat.2 — Hebræ.12)

quod cum Iudæi essent quos iste solatur, eo magis doloribus urgebantur, quo et maiorum suorum pristinam reperirent sortem, quorum opera rectiora, bona quoque plurima et repentina subsequebantur: se uero et recte agendo, et in fide perseuerando, nondum esse quietem adeptos. Quocirca Paulus hac in epistola de fide quoque multa differit, quoque multa de tolerantia. Et plane demonstrat, uel qui a seculo sanctiores fuissent, nullis bonis cum in humanis agerent fuisse affectos. Vnde duo quædam ordit: Et quia utiliter sint quæcunque acciderint sustinenda, et quod expectanda sint pro laboribus præmia. Non enim eos neglecturus est dominus, qui ab æterno sunt ad sanctimoniam destinati. Habet præterea longiorem de ueteri testamento sermonem, et legem arguit nil ultra habere in se uigoris, et nullius iam esse momenti: Tametsi extare adhuc templum uidetur, quod tamen ad breue sit collapsurum. Nostra uero omnia ut uera comprobat. Est autem præsens epistola ea, quæ ad Timotheum scripsit uetustior. Illa nanque ostendit breui se excessurum e uita. Ego enim inquit, iam delibor, et tempus meæ resolutionis instat. 2. Tim. 4
Hac uero pollicetur Iudæis fidelib. sese illos quoque uisurum. Nouistis enim ait fratrem Timotheum solutum: cum quo si celerius uenerit, uisurus sum uos. Et sane consentaneum erat, ut res ita succederet. Fuerat enim annos Hebræ. 13
duos in uinculis iam ipse detentus, deinde abire permissus est, ut ipse hoc modo testatur: In priore mea defensione nemo mihi affuit, et liberatus sum 2. Tim. 4
ex ore leonis, Neronis uidelicet. Demum cum in Hispanias uenisset, cum Roma. 15.
forte Iudæos reuisit. Inde Romam reuersus, a Nerone e uita sublatus est.

Caput .I.

MVLTIFARIAM multisque modis olim deus locutus est patribus nostris in prophetis. Cum enim fideles Iudæi malis plurimis afflictati, sese à deo crederent destitutos, nec vllam sui haberi, vt progenitorum suorum fuisset habita, rationem, longe aliter rem se habere Paulus patefacit, sic inquiens: Maiorem sane vos gratiam estis adepti, quam vestri sunt maiores. Ad hos enim constat, prophetas fuisse dimissos, ad vos vero filium ipsum. Quid enim prætendit, Multifariam multisque modis? Variis nimirum & multiplicibus figuris. Quid nisi? Ipse inquit, visiones multiplicaui & in manibus prophetarum assimilatus sum. Osee. 12
Quod cum ita se habeat, cur grauiter fertis præsentia, & animo estis pusil

lo, quâ à deo sitis tot bonis dignati? **nouissime temporibus istis locutus est nobis in filio.** Vel ex hoc quidem horum animos excitat & solatur, asserens, in proximo esse iam finem, Certator enim & si hebetior sit, cum tamen intelligit certamen prope modum terminatum iam iri, parump respirat, & vires resumit. Vel aliud etiam quiddam prætendit, cum nouissime inquit diebus istis, perinde acsi dicat: Cum enim nihil esset reliquum ad emendationem iam temporis, sed cruciatibus essemus & pœnis obnoxij, cum nulla nobis spes superesset, & diuina munera defecissent, tunc demum ipsi bonis affluximus. In filio vero. i. per filium. Et nobis cum inquit, vel seipsum discipulis æquat, tam & si hos nihil sit deus, sed apostolos duntaxat affatus per quos vel alios multos alloquitur. Nihilominus rem ipsam extollit, ostenditque vel cum his deum contulisse sermonem. Quod vtique ad hos consolandum plurimum valet. **quem constituit hæredem vniuersorum.** Hoc est, mundi totius
Deute.32 dominatorem effecit. Non enim vltra pars domini dicitur Iacob, sed vniuersi. Heredem autem dixit, vt filij proprietatem exprimeret, quod nequeat à dominatu depelli. Verum quo pacto hunc dominum fecit?
Psalm.2 Nempe vt hominem, quemadmodum & in secundo Psalmo huncipsum ita alloquitur, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. At quam dominationem hoc loco dicit? Eam videlicet, quod vltro homines se illi subijciunt. Hic enim est filio traditus, tanquam homini dominatus. Vel vt naturale imperium, regnum hoc illi est demandatum, cui vel inuiti obediunt o-
Psalm.118 mnes, quemadmodum scriptum est, Vniuersa seruient tibi. Hæc quidem vel ante secula in sua habuit potestate. **Per quem fecit et secula.** Cum de Christi carne, quæ nuper & paulo ante diuinæ illius æternitatis respectu est condita, disseruisset, ad eius perpetuæ dignitatis transcendit fastigium. Vbinam gentium sunt qui affirmant fuisse hoc seculum, cum ille non esset? Hic quidem secula fecit. Quid ergo deliras & asseris, fuisse hoc seculum, cum ille non esset? Cum enim constet patrem filium causasse, putandum est & non iniuria, vel eorum quæ ab eo sunt facta, & patrem causam ex

titisse. Videtur itaq; per filium pater efficere, qui facietem progenuit. Ex his igitur Sabellius lacessitur, qui duas inducit in diuinitate illa substantias, Et Paulus ille Samoteus acriter vulneratur, qui nuper creatum filium dixit, & à Maria duxisse originem, non ante secula fuisse. Cũ hoc simul & si non tam acerbe & acrius ille percutit, arripit nanquid Pauli dictum, & in aliũ sensum traducit, filium asserẽs vt ministrum patri allatum, vt opem ferret. Verũ & quæ insequuntur, magis hunc strãgulant. **qui cum sit splendor gloriæ.** Ad ipsum iam fastigium, de filij magnitudine differenda transcendit: Et gloriæ splendorem hunc dicit, vt plane intelligas filium à patre sine passione aliqua ꝓcessisse, nil imminutum, nec patre ipso inferiorem. Et eiusdem substantiæ, hoc est, de lumine lumen. Is nãq; animas nobis illuminauit, & patrem ipse denuntiabat, coq; se esse mundi lucem asseuerabat, & ab æterno cum patre colluxit. Nam & splendor cum re ipsa quæ splendorem emittit, eodem momento collucet: Neq; sol ipse aliqñ est sine radijs & fulgore conspectus. Nec pater intelligi sine filio potest. Cum itaq; Arrianos illud deblaterare intelliges, & hunc in modum arguere: Cum eñ ex patre sit fili⁹, ergo & patre est ille inferior, istiusmodi vel im illis obijcias: Vt ex sole splendor emittit, haud tñ hic splendor, ꝓdeuntẽ post solem, sed simul effulget. Cum sole eñ vna & radians fulgor exoritur. **& figura substantiæ eius.** Cum splendorem filium esse dixisset, coq; & consubstantialem & coæternum patri asseruisset, rursum cum splẽdor carere substantia videatur, medetur mox, si quid ex hoc argumento absurdius emanasset, ne occasionem forsitan Marcellus ille et Sabellius nacti, asserant non esse filium in propria apud patrem substantia. Ait itaq;, & figura substantiæ eius est ille. i. quemadmodum pater ipse ꝑ se cõstat, & nullius ad perfectionẽ indiget, ita & filius. Nam vbi filiũ patri persimilem esse ostẽdit Apl'us, & subsistẽtem per se primitiui figurã, vel ex his patefacit, Figura enim nil esse

Iohan. 8

aliud cõstat,q̃ sit primitiuũ, vt quæ per seipsa subsistat,& priori formæ similis videat. Gregorius vero Nysses Apostolũ dicit quẽadmodum per splendorem vnitatẽ ostendit,sic per figurã naturæ æqualitatẽ significasse.Nam qui suppositi magnitudinem mente pceperit,vel ex apparenti figura suppositum ip̃m oĩno emetietur.Quippe cũ nec figura excedat suppositum,nec subsistẽs in eo q̃ excellentior sit,forsitan deprehendat.Neq; suppositum figurã excedit. Nã hauddubie q̃ ad eam partem ineffigiabilis esset

Philip.2 hoc pacto. Vt itaq; & alibi dicit, filium in dei esse figura. Ex hoc ipso põt intelligi,per formã suppositum designari,per figuram vero dñm ip̃m,qui in ea spectet,Oñdit autem q̃ prsus patri sit filius par & æqualis.Ex forma nanq; pr̃is inspicit magnitudo,cum ex hac illa nihil exorbitet. Si eñ exorbitaret,informe id esset & indecorũ,qñ ipsi⁹ formæ lineas trãsiliret.Qd sane absurdũ ẽ,de patre tale qd in mentem vt veniat.Nã si tanta est patris magnitudo,quãta & forma,figura vero formã æquiparet,habet vtiq; tãtundem figura hæc magnitudinis,quãtum dei inesse formæ videtur. **Portansq; omnia verbo virtutis suæ.** Qui olim id dictum,per quem fecit & secula carpseras & cauillatus es,adhibe aures,vt si quo pacto percipere queas,quẽadmodum tradat filio Paulus dñatum.Neq; enim portãs virtute dixit,sed verbo virtutis, hoc est, q̃d verbũ virtute refertum est,& fortem hunc arguit & potentem.

Gen.1 Nam vt patrem fatet hmõi,ptulisse, Fiat lux,& facta est lux,sic & filium verbo oĩa ferre.i.moderari & continere. Quin potius ea quæ ab se inuicem dissident & in nihilum sunt,pcessura, frenare & coercere longe est maius,q̃ oĩa ista,pducere.Neq; gubernans dixit,sed ferens,tanq̃ digit⁹ tantã hanc mundi molem haud secus deportet, acsi nihil esse constaret,quin solo verbo oĩa põt. Non eñ simplex est apud deum,sicuti apud nos verbum.Nõ possum equidem non admirari multorũ hoĩm impudentiam,qui cum intelligant per ep̃læ huius exordium fuisse tot hæreses cõ

futatas, haud tñ desistant asserere, epistolã hãc haud Paulo conuenire, ceu à cæteris epistolis alienã. Velim tñ nõ esse hos nescios, epistolæ huius & sensuum profunditates, & vim illã inconfutabilem, nullius esse alterius posse, nisi Pauli, qui Christũ haberet in se loquentẽ. Quod si dicendi modus illos offendit, intelligãt Paulum Hebraica lingua hanc ipsam dictitasse epistolã, vt qui ad Hebręos haberet sermonem, & vnũ aliquem è suis contubernalibus in græcum vertisse, & pleriq; Lucam hanc trãstulisse ferunt, aut Clemẽtem: Cuius etiã in ea vel stylus seruetur. Nec secus hi peccant, qui hanc esse Pauli epistolã negant, q̃ si à Paulo abesse Christum negarent. **purgationem peccatorũ faciens.** Cũ de ipsius verbi diuinitatis magnitudine disseruisset, dicit quemadmodum per suę carnis assumptionem, prospexit hoĩbus: quod sane pręstantius est quã oĩa ferre. Duo preterea hoc loco proponit, & q; nos à delictis purgauerit, & q; per seipsum id fit executus, & gloriæ ducat, quod per filium idipsum effecerit. Quippe qui p crucem & mortem, quam ille subiuit, nosipsos mundauerit. neq; enim solum pro nostris facinoribus mortuus est, qui peccatis careret, & pœnas luit, quas ferre minus debuerat, & naturam ipsam mortalem Adæ condemnatione exemit, sed & baptismum contulit nobis, suæ mortis imaginem & sanguinis effusi figuram. Accipimus nanq; p eius hanc mortem quotidie delictorum remissionem, qui baptismi sumus aqua perluti, & dæmonibus non adeo faciles in capturam paremus. **sedet ad dexteram maiestatis in excelsis,** Cum crucis mentionem fecisset, de resurrectione nunc meminit: Nec iussus est inquit, ad patris dexteram considere, sed sedet. Neq; sedere hunc dicit, perinde ac si loco deus aliquo circũscribatur, sed vt filium patri honore patrem ostendat & gloria. Ad paternum enim thronum peruenit, & vt pater sedet sublimis, sic & filius excelsa conscendit. Verum si quis illud quod scriptum est, nobis obiecerit, Dixit dominus domino meo, sede à dextris

2.Cor.13

Roma.6.

psal.109.

meis,dixeritq́ patris imperio filiũ assedisse.Respondebimus non eũ mandasse,sed dixisse. Et idcirco istiusmodi figurã esse sermonem,ne principio filius & causante videretur carere. tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Initio ob auditorũ imbecillitatem,cum prophetis hunc cõtulit,nunc vero progrediens,&angelis ãponit,sensim hoc pacto ad veritatẽ auditores traducens. Effectus vero,id est,manifestatus. quemadmodum & Iohannes affirmat,
Iohan.1. Qui post me venit,ante me factus est:& carnis assumptæ
Ibidem. grã hæreditauit(intulit)nomen. Deus nanq́ verbũ est dictus,quo solo conceptus est. Cui eñ dixit aliqñ ange
Psalm.2. lorũ,Filius meus es tu,ego hodie genui te? At vnde inquit perspicuũ est,filium eẽ angelis potiorẽ? Ex noĩe quidem. nã cum filiũ dicimus,illud sane prætendimus, q̃d ex patre sit genitus. Quod si per gratiam esset filij nomẽ adeptus,angelis esset hic plane inferior. Illud vero,Ego te hodie genui,nil aliud exprimit,nisi quod à principio &ex quo pater est,filium genuisse. Nã quemadmodum,ego
Exod.3. sum inquit,tpe præsenti id protulit,sic hodie dixit,q̃d deo præcipue congruit,vt se sempiternũ ostendat. Tẽpora siquidem &si multiplicia sint,sunt tñ deo præsentia. Hunc itaq́ hodie genuit,quia id patri,ex spũ sancto placitũ fuit vt filium gigneret. Et rursum,Ego ero illi in patrẽ,
2.Reg.7. & ipse erit mihi in filium. Id quidem de carne humanitatis assumpta,apertius dictum. De qua cũ aliquid dicturus est Paulus,fidentissime cũcta edisserit. Assumpta itaq́ natura humana,& filium proprium nomen,verbum videlicet,quod ipsa natura vnitum sibi habuerat,hæreditauit:vtpote quæ in verbo ipso subsisteret,sicuti & angelus dixit:Et quod factum est sanctum,vocabit filius dei. Et
Luce.1. rursum,Erit autẽ magnus,& filius altissimi vocabitur. Id
Ibidem. autem filij nomen,nõnulli sunt angelorum sortiti. Quod si iustiores quidã & sancti,filij dei sunt dicti,id tamẽ gratia sunt consecuti,Quod sane longe secus domino conti-

git: cui in subsistenti identitate, filij nomen ob carnem assumptam est inditum. *Cum aūt rursum introducit primogenitū in orbem terræ, dicit:* Christus quidē suū per carnem aduentū, exitum vocat, vt illud: Exijt qui seminat seminare. Et alibi: Ego ex patre exiui. Et merito quidē. Ipsi nanq; extra diuagabamur & procul à deo. Vnde in mundū aduenieēs filius, tanq̄ ad hoīes delegat. Et nobiscū versatus, purgatis delictis imperatori deo humanū genus conciliauit. Paulus vero introductionem huiusmodi & ingressum, è quadā hereditantium metaphora, nuncupat gubernationem, & bonorū possessionem captantium. cum eñ introducit inqt, hoc pfert. i. filio pater in curam mundū demandat. Quem mundū est tunc ille volentem adeptus, cum mundo innotuit. Introducitur autem haudquaq̄ aliter nisi in carne. Nā quemadmodum deus verbum in mūdo erat, & mundus per ipsum est factus, patrem facit filium introducentē, vt acceptabile reddat hoc verbum. Gregorius vero Nysenus, & itē Cyrillus ita id dictum interpretantur, & filiū dicunt priusq̄ carnem indueret, nihil habuisse cū hac mundi structura cōmune, vtpote, q de' esset, & carne careret. Vbi vero carnē assumpsit, tunc mundi participē & creatarū rerū effectū, inquantum creatā hanc carnē sibi vnisset, in mundi hāc dici machinā introductum. *Et adorent eū omnes angeli dei.* Eū scilicet, qui carnem assumpsit. Ostendit præterea ex his q̄ ille præstaret, & q̄ dn̄s seruo sit potior. Nec secus dicit hic introductus, q̄ si quis dominos ipsos in domum inuexerit, quos mox & familia omnis venerabūda excipiat. *Et ad angelos quidē dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammā ignis.* Plurimū sane angelos inter & deum differt, quippe creati illi & cōditi, hic increatus. Nam qui omnia è nihilo eē aliquid fecit, introduxisse nunc dicitur. Nec angelis modo hac magnitudine pstat, sed potestatibus ei ministrātibus vniuersis pcellit. Neq; qui fecit inqt, sed qui facit, id ē, verbo quæ

Matth.13. *Iohan.16.* *Iohan.1.* *Psalm.96* *Psal.103.*

psal.32. sunt effecta conseruãs. Dixit nanq; & facta sunt. Et in eu
Iohan.5. angelio, Pater meus vsq; nunc operatur. i. continet q̃ crea
ta sunt & effecta, tutabiturq́; sicut & condita sunt. **Ad fi-**
psal.44. **liũ aũt, Thronus tuus deus in seculũ seculi.** An
geli (inquit) creati sunt, & ad eos illud refertur, qui facit: Fi
lius vero nequaq̃ creatus est, nec de eo illud qui facit, ẽ di
ctum. Quin potius rex ille, & dñs, & deus est, quod plane
thronus iste testificatur, qui principatus est & imperij ar-
gumentũ. Id aũt dictũ contra Paulum Samoteũ & Arriũ
facit, qui simplicẽ hominem introducunt, qui deus esset,
& sempiterno imperio potiretur. **virga æquitatis, vir
ga regni tui.** Et id quidẽ aliud quoddã ẽ dominatus in-
signe. **Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ.** Hæc sane
deo vt incarnato cõpetunt verbo, tanq̃ qui carnis humili
tatem susceperit. **propterea vnxit te deus deus tu-
us oleo lætitiæ præ participibus tuis.** Id profecto
contra Iudæos dictum, & Sabelliũ plane & Marcellũ im-
pugnat, qui duas asserunt deo inesse personas, qa bis deũ
hic Paulus nominet. Et Marcionistas refellit, existiman-
tes eo filiũ carnẽ assumpsisse, quia nõ diuinitas, sed huma
nitas vngeret. Ait itaq; Paulus, O deus, vnxit te deus tu9,
.i. pater quidem tuus secundũ diuinitatem, deus vero secũ
dum carnem, oleo letitię. i. sancto spũ præ cæteros homi
Iohan.3. nes oliniuit. Non eñ parce, & ad mẽsuram aliquã præfi-
nitam Christus spm̃ sanctum accepit, sed effuse & abunde
vnctus est, & palã. Cuius spiritales oẽs participes sunt, vt
qui participatione hac sint sancti effecti. necnõ in lege p-
fectiores & spiritales, in Chri fide spm̃ sunt assecuti. Vn-
de & vncti sunt appellati, vt illud, Nolite tangere christos
psal.104 meos. i. vnctos. Et in gratia quidem liquido sunt Christi
participes, quemadmodum eius & mortis per baptismũ
sunt consortes effecti, & spiritu vncti, qui lætitiæ oleũ di-
citur, vtpote qui nos à peccatorum exemit mœrore, & iu-
cunditatem ingessit bona futura sperantibus. **Et tu in**
psal.101. **principio domine terrã fundasti, & opera manuũ**

tuarum sunt cæli, Ne forte superius cum primógenitum introducit in mūdum, existimes donum id esse à patre postremo filio datum, demonstrat hoc loco eum mūdi ipsius, non vltimo, sed à principio conditorem. Id autē facere cōtra Paulum Samoteum videtur, qui ante Mariā genitricem asserit Christum fuisse, tanquā mundi fabricatorem. Itemq; & Arrio aduersatur, qui vel ministrum eo fecerat Christum, vel organum aliquod potius, q̄a superius hunc arguat Paulus eum esse, per quē & secula fecerit pater: nunc vero vt fabricator inducitur. Aduerte autem quemadmodum congruant hæc inter se & connectātur, & increatæ naturæ ratio & dispēsationis patescat, & modo ob illā altiora nonnulla & sublimia præferantur, mō ob hanc humilia quædā & infima. Ipsi peribūt, tu aūt permanebis, & oēs sicut vestimentū veterascent. Et sicut vestimētū mutabis eos, & mutabūtur: tu aūt idem ipse es, & anni tui non deficient. Maius sane aliquid nunc patefacit, quā fuerit hęc condidisse, mūdi scilicet trāsformationem. Cuncta siquidē à corruptione in incorruptionem immutentur necesse est, & tam facile, quā si quis pallium complicet. Num igitur qui nullo labore vniuersa construxit in melius, & alterius videtur opera indigere, cum minora facturus est, hoc ē, creata demolia tur, & de mortalibus hoīes facit immortales? Id aūt maxime consolatur fideles, q malis in hoc seculo afflictantur, cum sint certiores iā redditi, nequaquā res oēs hoc statu perpetuo permansuras, sed fore vt immutentur. Tum præcipue & nos ad tolerantiam exhortatur, his dictis non ignoremus vitam nos esse perpetuam habituros, qñ quidem & Christi tempora sint sempiterna & non desitura. Ad quem aūt angelorū dixit aliquando, Sede a dextris meis, quoadusq; ponā inimicos tu- *Psal. 109.*
os scabellū pedum tuorū? Rursum hos consolatur, cum futurū asserat, vt eorū hostes deuinceremur, cū ipsi vł eosdē haberent, q & Christo sunt aduersati inimicos. Nec

tanq̃ imbecillus sit & nulla virtute filius, pater dicit inimicos illi subijcere, præsertim cum filius sit iudex futurus, & ei liceret vel in hac vita malos & sibi infensos male deperdere, sed vt filium pater honore afficiat. Nã patrem hostibus his succensere, quo pacto non filio cedat ad gloriam? Vel quõo idipsum non summæ sit paternæ in filium charitatis indiciũ? De qua tñ in epistola ad Corinthios prima

1. Cor. 15. copiosius explicatur. Eã perlegito, & certior fies. Nõne oẽs sunt administratorij spũs in ministerium missi, propter eos qui hæreditatẽ capiũt salutis? Attollit audientiũ animos, affirmãs plurimã esse deo de nobis susceptã curã, qñ & angelos qui vidẽtur p̃cellere, quæ ad nostrã conducũt salutem, vt ministrarent constituit. Videtur præterea & aliquos castigare his dictis, qui ange

Actu. 7. lis nimium fauent, nec secus & oẽs Hebræos, qui legibus

Galat. 3. sunt per angelos latis, & eiusmodi administratiõi ita addicti, vt vel hos Christo præponãt. Nolite igitur inq̃t, istis intẽdere: sunt em̃ nobiscum pari seruitute obstricti. Aduerte aũt quemadmodum non multum existimet creata hæc ab inuicem aliena, tãetsi magno videantur interuallo distare, angeli ipsi & homines, nihilo minus propinquiores illos nobis effecit. Siquidem quod creatũ est aliquid, re altera, quæ item à deo sit condita, haud multum pr̨stãtius sit. Ministrabant aũt angeli & in veteri testamento q̃ plurima, & in nouo non pauca. Nam & pr̨dixere Ioseph

Gene. 37. illi futura, & pastoribus Christi ortum denuntiarunt, & in

41. domini sepulchro sedentes, resurrexisse eum significarũt,

Luce. 2. & nos instruxere vbi ille est in cælũ assumptus, ꝙ talis es-

Luce. 24 set, qualis ascenderat, aducturus. Quinetiam Cornelium

Iohan. 20 ipsum & Philippum, & in carcerem Petrum coniectũ allo

Actu. 1. 10 cutus est angelus, & alijs deniq; istiusmodi innumeris mi-

nistrandi officijs sunt illi perfuncti. Nota aũt euangelium

Actu. 8. 12 prædicantis, quin potius Christi ipsius officium esse, salutem hominibus subministrare. Nequaq̃ igitur est id ministerium negligendum. Caput II.

PRopterea abundantius oportet nos obseruare ea quæ audiuimus, Cum itaq; inquit, tantopere filius qui nobis locutus est, & prophetas excedit & angelos, q veteris fuere testamenti ministri, necesse est sane, vt q̃ ab his audiuimus, & nobis sunt demandata, lõge magis q̃ legẽ aduertere. Quod tñ minus apte protulit, ne in principio epistolæ statim Iudęos lacessat. dedit tñ ex insequẽtibus id posse cõprehendi. Nec eo mõ, vt vetus cũ nouo conferret: id eñ ait, haudquaq̃ velim sic fieri, sed illorum opinioni & verba accõmodat, q vetus illud maximi facerent, & nouum aspernarent. ne forte defluamus, Id est, ne ipsi labamur, ne pereamus. Vsus aũt nunc verbo est, q̃ & in Parabolis Salomon vtitur, inquiens: Fili mi, caue ne labaris, vt & lapsus facilitatẽ ostẽdat, & interitus malũ. Qui eñ ceciderit, & in præceps iã labit, difficile reuocat. Qui eñ per angelos factus ẽ sermo, factus est firmus. Aperit iã quod sentit, verbum quidẽ per angelos significatũ, & decẽ mandata designat. Par eñ est, angelos deo tunc affuisse, quibus esset Hebræorum gens demandata, eosdemq; & tubas fecisse, & ignem prætulisse noctu, interdiuq; nubem, sicuti & Galatas instituẽs, ait: Et rursum accepistis legem mãdata angelorum. Vel verbum, iussa omnia dicit, quæ in veteri continentur, per angelos administrata: cuiusmodi sunt de iudicibus illa, & de Sampsone iniuncta. Propterea nec lex dicit, sed verbum, vt ista significaret. Hęc itaq; vniuersa firma sunt, id est, vera fuere, & comminationes illæ operibus sunt terminatæ & factis, & nihil horum condidit frustra. & omnis præuaricatio & inobediẽtia accepit iustam mercedis retributionẽ. Non enim hæc mercede caruit, aut illa accepit, sed om̃is, & ita, vt nihil impune abierit. Cruciatum & debitas pœnas, mercedem appellat, tametsi in bonis & prosperis idipsum mercedis nomen sit vsurpatum. Nil tamen vocabulorum hanc differentiam Paulus magnifacit. quõ nos effugiemus, si tãtam neglexerimus sa-

Eccl. 1. 9. 28.

Exod. 19. 20.

Exodi. 13.

Galat. 3.

Iudi. 6. 7. 13.

lutem? Vbi sermo hic, salus esse cõstat. Quod si vel ibi fu erit hæc salus, nequaq̃ tñ magna futura est. quippe cũ vel ex hostibus salui fierent q̃ multi, & terræ bona susciperẽt, hic vero ingẽs est admodũ salus. Propterea eam tantã adie cit, quia & mortis destructio, & dæmonum interitus, & cę lorꝝ imperium, cuncta hæc ex prolatis à deo sermonibus, nobis sunt parta. **Quæ cũ initiũ accepisset enarran di per dñm, ab eis qui audierunt, in nos cõfirmata est.** Vt fidẽ faciat rei, salutẽ hanc ait nec per prophetas esse, nec p angelos pronuntiatã, sed ab om̃ium dño enarratam. Fit itaq;, vt ab ipso fonte hęc ipsa salus initium duxerit: deinceps ad nos firmiter illa ex fide, per ipsos verbi

Lucæ.1. ministros & spectatores traiecit, quod & Lucas sic memi nit: Ipsi enim firmiter nos certiores fecerunt. Verum cur

Gala.1. alibi non ab hominibus accepisse dicit Apostolus? Quia ibi quidẽ permagnum aliquid inerat & necessariũ, quod eum vrgebat, non hominum se fateri discipulum. Illi nãq; obijciebatur quemadmoum nõ dominum audisset, eoq́; & eius prædicatio periclitabatur, ne fides prædicandi sibi à discipulis demeretur. Hic vero nulla huiusmodi cogeba tur necessitate. Nam neq; Hebræis euangelium prædicabat, neq; illi obtrectabant, quod hominum esset, nõ Christi discipulus. Vel quia quẽadmodum dicturus est statim, diuino testimonio. i. signis & portentis à deo, non ab hominibus arguit, hæc se accepisse. **cõtestãte deo signis & portentis,** Cum dixisset esse se confirmatum, & modum ostendit, ne forte quis asserat auditorum figmenta hæc esse, deo inquit testificante. Non enim hæc ille esset testificatus, si falsa essent & ficta, perinde ac si dicat: Cum ho minibus id astruentibus, et deus ipse testatur, non vocem emittens, sed signis et portentis illorum dicta confirmãs. Fides igitur per nos non hominibus, sed deo præstãda ẽ. **& varijs virtutibus,** Effusam donorꝝ expressit hic copiã, cum varijs dicit. Nã si virtutes tollãtur, nunquã tanta hæc signa et varia à deo ederentur. Cumq; et dęmonum

vel arte vel ministerio q̃multa factitent hoïes,virtutibus dixit:quæ,pfecto illorū operibus nullæ insunt, sed imbecilla sunt,præstigiosa & vana eorū facta. ⁊ spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatē. Id præterea eadem adiecit de causa. Magorū enim res gestæ,non sancto spū constant,sed varijs dæmonum illusionibus. Oñdit etiā & aliud q̃ddam. Erat nāq; verisimillimū haudq̃q̃ multos ibi fuisse, q hmõi essent donis potiti, & alios quosdam ob eorū ignauiam ab his destitutos. Vt ita q; & hos consolet̃,sic inqt:Spūs sancti partitiones & munera,pro eius arbitrio conferunt̃ & nutu. nouit em̃ quid cuiq; conferat,& hunc in modum gr̃am impartit. Nā plerunq; ob vitā actam impurius,& spūs quis dono carebit, persæpe etiā neq; id ille accipiet qui vixerit,ne supbia efferat. Et idcirco humilibus & fere inutilibus potius tradebant̃ hæc dona. Non enim angelis deus subiecit orbem terræ futurum. Vt aūt filium arguat maximū in modum angelis ipsis præcellere,mundum dicit Apl's, siue structurā & mūdi hāc machinā,patrē filio subiecisse, non angelis. Futurū aūt eo dixit, q̃a dei filius ppetuo fuerit. Mundus vero,q̃a conditus est,& aliq̃n nil fuerat,quasi vt fieret videt̃ futurū,quia prius non extitisset. Erat igitur q̃ad filij essentiæ perpetuitatē,futurus & orbis terræ. De quo loquimur. Hoc est,de q̃ superius diximus,cum introducit filium in orbem terræ, Præt̃ hunc itaq;,alium neminem errabunda reqrat mens tua. Multi vero, q futur' est,ita interpretant̃,pinde orbis hic terræ sit cælestis futurus,de q̃ nūc dicat Apl's,loqmur.i.de q̃ oīs nobis s̃mo est habitus. Tunc em̃ & angeli seruorū in morem astabunt, *Matth.25* Filius vero iudicans assidebit. Testatus est autem in quodā loco quidā,dicēs: Quid est hō q̃d memor es eius,aut filius hoīs q̃m visitas eū? *Psalm.8* Minuisti eū paulo minus ab angelis, gloria ⁊ honore coronasti eum, ⁊ constituisti eum super opera manuum tuarū. Omnia subiecisti sub pedibus eius,

Testificātis hic nomē nō explicat, vtpote q̄ ad scripturam peritos ſmonē habeat. Hæc ſane oīa q̄ad cōem humanitatē ſunt dicta, ꝑprius tñ Christo poſt carnē assumptam
philip. 2 cōueniūt. Nā & filius dei exiſtēs, nihil aduertēs ꝗ humana eſſet ille natura, hanc ipſam vltro excepit & ſibi vniuit, vñ vel oīm eſt effectus ſublimior. **In eo enim quod ei ſubiecit oīa, nihil dimiſit non ſubiectum ei. Nūc aūt necdū vidētur oīa ſubiecta ei.** Cum em̄ hi ad q̄s Paulus ſcribit, plurib⁹ malis affecti, ꝑſecutionib⁹ affligerentur, ne hanc illi ꝑtenderent dicendi occaſiōem, q̄d ais? illius cūcta eſſe ditioni ſubiecta, cū ipſi ab eius hoſtib⁹ tot malis affligimur, & exagitamur acerrime? vel ex his q̄ dē poſſumus conſpicari, neq̄q̄ illi (vt aſſeris) cuncta ſubeſſe. Cur ergo nobis illudis ō Paule? Nolite inq̄t ob id aīo obturbari, nec mēte & ſpe cōcidere. Futurū eſt em̄ vt vniuerſa illi ſubijciantur. nā ideo ſubiecisti id verbū ſacræ literæ ꝑtulere, vt credamus, & ſi nondū euentū res habuit, ſic tñ euaſurā eſſe oīno. At tanq̄ hunc iā finē ſit nacta, nūc aperit, Nulla itaq; vos formido inceſſat, q̄ mala nūc toleratis, nondū euāgelij ꝑconium hoc vniuerſa puicit, nondū abſolutū eſt tp̄s, q̄ oīa pareāt: parebunt, mihi credite, cuncta, & Christi erunt ꝑtāti obſtricta. **Eum aūt qui modico q̄ angeli minoratus ē, videmus Jeſum propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatū.** Nitit̄ quæ dicta ſunt, oñdere, vt arguat Christo oīno congruere, aitq;: Etſi omnia filio ſubiecit paſ̄, nondum tñ illi hęc videnſ̄ competere, qui nondum iudicaturus aduenit, ſed futurū id oīno aſtruimus. Illud vero, angelis paulo minus eſſe minorem effectum, & Christo conuenit magis q̄ nobis mortalibus. Is nāq; cum apud inferos iam tertium diem vt homo egiſſet, paulo eſt ab angelis imminutus: vtpote q̄ nihil ſunt morti obnoxij. Nos vero quia plurimū morti obſtringimur, & corruptioni patebimus, non paululum, ſed maximum in modum angelis ſumus inferiores. Nec minus & gl̄iæ hmōi & honoris, ob paſſionem &

mortem,corona Christi magis q̃ nobis cõgruit. Mortis aũt passionem inquiens,verã mortem expressit.Non eñ imaginaria mors illa erat & prestigiosa,sed re ipa patiebatur. Mortis præterea meminit & crucis, vt eius suadeat q̃tenus præceptoris exemplo,magno animo ferant pressuras. Cum vero in laudẽ illi & gloriam crucem cessisse,& nobis item quæ patimur gloriæ futura ostendit: subinde diceret,qd ea refugitis quæ coronam sunt allatura & palmã,ille vestri qui serui estis ob grãm pertulit mortẽ,vos contra,p eo qui vt dñs habet in vos potestatẽ,vel saltẽ leuiora hæc mala nil toleratis: vt gratia dei pro oĩbus gustaret mortem. Neq; enim vt nobis obnoxius,sed vt grãm faceret,ad mortẽ ille filiũ destinauit. Nec,p fidelib⁹ solum,sed,p vniuerso terrarũ orbe. Nam & si haudq̃q̃ oẽs sunt salui effecti,ipse tñ peregit quod sua intererat. Recte aũt gustaret dixit. Nam & more aliquid degustãtium,breui admodum tpis interuallo in morte pmansit,q̃ mox resurrexit. Vnde vel ob idipm est angelis potior,quia mortem euicit. Quemadmodum enim & medicus appositos cibos abhorrere languentem aliquem conspicatus,mox ipse prægustat,vt ęgrotum faciat fidentiorẽ,alliciatq; cibum vt capiat,sic & dñs cum nos spectaret mortẽ reformidare,hanc prior ipse libauit,& si minus id facere cogeret. Quid ni? qui nequaq̃ morti subijceret,sed p gratiam hanc ille subiuit,vt ad mortẽ perpetiendã si esset necesse, vt minus horribilẽ,nos hortaret. Nestoriani vero scripturã hanc Pauli deprauantes,non gratia dei dicunt,sed sine deo:id est,sine diuinitate pro omnibus mortem gustaret, vt quod ipsi pessime sentiũt, Christo scilicet cruci affixo, diuinitatẽ astruant non affuisse:vtpote quæ non substantialit illi inesset,sed affectione quadam vnita. Quorũ impietatẽ orthodoxus quidam irridẽs,sic inquit: Esto vt ipi asseritis scriptũ,Vel hoc mõ id facere nobiscum videt,q̃d dictũ est,Sine deo eñ,p cæteris alijs dominus mortẽ subiuit,vel pro angelis ipsis,vt illorũ in nos odia soluat,& eos

1.Timo.2

gaudio expleat sempiterno. Decebat enim eum per quem omnia. Id est, patrem. Neq; enim si per præpositio hæc, quæ græce habet, imminutionem afferret, & soli filio conueniret, & patri adijceret. Addisce aũt quã habeat, p quem illud, significantiã, vt nemo videlicet absurdius aliqd ex eo intelligat, q; per quem oĩa dixerit. i. vt filiũ faciat oĩbus indigere: q̃a propt̃ eum facta sunt oĩa. Per p̃positio hæc aliqd præfert. Exẽpli gr̃a: Per hoĩem. i. hoĩs gr̃a creata sunt oĩa. Propterea eñ per illud adiecit, pinde acsi dicat: Per quem sic velim intelligas, tanq̃ p ip̃m facta sunt oĩa. Cũ itaq; per quẽ & filium ip̃m designat, ita accipito. i. à q̊. qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummari. Adhuc dicto illi insistit, q̃d supius dixerat, Gl'ia & honore coronasti eum. Qđ aũt dicit tale est, Pro suæ clementiæ dignitate, vel hoc patet, effecit. Quippe q primogenitum oĩm filiorũ, q eius sunt gl'ia fruituri, præ cæter; clarissimũ ex passione patefecit, vt cũctis aperiat esse oĩno p ea gloria decertandum. ἀρχηγὸν aũt salutis autorẽ & causam dixit. Aduerte aũt quantũ ipsi ab illo distemus. Nã filius quidem is dicit̃, & nos filij nuncupamur. Salutem ille largitur, nos vero salui efficimur. Sumus præterea & illi coniuncti, & alia q̃dam rõne disiungimur. Illi nanq; ideo copulamur, q̃a multos filios traducit ad gl'iam, & eo distamus, q̃a filiorũ sit salutis hic autor. Nota aũt passionẽ cõsummationẽ & finem prætendere, & salutis causam esse. Et q p aliq̃ patit̃, nõ modo illi, pdesse, cuius gr̃a tulerit pœnas, sed sese clariorẽ in posterũ facere et perfectiorem, intelligat. Consummationem vero hoc loco gl'iam ipsam intellige, q̃ sit ille affectus, vel eam quæ decet humanitatem, vel q̃a natura insitã sibi gloriã asseruabat. Alioquin q̃ ad nr̃am mortalem hãc et humanam conditionẽ, vt homo, inglorius erat: vtpote q esset incognitus. Vbi vero p crucẽ innotuit, et gloriose est in altũ sublatus, gloriã dicit accepisse. Quã cũ natura sibi haberet ingenitã, neq̃q̃ vide

rurā nobis illi esse allatā. Vel cōsummationē immortalitatē ipsam appellat, quæ deerat quidē Christo vt hoī, per resurrectionē vero hāc consummauit, perfecitq; illi pat. Nam postq̄ hic resurrexit, nullum præterea habuit mors in hoīes dn̄atum, et mortalē oēm naturā hmōi est cōsummatione dignatus. Qui eñi sanctificat, & qui sanctificatur, ex vno omnes. Ecce vt rursum Christi fratres eē nos arguit, & tanto ab eo fuisse honore dignatos. Cum eñ sanctificās. i. Christus, & sanctificati nos ipsi videlicet, ex vno oēs, hoc est, à patre, vt filius ipse, nos vt creati. Ille itaq; sanctitatē largit, nos sancti efficimur. Quo fit, vt et identitas intercedat, et excellentia demonstret. Propter quam causam non cōfunditur fratres eos vocare. Aduerte hoc loco quam diximus excellentiam. Cum eñ inqt, nil ille confundit, hoc est, nil eum pudet, ostendit nequaq̄ rei ipsius naturæ id esse, sed charitatis minus pudentis. Nam etsi ex vno prodiuimus omnes, alia tamen sumus ipsi à Christo et longe diuersa conditione, à q̄ tantum distamus, quantum à creatis et conditis differt creator. Dicens, nuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Vbi enim carnem hic induit, et fraternitatē nobiscum iniuit et induit. Vnde et in vnum fraternitas ipsa conuenit. Rursum tñ in eo excellit, q hoībus se denuntiaturum patrem promittit. Et iterum, Ego ero fidens in eū. Idcirco eñ arguit se hominem esse effectum, et nobis fraternitate coniunctum: quia vt quisq; mortalis, ita et se patri confidere aperte fatet. Simul præterea & nos admonet, vt deo & soli fidamus. Qñquidem & ipse qui filius est, & nullius ope indigeat, patri tñ fidere se fatet. Nonnulli vero in hanc sententiam id accepere. dicunt autem, Cum enim Christum superius dixerit fratrem, & paulo post patrem eundem hūc appellarit, ostēdit tñ eiusmodi nomina futuræ dispensationis & vtrimq; fore: eius vero ante secula deus est nomē. Quis ergo in alio poterit, nisi in deo spem suam sitam ha

Psal. 21

Psalm. 17

bere:perinde acsi dicat:Neq; em̃ quia patrẽ hunc et fratrẽ pcipitis, è vulgo aliquẽ vnum existimate. Est nãq; hic de us,& in q̃ plane(vt scribit)est confidendum:& ita,vt non tanq̃ à Christo hæc, sed à ꝓpheta videant̃, ꝓlata, vt dicat confidã ego,ꝓpheta scilicet Christo ipsi vt deo. Qui sensus neq̃q̃ superioribus congruit,& minus ꝓbat. **Et iterũ,**

Isaiæ.8 **Ecce ego & pueri mei,quos dedit mihi deus.** Hoc loco Christũ defert nobis in patrẽ. Dedit aũt,ob patris be neplacitũ dixit,ꝙ carnẽ hunc assumere fecerit,Nã si incarnari filiũ nõ placuisset,nec sibi filij forent q crediddissent. **Quia ergo pueri cõmunicauerũt carni & sangui ni,& ipse similiter participauit eisdem.** Pudeat velim hoc loco qui asserunt,non re filium, sed apparentia quadã exteriori parem nobiscum geniturã sortitum. Neq; em̃ solum carnis hunc & sanguinis inquit,æquæ ac pueri.i.reliqui hoĩes participasse, q̃uis & si id ꝓtulisset, satis ꝓfecto fuisset ad confirmandum veram carnem hunc accepisse, sed similit̃ adiunxit, vt nostræ carni persimilem hunc habuisse incarnationem ostendat. **vt per mortem destru eret eum,qui habebat mortis imperiũ,id est, dia bolum.** Causam dispensationis exponit,vt per mortem videlicet quam ille subiuit, quia carnis esset & sanguinis particeps,diabolum perdat,qui habet mortis imperium.

Roma.5 Quõ:Per pc̃tm̃ videlicet. Cum enim ex priori illa Adæ in obedientia homines,suis artibus faceret in pc̃tã ꝓlabi,ipse mox condidit mortem,quæ eodem in posterum ꝓ milite & fortioribus armis humanã hanc aduersus naturam est vsa. Morte igit̃ hac ipsa vt diabolum expugnaret & perde ret,vsus est Christus, Quod vtiq; ingentis virtutis & sapientiæ est argumentum, vt hostem eisdem armis occideret,quibus ille plurimos enecasset. **& liberaret eos qui timore mortis per totã vitam obnoxij erant seruituti.** Id est,vt homines liberos redderet,quicunq; mor tis erãt seruituti obstricti.i.qui mortis erant addicti obsequio,& eum pertimescebant,tanq̃ non aliquãdo eẽt hæc

abolenda. Vel mortis obnoxios dicit, & mortẽ reformidãtes priores homines, qui assidui in timore ducebãt vitã, morituros se semper opperiẽtes. Et qa mortẽ maxime verebant, nihil sentire poterãt voluptatꝫ. Id eñ ꝑtendit, cũ ꝑ oẽm vitã dicit. Erãt vtiq; futuri obnoxij, hoc est, tremore cõtinuo vrgebant (ut solent fuitia dominum verita cõtremiscere) existimantes amarissimã eẽ hãc mortem, eoq; nec voluptate aliq̃ perfruunt. Est igit ex his colligendum q mortem horrescit, nec liberꝝ eẽ, & cunctis patere in seruitutẽ. Valet ꝑterea id ad consolationẽ oppressis. Siquidem qui nunc diuexant & vinculis astringunt, liberius viuunt, & sanitate maiori q̃ prisci illi, qui versari in delicijs videbant, cum his mors ipsa imperitaret, & eẽt formidini. Quippe qui istiusmodi mortis horrore & seruitute astringerent, vos vero prorsus sitis his liberati. **Nunquam enim angelos apprehendit.** Hoc est, nequaquam angelorꝫ ille naturam arripuit, neq; hanc tulit. Id vero immensam erga genus humanum arguit charitatẽ. Quando quidem quod angelicæ naturæ non est elargitus, contulerit homini, vt ab hoc carnem assumeret. **sed semen Abrahæ apprehendit.** Non eñ accepit inquit, sed apprehendit, vt ostenderet naturam hãc nostram refugientẽ, & lõgius ab se abeuntẽ. Christum fuisse insectatum, & adeptum tãdẽ ꝓhendisse, & sibi vnisse, & à fuga retractum cõplexum esse. Nec naturã hominum dixit, sed Abrahæ semen, cum vt Iudæos extolleret, & illorum genus argueret honoratum, tum vt eosdem in eo assereret añire gentiles, quia ab his dñs ortum duxisset. Semper autẽ his aliq̃d ad gratiã loqt, ita tñ vt nemo possit ex eo offendi. Simul ꝑterea & repromissionem recordat Abrahæ factã, q̃ terrã dominus his, & eorꝫ posteris daturꝫ se pollicitus est, bonis oĩbus affluentem. **Vnde debuit per omnia fratribus assimilari.** Cum enim inquit, dignatus est semel carnem hanc ille nostram induere, & naturã humanam arripere, consentaneum erat oĩno, vt & no

bis persimilis nasceret̃, paremq́ȝ nobiscum et educationẽ haberet & incrementum: Ferretq́ȝ oĩa quæ illi essent ferẽda, ac demum mortẽ obiret. Id nãqȝ prætẽdit, cum ꝑ oĩa inqt assimilari. **vt misericors fieret ⁊ fidelis põtifex ad deum.** Nullã inqt, aliã ob causam carnẽ hanc nostrã assumpsit, nisi vt per eã & nostri misereret̃, & humi iacentes attolleret. Verũ q̃ pacto põtifex noster effect⁹ est, hac ipsa illota & sordida quã à nobis desumpserat carne: certe vt pc̃tis nos repurgaret, impetraretq́ȝ eius intercessu à deo nr̃is erratis veniã, qbus antea ipsi oppugnabamur. Fidelis vero .i. verax & potens vt pontificis adimpleret et munus. Est nanqȝ pontificis veri officium, vt eos prauis eximat facinoribus, quorũ sit pontifex constitutus. Vel fidelem dicit .i. deo acceptũ. **vt repropitiaret delicta populi.** Oñdit q̃d præferat ad deum esse fidelẽ, videlicet vt populum delinquentem deo conciliet. Id em̃ est maxime suæ in nos charitatis indiciũ, cum enixe oĩa fecerit vt pc̃tã deleret. Quæret aliqs, Cur em̃ non mundi, sed populi dixit pc̃tã? Quia ad Iudæos ſmo hic habebat̃, quorũ grã p̃cipue dñs in mundũ concessit: vt his saluis effectis, & cæteri per hos salutem assequerent̃, & si longe aliter res ipsa

Matt. 1 euaserit. Quinetiã Ioseph angelus ip̃e affat̃ hmõi, Saluũ facturus est populũ suum, & à pc̃tis hũc liberabit. Quod sane Iudæorũ præfert nobilitatẽ, & quãti hos faceret deus oñdit. **In eo em̃ in quo passus est ipse ⁊ tentatus, potens est ⁊ eis qui tentantur auxiliari.** Humile admodum id, et vilius quidẽ, et deo plane indignum apparet, alioqn haudquaq̃ est à carnis conditione alienum. Nam si et de patre q corpore caret et carne, q̃ multa quæ humanæ huic congruunt magis et mortali naturæ, ꝓfert

Psalm. 13 scriptura, vt illud, Dñs de cęlo ꝓspexit, et vidit filios hoĩm.

Gene. 18 et alibi: Descẽdens videbo. et multa hmõi, lõge magis de Christo, q carnẽ assumpsit, et in carne perpessus est, infinita quædam enarrat: cum vt auditores de eius incarnatione faciat certiores, tum quia adhuc fragiles essent, & in

fide nondũ obfirmati. Rerũ em̃ experientiam existimant hoĩes, cæteris potiorẽ. Quod aũt dicit hmõi est: Non em̃ solum vt deus, sed quia vt homo cuncta expertus intelligit, siquidẽ multa perpessa est Christi hæc caro, callet'q; qd pressura, quidve tentio sit. Vnde & auxiliari põt. i. prõpti or esse manus vt porrigat, & tanq̃ misericors opituletur oppressis. Caput III.

VNde fratres sancti vocatiõis cælestis participes. Vnde. i. cum talem hunc dixerim pontificem esse, fidelem. s. & peccatores patri conciliantẽ, nec impotentẽ opem p̃stare, velim vobiscum aĩo hæc reputetis, cõperietis hauddubie, ita rẽ se habere. Vocatiõis aũt cælestis participes inquit, perinde ac si dicat, ad cælum sumus acciti, nihil hic requiramus: ibi nãq; & præmia sunt futura, & retributio. considerate apostolũ & pontificẽ confessionis nostræ Iesum. Ob carnem hanc. s. lu teã, humilia quæq; mente peruoluite, vt alias dictum ẽ sæpe. Apostolus vero ob id nuncupatur, quia ad oues Israel fuit dñs transmissus, & nostræ confessionis(. i. fidei) põtifex. qui fidelis ẽ ei qui fecit illũ, sicut & Moyses fidelis in omĩ domo eius, Cum Christum esset Moysi Mat. 15. præpositurus, pontificis munus produxit in mediũ, ait'q; Num. 12. horũ vtrisq; demandatũ esse populum procurandũ. Tam etsi maioribus Christus sit rebus præfectus, initio tamen haudquaq̃ huius aperit excellentiã, ne hos ad quos scriberet, irritaret. Nã etsi fidẽ exceperant, magnũ tamen in modum Moysi rebus fauebãt. Interea vero Christum dominum æquiparat domino, ait'q; & fidem hunc patri seruare, qui apostolum se et pontificem fecerit. Neq; enim de substantia hoc loco disserit, sed de animi prõptitudine. Fidelis igit̃ est ex affectu quodam præcipuo, & volens rebus præsidet patris. nec eas sinit corrumpi, sed illarum salutẽ pro sua ducit: quemadmodum Moyses domui eius ꝓspi cit, id est, populo. Domum enim populum nũcupat. Eius vero. i. dei ipsius, vel Moysi. Nam et Moysi populus dici-

Exod.32. tur, vt alibi, Populus tuus peccauit. Erat nanque hic Moyses populo ita praepositus, vt domui dispensatorē praefici mus. Amplioris enim gloriae iste prae Moyse dignus habitus est, quāto ampliorē honorē habet domus qui fabricauit illā. Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo: qui aūt oīa creauit, deus est. Quinetiā hoc loco, quā dn̄s Moysi p̄stet, sic inquiens, patefacit: Erat sane & Moyses ille in tota domo, id ē, populo vniuerso, alioqui quidā vnus hic erat de domo. quippe q homo esset & mortalis, vt caeteri, & si sanctior videret, cōseruus & reliquis erat. Sicuti & domus dispensatores, & si praeesse alijs videant, eodē tn̄ seruitutis iugo, quo & cęteri astringuntur. Cū itaque & Moyses hic pars esset aliqua domus, est tn̄ ab aliq̄ conditus. Qui vero hūc cōdidit, ei p̄stet necesse est. Eundē vero filius dei creauit, qui carne suscepta, & eius gr̄a pontificis munere fungens, quē creauerat, Moysi longo interuallo praecellit. Aduerte aūt quemadmodum à carne cōparationem desumpsit, & deinceps ad diuinitatē digressus est, qua incomparabilit excedere creatorē re creata ostendit. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquā famulus, in testimoniū eorum verborum quae dicenda erant. Christus vero tanquā filius. Vel alium quendā in modū, Moysi Christum prętare ostendit, quia. s. Moyses ille tanquā minister & seruus esset fidelis, & ad id constitutus, vt quae dn̄i forent, caeteris seruis denuntiaret, & q̄ dicta sunt deo testificetur, Nā si & caelum vocat & terrā in testem, vt
Deut.32. illud, Audi caelum, & auribus percipe terra. & valles, vt il
Mich.6. lud, Audite valles fundamenta terrae, longe magis hominis vsurus est hic testimonio. Christus itaque fidelis ē, vtpote qui proprius sit & haeres & filius. Et quae paterna sunt, pro patris arbitrio moderetur & regat. Differt igit istiusmodi filius à Moyse seruo, ingenti quodam & incomparabili interuallo. in domo sua, quae domus sumus nos, si fiduciā & gloriam spei vsque ad finem firmā

retineamus. Domus quidem Moysi populus fuerat, cuius & ipse pars erat. Pro domo præterea & deus nos habet, si modo ad finem vsq; stabiles fuerimus, nec facile in præceps labamur. Hoc autē loco Iudæos hosce & fideles hortatur, vt in pressuris constantiores se præbeant, nec in mollitiem resoluantur. Sic enī fore affirmat, vt dei sint domus, vt & Moysi fuerant. Hos pręterea laudat, q̧ rei principiū dedissent, vnde & necessariū eē, vt & finē cœptis imponant. Recte aūt fiduciā dixit & gloriā. Cū enī cuiquā futuræ retributionis spes certior est, id gloriæ ducet, perinde ac si fit ex spe & votis oīa consecutus. Nec in secessum se aliquem confert, vt delitescat & mœreat, cum malis affligitur, sed fidētior est, & in publicum prodit: & Christi ob gratiā, quem vnice colit, aduersa quæq; æquo tolerat animo. **Quapropter sicut dicit spiritus sanctus, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secūdum diē tentationis, in quo tentauerūt me patres vestri, probauerūt me, & viderūt opa mea quadraginta annis. Propter quod offensus fui generatiōi huic, & dixi, semper hi errāt corde. Ipsi vero nō cognouerunt vias meas, sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiē meā.** De spe hic vtiq; disserit, quemadmodum .s. ibi sunt pro laboribus certiora pręmia expectanda, & q̄etudo. Idq; sic fore, ex ꝓphetę dictis affirmat, quemadmodū in requiē sint ingressuri credentes: vt cōtra qui minus crediderint, q̄les prisci illi fuere Iudæi, nequaq̄ hanc sunt adituri. Cū enī rubrū mare traiecissent Hebræi, & in locis desertis innumeris essent beneficijs affecti, quę plane dei erga se curā præferant, vt eorū potentiam demōstrarent, dimiserunt ex communi consensu speculatores, qui terræ naturā contēplarentur, quā essent propediē aggressuri. Illi vero cum ad suos se recepissent, renuntiarunt mirādam esse regionis eius naturā, hoīes tamen eam inhabitare, qui debellari nō possint. Tunc igitur populus il-

Psal. 94

Num. 13

le dei potentiæ, quã inexpugnabilẽ existimare oportuisset, non admodum fidens, eorũ quos ad eã rem delegasset
Nume.14 dictis obstupefact', obmurmurabat in dñm, redeundũq;
sibi in Aegyptum omnino decernebat. Quocirca ira pcitus deus, quia celerrime adeo tãtorum miraculorũ memoriã depulissent, iurauit nullo pacto generationẽ querulã illam, terrã quam erat pollicitus, ingressurã. vnde præter Caleph & Iesum, oẽs fere sunt in eremo pditi. Dauid itaq;, qui posterior fuit, cũ hisce de rebus dissereret dixit: Hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, ne eadẽ illa quæ & vestri maiores perpessi sunt, patiamini, & quiete priuemini, tanq̃. s. alia quædam sit quietudo, quã simus ipsi consecuturi, hæc inquit: Nã si verã illi recepissent quietem, cur illud inferret, Hodie nolite obdurare corda vestra, sicut & patres vestri, & non ingrediemini requiem? Quæ igitur esse alia, præt regni cælestis iucundissimum otium, requies potest, cuius figurã & sabbatũ præfert, & eum qui typice effectus est in Palęstinã filiorũ contradicentis gñationis introitũ? Tribus itaq; modis qescimus: aut eñ sabbato hæc quies præstat, in quo & deus ab
Gene.2. opere cõquieuit. qua de quiete haudquaq̃ videtur hoc loco Dauid disserere, vtpote quæ apud priscos illos pro vera sit habita, & illa quidem quæ per terræ promissionis ingressum est cõparata, quã ingressi Iudæi, erant à bello & prælijs quieturi, & errore illo, quo tã diuturno diuagabantur erratici. De qua tñ quiete nec vllam facit hic mentionem. Nã si Palęstina regio Dauid tpibus sub eius erat & Hebræorum imperio, quo pacto de hac erat ille tanq̃ deserta dicturus? Videtur igitur alium quẽdam quies huiusmodi statum prætendere, in quem Iesus Naue nullam haberet Iudæos inferendi licentiã. Eiusmodi statum in cęlis duntaxat reperiemus. A quo ne maiorum vestrorũ exemplo, ob diffidentiã excidatis, erit vobis omni studio ad nitendum. Non eñ eorum quæ per deũ geruntur exigendæ sunt ab hoĩe rationes, sed fides illi indubitanẽ pręstã-

da.Id nãq; & priscis illis crimini dat,quia dñm tẽtauerũt, id est,quia non omni prorsus dubitatione sublata in eum sperarunt:vtpote cui oĩa essent factu facillima. **Videte fratres,ne forte sit in aliquo vestrũ cor malum incredulitatis.** Hæc de terrenis sunt dicta. Videt em̃ inter hos fuisse nonnullos,qui minus crederẽt vera esse, quę de futura retributione narrãtur,eoq; voluisse de dei cũ potentia,tum prouidentia vel in medijs malis,quibus diuexarentur,periculum facere. vnde & Paulus hos ipsos corroborat,ea repetens, quæ fuerint olim diffidentes illi pessi.Neq; em̃ adeo futuroꝝ maloꝝ formido plerosq; hominum frenat reprimitq;, quãtum præteritoꝝ memoria & recordatio,quæ certã afferũt de se cognitionem,& exemplo sunt præsentib⁹,vel olim expertis. Aduerte autem quemadmodũ ab incredulitate eiusmodi & illud deriuet, vt & mala quis cogitet,& opere exequatur. **discedendi a deo viuo.** Neq; em̃ alit obuentura est incredulitas ipsa & diffidentia,nisi à deo quis prius desciscat. Nã q̃diu qs deo adhæserit,fueritq; illi vt omnipotenti confisus, nihil existimat fieri non posse,quod deo libuerit. **sed exhortamini vosmetipsos per singulos dies,donec hodie cognominatur.** Hoc est,ędificate vos mutuo,& ita corroborate,vt non collabamini. Quod si vel quispiã fuerit collapsus,quoad hanc aurã spirat,viuitq;,hunc ipm attollite.Id nanq; cum inquit,vsq; hodie noĩatur, designat: id est,quousq; duxerit vitã. Hãc em̃ & spes comitat, & bũ sperari de peccatore superstite põt,vt resipiscat admonitus. Præcipue aũt nulli insit cor prauũ. Quod si forsan acciderit,nequaq̃ hic in desperationẽ & diffidentiã prolabatur. Quin vos illũ hortando suscipite,& iuuãdo mox subleuate. **vt nõ obduretur quis ex vobis fallacia peccati.** Hoc est,ne ex eiusmodi diffidentia in cæcitatẽ corruat,& maneat insanabilis. Quemadmodũ em̃ orbata luminibus corpora & duriora , nequaq̃ medentis se manibus attrectanda subiecerint,sic & animæ in malis iã obdura-

tæ,dei verbis minus parebũt.Fallaciã vero peccati,vel dę monũ suggestiones appellat,videlicet ꝙ nullã quis speret futurã bonorũ malorumve retributionẽ. Vel fallaciã, desperationẽ dicit.Nã ꝙ semel habenti mihi, nihil spei sit re liquũ,peccati plane hæc fuerit fallacia.Peccatũ nanq; nos circunueniens,&ad se trahens,talia suggerit(vt dictũ est)
Prou.18. cogitanda.Impius in profunditatẽ cadens,contẽnit.Qui vero delicti fuerit contẽptor,nec deo credere sustinebit. Quo fit vt ex peccato incredulitas oriatur.Dixit enim in
Psalm.9 corde suo,non requiret deus.Et alibi,Oblitus est deus,& hmõi alia. **Participes em̃ Christo effecti sumus.** Hoc est,per fidẽ illi sumus coniuncti,& sic ei sumus parti cipes vt capiti corpus:& subinde inquiens, hos consolaŧ, & spẽ affert.Qui em̃ tãta est nos charitate cõplexus,vt & corpus nos suũ effecerit,neq̃q̃ nos,si mõ velimus, diuelli à se patieŧ.Simul etiã illud ostendit, quod dictum ẽ alibi: Toleremus,& conregnabimus. Nunc itaq; eorũdem ipsi participes,quorũ & Christus particeps fuit,pressurarũ scilicet & malorũ,diligentius connitamur & gloriæ participare. **si tamen ⁊ initiũ substantiæ eius vsque ad finem firmũ teneamus.** Id est,fidem. Per hãc em̃ subiuimus diuinam illã & spiritalẽ substantiã,per quã &regene rationẽ accepimus.Quinetiam vel in hac vita deposcit,vt firmiores in fide simus &stabiles. **dum dicitur, Hodie si vocem eius audieritis,nolite obdurare corda vestra,quemadmodũ in illa exacerbatione.** Cõfirmat quemadmodum dixerit,vsq; in finẽ,inquitq;, idipm prætendiŧ:Cum hodie vero sic intelligitur,vt superius est explicatum. **Quidam enim audientes exacerbauerunt.** Audientes inquit dei promissa, cum polliceret daturum se his terrã Chananæorũ, & alia pleraq;,desciuerũt ab eo,& huncipsum ob perfidiam exacerbauerunt.Cauẽdũ itaq;,ne & ipsi promissionibus hĩs diffidatis. Nihil em̃ vobis conducit sola hæc promissionum hmõi auditio,nisi & fidem his præstiteritis,quemadmodum nec v̄ris ma-

ioribus profuerat audisse. Quin potiꝰ ob id eo iustius ꝑ-
diti sunt, quo & dei sunt verbis diffisi. sed non vniuersi
qui profecti sunt ex Aegypto per Moysen. Caleph
nãq; ille & Iesus nequaq̃ fuere increduli. Propterea & ꝓ-
missionem adepti sunt, & Palæstinã ingressi. Quibus
aũt infensus est quadraginta annis? Nõne illis Nume.14
qui peccauerunt, quorũ cadauera prostrata sunt
in deserto? Per quæstiunculas eo nõnullas hic loquit, vt
clarior sit & apertior eius oratio. Et ne facile illi possit oc
curri, (rogandi em̃ hic modus certioribus rebus apponit)
addit præterea & pœnas. Prostrata sunt enim inquit, & cõ
ciderunt eorũ cadauera in deserto: & κῶλα, vt Græce ha-
betur, hoc est, ingentem ossium vim & pene infinitã. Sic
enim ex parte vniuersum corpus procubuisse ostendit.
Quibus aũt iurauit nõ introire in requiẽ ipsius,
nisi illis qui increduli fuerunt? & videmus quia
non potuerunt introire propter incredulitatem.
Superius quidem peccantibus dixit, nũc vero incredulis,
vt ostenderet ad Hebræorũ animi pusillitatem, futuram
& diffidentiã, vt illud accederet, quod eorũ pleriq; in alia
praua facinora prolaberẽtur. Qui itaq; inquit fuere incre-
duli, videmus nequaq̃ promissionis terram adijsse. i. præ
oculis nobis peccati certior pœna obuersatur.

Caput .IIII.

Timeamus ergo fratres, ne forte relicta pol
licitatiõe introeũdi in requiẽ eius. Huc redit
id omẽ quod dictũ est supra, Hodie si vocẽ eius au-
dieritis &c. Verendũ itaq; & nobis, ne eadẽ illa cõtingãt,
quæ olim diffidentibus illis ingesta sunt mala. existime-
tur aliquis ex nobis deesse. Id est, ne forte prætereat
& relinquatur postremus ad adeundã promissam nobis
hanc requiẽ. Lætiorẽ itaq; reddit sermonem, & minus mo
lestum. Nõ em̃ prætermissus est inquit, sed ꝑteritus eẽ ex-
istimat. Etenim & nobis annuntiatũ est, quemadmo
dũ & illis: sed non profuit illis sermo auditus. Et

nobis prætera denuntiata futura sunt bona, haud secus ac illis, sub figura terræ promissionis, nil tñ id potest nobis prodesse, nisi & fidẽ promissis adhibeam⁹, deponamusq́ animi oẽm pusillitatẽ & diffidentã: sicuti nec illis aliqd cõtulit. Aduerte aũt quemadmodum denuntiatũ nobis illud ait fuisse, tanq̃ vera quædã & certiora sint bona promissa, & q̃ velut ex trophæis in nos & parta victoria conferant, illis vero auditũ eẽ sermonem. **non admixtus fidei verbo℞ ex his qui audierũt.** Id ẽ, nil prorsus his qui sermonẽ audierunt coniuncti vel congruẽtes, sed ab his omnino diuulsi. Græce vero admixti legit. Non enim non conuenientes dixit, sed non admixti. Et egregie quidem, vt arctissimã patefaceret vnitatẽ. Audiẽtes aũt hoc loco credentes ipsos & fideles dicit. Hi nanq; dici hauddubie possunt; verba diuina auscultantes. Basilius vero non admixtos eos intelligit, qui cum Caleph illo sensissent & Iesu. Hi nanq; à seditionibus abfuere, neq; tumultuãtibus reliquis seipsos admiscuere. Vero quos istos dicit q audierunt? Illos nimirum, qui dei promissa audientes, nil post-
Psal. 94. modum profecere. **Ingrediemur nos in requiẽ vitæ æternæ, qui credimus, queãdmodũ dixit, Si cut iuraui in ira mea, si introibunt in requiẽ meã.** Vnde id liquet, q credentibus nobis, in eiusmodi requiẽ patebit ingressus? Ex eo quidẽ q dominus dixit, Non eñ sunt infideles in requiem hanc ingressuri. Id enim dat̃ intelligi ex rebus diuersis. Nam vt infidelibus infidelitatis ẽ præmium, & ne in requiem illam ingrediantur occasio, sic nos contra qui fidem seruamus, seruatæ fidei mercedẽ accipimus, æternæ illius quietudinis aditum. **⁊ quidem operibus deus ab institutione mundi perfectis. Dixit enim in quodam loco de die septima sic, Et**
Gen. 2 **requieuit deus die septimo ab oĩbus operibus suis. Et in isto loco rursum, Si introibunt in requiem meam.** Hæc minus consentanea sibi videtur eẽ oratio, cum tamẽ secus se habeat, sed ita inquit: Neq; eñ

dicere poterit quispiã de sabbati requie Dauid differuisse. Nam q fieri pōt,qñ olim iã illud effectũ sit, vt à principio mundus sit constitutus? Quin potius perspicuum est,de alia q̃dã Dauid q̃ete dixisse,de cælesti videlicet illo ingres su,q tñ in futurũ sit debitus,tanq̃ in posterũ essent nonnul li cæli hãc requiẽ adituri.Et queadmodum sabbatũ apud scripturas,& si requies dicit,nil tñ impedit, q̃ minus & re q̃es in alium sensum nuncupet.In tertia videlicet quietu do,quã deus esset olim pollicitus.Sic quidẽ nec,phibetur hoc loco,qn & req̃es futura illa interpretet,cælorũ in quã imperium,q̃d sane haudquaquam sunt increduli adituri. Quoniam ergo superest,quosdam introire in il lam,& quibus prioribus annuntiatum est,non introierunt propter incredulitatem,iterum ter minat diem quendam hodie Dauid,dicẽdo post tantum temporis sicut supradictum est. Hodie si vocem eius audieritis,nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset,nũ quam de alia loqueretur post hanc diem. Studet itaq; omni nisu Iesum illũ arguere,nil potuisse in hanc re quiẽ inducere quenpiã,cuius &Dauid meminit,& nos fa cimus mentionẽ.Cũ igit̃ nec ille in hm̃õi req̃em inuexerit aliquẽ,& Dauid inq̃t rursum post tãta annorũ curricula, nolite obdurare corda v̄ra,sicut & patres vestri,q̃ ob eo rũ diffidẽtiã neq̃q̃ sunt q̃etem ingressi, deîq; ex his nobis intelligi rẽ cõtra,pcedere,videlicet si creduli fuerimus,fu turũ esse,vt illã ingrediamur.Cõstat ergo requiẽ istã futu rã esse,& nos opperiri vt se adeamus. Neq; eñ Dauid de Palæstina hm̃õi dictitabat(q̃ppe q̃ tunc potirent̃ Iudæi.) Neq; de septimo die,vtpote q̃ ab ipsa mũdi fundatione fu isset.Est igit̃ req̃es tertia quędã,cælorũ scilicet regnũ,ad q̃d & Iesus dominus ob credulitatẽ & fidẽ,q̃ in se habet̃,indu cit. Igitur relinquitur sabbatismus populo dei. Non eñ q̃etem dixit,sed sabbatismũ,noĩe,ṗprio explica to,& eo q̃dem q̃ maxĩe hos oblectabat,& illecti nois eius

dem suauitate,concurrebãt.Nec secus et cœleste regnum
Exodi.20 se habet.Nã quẽadmodum sabbato ab om̃i opere carna
li et crasso cessandum lex ipsa iubebat,et ea dũtaxat vt p-
agerent sacerdotes,q̃ cum ad dei cultũ,tum ad animę vti
litatẽ facere viderẽt,sic & in posteꝝ illud tp̃s,cũcta spirita
lia futura sunt & diuina:nihilq; q̃d carneũ sit aut laborio-
Apoc4.21 sum,vbi & dolor oĩs excessit,& mœror & gemitus abijt.
Audi ergo,q̃d ip̃e mox inferat: **Qui em̃ ingressus est in requiem eius,⁊ ipse requieuit ab operibus su is,sicut a suis deus.** Explicat nunc cur sabbatismũ di
Apo.24 xerit futurã in cœlis requiẽ, ob id scilicet : q̃a & ipsi à nr̃is
operibus requiescimus,nec secus quã deus vbi diẽ q̃ à cõ-
dẽda terraꝝ hac machina cessasset ab opere,sabbatum ap
pellauit:p̃inde acsi dicat: Hac quidẽ in vita acerrimũ est iu
stis certamẽ & labor immensus,ꝓpositus,q̃a virtuti maxĩ
me est insudãdum.In cœlis vero, neq; ad mortalitatẽ ali-
quã exercebunt̃,sed deo duntaxat inexplebili quadã ani-
mi fruent̃ suauitate.Quod aũt hiq; ex Iudęis crediderãt au
dire maxime cupiebãt, q; à præsentibus scilicet & operõ-
sis negotijs liberãdi sint & pressuris,nũc dicit,vt eoꝝ sub-
leuet animos malis ingẽtib' afflictatos. **Festinemus ergo ingredi in illam requiem.** Cũ õ̃n dixisset tertiam
quandã esse quietẽ,& illam cęlestẽ,hortat̃ hos demum.vt
hãc ip̃am ingrediant̃.Recte aũt festinemus dixit, cũ haud
quaquã,vt ad hmõi requiem præbeat aditũ, satis virium
+habere sola per se fides videtur,nisi & optimus adsit viuẽ
di modus. **ne idipsum quis nostrum incidat incre- dulitatis exemplum.** Idip̃um.i.Israelitarum exemplũ.
Quemadmodum em̃ cum maiorem itineris partem iam
confecissent,& mala plurima essent perpessi,ob incredu-
litatem tñ & diffidentiam conciderunt:sic & vobis cauen
dum,ne post tam multa quæ iam subijstis certamina, col
labamini, vtpote q̃ non ad finem vsq; strenuos vos præ-
stiteritis.Id em̃ verus est lapsus. **Viuus est em̃ dei ser- mo ⁊ efficax,⁊ penetrabilioꝛ om̃i gladio ancipiti.**

Vt eñ tunc illi non bello aut gladio, sed dei verbo interiere (qppe qui vltro ꝓcumberent, & se ipsi cõtrucidarent) sic & vobiscum aget. Nã dei hoc verbum, vt illos affecit supplicio, sic & vos cruciabit. Id nanq; & viuit perpetuo, & nunquã extinguit. Vel in aliũ sensum viuus est dixit, ne forte scilicet cum verbum iã audissent, inconstãs esse & vanum existimarent, viuum hoc appellauit. i. subsistẽs & efficax, ita vt in quãcũq; irruerit animã, graue illi vulnus infligat. Aduerte aũt quemadmodum & gladij meminit, & acuti & penetrãtis, vt ex rebus nobis iã consuetis & notioribus, præferat diuinæ potentiæ magnitudinẽ. ⁊ pertingens vsque ad diuisionem animæ ⁊ spũs. Rem sane horrendã hic prædicat, q̃ sanctũ spm̃ discludat ab anima dissecetq́;, & eam relinquat à sanctitate, ex spiritu eodem manante, penitus destitutam, quam dominus in euangelio ancipitem nuncupat. Vt enim imperator aliquis primatem ex suis quenpiam, quia tetrum aliquod commiserit facinus, exautorat, & dignitate & magistratus munere priuat, mox etiam & capite plectat, vita priuet, sic & hoc loco cum spiritus fuerit aliquis dignitate priuatus, deinde & pœna afficit. Nõnulli vero ita intellexerũt, & meo iudicio haud satis consentanea sentiunt Apl'i animo. Dicunt eñ dei ſmonem vel spm̃ vbi animã ipsam inuaserit, diuidere statim & interscindere huius animæ partes, & eã decætero hunc in modum susceptibilem reddere & capacem mysterij: Vtq; & telũ carne prius discissa, mox in eam immergi & ad intima tendere cõsueuit, sic & ſmo nisi munitiores animæ partes interclusas seiunxerit, nullum afferunt sibi in eam patere ingressum. compagum quoq; ⁊ medullaꝝ. Ne forte hi animæ cruciatus cum audiunt, negligentiores reddant, incertos illos existimantes, adiũgit & corporis pœnas. Patẽtia eñ quæq;, & præsentia mala longe acrius vrgent. ⁊ discretoꝛ cogitationũ ⁊ intentionũ coꝛdis. Sermonis nũc patefacit diuinitatẽ, cuius vl' ꝓcipuum est argumentũ, disq̃rere, & nosse hoim co

gitatus. Ait em̄, scrutator est cordis & renū deus. **Et nō est vlla creatura inuisibilis in cōspectu eius.** Non solū hoīm (inquit) examinat corda, & scrutaẗ deus, quinetiam si vl' angelos dixeris & potestates, omnia illi aperta sunt & patentia. Nec quidpiam est quod latere illius oculos queat. **Omia aūt nuda & aperta sunt oculis eius.** Vt clare demonstret, quēadmodum cuncta illi sint nuda .i. nota & cognita, dictione est vsus, ex quadam excoriatę ouis metaphora. Nam vt illi cum demitur tergus, vel iugulo cultrū infigiẗ, & enectę demum à collo pellis diuellitur, interiora cuncta nudantur et patent; haud secus & deo vniuersa quæ in terris geruntur, vel animo concipiuntur et mente, vt aperta et enudata mox innotescunt. **ad quem nobis est sermo.** Illi (inquit) et gestorū per nos reddēda ratio est, et ꝓ commissis danda supplicia. Vides quo redigatur res culmine. Nam etsi audias diffidentiæ et incredulitatis malum æque nobis cum Israelitis cōmune, nil ambigas ferenda esse tormenta. Ostendit præterea et quas ipsi dabimus pœnas, fore longe acerrimas. **Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit cælos Iesum filium dei.** Perinde istiusmodi aliq̄ rogitantē, consule nobis quēadmodum nec ipsi labamur, nec animo cōcidamus. Ait igitur, satis profecto quę diximus ob iniectam formidinem erudire nos possunt, et reddere tutiores. Accedit etiā, q̄ pōtificem sumus iam nacti, qui nobis possit et opem afferre, si modo illi confisuros nos cōstātissime profitebimur. Neq; em̄ pusillus est
Deute. 32 & 34 ille aut cuiusuis sortis, sed dei filius, nec talis qualis Moyses fuit. Ille nanq; nec requiem illam audiuit, nec in hanc populum introduxit. Hic vero vel permeans cælos assidet patri, potestq; nobis aditum in cęlum pręstare et quietis illius ꝑpetuæ, cuius longe ante promiserat hęredes efficere. **Teneamus ergo spei nostræ confessiōem.** Neq; em̄ id omne negotium pontifici tribuit, sed et ipsi, vt officiosi simus, deposcit. Habet vtiq; ille id pagendi po

testatẽ, si modo nos fuerimus digni, in quos beneficia cõferat. At quam hic dicit confessionem? Eam nempe, vt resurrectionem confiteamur futurã, et ꝙ pro meritis quisꝗ sit accepturus, quodꝗ infinita ibidem bona nos maneant, et demum quod Christus ipse sit deus. Istiusmodi ita ꝗ tenẽda confessio est, neꝗ à nobis vt defluat, ꝑmittenda. Sed ꝗdcũꝗ fuerimus in fidei primordijs ipsis ꝓfessi, firmitẽ teneamus, hoc pacto formidolosa quæꝗ perdenẽ. **Non eñ habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris.** Cum istos ad credulitatẽ hortat, vel his adijcit fidem, aitꝗ: Non eñ est pontifex iste ꝗ nr̃æ conditionis ignarus, quales pleriꝗ pontificum sunt, ꝗ vt mala minus expti, ignorãt, ꝓrsus ꝗd in se habeãt ꝑssuræ acerbitatis, & ideo nec promptiores sunt vt oppressis opitulent, vel miseris cõpatiant: Atꝗ cũcta subiuit noster hic pontifex, & vbi mala ꝗ̃ plurima fuit perpessus, & cælũ conscendit, veniã fragilitati daturus humanę. **tentatum aũt per oĩa, pro similitudine absꝗ peccato.** Hunc eñ insectari Iudæi, & conspuere, & calũniati sunt, & malũ semper interminati, & patibuli morte affecerunt. Pertulit itaꝗ hæc oĩa põtifex, ꝓ similitudine nr̃a videlicet: hoc est, haud secus hæc oĩa tulit, ꝗ̃ ipsi ferre, ꝓ humana fragilitate solemus, tolerant tñ & absꝗ pc̃tõ. Quippe ꝗ nulli esset pc̃tõ obnoxius. Hũc itaꝗ & vos imitati vel in medijs malis, estote in fide cõstantiores, & ab omni pc̃tõ alieni. **Accedamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ.** Cum eñ inqt, pc̃ti expertem sumus pontificẽ nacti, ꝗ vr̃ mundum peruicit, ait nãꝗ, cõfidite, ego mundum hũc vici. debemus hunc fidentiores adire. Qñquidem & nobis ꝗ̃ animus tulerit, largiet. Sunt aũt throni duo: alter gr̃æ, & dũ vitã hanc ducimus adeundus: cui ꝗ fident adhæserint, munere ꝗdam diuino pc̃tõꝝ sunt veniã accepturi: alt vero secundi aduentus est thronus, non gr̃æ. Quippe cũ nemo tunc remissionẽ delictis, sed iudiciũ assequetur. Thronũ aũt dixit, vt põtificis arguat dignitatẽ, & iudicãtẽ ostẽ- Iohan. 16

dat. vt mĩam consequamur & gratiã inueniamus in auxilio opoꝛtuno. Perinde ac si dicat: Si em̃ dũ in terra viuim⁹, hũc ip̃m adibim⁹, & mĩam simul inueniemus & grãm: vt q̃ oportune ad hũc cesserimus, & dũ ẽ clemẽtiæ locus. Qui vero alias se obtulerit, his prorsus carebit: Neq̃ em̃ in posterũ grãæ erit, sed iustitiæ thron⁹. Qui & si rex ille de⁹ insidet, facturus grãm flagitãtib⁹, tũc tñ est ad iudiciũ

psal. 9. 93 surrecturus. Ait em̃: Surge deus & iudica terrã. Ca. V.

Omnis em̃ pontifex ex hoĩbus assumptus, pꝛo hoĩbus cõstituitur in his quæ sunt ad deum. Vult tandem arguere nouum vetere testamentũ longe esse p̃stantius, ordisq̃ sacerdotalia munera ip̃a cõferre, cũ priscoꝝ sacerdotũ illoꝝ, tum Christi: ostẽditq̃ maximũ in modũ Christi excellere sacerdotiũ. Verũ tñ cum Paulo occurreret, q̃ multa inesse sacerdotibus illis esset necesse, q̃ Christo tunc defuissent, vtpote qui neq̃ de tribu esset sacerdotali, neq̃ in terris sacerdotis munere fungeret̃, neq̃ ab hoĩbus institutus, & vt ita dixerim, nec imaginem aliquam haberet corpoream ipsius sacerdotij habitus, quæ tamen spiritum præferebant, non terrena hæc & præsentia, enarrat primum quæ Christo sunt cum sacerdotibus cæteris cõmunia, deinceps & quę in Christo excellunt, p̃ducit. Nam tunc quidẽ cum re alia q̃dam collatum præstare aliq̃d credit̃, & cũ partim cõmune aliquid habet, partim priuatũ q̃ præstat. Ex hoĩbus igit̃ ad pontificatum assumi cõmune ẽ Chr̃o cũ cæteris. Ipse nãq̃ cum hõ existeret, pontifex est à deo effectus. Et p̃ hoĩbus constitui, in his quæ ad deum sunt, i. intercessionẽ facere, vt̃ id q̃dem est illi cõmune cum cæteris. vt offerat dona, et sacrificia pꝛo peccatis. Explicat q̃d illud sit, p̃ hominibus ipsis ad deum constitui, pc̃tis scilicet deũ p̃pitium reddere. Quod vtiq̃ & Christo est, & si non penitus, commune cum alijs. Quippe qui patrem conciliandi grã, seipsum obtulerit. Alij vero alia quædam, donum videlicet et sacrificium. Qui condolere possit his, qui igno-

rant & errant. Hoc est compati & condescendere, & veniam dare per ignorantiam delinquentibus. Aduerte autem vt ex ignorantia & errore, omne facinorum genus gignatur. Nam etsi nosse animo quod peragit malum videtur, tamen cum illud exercet, mẽtem obtenebratus, insaniç et erroris morbo laborat, et voluptatum illecebris præceps defertur. quoniam et ipse circundatus est infirmitate. Causa autem potior sane et certior est, qua debeat pontifex præ cæcitate ignoranter peccantibus condolere, quia et ipse sit carnis infirmitate obductus, et humanæ fragilitatis ex se non ignarus, et veniam metitur sic delinquentibus. Nonnulli vero ita intelligũt, videlicet vel vna re solum pontificem differre à populo, quia alijs commiseratur et parcit, cum in cæteris sit et ipse vt reliqui homines, infirmitate præcinctus. propterea debet quemadmodum et pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Horꝝ oĩm cum cæteris nil qdpiã participat Christus. Nõ eñ erat eiusmodi pc̃tõꝝ infirmitati obnoxius. Neqꝫ ꝑ seipso, sed pro hoĩbus cçteris sacrificiũ obtulit. Nec quispiam sibi sumit honorem, sed qui vocatur à deo. Vel aliud q̃ddam pontificatus argumentũ inducit, q̃d & Chr̃o inesse prospicitur, Vt ne quis scilicet suopte impulsu, siue sacerdotium, siue pontificium munus aggrediatur, sed à deo vocatus illud accipiat. Ostendit præterea hoc loco tunc temporis Iudæorum pontifices ad honores auide prosilijsse, et dignitates eiusmodi pecunijs comparasse, et legem penitus corrupisse. tanquam Aaron. Aaron enim principio per Moysen à deo accitus, sacerdotij munere hoc fungebatur. Nec ipse prior est illud aggressus, quinetiam cum et virga refloruit, innotuit plane diuinitus se fuisse electum. Et eos præterea fuisse ab igne absumptos qui sacerdotiũ ꝑ se inuasissent. Sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret, sed qui locutus ẽ ad eũ, filiꝰ meus es tu, ego hodie genuite.

1. para. 23. *Leuiti. 8* *Nume. 17* *psal. 2*

Quemadmodũ & alio in loco dicit, Tu es sacer-
Psal.109 dos in æternum secundum ordinem Melchise-
dec. Quod Christus vbiq; dictitabat, q a à p̃re scilicet miſ
ſus ſum, & à meipſo nõ veni, idip̃m nunc confirmat Apo
Iohan.8 ſtolus, à deo hũc eſſe demiſſum: Nec gloriã ſibi ex ſe con
ſciuiſſe, ſed q eſſet ad eũ locutus, et filiũ eſſe hunc ſuum di
xiſſet, eundem clarꝝ feciſſe, et ſacerdotij inſignibus deco-
raſſe. Cum itaq; ſenſibilibus plurimis argumẽtis patuiſſet
fuiſſe Aaron, vt dictũ eſt à deo p̄latum et affectũ honori
bus, Christus vero nihil haberet hmõi, vtpote cui ſcelera-
ti hoĩes ſupplicia intuliſſent, et mortem, qppe qui tunc ꝓ
barent, & pro arbitrio agerent verſarentq; oĩa, propheta
rũ nunc vaticinio q̃d præſtãtius eſt, patefacit, & à deo hũc
destinatum fuiſſe teſtificatur. Videtur aũt (q̃d in ſecundo
Pſalmo dictũ cõperiuus, Ego hodie genui te) minus rei
propoſitæ cõuenire. Habet ſane hoc loco Paulus conſti-
tutum Chr̃m arguere in pontificẽ eſſe à deo promiſſum.
Hoc vero teſtimoniũ plane affertur, à deo eſſe hunc ip̃m
progenitum. Rñdẽdum itaq;, geniturã hmõi maximum
in modum ad rei cõfirmationẽ valere, ꝙ à deo fit in pon
tificẽ cõſtitutus. Proinde & illud aduerte, q̃d cum in Pſal-
mo centeſimonono iã dixerit deus, de vtero añ luciferꝝ
genui te: & paulo poſt illud adiecerit, Tu es ſacerdos in
æternum ſecundum ordinẽ Melchiſedec, hoc loco Paulũ
q̃ pſalmis his vtriſq; de natiuitate ſunt dicta coniunxiſſe,
ꝑinde ac ſi dicat: Neq̃q̃ velim de alio q̃uis dictum id ſuſpi
ceris, tu es ſacerdos, niſi de deo & ſolo, q ſit añ luciferꝝ ge-
nitus. Sic itaq; haudq̃q̃ eſſe alius hic deprehendetur, q̃ ille
fuerit, qui pſalmo ſecundo denuntiatur hodiẽ fuiſſe pro-
genitus. Nã cum ante luciferꝝ inquit, æternitatẽ deſignat,
q̃ nullis tẽporꝝ ſpatijs ꝑ̃finitur. Cũ vero, hodie dicit, à prin
cipio eſſe hunc genitũ arguit. i. ab æterno. Cõſtat igitur
q̃ pſalmus ſecundus cõplectitur, ad Chr̃m cuncta referri.
De Christo ergo & illud, Tu es in æternum ſacerdos, di-
ctum eſſe ꝑſpicuum erit. Verꝝ quẽ alium afferre p̃nt præt

Christũ Iudæi, qui sit ex Melchisedec instituto pōtifex factus? Nonne erant sub lege oẽs? Nonne & vniuersi sabbata obseruabant, offerebantq́ sacrificia? Apertissime itaq; de Christo dictũ id eẽ constat. Hic enim & solus Melchisedec illius in morẽ pane & vino sacrificabat. Verũ q̃ pacto in æternũ hic dixit? Quia vel in p̄senti & corpore ipso quod ille nostri grã immolauit, pro nobis etiã intercedit apud deum ipsum & patrem. i. quæ ille pro nobis perpessus est profert, vt patrem exoret, eũdemq́ istiusmodi subinde alloquit, humana natura temperãda, vnigenitus tuus hæc tolerauit. Miserere itaq; horum pro q̃bus ipse pati sustinui. vel in æternum dicit, quia quotidie offert. Vel in perpetuum offertur per dei ministros oblatio, Christũ dominum, & pontificem habens & sacrificium, q seipũm nostri ob gratiã sanctificat, frangit, & tribuit. Quotiescũq; em̃ id fiet, mors dñi annuntiabit. **qui in diebus carnis suæ.** Dies carnis eius, quos duxit in carne dies demõstrat, Nec quidem, quod absit, quia carnem nunc deposuerit, quippe quã & in præsentia habet, & in æternum ẽ habiturus & incorruptibilẽ quidẽ, & carnis passionibus nobis natura insitis, minus obnoxiam: qñquidem nec esuriem patitur, nec dolorem, nec eiusmndi aliquid. Hunc vero dicendi modum Apostolus à propheta desumpsit, dicente in Psalmo quartodecimo & centeno, In diebus meis inuocabo. Psalmum em̃ hunc integrum ad Christũ refert propheta. **preces & supplicationes ad eum, qui posset illũ saluum facere a morte, cũ clamore valido & lachrymis offerens**, Hæc quidem de carne dicuntur. Neq; enim ille cum deus esset, vlla re indigebat. Quod si vel indiguisse re aliqua concedatur, nil tamen cũ clamore & lachrymis opem sibi afferri efflagitasset. Hæc tñ haudquaq̃ sunt dei, sed Christi vnius humanitati sunt tribuenda: & vt veritas assumptæ naturæ clarescat, & eius in nos cura & charitatis prçstãtia patefiat. Ille em̃ pro nobis deprecabatur, & quç nostra est, mortalitatem subiuit,

Gene.14.

1.Cor.11.

Psal.114.

vt in seipso naturæ ad mortem obeundā deleret formidi-
nē. Constat em̄ in euangelio nusq̄ proditum literis esse, vt
resurgeret, patrē fuisse precatum, sed contra, suopte impe
Iohan.2. rio & potestate dixisse cōperimus, Soluite templum hoc,
Iohan.10. & suscitabo illud post triduum. Et alibi, Potestatem ha-
beo accipere animam meā. **exauditus est pro sua re-
uerentia. Et quidem cū esset filius dei,** Vel id qui-
dem carnis ob gratiā, & ob auditorū dixit fragilitatē. Nō-
dum em̄ hi Paulum plurimi faciebant. Quod aūt inquit,
tale est: Tāta est em̄ Christi humanitatis autoritas, vt suo
potius officio, q̄ dei (vt ita dixerim) munere sit effectum,
vt fuerit ille exauditus, & ob id magis veneretur hunc de-
us, & nobis sit eiusdem intercessu propitior redditus. Et
q̄uis ille sit filius, & apud patrem habeat pro naturæ vni-
tate fiduciā, tanti tn̄ eius est, quā diximus quoad humani-
tatem, autoritas hęc, vt illi vel diuinitas ipsa reuerentiam
deferat. Quapropter nolite flaccescere, nec à cœptis desi-
nite: dn̄m em̄ habemus, quem pater exaudiuit. Si q̄d itaq;
hunc petieritis, facturus est vobis, quod sane in euāgelio
Iohan.14 discipulos alloquens, dn̄s dicit: Si diligeretis me, gaudere-
Iohan.16. tis vtiq;, quia vado ad patrem, quia p̄r maior me est, & q̄-
cunq; petieritis patrem in noīe meo, dabit vobis. **didicit
ex his quæ passus est,** Didicit inq̄t, deō obtēperare &
patri, idipsum patiendo edoctus. Apparet aūt dictum id
pene absurdū, cum tn̄ secus se habeat. Nam quo pacto ab
his quæ fuerat perpessus, obedientiam didicit, qui vł an-
teq̄ pateret, tantopere patri sit obsecutus, vt vel mala quę
tulerit vniuersa, vt patri morigerū se pręstaret, vltro exce-
Philip.2. perit. Factus est enim inquit, obediens vsq; ad mortem.
Aduerte ergo cur illud dixerit: cum enim hi ad quos hanc
scribit epistolā, ex animi quadam pusillitate & diffidētia,
minus parere bene monentibus viderentur, visum ē Pau-
lo infima quædā de filio explicare, vt eius exemplo magis
ac magis illis persuaderet, diuinæ voluntati fidenter obtē
perarent, nec grauiter ferrent pressuras: Quin potius su-

perne & cælitus diuinā opem expectent. Nam & filius inquit, cum mortem obsequendi gratia sustinuisset, & à patre quidem exauditus est, & eius anima à morte erepta. Sic itaq; eo ex tempore didicit patri obtēperare, vnde magnas nunc afferit esse obedientiæ vires, perinde ac si dicat: Si enim Christo in lucrum passiones cessere, longe magis & nobis in commodum sunt hæ concessuræ. Vides quēadmodum auditoribus profectū afferat Paulus, vbi ad id condescenderit, vt vel absurda quædam dicere de filio videretur. Audi ergo quę insequuntur, ⁊ consummatus. Perfectio ergo ex malorum tolerantia gignitur, cur igitur ipsi moleste pressuras has fertis, quæ perfectiores vos reddūt? factus est omnibus obtēperantibus causa salutis æternæ. Id est, non modo ipse saluus est factus, quin salutē cęteris cōtulit. Nec temporariā aliquam aut breuem, qualis solet in bello afferri periclitātibus, sed æternā. At quibus est illa allata? Nimirum obtemperantibus. Cur ergo vos increduli estis in tantæ salutis admittēdę discrimine? Vides ne quemadmodum hæc omnis oratio tam varijs sit figuris distincta? Sed aduerte & orationis huiusce præstantiā. Ait enim, Factus est causa, q̄d vtiq; diuinitatis est propriū. Nā deū præter, alius nemo esse tātæ salutis causa potest. appellatus a deo pontifex iuxta ordinē Melchisedec. Quoniā inquit, passus est ille, & pontifex est nuncupatus, vtpote qui sese in mortem obtulerit. Nec tñ etsi sanguinem obtulit, pro Iudaicis institutis id egit, sed in Melchisedec morem factus est pontifex. nam quemadmodum ille non fuit olei liquore ab homine delibutus, sic nec Christus quidem, sed à deo cōsubstantiali ipsius spiritu offusus est: vtq; & ille rex fuit, ita et iste potitus est regno. De quo grādis nobis sermo, ⁊ interpretabilis ad dicendū, quoniā imbecilles facti estis ad audiendum. Cum illis sit de sacerdotij differentia disserturus, primum hos increpat, arguens se ob eorū inscitiam tam multa fuisse de Christo & ab-

iectiora locutum,& verbo ipsi & incarnato diutius se immoratum. Nā si nō adeo essent hi aīo imbecilli, iā pridem de altioribus rebus disseruisset. Ob vestrā igit inquit, torpedinē, difficulter haberi poterit sermo, quemadmodū sacerdos sit Christus secundū ordinem Melchisedec institutus,& vestram ob ignorātiam nequaq̄ quiuerim & illud

1. Cor. 3. recte interpretari. Enimuero Corinthios, apud q̄s cū nequiret de spiritalibus disputare, vt qui inter se dissiderent, vt segnes & torpidos arguit. Cum aūt inquit, Facti estis, ostendit hos olim hos sanos fuisse,& mente integra,& fide constanti,& postremo tandem in eā ignauiam recidisse. **Etenim cū deberetis magistri esse propter tempus,** Laudibus vituperationē interserit, dicens: aliorum oportere hos instructores eē. Ostendit aūt iampridē his q̄ multa fuisse de deo credita,& mysteria ipsa intellexisse. Id sane vtrunq; laudabile est,& eorū in gloriā cederet, ni ignauos se postmodū præstitissent. Solent eñ inquit, homines tēporis fieri processu validiores, vos vero illo abusi, in ignauiā estis iā resoluti. **rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum dei.** Elementa, Chrī humanitatē dicit. Nā quemadmodū cū literis danda est opera, primū elementa ipsa sunt perdiscenda, sic & hoc loco Chrī humanitatē fuissent hi edocendi & assuefaciendi minoribus, vt postmodum ad maiora,& diuinitatem ipsam progrederent, quæ sane mentē exigit perfectiorē. Ecce iā à Paulo ipō edoctus es, quāobrem infimis sit sermonibus immoratus, nec altius aliquid vel raro dixerit:& q demum ob auditorum imbecillitatē id agat, argumento est epistola q̄ abiectioribus ē & infimis rebus referta. Et si quid forte quod sit sublime contineat, summatim illud & breuiter tractat. **& facti estis quibus opus sit lacte, non solido cibo.** Non eñ opus inquit habetis, sed facti estis. i. vestra opera ad id estis deducti, vt voluntate sitis istiusmodi redditi. Lac vero humilē sermonem & de minimis disserētem, hoc loco

appellat,& in epistola quã ad Corinthios scribit. Solidũ vero cibum,quæ perfectiora & altiora sunt dicit.Non enĩ inquit oportuit quæ legis sunt impræsentiarũ producere, ex hisq; & Christum conferre, qui haudquaquã põt præ eius magnitudine cõparari,quia & pontifex sit, & seipm̃ immolandum obtulerit,& cum clamore orauerit & supplicatione.Cũ itaq; istiusmodi vobis sint nutrimento, vel ista adieci.Nota aũt verba diuina pro veris eẽ & certioribus nutrimentis.Dabo enĩ inquit,his famem audiẽdi verbum dñi. **Omnis enĩ qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: paruulus enĩ est.** Iustitiã hoc loco,vel vitã dicit optime gestam, vt perinde ac si dicat,Qui enim minus perfectus est,supernæ erit philosophiæ ignarus,nec percipere potest vitę sublimitatẽ,quam Christus sic inquiens à nobis deposcit: Et si non abundauerit iustitia vestra plus quã scribarũ & pharisęorũ &c. Vel iustitiã,Christum ipsum appellat,quasi id inferat: Qui humilium istiusmodi & de incarnatione tractantium particeps fuerit,verba vero quæ altius de deo & digne fiũt,nequaquã acceperit,tanquã infans aliquis erit,nec tãti mysterij capax. **Perfectorũ aũt est solidus cibus,** Id est, sublimia dogmata,& Christi complectentia diuinitatẽ. Vides ne & aliud quoddam infantię genus,quod senibus inesse deprehenditur,mentis scilicet simplicitatem quandam & inconstantiã,& perfectionem,quã ætate inferiores vt assequantur,nil impedit. **Qui pro habitu & consuetudine exercitatos habẽt sensus ad discretionem boni & mali.** Consuetudinem perfectionem dicit, & morum ipsorũ firmitatem. Vt enim est moribus quisq; & habitu stabilitus,sic & animi sensus habet in sacris literis exercitatos,ita vt dogmatum celsitudinẽ queat & humilitatem discernere,& sana à corruptis dijudicare. Non enim de vita hoc loco differit. Nã bona discernere quisq; valet,nouitq; malum esse nequitiã,probam vero virtutẽ. Aduerte aũt quemadmodũ exercitatione & experientia

1.Cor.3.
Amos.8.
Matth.5.

scripturarum sit opus, si nobis q̃ hęresim sapiant, & q̃ minus, sunt differenda. Neq; omnibus adhibendæ sunt aures: guttur enim cibos degustat, anima vero probat sermones.

Caput VI.

QUapropter intermittentes inchoationis Christi sermonē, ad perfectionem eius feramur. Dixit supius, torpidi estis & infantes, & necesse habetis iterato prima fidei elementa iã edoceri: nūc vero inqt, oportet vtiq; tanq̃ pfectos vos sapere, excedereq; Christi inchoationis sermonē. i. fidei ipsius primordia, & ad perfectionē deferri, sublimium. s. esse capaces. Vel aliter intelligi id dictū potest: Cū eñ hi circa fidē viderent claudicare, eo nunc de vita differit incōprehensibili, pinde ac si dicat: haudquaq̃ necesse est, vt circa ipsa initia sp versemini. i. vt de fide assidue instruamini, tanq̃ ad eã nuper inducti, sed vt ad perfectionis fastigiū perducamini. i. ad optimum viuendi modū. Optimus eñ est quisq;, cui ad fidem accesserit & rectior vita. Principiū tñ & fundamentum ē fides, qua sine nihil apprehendit, sicut nec absq; prioribus elementis, literarum quis potest habere peritiã. Nec tamē perpetuo primis debetis elemētis insistere, nec semp tanquã pueri minutiores & imperfecti, in fide estis erudiendi. Si quis vero quæ ante proposita sunt conspicet, improbetq; quæ deinceps sequunt, tanq̃ superioribus minime cōgruentia, intelligat id sæpe Paulum facere consueuisse, vt cum de re vna aliqua tractet, ad aliam prosiliat lōge diuersam.
1.Cor.11. quemadmodum & ad Corinthios, cum de comesationibus & cœnis dissereret, de diuinis mysterijs sermonē statim inuasit. Nec secus & in hac epistola, cum his ignauiã, imbecillitatē & torpedinem exprobrasset, ad perfectionē accipiendã transgressus, & quemadmodū illis viuendum esset dicere est adortus, imperfectos eos appellans. Et eo quidē, quia nequaq̃ cū fide & vitã coniunxerant. Nō rursum iacientes fundamentū pœnitentiæ ab operibus mortuis & fidei ad deū. Id est, ne denuo eadē il-

la aggrediamini, quæ olim fecistis cum baptismi essetis la uacro abluendi, & nuper ad fidē cōcessissetis. Ex mortuis operibus pœnitentiā dicit. i. satanę operū repudiationem. Cōstat eñ qui ad Christi ad fidem accesserit, prioris tam dogmatis q̃ vitæ pœnitudine ductum esse. Nā si præteritorum quenpiā nihil pœniteat, quo pacto præsentia aggredietᵉ? Et ideo fide adiecit ad deū. Nā mortuis renuntiātem operibus, mox fides inuadit. Ait igitur, Non eñ vos estis tanq̃ tyrones & nuper instructi, in fide erudiendi, qp pe qui iā diu fidem hāc exceperitis. Ex his aūt arguit Paulus hos quidē in fide labasse, & tanq̃ nondū obfirmatos, fundamēto aliq̃ indigere. baptismatū doctrinæ, Neq; eñ perinde ac multa sint baptismatis gñia, plurali vsus est numero, cū vnū sit baptisma, sed anteq̃ id sequat, & accidat sit necesse. nā si rursum hos institueret, & iterato vt la bantes baptismo ablueret, necessario & baptisma id plura hæc sequerētur, quod sane foret absurdū. Inquit ergo, Non eñ iterū estis baptizādi, sed in primo vobis accepto baptismate, permanendū. Sciendū præterea quemadmo dū qui legi inhęserant, varias baptismatū species Iudaico ritu, vel in grā denuntiasse. Attende etiā vti post pœnitētiam baptismus afferť. Nā cum pœnitentia hęc sola perse nequeat nos penitus emūdare, & baptismo abluimur, vt omne in nos collatū munus, Christi gratiæ ascribamus. impositionis quoq; manuū, Qua scilicet & spm̄ sanctum accipiebant, cuius gratia & futura pdicerent, & miracula ederent. Ait eñ & alibi Paulus, Cū manus eis impo suisset, acceperunt spiritū sanctum. ac resurrectionis mortuorū. Id enim cū baptizamur, per figuram prætenditur. Nā cum veluti ex aqua emergimus, tunc quidē resurrectionem fateri videmur, & mortuos resurrecturos astruimus. & iudicij æterni, Id est, quod perpetua quæ dam est allaturum, siue bona sint illa, siue mala & cruciatus. Verum id videtur hoc loco sentire Apostolus, Est q dem non indecens, hos ipsos existimari, & si iam credidis-

Ephe. 4.

Marc. 7.

Actu. 19.

sent nutabundos tamen & instabiles esse, vel praue ducere vitam & negligenter, subinde diceret, vigilate. Non enim id dicere licet, si per somnolentiam & ignauiam viuimus. Vel forte & à fide ipsa deficimus, iterato possumus p baptismi lauacrum segnitiem omnem & peccata abluere, & pristina bona recuperare. Non enim bis baptizamur si sic fore existimatis, longe vos fallit opinio. **Et hoc faciemus, siquidem permiserit deus.** Quod illud ad pfectionem dico euadere, si modo id deo libuerit. Hoc autẽ non eo intulit, perinde nequaq̃ hoc pmissurus sit deus: sed quia vsurpare hmõi aliquid inter loquẽdum solemus, si dei voluntate fieri liceat, hoc illudve sum aggressurus. Simul etiam instruit, vt cuncta ex illius arbitrio pendere & nutu existimemus: & ita vt vel ea quidem quæ ex confesso sunt bona, proprio iudicio nequaquã credamus vl vi ribus. Idipsum & Iudas apostolus commonefacit. **Impossibile est em̃ eos qui semel sunt illuminati,** Nõ em̃ inutile dixit, vel indecorꝶ, sed impossibile. Quo fit, vt & his de secundi lauacri expectatione, omnem spẽ adimat. **gustauerunt etiam donũ cæleste, ꝛ participes facti sunt spũs sancti.** Donum cæleste. i. dei gratiã, & spiritus sancti, peccatorum scilicet remissionis. Tũc enim & spiritus sancti participatio adest, cum remittũtur delicta. quippe qui in corpore habitet, peccatis olim obnoxio. Is vero (vt diximus) spũs, per manuum impositionem cõferebat. **ꝛ bonũ gustauerunt dei verbũ,** Quod illud sit, nequaquã aptius protulit, insinuat tamen quemadmodũ de vniuersa spiritali doctrina edisserat, cum dei verbũ dicit. **virtutesq; seculi venturi,** Mirãdarum rerum operationes, seculi virtutes appellat. Vel vitam si qñ in angelorum hanc ducimus morem, & ita, vt nullis p̃sentibus rebus indigeamus, sed futuris duntaxat intẽdimus, habẽtes iam vitæ futuræ pignus vitam quam hoc seculo viuimus, nullis operibus aut rebus externis oppressi, sed spiritalibꝰ dediti. **ꝛ prolapsi sunt, renouari rursum ad pœni-**

tentiam, Id eſt, per pœnitentiã. Quid ergo? num in præſenti eiecta eſt pœnitentia? Neq̃q̃, ſed ſecũdi lauacri innouatio. Eſt nãq; baptiſmi ꝓprium, hoĩes innouare, ſicuti & ꝓpheta ait: Renouabit vt aquilæ iuuentus tua. Pœnitentiæ aũt officium eſt, à vetuſtate eruere, & eruta roborare, cum nequeat tñ ad claritatẽ cæleſtẽ illã traducere, q̃d vtiq; ſola grã valet. Ad pœnitentiã itaq; inqt, baptiſmat ſcilicet. Prius eñ anteactæ nos pœnitet vitæ, deinceps & baptiſmo abluimur, ſicuti p̃dictum eſt, pœnitẽtiæ ex mortuis opibus. Ex ſequentibus tñ liqdo patet, hæc q dẽ idcirco Paulum ꝓtuliſſe, vt ſecundo baptizari hos ꝓhiberet. **rurſum crucifigentes ſibi filium dei.** Baptiſmus q dẽ ꝓ cruce habet. Cum Chriſto nãq; & vetus hõ patibulo affixus eſt. Vñ & Chriſti ipſius ꝑ mortis ſimilitudinem, illi ſumus nos cõplantati, & item cum per baptiſmũ ſimul, q̃d vtiq; cum aq̃ immergimur figurat, humati ſumus. Nã quẽadmodũ ille in cruce mortẽ carne obiuit, ſic & nos in baptiſmo ſumus pc̃tis demortui. Qui igit fuerit ſecundo baptiſmo ablutus, quantũ in eo eſt, iterato Chriſtũ cruci affigit, q̃d plane abſurdũ & impiũ eſt. Ille nãq; ſemel & mortuus eſt & reſurrexit, & mors ei vltra non dñatur. Non ergo erit ſecundum aliud qddam baptiſma, qa nec eſt ſecunda crux aliq̃. Nã ſi ſecundo baptiſmus concederet, qd impediret q̃ minus vel tertio & quarto, vel millies qs baptiſmo hoc perfruat? Nec ſimplicit dixit crucifigentes, ſed ſibiip̃ſis adiecit, vt arguat, q negligentius vitã hanc ducũt, ſic oĩa factitare p inde aliud q̃ddam lauacrum expectarẽt, ac tanq̃ praue de fide ſentirẽt. **oſtentui habentes.** Triumphi loco ducentes, vituperãt. Hoc aũt duplicit velim intelligas: Vel qa hi q tuc tpis patibulo hunc ſuffixerũt, ad eius ignominiã id mortis genus excogitarunt, abominabile ſcilicet & ignominioſum, vt q̃d latronibus deſtinatum eẽt & ſcelerat. Vel qa cum ſemel mortẽ Chriſtus obierit, immortalis eẽ iã credit. Quocirca q iterato illũ cruci affixerit, falſum id & cõmentitiũ reddat, q̃d ſane Chriſto

Pſal. 102

Roma. 8

Ibidem

in dedecus cederet. Qñ quidẽ post vnicã mortẽ ei denẽget immortalitatẽ, & vt falsam coarguat. Ait itaq;, duobus modis fieri nõ põt, vt res ita se habeat. Primo quidẽ, qa neq̃q̃ dignus arguit, qui fuerit re tãta dignatus, & baptismi sit lauacrũ & pctõꝝ remissionẽ adeptus, & iterato ijsdẽ bonis fruat. Scdo vero q̃d dicto nefarium est, qa impossibile est dei filiũ denuo crucẽ posse subijre. **Terra enĩ sæpe super se venientem imbrem bibens.** Terrã quidẽ animã ipsam, imbrem vero doctrinã appellat, vt
Isaie. 5 alibi: Imperabo inqt, nubibus deus, ne aquã pluant in vi neã: & rursum, Fluuius dei impletus est aquis, hoc ẽ, qui à
psalm. 64 deo alios instruẽdi gratiã sumpsit, supernis oppletus ẽ donis. Oñdit aũt hoc loco hos ipsos, & si verbum exceperint, idq; & alias sæpe sint assecuti, nil tñ ex eo adhuc profecisse,
Supra. 5 q̃d & superius dixit, Qui deberis esse magistri ꝑpter tps. **Et generãs herbã oportunã.** Id est, vitã virtute prędi tã. Nihil est enĩ cõpositum adeo & decoꝝ, vt vitæ puritas ipa. **illis a quibus colitur.** Herbã. i. recti viuendi modum illis parit hæc terra, à quibus et colitur, et ijsdẽ est hęc oportuna, Siquidẽ ijdẽ illi, qbus virtus ipa est vsui, ea fruunt. Nonnulli vero illis. i. pręceptoribus interpretati sunt. Per eos nanq; optima vita excolit, & ipsi sunt discipulorũ virtutis participes. **accepit benedictionẽ a deo.** Hoc loco tacite græcos philosophos refutat, q̃ terræ feracitati fructuum hubertatem ascribunt. Non enĩ (inq̃t) cultrices manus sunt quæ fructus ꝑducunt, sed id omne in dei est potestate, qui terræ fructus abunde defert, & his bñdicit, vt magis exhuberent. **proferens enĩ spinas ac tribulos.** Non enĩ generans dixit, vt paulo ante de herba iã di xerat, sed proferẽs. i. luxuriãs & hubertim germinãs. Spinæ vero & tribuli, cum vitæ curas, tum opum fallacias, & quoduis pcti genus designant. Quemadmodum et Da
psalm. 31 uid inquit ꝓpheta, Cõuersus sum in ærumna mea, cum infigit spina. Spina nanq; non mõ inuadit, sed inhæret, & figitur, et acriter adeo, vt si non penitus omnem excusse-

tris, vel si pusillum aliquid ex ea resederit, dolores excitet non mediocres, & quibus vt medeaȓ necesse sit, & diligentior cura præstetur. Accedit & tribulus.i.peccatum. Qui vndecunq; attrectes, & pungit acrius, & vndiq; se præbet infestum, & in hac vita ignominiam affert, & in futura tormenta & pœnas. **reproba est et maledicto proxima.** Terræ quidem probatæ feraciq;, benedictum fuisse à deo iam dixit. Infructuosam uero & sterilem, non execrabilem dixit, sed execrationi propinquam, ne penitus desperemus. Nam qui fuerit maledicto propinquior, poterit, si velit, ab hoc per pœnitentiam procul abscedere. **cuius consummatio est in combustionem.** Haud sane qui comburitur dixit, sed cuius in combustiōem est finis, hoc est, qui ad finem vsq; in prauis facinoribus perseuerat, vt queat à sterilitate secedere, & sentes ipsos comburere, & probus effici debet, & benedicti particeps fieri. **Cōfidimus aūt de vobis dilecti meliora opera & viciniora saluti, tāetsi ita loquimur.** Cū satis iam hos momordisset, incussissetq; formidinem, placat tandem & lenit medendo, ne prorsus reddat infantes, sed vt iam resipiscant hortatur. Nam qui torpidum minus incesserit, torpedinem proculdubio augebit. Ait igitur: Non em̄ hæc vos vt improbem dixi, neq; vt existimem sentibus iā esse obsitos, sed veritus ne id vobis contingat. Non enim expectamus tales vos fore, sed quod satius est, opera vestra saluti propinquiora.i.vestram salutē curæ vos habituros. Tametsi hæc loquimur, hoc est, acrioribus verbis exacerbamus. Vel etiam de eorum vita hæc differit, perinde ac si dicat: Non enim adeo senticosi vos estis, & peccatꝫ oppleti, quin speranda sit salus. Vel forte eos de futura retributione commonefacit, quasi id inquiat: Neque enim adeo estis execrationi propinqui, neq; tam ad vredinem proximi, sed alia q̄dā vos præmia manēt, vt ex sequentibus patet. **Non est em̄ iniustus dominus vt obliuiscatur op[er]is vestri.** Vide quēadmodū hos recreauerit

cõfirmetq; ad meliora ſperandum, admonitos & priorũ operũ, & diuinæ iuſtitiæ, ſic dicẽs: Si eñ iuſtus eſt deus, neq̃q̃ vr̃a opera obliuioni mãdabit, q̃ olim geſſiſtis, clemẽtiæ & mutuæ charitatiſ, ꝓ his hauddubie vobis mercedẽ il le pſoluet. Nulla ergo vos capiat deſperatio, q̃nquidẽ expectanda ſunt potiora. Habet eñ deus oẽm in ſe æquitatem. Si qd igiť habuit mea oratio acerbitatiſ, nil ꝓfecto vrgẽdi vos gr̃a ea ſum vſus: qppe q̃s ſciã neq̃q̃ eẽ merito execrãdos. ⁊ dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius, quia miniſtraſtis ſanctis ⁊ miniſtratis. Magna q̃dam fuiſſe q̃ hi gererent opera, ſuo teſtimonio probat Ap̃ſ, & hoꝝ laudat promptitudinẽ. Id nãq; miniſtrãdi offiicum, ſummã miniſtrãtis exprimit voluntatẽ. Charitatem vero, eleemoſynã dicit, quã nõ mõ fratribus ſunt impartiti, ſed in dei etiã noĩe aliјs contuliſſent. Vide q̃ maxime illud nos conſolať. Siquidẽ non in ipſis hoĩbus, ſed in deo bñficium collocamus, ſicuti & in euãgelio Chriſtus,

Matt.25 Qđ eñ vni ex pupillis iſtis feceritis, mihi feciſtis. Eñuero q dei ob gratiã fratri diligenť proſpexerit, in deum id bñficiј contulit. Sanctis aũt. i. fidelibus ipſis. Eſt eñ q̃ſq; cum fide & ſanctimoniã nactus, vel ſi in rebus hiſce mundanis

1.Cor 7 verſeť, ſi mõ fidem operibus roboret. Ait eñ & alibi Paulus, Sanctificať quidẽ vir infidelis, in muliere fideli, & ecõtra. Parit itaq; ſanctitatẽ fides. Quo fit vt nõ ſolum in eremo diuerſantibus, vt præditiſ ſanctitate, q̃n & laicis erit cura & ſtudium per nos impendẽda. Illi nãq; fide & vita ꝑferunt ſanctitatem, hi vero per fidem nonnunq̃, & vitam pleriq;. Attende aũt vt eos nunc lenit placatq;. Non enim q miniſtraſtiſ inq̃t, nec vltra progreſſus ẽ, ſed & miniſtratiſ ſubiecit. i. vel hoc tp̃e veſtrum hoc præſtatiſ officium. Cupimus autem vnumquenq; veſtrum eandẽ oſtẽdere ſolicitudinem ad expletionem ſpei vſque in finem. Perinde acſi aliqs quæreret, quãobrem hæc Paule protuliſti, ſi nihil eras nos inceſſurus? Hæc inq̃t eo protulerim, vt in futuꝝ recta progrediamini. Non vt q̃ ante-

hac ipsi egeritis improbem, sed vt in posterum vobis prospiciam. Nec volo dixit, q̃d vtiq; præceptoriæ autoritatis fuisset & licentiæ, sed cupimus, q̃d sane est paternæ affectionis indiciũ. Nec verbis tenus mea hæc terminat cupido, sed ardet animus vestri ob gratiã. Tantã vim præfert cupiditatis, cum cupimus dicit. Nec vestri solum, sed cuiusuis hoĩm. Adeo ille acerrime oĩm susceperat curam, cuiusuis conditionis & status, & vniuersos hic tutabat. Cupimus inq̃t, vos eandem oñderet solicitudinem ad expletiõnem spei.i.vt plenã & perfectã habere vos spem præferatis. Aduerte q̃ prudent hæc tractet. q̃ppe qui ne aperte quidem hos vrgeat. Non em̃ à spe inq̃t vos excidistis, & resipiscite tãdem, sed subinde id mitius dicat, velim equidẽ om̃i vos studio niti, vt q̃les olim fuistis, tales vos in p̃nti & in posterum exhibeatis. vt non segnes efficiamini. Vel id quidem subiungit, vt hos consolet. Nã & in futurum rem ipsam producit. Dixerat nãq; superius, q̃nquidem torpidi estis effecti, sed auditu. Ibi q̃dem solis auribus torpedinẽ terminat, nunc uero prospicio inquit, q̃ minus ad animũ hæc pertingat segnities. Nã quemadmodum corpori ociũ & exercitatio officit, sic & animo bonorum operum obest neglectus, & hoĩes reddit somnolentiores & torpidos. *Supra 5*

Verum imitatores eorum qui fide & patiẽtia hæreditant promissiones. Commemorat quæ antehac optime peregissent, & ex eorum recte factis profert nunc argumenta, & ad pristinum statum traducit. Verum ne forsan existiment se plane indignos q̃rum haberi ratio debeat, eoq; & spretos fuisse à deo & destitutos, ostendit tentationibus viros eo acrius diuexari, q̃ magis animi magnitudine polleãt, & deum ip̃m magnis & præstãtib⁹ viris sic vti solere. Nã si confestim traderet q̃d fuerit pollicitus, neq̃q̃ quãti eẽt q̃rundã fides pateret. Tũc em̃ arguit quis fidem præstare aliq̃d pollicenti, cum & si longius interlabit tp̃s, sperat tamen promissa se acceptum, nec mœret desperãs vel torpet. Ait itaq; eo q̃dem pungẽtia loquor, vt vos ex

citem tandem ad hos imitandum, qui ꝓmissorum iam sunt hæreditatem adepti. Qui vero hi sunt, paulo post dicturus est. Aduerte aũt queadmodum prius fidem posuerit, deinceps & patientiã subdat. Ex fide nãq; & patiẽtia orit. Ni eñ qs prius crediderit, daturum deũ qd añ ꝓmiserat, nil patient morã hãc tolerabit. **Abrahæ nanque promittens deus, quoniam neminem habuit per quem**
Gene.22 **iuraret maiorem, iurauit per semetipsum, dicẽs: Nisi benedicẽs benedicam tibi, et multiplicans multiplicabo te.** Cum multa sint quæ ex fide hæreditarunt ꝓmissa, alios qdem interea prẹterit, relinquitq; posteris conquirendos, vnius duntaxat Abrahæ meminit, cũ ob personæ autoritatẽ, tum quia hic præcipue, cui pleraq; ꝓmitterent, dignus est habitus vt ꝓmissa assequeret. Vnde & arguit nihil esse intolerant ferendum, sed expectandũ deum, qui promissa non statim dependere, sed lõgo post tpe consueuit. Verum qñ iurauit deus? Nimirum vel ipsis quidem in verbis iusiurandum hoc esse arguit, cum inqt, Per memetipsum iuraui. Forte etiã, cum nisi inqt, dicturus est quispiam, dei esse hoc iuramentum per semetipsum iurãtis: Nisi vero, ꝓ certe positum est, quod sane nil aliud præfert, nisi quod veritatẽ affirmat. Veritas vero quis esse ꝑ-
+ ter deum alius potest? Sic & in euangelio dñs, Amen dico vobis, eodem vtit & simili iuramento. Cnm eñ non haberet præstantiorem per quem iuraret, per semetipsum iurauit, sicut & pat. **sic longanimiter ferẽs, adeptus est**
Infra.11 **repromissionem.** Cur enim cum in epłæ calce dicturus sit Paulus, hi omnes non retulerunt repromissiones, sed ẽ longinquo eas spectarunt & salutarunt, nunc vero asserit fuisse Abraam ꝓmissa iam assecutum? Non enim ijsdẽ
+ de rebus hoc loco & alibi disserit. Hic quidem facit de his mentionem, quæ in vita hac ꝓmittunt, quæ post diuturnũ tps adeptus est Abraam. Ibi vero de cælestibus, quæ nondum est consecutus. Vtrunq; tñ magnum his affert, q pusillo sunt animo, solamen. Quandoquidem promissa hęc

si magno animo fuerimus, consequemur. Alias vero arguemur vesaniæ, si nondum Abraam qui tot iam seculis naturæ concessit, eadem illa est assecutus, ipsi vero ægre ferremus nondum his esse potitos. Aduerte aũt, cum lõga nimiũ dixit, non minus ex diuinis ꝓmissis hæc assequi posse, q̃ per magnanimitatem & tolerantiam. Nunc vero cũ longe secus rem suadet his euenturã. i. intercidi posse promissa, cum ipsi diffidimus, territat, idipm̃ affirmans in deserto vaganti populo contigisse. Qui cum in desperationem venisset & diffidentiæ malum, ꝓmissionis terrã non est consecutus. Dicet aliquis, bñ habet, Cur tñ nec sanctissimi viri, & si tolerantiam de se præstitere, hanc ipam non attigerunt? Quia in fine (inq̃t) illa sunt hauddubie adeptu ri. Vulgus vero quærulũ illud, nec diuinas illas attingere potuit ꝓmissiones, nec ꝓrsus attinget. **Homines enĩ per maiorem suiiurant, & omnis eoꝝ controuersiæ finis ad confirmationem est iuramentũ.** Id est, iureiurãdo altercatiõis oĩs ambiguitas tollit. Nã & vltro citroq; multa dicunt, vt res ipsa patescat, ius tñ iurandum postremo inuadẽs confirmãsq;, soluit id om̃e de q̃ ambigit. **In quo abundãtius volens deus ostendere pollicitatiõis hæredibus immobilitatem cõsilij sui, interposuit iusiurandũ.** Cũ itaq; res ita se habeat, vt iusiurandũ certiorẽ singulis rebus faciat fidẽ, idcirco (inq̃t) & deus hoc vtit, in quo. i. cum p se iurauerit deus, abũde nobis ostendit facturum om̃ino sese quæ promiserit. Oportuit tamen deo ipsi vel iniurato, fides haberi. Tolerat tamen ille nostri ob gratiã cuncta, & nil ꝓrsus eius dignitatem attendit, sed modo vt nobis suadeat, vt ei fidem præstemus, & faciat fidentiores. Vel ad humanam hanc descendit iurãdi consuetudinem, & sustinet de se indigna iactari. Nos enĩ fideles, promissoꝝ hæredes efficimur, q̃bus in eius semine, quod Christus est, benedicitur. Aduerte aũt, queadmodum vel tũc filium dicit mediatorem, deum inter & homines constitutũ. Per hunc itaq; vt verbũ, Gala. 3.

iurabat deus ipse & pater. **vt per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri deum.** At qualis est, & cuius promissio, quæ iurerãdo sit confirmata? Et qm̃ id apud hoĩes & certius videt & fidius, eo & illud adiunxit, in qbus.i.ex quibus his duobus fidissima videt promissio. Nec fieri põt, vt mendax aliquo pacto conuincatur deus. Vt igit hic nostri grã iurat, & si eum dedeceat iusiurandum, ita & hunc didicisse ex quibus perpessus est, scito. Hoĩes em̃ id certius tenent, quod sit experientia comprobatum. **fortissimum solatium habeamus, qui cõfugimus ad tenendam propositam spem.** Hoc est, summã quandã monitionem & hortamentum. Nec plus quippiã Abraæ rõne, q̃ nostri id dicit, qui ad eum bene sperãdo cõfugimus. Verũ vbinã fortissimum id habemus solatiũ & exhortationem? Nimirũ in tenenda proposita spe.i.ex his quæ fuere Abraæ illi collata, vt de nostris his certiores reddamur et tuti, nec de cælestibus ambigamus, quorũ nobis eẽ spes certior debet, sed firmit & tuto spem eã detineamus, nec sinamus hanc ipam effluere. Nõ em̃ secus nobis ac Abraæ facta pollicitatio est, quin certior nobis, q in Chr̃m credidim⁹, vt dictũ est supra. **quam sicut ancoram habemus animæ tutam ac firmã.** Quam spem scilicet, ancoræ loco habemus. Nã vt illa cũ tẽpestas ingruerit, nauigia continet sistitq;, sicet spes ipa, qui tentationibus agitant et nutant, stabiles reddit et patiẽtes. Nec simplicit ancorã dixit, sed tutã adiunxit et firmã. Est præterea ancora alia quædã quæ nauim haudq̃quã fuat immotã, si vel putridior vel leuior sit. Non ab re itaq; fundamentum hoc loco conticuit, et ancorã dixit, Illud em̃ magis obfirmat, et molem impositam fortius sustinet, et his qui sapientiæ student, subijcit. Hęc vero fluctuantibus et nondum obfirmatis, quales hi erant qui tentationum procellis exagitabant. **& incedentem vsque ad interiora velaminis.** Dixerat supra, expectate: futurũ est em̃ vt sperata perficiant. Nũc vero quod est certi⁹

affert,ait em̃:Per ſpẽ iam illa conſequimur. Spes em̃ hæc permeans cælum,promiſſorum nos cõpotes,& in his vt plane verſemur,effecit:tãetſi videtur in terris conſiſtere. Eſt nanq; ſpei huiuſce vis tãta,vt cæleſtes reddat qui incolũt terrã.quemadmodum em̃ in veteri teſtamento velamẽ, Exodi.26
ſanctius tabernaculum coercebat & ſeiungebat à cęteris, ſic & cælum nobis obtendit,vt inferiora hæc à cæleſtibus abigat & diuinis. vbi præcurſor pro nobis ĩtroiuit Ieſus.Cum em̃(inquit)ſpes noſtra cælum ingredit, q̃d dixit confirmat,ex rebus ipſis & fidẽ adiungit. Chriſtus nanq; in cælum ſe contulit,ſed præcurſor.i.eodem cõceſſuris & nobis,ducem ſe præbuit.Qui em̃ præcurſor ẽ,nõnullorum eſt inſequentium præuius.Nec magna eſt int pręuium hunc & ſubſequentes intercapedo,ſicuti nec longe poſt Iohannem ſubſecutus eſt Chriſtus.Quapropter nolite animo obturbari,ſi nondum ea loca adiuimus,q̃ pręcurſor & præuius domini tenet.Nec ſatis habuit præcurſorem dixiſſe,quin & veſter adiecit,vt maiorem faciat fidem,perinde ac ſi dicat:Non enim erat illi neceſſe vt cælũ ingrederetur,quippe cui ſemper vt deo cęlum pateret,ſed quemadmodum pro nobis carnem accepit,ſic etiam noſtri ob gratiam cæli intima penetrauit,vt viã & nobis ſequentibus aperiret:ſumus ergo & nos neceſſario quo ille profectus eſt,conceſſuri. Vel pro nobis,id eſt,vt patrẽ nobis ſuo interceſſu conciliet,ſicuti & pontifex ſemel in ſingulos annos,ſacra illa templi penetralia, deũ populo conciliandi gratia adibat. ſecundum ordinem Melchiſedec pontifex factus eſt in æternum, Vel id quidẽ ad hos conſolandum admodum valet. Siquidem pontifex noſter in cælis verſatur,& longe præſtat Iudæorũ põtifici,ſed modo quodam & ordine.Non enim pro illorum, ſed pro Melchiſedec ritu,eſt pontifex inſtitutus. Hũc pręterea & loco & tabernaculo ſuperat,quod & ſuperius ſit & in cælo,& teſtamento conſtet.Excellit etiã quia maioribus rebus & perfectioribus præſit,& loco tutiore con-

sistat. quippe q̃ perpetuus sit, & nõ temporarius. Quin & persona ipsa potior est. Est nanq; à deo progenitus. Nihil ergo est vobis extimescendũ. Hęc aũt propter humanam carnem sunt explicata: secundũ hanc em̃ pontifex factus.

Caput .VII.

Gen.14. Hic em̃ Melchisedec rex Salẽ, sacerdos dei altissimi, obuiauit Abrae regresso a cede regũ, & bñdixit ei, cui decimas oĩm diuisit Abraã. Fert sane Apostoli animus, qd inter nouũ, vetus'q; testamentũ intersit, ostendere. Quod etiã statim in

Supra .1. ipsis epistolæ primordijs p̃tulit, inquiens: Olim quidẽ locutus est patribus deus per seruos suos prophetas, nobis vero in filio. i. in nouo testamento. Et q̃m auditores infirmi erant & imbecilli, ad quos istiusmodi perscribebat, vt pote qui ægre ferrent pressuras, hos interea collapsos aĩo reficit. Et cũ eos satis ad tolerantiã reuocasset, rursum de noui testamenti pręstantia sermonẽ inducit. Sed vide quã prudent id agat. Ostendit em̃ Melchisedec, qui Christum præfiguraret, dignitate Abraã anteire. Non em̃ si illũ non anteisset, fuisset bñdictis hũc prosecutus, vel eius decimas excepisset. Cũ itaq; ex Abraã ipso ortũ ducerẽt legitimi sacerdotes, perspicuum ẽ vel ex hoc, illum p̃stare, tanq̃ q benedicta impartiret, & decimaret aliorũ fortunas. Qua in re differre à legis sacerdotibus constat. Quanto igit magis verus ille Melchisedec Christus, cæteros sua magnitudine anteibit? Hæc vero ad Christum oĩa rediguntur. Intercisa deinde de Melchisedec, quam cœperat, narratiõe, subinfert & mystica quædam, & spiritaliter per allegoricam historiã. Primũ quidem interpretatur rex iustitiæ, Ostẽdit hoc loco quemadmodũ Melchisedec Christi p̃fert figurã, quod vel ex noĩe ipso perspicuũ ẽ: מלכי nanq; rex interpretat, צדק vero iustitia. Quis em̃ alius fuit iustitię imperator, nisi Christus ipse & Iesus noster dñs? deinde autẽ rex Salem, Vel ex ciuitate ipsa id liquet. שלם nãq; pax dicitur. Nam quis alius Christum præter,

pacis esse poterat rex? Qui cælestia simul & terrenā pacauit. Nulli itaq; hominum competit iustitiæ & pacis imperio, nisi Christo potiri. **sine patre, sine matre, sine genealogia**, Affert & aliam quandā similitudinem. Nā vt Melchisedec inquit, non quia parētes nullos habuerit, qppe qui vt cæteri homines in lucem prodierit, sed quia eius generatio subobscurior fuerit, & literis non sit demandata. nec huius quinam fuerint progenitores, nomine explicantur, sic & Christus secundū inferiorem hanc & humanam sobolem, patre caret. A virgine enim Maria & sola secundum carnem est natus, & matre quidem secundum supernum illum & cælestem ortum. Nam à solo patre ante omnia secula sic genitus est, vt nec dici possit, nec mente comprehendi. Est præterea sine genealogia. ait enim, Generationem eius quis enarrabit? Nam & qui in cælo hunc genuit pater, inenarrabilis est. Et modus ipse nascendi, & quæ eum in terris peperit mater, rationi naturæ minus subijciuntur. Nec legi vlli humanæ vel partus ipse obstringitur. Quemadmodū scilicet quæ virgo esset, genuerit, vt sine dolore, & huiusmodi cætera. Vere itaq; Chr̄us & matre hoc pacto carebit & patre. Melchisedec autē nequaquā poterit veris parentibus fraudari, (id enim credi non potest) sed ideo hæc Paulus refert, quia huius parentes nequaquam sint sacris literis explicati, & idcirco dicitur genealogia carere: quasi illud dicat Apostolus, Sic em̄ dixeram sine patre Melchisedec & matre fuisse, quod eius genus nusquam sit in sacris literis explicatum. **neq; initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem filio dei, manet sacerdos in æternum.** Vel id ita intellige, quemadmodum superius diximus. Melchisedec vero vt homo principium habuit, proculdubio & vitæ finem, cuiusmodi tamen nos ignoram⁹. Quippe qui nec eius geniture, nec mortis tēpus tenemus, Quo fit, vt quo ad nostram cognitionem, quam nullam prorsus de hoc vel nascente vel moriente habemus, nec

Coloss. 1

Isaie. 53

principium habet hic vllum, nec finem. At Christus, quia vt deus, hauddubie nec dierũ habet initium, vt põte q̃ principio careat, si temporum aduertamus principia, tametsi à patre vt causa ducat originem: nec finem habet, q̃a æternus. Vbinam gentium Arriani nunc agunt? Audiãt quẽadmodum nunq̃ esse cœperit filius, Paulo identidem adstruente. Et si quem forsitan dubitatio huiusmodi aliqua subiret, quo pacto Christus esse secundum ordinem Melchisedec sacerdos poterit in æternum, quandoquidem vt cæteri hoĩes Melchisedec naturæ concesserit, nec in æternum sacerdotio sit ille potitus? Ambiguitatem huiusmodi ita soluem⁹: Et Christum fatemur, cum sit æternus, nec habeat finem, vero hoc fungi & perpetuo sacerdotij munere, & ita, vt vel hoc tempore pro nobis offerre sacrificium, pro eius ĩ nos beneficijs, existimetur. Acceditq́; quod apud patrem pro nobis etiã intercedat, & hunc in modũ nobis sacerdos ipse longe magis prodesse arguitur, maiorisq́; mysterio quodam & mirũ in modum, & præt̃ omniũ intellectum sese in cibum & potum proponit. Melchisedec aũt perpetuo dicitur sacerdotio fungi, nec quidem q̃ perpetuo esset victurus. (Mortem enim iam multis seculis obijt) sed q̃a de eius morte nihil habetur in diuinis exploratum codicibus, vt ex his pernoscere liceat, quo tẽpore sacerdos eẽ desierit. Datur prætereaid vel ex ipsis nominibus plane intelligi, nã hoc vnicum erat Melchisedec cognomẽtum, q̃ Salẽ rex vocaretur, Christo vero certiora & vera inerant cũcta. Vnde nec principiũ habet nec finẽ, cum principio ille & fine idcirco caret, quia nil quicq̃ de eo scriptum cõstaret, sed Christi duntaxat figurã hic præferebat, qui vera omnia ptæ se, & propria tulit, nõ aliena.

Intuemini autem quantus sit hic, cui decimas dedit de præcipuis Abraam patriarcha. Cũ figuram veritati accommodasset. i. Melchisedec Christo, nũc demum fidens, figurã ipsam Melchisedec, Iudæorũ sacerdotib⁹ clariorem arguit extitisse, neq́; his modo, quin vel

Abraam patriarcham ipsum præstare. Si igitur figura tantopere cæteros antecedit, longe magis & pontifex Christus incomparabiliter istos dignitate & anteibit, qui p illam significatur. Intuemini inquit, & diligenter aduertite, quanti sit iste, & quantum excellat, cui munera detulit, non plebeius aliquis & abiectior, sed Abraam patriarcha egregius. Nec temere quidem patriarchæ nomen adiecit, qn eo id egit, vt eius psonã magis extolleret ex ἀκροθινίων id est, ex melioribus & honoratioribus spolijs. Nec dici id potest, Abraam dona hęc & exuuias fuisse Melchisedec impartitum, quia secum vna hic militasset, & ob id pmia huic dependisset militiæ, sed domi se continẽti, munera & decimas detulit: & ideo dixit superius, obuiã Abraę Melchisedec processisse. Si igitur munera hęc impartita Abraam arguunt Melchisedec illum longe præstantiorẽ, quanto magis constabit, vel legis sacerdotibus illis præcellere.

Et quidem de filijs Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem, id est, a fratribus suis, quanquã ipsi exierunt de lumbis Abraæ. Cuius autẽ generatio non annumeratur in eis, decimas aũt sumpsit ab Abraam. Num. 18. Confirmat nunc Paulus, quemadmodum Melchisedec Abraã ipsum præstaret, aitq; eos qui ex tribu Leui sacerdotio fungerentur, ob ipsius sacerdotij dignitatẽ à populo decimas accepisse. Vnde perspicuum est, potiores hos & honoratiores cęteris extitisse. nã qua alia de causa fieret, vt populus operi & labori intenderet, & sæpe calamitatibus multis affligeretur, sacerdotibus ipsis orantibus, nec terram colentibus, ex omni vel fructuum vel animantium genere depẽderet decimas, nisi quia & sanctiores sunt, & operi maiori intẽdunt? Tanti est pręcellẽs sacerdotij dignitas, & adeo sunt qui eo funguntur, fratribus suis sublimiores: tametsi hi ex eodem parente prodierint. Melchisedec igit, quia decimas ex Abraam suscepisset, quanq̃ eius generatio nequaquã in eis an-

numeraret.i.non ex eadem tribu esset ille progenitus, qp-pe qui alienigena fuit, illi præfertur, & habet præstantior. Nã quo pacto alieno homini decimas Abraã detulisset, nisi venerationi hũc cęteri habuissent? Si Melchisedec itaq; qui Christi figurã prætendit, dignitate præstare & Abrahę quidem videt, longo vtiq; interuallo & Christus ipse qui verus est pontifex, sacerdotibus lege institutis præstabit. **Et hũc qui habebat repromissionẽ, benedixit.** Quia
Ge.12.15. vt reliqua omittã, vnum illud præcipue Abrahæ noĩs ma-
17.22. gnitudinem attulisset, q̃ à deo.s. promissa acceperat, nũc illud adiecit, ei videlicet Melchisedec qui Christi pręferret figuram, benedixisse, qui & tanti esset & tam pręclarus, vt & dei colloquio sit dignatus, & ex promisso haberet dominum obligatum. **Sine vlla aũt contradictione, quod minus est, a meliore bñdicitur.** Dixerat Melchisedec benedictis fuisse Abraam prosecutum. Enimuero neminem præterit, idq; omnes habemus nullis obstãtibus exploratum, qui benedixerit ei, prę̨ferri, potioremq; esse, q̃ is cui sit benedictum. Erit ergo nunc inquit Melchisedec, qui Christum dominum præfigurat, Abraam melior longe atq; præstantior. **Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt. Ibi aũt contestatur quia viuit.** Vel alium quendam in modum nunc arguit Melchisedec ipsum sacerdotibus legibus præcellere. Hi enim inquit hic.i.secundũ legem acceptis decimis, moriuntur: ibi vero.i.secundum Melchisedec figurã & significantiam, decimas capiebat, qui à scripturis vitæ testimonium habet. Tu enim inquit sacerdos in ęternum secũdum
Psal.109. ordinem Melchisedec. Quod autem in æternum Melchisedec viuat, ita intelligas, vt superius diximus, quod nulla sit scilicet de eius morte in sacris literis habita mẽtio. Nõnulli autem quod moriantur Leuitæ, & non moriat Melchisedec, ita accipiunt: quia ritus videlicet Leuitici sacerdotij mortalis fuisset, quippe qui iam esset abolitus. Melchisedec vero siue secundum Christum sacerdotalis hæc

Institutio, & viuit, & permanet, & perpetuo est permansura. **Et vt ita dictum sit, per Abraam & Leui qui decimas accepit, decimatus est,** Ne forte hæc legis ingant sacerdotes, Quid illud nostra intererit, si ab Abraam ipso per Melchisedec exactæ sunt decimæ? ita respondet, quia illius exemplo decimatus est Leui, qui nostri obtinet sacerdotij principatum: Melchisedec vero ille, qui decimas accipit, nõne Leui est potior, à quo videtur p̃ Abraam decimas capere? Et vt breuiter dicam, quasi dictũ castigat Apostolus, tanquam facinus audax visum, vt Leui decimaretur, qui nondum in lucem prodierat. **Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchisedec.** Cõfirmat quemadmodum decimatus sit Leui, aitq;: Cum em̃ ab Abraam progenitore acceptæ sint decimæ, & à Leui exigunt virtute, tanq̃ qui in Abraæ adhuc lumbis consisteret, futurumq; esset, vt huius ex semine, & si nondum genitus fuerat, procrearetur. Nec Leuitæ dixit, sed Leui, vt præstantiã præferret. Neq; grauius quicq̃ ausus est dicere. Iudęorũ em̃ instituta eiecit. Et idcirco dixit superius, quia negligentes estis & torpidi, quia & hoc erat dicturus, ne si prius ignauiæ hos arguisset, minus postea Pauli dicta pungẽtia tolerarent. Horũ ita animis ad eius arbitriũ p̃paratis instructisq;, Paulus quodcunq; aĩo resedisset, nũc explicat. Neq; em̃ quemadmodũ susceptũ semen cõtinet terra, sic & aĩa dei verbũ vel tenet vl̃ fonet. Ibi nanq; inest natura, q̃ & firmitudinẽ habet & soliditatẽ, hic vero voluntas. Res sane multiplex admodũ, & inconstans, & nutabunda: eoq; necesse est. vt p̃ceptor q̃multa longe añ dispenset. **Si ergo cõsummatio per sacerdotium Leuiticũ erat (populus enim sub ipso legẽ accepit) quid adhuc necessariũ fuit secũdũ ordinẽ Melchisedec aliũ surgere sacerdotẽ, & non secundum Aaron dici?** Ostendit quemadmodũ Melchisedec ille Abraam anteiret & Leui, in ordinem sacerdotij illis suffectus. nunc vero aliud quoddã inducit Supra.5.

argumentum,demonstrans secundũ Christum sacerdotium esse Leuitarũ longe superius, quodq́ et Christi consummatum sit et perfectius, illorũ vero imperfectũ et mãcum.nã si perfectum esset sacerdotium legis,necesse fuisset pro ritu Aaron surgere sacerdotẽ. Aaron nanq; de tribu Leuitica oriũdus,alioqui haudquaquã secundum Aaron,sed secundum Melchisedec institutum, sacerdos dicitur surrexisse. Cum itaq; impfectius illud coarguatur, alius quidã inducitur ordo. Aptius tñ in subsequẽtibus hæc explicat Paulus,pinde acsi dicat:Si enĩ Christus secũdum ordinem Melchisedec prius iã extitisset, deinceps esset et lex subsecuta,iure forsan obijceret aliquis, cũ minus esset secundũ Melchisedec sacerdotiũ absolutũ,datũ fuisse & legis illud,quod Aaron esset. Nunc vero cũ Christus sit ipse qui eo muneris fungit̃, & aliã capit sacerdotalis dignitatis figurã,perspicuum ẽ,qñquidem imperfectũ sit Aarõ ipius sacerdotiũ,pro eo aliud fuisse inductũ,quod sub ipo legẽ acceperit:quasi dicat, Nemo poterat Aaron consummatũ dicere sacerdotiũ,qppe quod alijs, non Hebræis sit traditum,id tñ populo plane collatum,in eoq; & populus ipse legẽ accepit:hoc est,iussus ẽ huiuscemodi sacerdotio vti,& ad eius ritũ intendere,& illius gratia oĩa exeq. Cur ergo si quæras illud eiectũ est?quia impotens certe & inualidũ fuerat. **Translato enĩ sacerdotio,necesse est vt & legis translatio fiat,** Patefacit hoc loco quemadmodum lege ipsa cessante & redacta in nihilũ,consequenter & illud esset testamentum inductum. Nam si alio traductum est sacerdotium, necesse est & aliam legem esse, quandoquidem nequit sacerdos sine testamento & lege constare. Translatũ est itaq; sacerdotium,non solum pro modo,id est,quod nequaquã pro Aaron ipsius Melchisedec institutis,& ritu constet,sed tribu. A sacerdotali nãque Aaron tribu, in regiam illam Iuda traductum est id sacerdotium. Sed attende mysterium. Hoc enim cum regale fuisset,mox est & sacerdotale effectũ. Quemadmo-

dum Christus cũ rex ꝑpetuo esset, sacerdos tñ euasit cum carnẽ assumpsit, & sese in sacrificiũ obtulit. **In quo em̃ hæc dicũtur, de alia tribu est.** Oñdit præterea quem admodum & scd̃m tribum translatũ sit sacerdotiũ, aitq́: Christus, in q̃ (.i. de q̃) dicunt̃ huiuscemodi, & in q̃ hæc sunt terminata, de tribu alia est, Iuda scilicet. **De qua nullus altario præsto fuit.** De q̃ tribu q̃ ortum duceret, nemo præsto fuit altario. i. aræ appropinquit, vel sacra curauit. **Manifestum est em̃, quia ex Iuda ortus sit dominus noster.** Optime dictum, ortus est, & ex Balaam vaticinio sumptum, Oriet̃ stella ex Iacob afferentis, & ex Malachiæ, ꝓphetia mutuatũ, q̃ solẽ iustitiæ Christum appellat. Quibus ex vaticinijs ostenditur, fore vt orbi terrarum hic illucesceret, aperiretq́ mortalium mẽtes eius prę sentia. **in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses est locutus.** Cum constet in Iudæ tribu Moysen, q̃ sunt in bello administrata narrasse, de sacerdotib⁹ tñ nullã facere mentionẽ. **Et amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedec surrexisset sacerdos alius.** Quid em̃, cum manifestum est inqt, præfert Ap̃ls: Nimiꝝ q̃d int̃ vtrãq́ iustitiã interiacet medium: Vel in grãm rediȷ̃sse sacerdotiũ asserit cum testamẽto, idq́ non solũ patere, q̃a ex alia tribu ꝓdierit q̃ surrexit sacerdos, nec vltra sit hic ex Leuitica ꝓditurus, sed etiã ex eo q̃d dicturi iam sumus. Videt̃ em̃ supuacaneum, si scd̃m ordinem Melchisedec, & reliq̃. i. q̃n scd̃m Melchisedec ordinẽ surgit sacerdos. **qui non secundum legẽ mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis.** Ex Melchisedec em̃, nõ alioꝝ sacerdotum ordine, est Christus sacerdos effectus. Illi nãq́ à lege sacerdotium accipiebãt, quæ carnis haberet mandata: iubet em̃ hmõi, Carnẽ ꝑcide, & carnẽ abluito, & à carne abstine, & carnis bona assequeris. Melchisedec nullis eiusmodi, sed diuina virtute nitit̃, idcirco illum & vita in æternum potiri affirmat, & sacerdotio insolubili. Viuere

Num. 24.
Mala. 4.

autem hūc ita accipies, vt supra est explicatum, et quia nihil nobis eius de morte constet. Vel tanquā de sacerdote dictū id fuisse intellige, pinde ac si dicat, Qui sacerdos alius, id est Christus, non secundū legis carnale mandatum, sacerdotium ipsum accepit, sed patris virtute & suapte potentia, insolubili sacerdotio fungit. Erat autē à re non alienum, vt cum carnalem dixisset, & spiritalem adijceret. At quo pacto adiecit, cum secundum virtutē vitæ insolubilis dixit: nam & breue aliquid & momentaneum per carnalē expressit? Et iure, quidē ad eā tēporis breuitatem vitæ addidit insolubilis, Chrm arguens virtute propria vitam ppetuam assecutū. Testatur em̄, qm̄ tu es sacerdos in æternū secundū ordinem Melchisedec Confirmat ex his q̄d ante dixerat, insolubilis vitę, aitq́: scriptura quidē asserit in æternū esse hunc sacerdotem effectū. Oportuisset em̄ non secundū Melchisedec ordinē dici, sed secundum Aaron. Nūc vero cū secundū ordinem Melchisedec describat, perspicuū est Christum haudquaq̄ ex lege, sed modo alio quodam longe diuino, sacerdotio fungi. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem. Neminem enim ad perfectum adduxit lex. Dixit quemadmodū legis fieret translatio, idq́ vel argumentis ōndit, & demū cām affert (Mos em̄ est nobis mortalibus, tūc aliorum acquiescere dictis, cū ea certis quibusdā rōnibus cō probant) Inquitq́: Eo em̄ facta est reprobatio. i. cōmutatio quædā & repudiatio præcedentis mandati, id est, anticipantis testamenti, quia infirmum esse & inutile deprehensum est. Quæret aliquis, Quid illud, neminē ergo lex ipsa iuuit? Iuuit quidem, sed alioquin vt perfectionem afferret, nil profuit: quia neminem (inquit) perfectū effecit. Cur ergo lex ipsa infirmior esse arguebatur? Quia solis & nudis literis imperantibus nitebatur, vt puta, Hoc facito, illud caueto, nec vllas ad exequenda mandata vires suppeditabat, quales in præsentia nobis per spm̄ suggerūtur.

Sed inuasuri mox sunt qui legẽ detrectãt hæretici, & ecce nunc Paulus legem improbat, dicturi sunt. Veruntamen o insensati, nõ enim hic nequitiæ arguit legem, sed inutilẽ dicit, & eo infirmam, quia nequeat perfectionem afferre. Nam quemadmodum lac tenellis infantibus destinatis temporibus longe plurimum confert, ætate vero prouectioribus nil prorsus conducit, sic & lex ipsa Iudæis est imperfectioribus profutura, cum illos ab idolorum cultu deterreat abigatq́;, & ad deũ traditis præceptis nõnullis traducat. His vero qui perfectiores euaserint, nil prorsus est profutura, nam & purificationes quasdam iniungit, & sacrificia carni accõmoda, quibus minus indigẽt spiritales, & idcirco tunc reprobat. Solẽt eñ ea refelli, quæ post longam consuetudinem improbitatis tandẽ cõuicta, & nullius perinde profectus, repudiantur. Lex itaq; tãdiu olim obtinuit dominatum, quamdiu in commodũ cedere videbatur. **Introductio vero melioris spei per quã appropinquamus ad deum.** Reprobatum itaq; est legis mãdatum, & subinducta est spes. Nec qualis Iudæorum spes erat. Sperabãt eñ & illi, cũ deo se morigeros exhiberent, terrã hanc adipisci, vel hostes aliquos debellare, & vt summatim dixerim, in præmium oĩa expectabant quæ ad corpus pertinerent. Spes tamẽ nostra longe secus se habet. Quippe quæ sit lõge pstantior. Nã & cælũ speramus, & deo esse ppinquiores, illicq; cum angelis simul assistere & ministrare. Dixit superius, ingredientẽ internum velamen, nunc vero p quã deo inquit appropinquamus. *Supra.6* Spes enim ipsa & dei nos throno proximos facit, & socios reddit. **Et quantum est, non sine iureiurando.** Ecce & alio quodam modo, & iuniorem sacerdotẽ à veteribus differre iã indicat, & quid nouũ inter & vetus testamentum intersit, enodat. Neq; eñ simpliciter Christi inquit promissum est sacerdotium, sed iureiurãdo cõfirmatum, vt abunde dei verbis fides præstet, qđ & superius dixit, Iurauit dominus Abrææ, maioris certitudinis gratia. *Ibidem.*

Hi quidem sine iureiurando sunt sacerdotes facti: hic autem cum iureiurando, per eum qui di-
Psal. 109 xit ad illum, Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Legis eñ sacerdotes, inquit sine iuramento sunt constituti. Nõ eñ pro istiusmodi sacerdotũ pro electione, iurasse hunc in modũ cõperimus deũ, tu scilicet, ille ve, futurus es scd̃m legẽ sacerdos. Christus vero deo iurãte sacerdotiũ iniit, eundem sic alloquẽte, Tu es sacerdos in æternũ scd̃m ordinem Melchisedec. In tm̃ melioris testamẽti sponsor factus est Christus. Hoc est, inquantũ iureiurãdo cõfirmauit futurum hunc sacerdotem. Necq; eñ iurasset, nisi hic esset longe præstãtior. Vnde & nouum veteri testamentum pluris esse arguit. Sponsor vero .i. mediator & intercessor. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco qd̃ morte prohiberẽtur permanere. Hi autem eo quod permaneant in æternum, sempiternum habent & sacerdotium. Arguit plane hoc loco, quãtum Christus sacerdotes alios antecedat dignitate & gl'ia, aitq;: Ibi nanq; q̃ multos esse, q̃a mortales, hic vero vnum, q̃a sit immortalis. Sempiternã itaq; habet hic sacerdotiũ, hoc est, q̃d aliq̃ pacto nequeat intercidi, nec vllũ habeat in hac dignitate successorẽ. Vides ne quẽadmodum legis sacerdotes hic p̃stet, quãtum q̃d mortale est, immortale. Unde & saluare in perpetuũ potest accedens per semetipsum ad deum. Cum itaq; immortalis sit (inquit) põt vel cunctis prodesse, & in perpetuum, nec momẽtaneã cum in hac vita, tum in futura salutẽ afferre. Nã & q in veteri pontifex
1.Reg. 7 esset, & si cætera clarus & admirabilis, q̃diu tñ pontificij
9.16 fungebat hoc munere, tãdiu sacrificia offerebat: q̃lis & Samuel erat, & istiusmodi cæteri. De cætero tñ neq̃q̃ se ita gerebat, q̃ppe q mortẽ obiret. Chr̃us vero põtifex ille & vitã ducit perpetuo, vnde & salutem põt sempiternã his impartiri, q ad deum sese per eius transferunt fidẽ. Nã q in si

lium credidit, ad patrē se contulit. Patet nanq̧ p filium ad patrem accessus. Id em̄ iter si quis inuaserit, apud patrem diuertat necesse est. **semper viuens ad interpellandum pro nobis.** Carnis ob gratiā, abiecti⁹ hæc de Christo sunt dicta. Est nanq̧ carnis assumptæ rōne pontifex ille effectus. Et quia pontifex sit, eo & intercedere dicitur. Dicet aliqs, Num qui haud secus ac pať suscitet mortuos, cum debeat per se salutiesse mortalibus, & qui oēm habeat cæteros iudicādi licentiam, & angelos possit partim in ignis caminum detrudere, & partim saluos efficere, q̄ fieri pōt, vt suas, p alijs partes nunc interponat? Dixerim eq̄dem ob eius humanitatem & carnem desumptā, Christū ita se gerere: Verū vt leuiorē se auditoribus Paulus exhiberet, nolite inq̄t vereri, haud tñ id vsurpate, charitate nos Christus ex eius benignitate, p̄sequit, habetq̧ apud patrē fiduciā, abstinete id dicere. Nō em̄ nos poterit semp ille tutari: viuit nāq̧ & perpetuo vt pontifex, vtiť hoc nostri ob gratiā intercessu: Cum vero dico humanitatē, haudquaq̄ illā à diuinitate seiunxerim (Vna est em̄ in duobus substātia). Sed illud ago, vt auditores pernoscant, quæ deceant vtriusq̧ naturā. Idip̄m q̧ q̄d carne obductus filius assidet patri, intercessio quædā, p nobis petendi tanq̄ caro ip̄a patrem exoret, eoq̧ sit hæc à filio ipso desumpta, vt saluos nos faciat. **talis em̄ decebat vt nobis esset pontifex sanctus, innocens.** Cōstat sane ex his q̄ antea dixit, & p̄sequi non desistit, eadē, cōfirmare, carnis dixisse ob gratiā Paulum. Quis em̄ hmōi de deo dissereret? Nec pudet quidē incōprehensibili illi naturæ hæc adiecisse. ὅσιος itaq̧ religiosus & sanctus est, q̄ nihil eorū quæ facere debeat, intermittit, ἄκακος vero & innocens, q̄ caret malignitate. Neq̧ em̄ inq̄t, eius in ore inuentus est dolus. **impollutus.** Neq̧ id quidem deo in laudē cedere dixerit quispiā, min⁹ scilicet dici hunc inq̄natū, sed liquet sane de Christi vnius humanitate dicta hæc esse. **segregatus a peccatorib⁹, & excelsior cælis factus.** Legis em̄ (inq̄t) sacerdotes &

Iohan.14.

Iohan.5
Ibidem
Matth.8.

1.Petri.2

si cæteris polleāt sanctitate, pro natura tñ humana, nequaquā arguunt. Nec prorsus sunt à delinquentibus ipsis seiuncti, qppe qui & ipsi sint pctīs obnoxij, necdū in cælis versant. Pontifex vero hic noster, cum omī sit virtute superior, & à pctōribus ipsis penitus alienus, vel in cælo est celsior factus, throno paterno insidens. Cum vero factus est inqt, perspicuum est scdm carnem de Christo id dici. Nā vt deus perpetuo est in cęlo sublimior. **Qui non habet quotidie necessitatem quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo.** Cū em̄ dixisset nostrum pontificē hunc esse à pctōribus segregatum, idipm deinceps dicendo amplificat, aitq;: Tātopere ille oīm est facinorꝝ expers, vt vel hostiā offerens proprium corpus, non illā pro seipso obtulerit. (Qui em̄ fieri id poterat, q nihil deliquisset?) sed ꝑ nobis hāc obtulit. Legis prętterea sacerdotes in dies singulos immolabant, tanq̄ nequirent semel sacrificādo expiāre delicta. Hic vero hostiam talē obtulit, & tā fuit illa rei ingentis effectrix, vt vel tpis momento, per se terrarꝝ orbem purgauerit. Quo fit, vt vel in hoc quidē noster pontifex Christus legis superet sacerdotes. **Hoc em̄ fecit semel seipsum offerendo dñs noster Jesus Christus.** Quod illud? Id sane, vt sacrificiū scilicet pro populi pctīs, non suis offerret. Semel est sacerdotis perfunctus officio, deinde vero, vt dñs sedet. Veruntñ ne cum sacerdotem hunc dici intelligis, existimes eundē astandi & ministrandi præstare sedulitatē, ōndit quemadmodū dispēsatione quadam sacerdos ille fuerit effectus, qua terminata, suā resumpserit sublimitatē. **Lex em̄ homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes.** Ne forsan te suspicio subeat & si semel hic obtulerit hostiā, pro se etiā hāc obtulisse, cōfirmat nūc dicēs, nil hūc pro suis peccatis offerre. Secundum legē vero hoīes diuinitatis expertes, cōstituere sacerdotes, habētes infirmitatē, hoc est, qui minus possint delictis obsistere, sed illis vt imbecilli succū

bunt. Hic aũt cũ sit filius præpotẽs, q̃ pacto quiuerit pctõ subesse? Qui ergo nullius est sibi conscius mali, cur hostiã esset pro se oblaturus? Siquidẽ nec sæpe pro aliis, sed semel obtulerit. Quia cũ virtute is præstet & potestate, vel vnica & sola oblatione satis potuit cũcta perficere. Poteris etiã infirmitatẽ pro pctõ accipere, vt sæpe alias, & multis in locis Paulus dicit: Vel pro morte ipa. Nã cũ mortales sint q̃ legis sunt sacerdotes & fragiles, nec ipsi q̃dẽ crimine prorsus vacabãt, nec purgare alios poterant. Hic vero & immortalis & præpotẽs est. Vñ & ita subsequit: **Sermo aũt iusiurãdi qui post legem est, filium in æternũ perfectũ.** Aduerte disiunctionẽ. Ibi eñ lex dicit, hic iusiurãdi sermo. i. firmissimus verissimusq́. Ibi hoĩes & fuiture oẽs obstricti, hic filius simul & dñs. Illi infirmi, hoc est, delinquentes & pctõ obnoxii, ac morti subiecti. Hic in æternũ perfectus. i. sempiternus & potẽs. Nec solũ cũ int hoĩes ageret, sed perpetuo delicti est expers. Hic itaq; si semper est, si labitur nunq̃, si vitam perpetuo ducit, quamobrem vel pro se offerre, vel aliorum gratia hostiam frequentius debet? Roma. 5 I. Thes. 5

Cap. VIII.

CAput aũt super ea quæ dicũtur, Talem habemus pontificem qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis. Caput semp quod summũ est dicit. Cũ eñ qs sit paucis cõplexurus, q̃ magis sunt propria, breuiter inquit, & summarim se verba facturum: vti & caput: & si breue aliquid sit, principale tamẽ est corporis membrum, & cæteris præstantius. Ait itaq; hoc loco Apostolus, caput est super ea quæ dicuntur, id est, q̃d præstantius dicam & breuibus, deum ipsi habemus pontificem. Considere autem maxime congruit deo. Aduerte autem quod cum humilia pleraq; explicasset, cuiusmodi illa sunt cum pontificem deum appellat, cum intercessiones dicit hunc facere, & quotquot istiusmodi sunt & humana, mox ad celsiora transcendit, dixitq́ hũc in dextera sedis magnitudinis considere, q̃d vtiq; diuinæ est maiesta Supra. 7

tis. Hunc vero modum continent hic fuat, præceptorem & dñm imitatus. q identidem in euãgelio facit, vt ex rebus inferioribus hisce & consuetis, auditorẽ traducat ad verbum excipiendum: alioqn neq̃q̃ subsequet qui audit, nisi pedetentim & lento gradu ascenderit. Ex rebus itaq; altioribus patefacit idcirco fuisse humilitatem illã permissam, vt naturæ condescenderet humanæ. Sedẽ aũt & magnitudinis thronum paternũ dicit. Vel quia pat ipẽ magnitudinis sit id nomen sortitus, vel simplicit, qa maxim' ille & sublimior dei thronus, dicit sedes. **sanctorum minister.** Quemadmodum eñ terreni & inferiores pontifices hi, sancta sanctorum & penetralia illa ingressi, eorum ministerio fungebantur, sic Christus super cælestium illorum penetralium, quę vere sunt sancta minister est. Vi
Supra. 1. det aũt sibijpsi Paulus contradicere. In epſæ enim principio dixit ad angelum quenpiam, sede. Neque enim spũs oẽs ministrant, q̃nquidẽ nequaq̃ deceat sedere ministros sed pedibus stare. Nunc vero cum eum dixisset in throni dexteram consedisse, rursum illum ꝓ ministerio inducit. Cur ergo tam varie à suis dictis dissentit? Id sane fecit, vt cõdescendat aliquantisper humanitati, vnde & summis admiscuit infima. Nonnulli vero minister sanctoꝝ ita intelligunt, perinde hoĩes faciat sanctiores: quippe qui noster sit pontifex. **& tabernaculi veri quod fixit deus & non homo.** Attollit his dictis hoꝝ nunc animos. Nã cum par esset, illis non satis constare nos esse tabernaculum id assecutos, ecce inquit, maius quiddam et certius tabernaculum, cælum habemus. Nam vetus illud nostrum
Exodi. 4 hoc nomen præfigurabat. At primum illud manibus fuerat hoĩm fixum (vt de Moyse fert & alijs) Id vero nouũ deus præfixit. Hinc autem intelligi potest, quemadmodũ et Basilius sentit, nec mobile esse cælum, nec circulare. Fixit eñ, cum inquit, vtrunq; tollit. **Omnis eñ pontifex ad offerendam munera & hostias constituitur. Unde necesse est & hunc habere aliquid quod offe-**

rat. Cum enim sedere hunc dixit, ne falso hunc & ex cõposito sacerdotẽ dici & pontificem credas, sedere hũc asserit. Nec tñ inquit, ob id pontifex esse desijt. Habet nanq; quæ põtificis sunt vniuersa. Et vt legis sacerdotes deo offerre aliqd cõsueuere, ita & hic ipum se obtulit. Is itaq; qa throno insedit, dignitatẽ ostendit: Cũ vero pontificis fungit munere, clementiæ plurimũ. Et qm̃ quærunt nonnulli, cur mortẽ ille obiuit, si filius est & æternus? Id soluẽs inquit, Idcirco eñ hoc egit, quia & sacerdos hic esset. Sacerdos vero nequaq̃ est sacrificij expers. Erat itaq; necesse aliquid hic quod offerret, vt haberet. Quod aũt offerret prẽt eius corpus, nil quidpiã erat, necessario ergo & mortuus est. Donũ vero inter & hostiã si accurate interpretemur, id interest: quod hostia quidẽ in cruore offertur & carnibus, dona vero ex fructibus constant, & eiusmodi cæteris quę incruenta sint. Alioqui apud sacra scripta indifferent posita reperiuntur, vt illud, Respexit deus ad Abel, & munera eius: Tãetsi constet ex ouium illa primogenitis extitisse: Ad Cain aũt & munera eius nihil attẽdit, cũ ea ex terræ fructibus constitissent. Gene. 4. **Si eñ is esset super terrã, necesset sacerdos, cũ essent qui offerrent secundũ legẽ munera.** Adhuc in eo quod dixerat confirmãdo insistit, pinde acsi dicat: Etsi in terris hic habeat tabernaculũ, nihilo minus & in cælis versatur, & nil prorsus ob id prohibetur, quin & fruatur sacerdotij dignitate. Aduerte aũt quã prudenter id agat. Nã vel ex his quidẽ, quibus alij nequaquã hũc sacerdotio fungi potius cõfirmarẽt, q; scilicet nullum sit nactus in terris locum, vbi eẽ sacerdos quiret, hic lõge magis sacerdotem esse affirmat, inquitq; Ob id aũt ipsum sacerdos hic eẽ arguitur, quia nullũ haberet in terris locum. Si enim in terra hac esset, haudquaquã sacerdos fuisset, vbi & alij forent dignitatis eiusmodi. Factionibus nanq; hoc pacto videretur res agi. Nunc vero cum cælum habeat, quo & propriũ subuexerit corpus, & ibidem apud patrem intercedit pro nobis. Fit itaq; q̃n qui

dem in cælis ille permaneat, eo magis sacerdotium habe-
at sit necesse. qui exemplari & vmbræ deseruiũt cæ-
lestium, Hoc loco, quo Christus in cælis iã fruitur, sacer-
dotij arguit excellentiã, cum vetus quidẽ testamentum fi
gurã quandam & vmbrã dicat, nostra vero cælestia nũcu
pet. Nimirũ nostra hæc debent cælestia dici, in quibus ni-
hil est terrenum, sed spiritalia cuncta, quæ mysterijs hisce
perficiuntur. In his enĩ & angeli concinunt hymnis, cæ-
lestis & regni claues, & peccatorũ remissio, rursum & col-
ligatio insunt, & nostra deniq; in cælis ẽ cõuersatio. Horũ
itaq; figuras & vmbras legis præferunt sacerdotes. i. sub-
obscura quædam argumenta, & vmbratiles lineas, quę in
veteri sunt testamento per Moysen patefacta. sicut re-
Exod. 25. spõsum ẽ Moysi cũ cõsummaret tabernaculũ,
Vide inquit, oĩa facito secundũ exemplar, quod
tibi ostensum est in monte. Cum enĩ quæ oculis intue
mur, acrius ipsi perspicimus, q̃ ea quę audiẽdo ediscimus,
propterea Moysi deus vniuersa aperuit. Nec solũ taberna
culi formã, sed quemadmodũ esset etiã immolandum, &
cultus alij peragendi & ritus. Nunc aũt melius sorti-
tus est ministeriũ. A superioribus dictis hæc pendent,
videlicet, Si enĩ esset ille in terris, nequaq̃ pontificio mu-
nere fungeretur. Nunc cũ in terra haudquaq̃ versetur, sed
cælum habeat ad offerenda sacrificia, locũ, diuersum sor-
titus est ministerium. i. alia est illi in cęlis administratio, &
potior lõge q̃ in terris sit sacerdotibus: qppe cũ cęlestis sit
illa, vtpote proprij sacrificij locum sortita cælũ. quãto &
melioris testamenti mediator est, Cum Christi sacer
dotium partim à loco, partim à sacrificio extulisset, mox
Supra. 7. & testamẽti differentiã subdit. Atqui dixerat supra ob au
ditorum infantiam & paruitatem, infirmius esse vetus il-
lud & plane inutile redditum, sed ocyus se his extricauit,
& paucis profecto absoluit. Nunc vero in his differendis
diutius immoratur, ostẽditq; quemadmodum nouum id
testamentum vetere illo sit potius, id est, euangelium, cu-

Ius & largitor & mediator sit Christus. Is enim nobis, ser ui forma accepta, euangelij est minister effectus, quemad modum & Moyses legis. quod in melioribus promis sionibus sancitum est. Quod præcipuæ Iudæorum fi delium animos recrearet, id affert, melioribus scilicet pol licitationibus nostrum hoc testamentum constare. Non enim terræ bona, vel solis decorem, vel liberorũ promit tit hoc multitudinem, sed cęleste imperium his pollicetur, qui euangelium exequuntur. Nolite igitur inquit concide re animis. Sunt nanque euangelij longe potiora promissa. Quo fit vt mentis minus sint compotes, qui vbi meliora sunt assecuti, languescãt. Si enim prius illud culpa vacasset, non vtique secundi locus inquireretur. Aduerte quo progrediatur hic ordine. Dixerat enim poti us esse vetere illo nouum hoc testamentum. Quod inde li quet, quia melioribus promissiõibus legem acceperit. Si itaque promissa sunt meliora, & præmia longe præstantia, perspicuum erit & testamentum hoc nostrum pręstare, & eius iussa eẽ magis diuina. Sed vnde id patet, vt huius sint potiora promissa? Hinc sane, quia Paulus asserit fuisse ve tus illud eiectum, & effectum est hoc nouum, ob idque no uum hoc dominari, & superius iam euasisse, quia & meli us sit, & eius sectatores faciat meliores. Nam si vetus illud culpa vacaret, id est, si alios irreprehẽsibiles redderet, ne quaquam fuisset aliud vllum eius in loco inductum. Nã quemadmodũ vsurpare id om̃es solem⁹, domum aliquã quę sit propediem collapsura, vitio non vacare, sic & ve tus dixerim testamentũ minus esse, non incusandum. Nõ quia hoc aliquid habeat in se prauitatis, sed quia nequeat meliores efficere, vt q̃d paruulis sit & infantibus traditũ. Vituperãs em̃ eos, dicit: Non em̃ illud vituperãs di xit, sed eos .i. Iudæos, qui per legis præcepta euadere ad p fectionem nequiuerint. Ecce dies veniunt, dicit do minus, & consummabo super domũ Iuda testa mentũ nouũ. Clarius hoc loco ostẽdit fuisse antiquum

Deut. 28.

Ierem. 31.

illud repudiatum. Deum enim inducit per Ieremiā dicentē, Aliud quoddā instituam testamentū, & nouum. i. nunḡ omnino institutum. Haud tñ in eā hęc sententiā protulit, vt Iudæi accipiunt, ꝗ Esdras propheta innouarit scripturā. Non enim hæc est noua effecta, sed antiquo & suo statu permansit, tāetsi de hac ille etiā fecerit mentionē. **nō secundū testamentū quod feci patribus eoꝝ in die qua apprehēdi manū illorum, vt educerē eos de terra Aegypti.** Ne quis forte existimet, testamentum illud eiectum iri, quod deus Abrææ reliquisset, in die adiecit, qua illorum manum apprehendi, perinde acsi dicat: Illud sum ipse testamentum repudiaturus, ꝙd in Sinai monte patribus vestris tradideram, qui vitulum sibi conflauere. Nam illud quod est Abraę traditum, in Christo finem
Exod. 32. est assecutum. Ait enim: In semine tuo bñdicentur omes
Gene. 22. gentes, quod vtiq̧ Christus est. **qm ipsi non permanserunt in meo testamento, ⁊ ego neglexi illos, dicit dominus.** Vides quēadmodum mala quæq̧ à nobis initium deducant: Ipsi (inquit) non permanserunt, propterea eos neglexi. Et bona à deo & bñfacta sumunt originē. Cur vero id agat, perinde ac sciscitanti cuiq̄ ita respondens: Hos equidē eorum ob inconstantiam dereliqui. **Quia hoc est testamentū quod disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus.** Post dies illos, ꝗ̄snam hos dicit? Ferunt nonnulli hos eē, in quibus ex Aegypto abeuntibus Hebræis, lex ē per Moysen tradita. Mihi vero videtur de his diebus nūc dicere, de quibus & superius dixit, Ecce dies veniunt. Cum itaq̧ inquit, hi dies aduenerint, testamentum disponā, cuiusmodi audies, **dando leges meas in mente eoꝝ, ⁊ in corda eoꝝ superscribam eas.** Prodeant nunc Iudæi in medium, & ostēdant quo vnq̄ tempore legem sine scriptis acceperint. nā vel post ex Babylone regressum, literis exarata lex illis p
Gala. 3.
2. Esdr. 8. Esdrā illum imposita est. Constat tñ apostolos in scriptis
Actu. 2. nil accepisse, sed spiritus legem cordibus admisisse, & ideo

CHRIstus his vsus est verbis, Paracletus veniens suggeret vobis omnia, & docebit vos omnia. Et ero illis in Iohan.14
deum, & illi erunt mihi in populum. Id sane per euangelium effectum est. Nam qui antea deos colebant, idolorum erant seruituti addicti. Nunc veri dei habita notione, illi in populum concesserunt. Et non docebit vnusquisque proximũ suum, & vnusquisque fratrem suũ, dicens: Cognosce dñm, quoniam omnes scient me a minore vsque ad maiorẽ eorum. Doctrinã hoc loco eã dicit, q̃ ad alios instruẽdos plus insumit laboris. Licet enim nobis perspicere, haudquaq̃ pluribus verbis nos indigere ad eos qui mente valent persuadendos, vt Christi fidem excipiant & credant. Atqui lex quidẽ Iudaica in vno aliquo recondit angulo, delitescitq; adeo, vt paucis innotescat. Apostolorum vero clãgor, & vox illa sonora, terras oẽs peruasit. Quinetiã cum deus ipse carne assumpta versaretur in terris, & naturã hanc induens nostrã, diuinitatis fecisset participem, illuxit tunc sane omniũ animis splendor ille veræ dei cognitionis, & velut quædam agilitas & aptitudo est à gratia illa diuina naturę humanę imposita, vt dei verã habeat notionẽ. quia propitius ero iniquitatibus eorum, peccatorũ eorum & nequitiarũ non recordabor. Baptismo nanq; nos ille & commissorum sordibus abluendo, nil vltra eorum quæ eo sunt semel lauacro diluta, reminiscit deus. Dicendo aũt nouũ, veterauit prius. Interpretat propheticũ dictum, cũ testamẽtum hoc nostrũ, nouum prorsus appellat, arguit plane prius illud vetus videri. Quod autẽ antiquatur & senescit, prope interitũ est. Redditus per prophetã fidentior, legẽ carpit, arguens nostrã nunc germinasse & florescere magis indies. Ex prophetæ itaq; dictis, vetustatis nomen accepit. à se autẽ ipso senectutis adiecit, & legi demũ deberi adiunxit interitum, subinde id inquiat: Non enim non oportune nouum hoc nostrũ sustulit vetus, sed senectutis & vetustatis grã cessare coegit, quia infirmũ esset &

plane inutile, sicuti & alibi dicit: nā impotentia legis, in q
Rom.7. infirmior est, per carnē. Caput IX.

HAbuit quidem prius iustificationes cultu
ræ. Ostendit per sacerdotem quod dixerat, sacer
dotiumq; & testamentū fore, vt in Christo eadem
hæc terminent, idipsum & nunc ex ipsius tabernaculi figu
ra demonstrat. Tria itaq; erant tabernaculis loca: Exteri-
or quidem omnibus, vt Iudæis, ita & gentilibus destina-
tus. deinceps & velum secundo in loco obtendebatur, q̄d
sacerdotes ingressi, sacrificijs & diuino cultui quotidie in-
tendebant. hic locus Sancta appellatur, quæ formam ve-
teris præferrēt testamenti, qa ibi immolationes perficerē
tur. Erat & sancta, interior locus, quæ nos sanctorum san
cta nunc dicimus, & præfigurabant mysterium. Habebat
itaq; inquit prius. i. vetus testamentū, iustificationes, id ē,
symbola vel statuta vel leges, q̄ etsi olim habuerat, in præ-
senti tn̄ his caret. quandoquidem irritum illud fit & sup-
uacaneum per nouum hoc redditum. & sanctum secu-
lare, Seculare dicitur, quia ab omnibus adiri permitteba
tur, & vulgatior esset hic in tabernaculo locus & notior,
vbi & Iudæi, & Nazaræi, & Proselytæ, & Græci consiste-
rent. Et quoniam & gentibus, id est, seculi hominibus pa
Exo.40. tebat accessus, seculare hoc dicit. Tabernaculum em̄
factū est primo, in quo erant candelabra, & mēsa,
& propositio panū, quod dicitur sancta. Primū hoc
dicit, quo ad sancta sanctorū tabernaculū, quia alias inter-
medium erat. Ante hoc em̄ æreum holocaustomatū alta-
re sub diuo erigebatur, deinde velo obtenso & tabernacu
lo intersepto sequebat & medium illud, vbi & cādelabra,
& mensa, & propositio panū statuebantur. post vela-
men aūt secundū tabernaculū, quod dicitur san-
cta sanctorum. Vides fuisse & aliud quoddam velamē, q̄d
epispastron idcirco appellat scriptura, quia auellat, & se-
paret, distrahatq;, quod arcā seiungebat, quā indifferēter
adirent, qui vellent, in qua sacrificia offerebant, ex aduer-

ſo æreí altaris tabernaculo, quod quotidie ſacerdotes ex ciperet ſacrificãtes. Vbi vero hoc prçterieris, offerſ ſecundum aliud velum, poſt hoc, tabernaculũ aliud quoddam aditur, quod ſancta ſanctorum denominaſ, quod alius nemo, niſi põtifex ſolus inibat, & is quidẽ in annos ſingulos ſemel. σκηνὴ autem (id eſt, tabernaculum) vbiq; de noĩa uit, ex eo quod ibi deus inhabitaret. aureũ habẽs thuribulum, & arcam teſtamenti circuntectã ex omĩ parte auro. Arcam teſtamẽti appellat, quia tabulas ſeruaret, quibus lex oĩs contineretur, quæ à deo fuiſſent Hebræis per Moyſen tradita. in qua vrna aurea, habẽs manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti. Hæc hauddubie cuncta Iudæorum ſunt ingratitudinis monumenta. Nã ꝙ in vrna manna illud aſſeruaretur, quo illi quondã cum alerẽtur, obmurmuraſſent, eo eſt cõſtitutum, vt huius rei fama tranſiret ad poſteros, & quemadmodũ illi deum exacerbaſſent, memoriæ proderetur. Aaron aũt virga, vt illorum contumacia innoteſceret, & quemadmodum ipſi Aaron iã obſtitiſſent. Tabulæ vero teſtamenti, illos infidelitatis coarguunt, & inconſtantiæ, vt quorum de cauſa illæ attritæ ſint, quia vitulum ſibi cõflaſſent, & idolis inſeruirent. Quæres fortaſſe, cum cõſtet in libro Regum literis proditum, nil aliud fuiſſe in arca pter tabulas conditũ, cur nunc & vrnã adiũxerit Paulus, & Aaronis virgã illa cõcludit. Eo forte id dixit, quia vt à Gamaliele inſtructus, optime Hebraicã callebat hiſtoriã, & natu maiorum traditione, rẽ ita ſe habere acceperat, præſertim cũ ex Hebrçis qui phariſços ſectanſ, idipſum & ſentiunt & profitenſ. Nec tamen in ipſis primordijs, ſed longo poſt tpe cum eſſet neceſſe, vt Ieremiæ temporibus arca occultareſ, in ea & vrnam dicunt fuiſſe & virgam recõditas. ſuper quã, Id eſt, arcã. etiam erant Cherubin gloriæ, Vel glorioſos angelos dicit, vel quia ad dei gloriam ſint ad id miniſterij inſtituti. Quos tamen de induſtria intulit, vt arguat noſtra longe præcellere. obum-

Exod. 30. Exodi. 16. Num. 17. Exodi. 32 3. Reg. 8. Actu. 22.

beātia propitiatorium, Propitiatoriū erat arcæ operculum, vt fieri ex facris literis certior poteris, cauendumq́
Roma.8 ne id præter aliud esse existimes. Hoc autem Christū præfigurabat, qui nostrorum est prauorum facinorum conciliator effectus. Is præterea, qui vetus & testamētum cōplectitur, & obsignauit, & reddidit tutiora. De quibus non est modo dicendum per singula. Patefacit hoc loco, non oculis solum & obtutu hæc terminari, præferreq; duntaxat quod esse videntur, sed ænigmata quędam esse & argumenta, ad quæ contemplanda perspiciendaq́; longiori sit opus tempore. His vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummātes. Erant quidem hæc (inquit) sic instituta, cum nulla tñ esset Iudæis istiusmodi percipiēdi facultas, vt q̃ à velamine interiecto secluderētur, sed nobis hæc seruabant, quibus &
Exodi.30 prophetata sunt & p̄dicta. in secūdo aūt, semel in anno solus pontifex. Vides quemadmodum vel à principio sint figurationes & figuræ p̄missæ. Et ne illud forsan obijciant quidā, inquiantq́; Cum semel constet secūdum Christum fuisse sacrificatum, qui fieri potest, vt cunctos illę vno hoc sacrificio sanctitate donauerit? Quia à prioribus seculis fuerat Christi hoc sacrificiū destinatum, quod omnibus esset saluti futurū, tametsi sanctum illud & tremēdum fuisset, quod à pontifice semel in annos singulos offerebatur. nō sine sanguine, Cum itaq; sacrificium crucem dixisset, quæ nec ignem haberet nec lingna, nec sæpius fuisset oblata, ostendit hanc semel immolandi & in sanguine priscā consuetudinem, vel crucem hancipsam prę-
Exodi.30 ferre. Quæsiuere nonnulli, quo pacto cum in exodo scriptum comperiumus, incensum adolebit super aureo altari, quod videlicet in sancta sanctorum fuisset, (Aaron enim inquit, incensum compositionis suaueolentis diluculo cum lucernas componit, offerat super illud: & cum accenderit Aarō lucernas, adolebit incensum. Vnde con-

ſtat diebus ſingulis vt incenſum hoc adolerent, & ſancta ſanctorũ bis pontificem adiiſſe, nõ ſemel: Siquidem vnus eſſet ad incenſum adolendum locus, non multa) cur ergo Apl's dicit in anno ſemel pontificẽ ſancta ſanctorũ iniiſſe? Huic quæſtioni ita occurrit, cum ſanguine ſemel Aaron, bis vero cum incenſo ſanctorũ ſancta ingrediebat. **quem offert pro ſua & populi ignorantia.** Rurſum pro ſeipſo dicit. Nam legis pontifex inqt, ꝓ ſe offerebat, Chriſtus vero longe ſecus. Cur ẽm illud egiſſet, q à pctõribus eſt longe diſiunctus, nec vnq̃ deliquerit? Quo fit, vt plurimum hic à legis pontifice differat. Ignorantiam aũt dixit, non, vt per eã pctã exprimeret, ſed vt maiorem terrorem incuteret, cum olim Iudæis, tũ cæteris q Chriſti fidẽ ꝓfiterent, & multorũ frenaret ſuperbiã: perinde ac ſi dicat, Si ẽm nõ ſpõte, ſed inuitus deliq̃ris, ignorãtiæ argueris. eiuſmõi criminis nemo eſt ꝑfecto immunis. Nonnulli vero hęc dixiſſe Apl'm credunt, vt ſacrificij q̃d ſcdm Chr'm offert, & legis immolationum differẽtiã ſignificaret, perinde legis oblationes hmõi, ignorant duntaxat cõmiſſa remitterẽt. Chriſtus vero iã immolatus, vel ſcient delinquẽtibus parcat. **hoc ſignificante ſpiritu ſancto, nõdum propalatam eẽ ſanctorum viam, adhuc priore taberna culo habente ſtatum.** Aggredit demum anagogice cõtemplari quæ ad tabernacula ſpectãt, aitq̃;: Qd ẽm ad ſancta ſanctorũ tabernaculũ ſacerdotibus cæteris minus pateret acceſſus, per ſancta hæc, cæli præferri figura. Tabernaculi vero locus ille anterior, q erat ſacerdotibus legis acceſſibilis ſemꝑ & patens, legis cultũ præfigurabat. i. q̃diu ſtaret hoc tabernaculum, & lex ipſa dñaret, iuberetq̃;, & ꝓ eius inſtituto & cultus & ſacrificia fierent, neq̃q̃ ꝓ legis ritu ſacrificantibus, ſanctorũ ſancta patere. i. cælorũ aditum eſſe his interclusum, q̃d tñ Chriſto fit à ſeculo deſtinatum. **Quæ parabola eſt temporis inſtãtis, iuxta quod munera & hoſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt ſecundũ conſcientiam perfectũ facere ſeruientem.**

Quod superius dixerat, cõfirmat Apl's, videlicet tabernaculũ illud q̃d sacerdotes ingrederent, parabolã (id est, figurã) fuisse & vmbrã t̃pis, p̃ lege astantis, an̄ Christi aduentum, q̃ t̃pe hmõi hostiæ immolarent infirmæ adeo & imbecillæ, & tã nullius momenti, vt nequeant secundum cõscientiã. i. sc̃dm interiorẽ hoĩem, perfectionẽ adijcere offerentibus: q̃nquidem corporũ sordes dũtaxat eluerent, nõ p̃ctã purgarent. Non enim vel adulterium poterant, vel homicidium, vel sacrilegium illæ dimittere. solummodo in cibis, & potibus, & varijs baptismatibus, & iustitijs carnis vsque ad tẽpus correctionis impositis. Lex inq̃t, & legis ipsius instituta, humanis solum sunt rebus imposita, vtpote q̃bus & vesci hoĩes debeant & in potu vti, & istiusmodi quædam iniungũt, Hoc comede, illo abstinebis. Verũ quo pacto & potibus dixit, cum constet de potus diuersitate nil quicq̃ legem mandasse?

Leuit. 11

Leuit. 10. Aut eñ id refert Apl's, quia sacerdoti sancta paulopost ingressuro, interdicta sit vini potatio. Vel in eiusmodi mãdatorũ contemptum, hoc potius addidit. Erant præterea & varijs baptismatum modi. Nam si mortuum quis attrectasset, vel esset morbo infectus, vel fluxum seminis pateretur, baptismo. i. aqua abluebatur, & hunc in modum existimabãt vel à crimine, vel à contagione purgari. Carnis vero iustificationes erant præcepta quædã, quæ eorũ carnem duntaxat abstergerent, qui secundum carnem viderentur sordidiores. Nec tamen hæc erat perpetuo permansura, sed vsq; ad tempus correctionis, hoc est, vsq; ad Christi primum aduentum, qui vniuersa hæc erat emendaturus, inducturusq; cultum verũ & spiritalem. Cum eẽt autem lex graue admodum iugum, iure imposita dixit, sicut & in apostolorũ actis est scriptum, Quid tẽtatis imponere iugũ discipulis, quod neq; patres vestri portauerunt?

Nume. 19

Actu. 15.

Christus aũt assistens pontifex futurorũ bonorũ. Priscus eñ ait cultus ille, neq̃q̃ in cælum quenpiam deducebat, sed Christus aduenien̄s intrauit semel in sancta. Nã

eo hæc redit oratio, q̄d superius dixerat: Non em̄ effectus pontifex dixit, sed assistens, hoc est huius rei gr̄a venit, cū nondum alias se antehac contulisset, sic institutus est pontifex. Eius tñ mens & cogitatio, vt ad terras descenderet hmōi fuit, vt pontificatum iniret. Nec quidem sacrificantium dixit pontificem, sed futuro℞ bono℞, tanq̄ nequirēt diligent̄ hæc explicari, sed simplicit̄ & confuse expressit, q̄ fuissent in nosipsos collata. Ve℞ futura hæc dixit q̄ ad legis tempus. Nam vt hoc instās vocauit, sic futura q̄ Christi sunt nuncupat, si cum ipso hoc tempore vel momētaneo comparemus. vel futurorum dicit mysteriorum videlicet, quæ in futurum nobis reuelabunt̄. **per amplius & perfectius tabernaculum.** Carnē hoc loco tabernaculum dicit, quæ amplior quidem eo habet̄, quo deus verbum hanc ipsam assumpsit, quod omne & sp̄us sancti sit opus. Et perfectius dixit, quia perfectiora perficiat. **nō manufactum, id est, non huius creationis.** Huc ꝓsiliunt hæretici oēs, dicuntq́ꝫ cæleste esse & aerium. i. Christi corpus, idip̄m & Paulum sentire hoc loco fatent̄, alioquin quo pacto asseueraret inq̄t, non huius hoc esse creationis: neqꝫ em̄ à creatis excipit̄ cælū, q̄ppe q̄d vtiqꝫ & conditum sit. Nam quid sibi vellet q̄d dicit hic idem, vetus q̄dem tabernaculū, q̄d circa Veseleel erat, hi construxerūt. *Exod. 36.*
Dei vero & verbi tabernaculum sp̄us sanctus composuit. *Luc. 1.*
Hac igitur de causa Paulus dixit, nequaq̄ Christi carnem huius esse creationis. i. non harum creaturarum in modū creatam, sed spiritalem esse & diuinam. Eorum nanque quæ condita sunt, nil habet in se deus verbum subsistens, sed caro hæc substantialiter est Christo vnita. Secundum itaqꝫ materiam ip̄am domini corpus, nostram & conditionem & humanitatem accepit, nobisqꝫ & consubstantialis fuit hæc caro, vt ex sanguine purissimæ virginis compacta, pro modo tamen eius essentiæ supra nos est, & humanam excedit naturā. Tum etiam quia per subsistentiā vnita sit deo verbo: vel quia materia omnis veteris taberna *Exod. 36*

tis. Hunc vero modum continent hic fuat, præceptorem & dñm imitatus. q identidem in euãgelio facit, vt ex rebus inferioribus hisce & consuetis, auditorẽ traducat ad verbum excipiendum: alioqn neqq̃ subsequet qui audit, nisi pedetentim & lento gradu ascenderit. Ex rebus itaq; altioribus patefacit idcirco fuisse humilitatem illã permissam, vt naturæ condescenderet humanæ. Sedẽ aũt & magnitudinis thronum paternũ dicit. Vel quia pat ipe magnitudinis sit id nomen sortitus, vel simplicit, qa maxim' ille & sublimior dei thronus, dicit sedes. **sanctorum minister.** Quemadmodum eñ terreni & inferiores pontifices hi, sancta sanctorum & penetralia illa ingressi, eorum ministerio fungebantur, sic Christus super cælestium illorum penetralium, quę vere sunt sancta minister est. Vi
Supra.1. deť aũt sibijpsi Paulus contradicere. In epł'æ enim principio dixit ad angelum quenpiam, sede. Neque enim spũs oẽs ministrant, qñquidẽ nequaq̃ deceat sedere ministros sed pedibus stare. Nunc vero cum eum dixisset in throni dexteram consedisse, rursum illum ꝓ ministerio inducit. Cur ergo tam varie à suis dictis dissentit? Id sane fecit, vt cõdescendat aliquantisper humanitati, vnde & summis admiscuit infima. Nonnulli vero minister sanctorũ ita intelligunt, perinde hoĩes faciat sanctiores: quippe qui noster sit pontifex. **& tabernaculi veri quod fixit deus & non homo.** Attollit his dictis horũ nunc animos. Nã cum par esset, illis non satis constare nos esse tabernaculum id assecutos, ecce inquit, maius quiddam et certius tabernaculum, cælum habemus. Nam vetus illud nostrum
Exodi.4 hoc nomen præfigurabat. At primum illud manibus fuerat hoĩm fixum (vt de Moyse ferť & alijs) Id vero nouũ deus præfixit. Hinc autem intelligi potest, quemadmodũ et Basilius sentit, nec mobile esse cælum, nec circulare. Fixit eñ, cum inquit, vtrunq; tollit. **Omnis eñ pontifex ad offerenda munera & hostias constituitur. Vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offe-**

rat. Cum enim sedere hunc dixit, ne falso hunc & ex cõposito sacerdotẽ dici & pontificem credas, sedere hũc asserit. Nec tñ inquit, ob id pontifex esse desijt. Habet nanq; quæ põtificis sunt vniuersa. Et vt legis sacerdotes deo offerre aliqd cõsueuere, ita & hic ipũm se obtulit. Is itaq; qa throno insedit, dignitatẽ ostendit: Cũ vero pontificis fungit munere, clementiæ plurimũ. Et qm̃ quærunt nonnulli, cur mortẽ ille obiuit, si filius est & æternus? Id solues inquit, Idcirco eñ hoc egit, quia & sacerdos hic esset. Sacerdos vero nequaq̃ est sacrificij expers. Erat itaq; necesse aliquid hic quod offerret, vt haberet. Quod aũt offerret prę̃ eius corpus, nil quidpiã erat, necessario ergo & mortuus est. Donũ vero inter & hostiã si accurate interpretemur, id interest: quod hostia quidẽ in cruore offertur & carnibus, dona vero ex fructibus constant, & eiusmodi cæteris quę incruenta sint. Alioqui apud sacra scripta indifferent posita reperiuntur, vt illud, Respexit deus ad Abel, & munera eius: Tãetsi constet ex ouium illa primogenitis extitisse: Ad Cain aũt & munera eius nihil attẽdit, cũ ea ex terræ fructibus constitissent. **Si eñ is esset super terrã, nec esset sacerdos, cũ essent qui offerrent secundũ legẽ munera.** Adhuc in eo quod dixerat confirmãdo insistit, pinde acsi dicat: Etsi in terris hic habeat tabernaculũ, nihilo minus & in cælis versatur, & nil prorsus ob id prohibetur, quin & fruatur sacerdotij dignitate. Aduerte aũt quã prudenter id agat. Nã vel ex his quidẽ, quibus alij nequaquã hũc sacerdotio fungi potius cõfirmarẽt, q; scilicet nullum sit nactus in terris locum, vbi eẽ sacerdos quiret, hic lõge magis sacerdotem esse affirmat, inquitq;: Ob id aũt ipsum sacerdos hic eẽ arguitur, quia nullũ haberet in terris locum. Si enim in terra hac esset, haudquaquã sacerdos fuisset, vbi & alij forent dignitatis eiusmodi. Factionibus nanq; hoc pacto videretur res agi. Nunc vero cum cælum habeat, quo & propriũ subuexerit corpus, & ibidem apud patrem intercedit pro nobis. Fit itaq; q̃nqui Gene. 4.

dem in cælis ille permaneat, eo magis sacerdotium habe-
at sit necesse. qui exemplari & vmbræ deseruiũt cæ-
lestium, Hoc loco, quo Christus in cælis iã fruitur, sacer-
dotij arguit excellentiã, cum vetus quidẽ testamentum fi-
gurã quandam & vmbrã dicat, nostra vero cælestia nũcu
pet. Nimirũ nostra hæc debent cælestia dici, in quibus ni-
hil est terrenum, sed spiritalia cuncta, quæ mysterijs hisce
perficiuntur. In his eñ & angeli concinunt hymnis, cæ-
lestis & regni claues, & peccatorũ remissio, rursum & col-
ligatio insunt, & nostra deniq; in cælis ẽ cõuersatio. Horũ
itaq; figuras & vmbras legis præferunt sacerdotes. i. sub-
obscura quædam argumenta, & vmbratiles lineas, quę in
veteri sunt testamento per Moysen patefacta. sicut re-
Exod. 25. spõsum ẽ Moysi cũ cõsummaret tabernaculũ,
Vide inquit, oĩa facito secundũ exemplar, quod
tibi ostensum est in monte. Cum eñ quæ oculis intue
mur, acrius ipsi perspicimus, q̃ ea quę audiẽdo edisc imus,
propterea Moysi deus vniuersa aperuit. Nec solũ taberna
culi formã, sed quemadmodũ esset etiã immolandum, &
cultus alij peragendi & ritus. Nunc aũt melius sorti-
tus est ministeriũ. A superioribus dictis hæc pendent,
videlicet, Si eñ esset ille in terris, nequaq̃ pontificio mu-
nere fungeretur. Nunc cũ in terra haudquaq̃ versetur, sed
cælum habeat ad offerenda sacrificia, locũ, diuersum sor-
titus est ministerium. i. alia est illi in cęlis administratio, &
potior lõge q̃ in terris sit sacerdotibus: qppe cũ cęlestis sit
illa, vtpote proprij sacrificij locum sortita cælũ. quãto &
melioris testamenti mediator est, Cum Christi sacer
dotium partim à loco, partim à sacrificio extulisset, mox
Supra. 7. & testamẽti differentiã subdit. Atqui dixerat supra ob au
ditorum infantiam & paruitatem, infirmius esse vetus il-
lud & plane inutile redditum, sed ocyus se his extricauit,
& paucis profecto absoluit. Nunc vero in his differendis
diutius immoratur, ostẽditq; quemadmodum nouum id
testamentum vetere illo sit potius, id est, euangelium, cu-

ius & largitor & mediator sit Christus. Is enim nobis, ser ui forma accepta, euangelij est minister effectus, quemad modum & Moyses legis. quod in melioribus promis sionibus sancitum est. Quod præcipuæ Iudæorum fi delium animos recrearet, id affert, melioribus scilicet pol licitationibus nostrum hoc testamentum constare. Non enim terræ bona, vel solis decorem, vel liberorũ promit tit hoc multitudinem, sed cęleste imperium his pollicetur, qui euangelium exequuntur. Nolite igitur inquit concide re animis. Sunt nanq; euangelij longe potiora promissa. Quo fit vt mentis minus sint compotes, qui vbi meliora sunt assecuti, languescãt. Si enim prius illud culpa vacasset, non vtiq; secundi locus inquireretur. Aduerte quo progrediatur hic ordine. Dixerat enim poti us esse vetere illo nouum hoc testamentum. Quod inde li quet, quia melioribus promissiõibus legem acceperit. Si itaq; promissa sunt meliora, & præmia longe præstantia, perspicuum erit & testamentum hoc nostrum pręstare, & eius iussa eẽ magis diuina. Sed vnde id patet, vt huius sint potiora promissa? Hinc sane, quia Paulus asserit fuisse ve tus illud eiectum, & effectum est hoc nouum, ob idq; no- uum hoc dominari, & superius iam euasisse, quia & meli- us sit, & eius sectatores faciat meliores. Nam si vetus illud culpa vacaret, id est, si alios irreprehẽsibiles redderet, ne- quaquam fuisset aliud vllum eius in loco inductum. Nã quemadmodũ vsurpare id omẽs solem᷒, domum aliquã quę sit propediem collapsura, vitio non vacare, sic & ve- tus dixerim testamentũ minus esse, non incusandum. Nõ quia hoc aliquid habeat in se prauitatis, sed quia nequeat meliores efficere, vt q̃d paruulis sit & infantibus traditũ. Vituperãs eñi eos, dicit: Non eñi illud vituperãs di xit, sed eos. i. Iudæos, qui per legis præcepta euadere ad p- fectionem nequiuerint. Ecce dies veniunt, dicit do- minus, & consummabo super domũ Iuda testa- mentũ nouũ. Clarius hoc loco ostẽdit fuisse antiquum

Deut. 28.

Ierem. 31.

illud repudiatum. Deum enim inducit per Ieremiã dicentẽ, Aliud quoddã instituam testamentũ, & nouum .i. nũq omnino institutum. Haud tñ in eã hęc sententiã protulit, vt Iudæi accipiunt, q Esdras propheta innouarit scripturã. Non enim hæc est noua effecta, sed antiquo & suo statu permansit, tãetsi de hac ille etiã fecerit mentionẽ. **nõ secundũ testamentũ quod feci patribus eoꝝ in die qua apprehẽdi manũ illorum, vt educerẽ eos de terra Aegypti.** Ne quis forte existimet, testamentum illud eiectum iri, quod deus Abraæ reliquisset, in die adiecit, qua illorum manum apprehendi, perinde acsi dicat: Illud sum ipse testamentum repudiaturus, q̃d in Sinai monte patribus vestris tradideram, qui vitulum sibi conflauere.
Exod. 32. Nam illud quod est Abraę traditum, in Christo finem
Gene. 22. est assecutum. Ait enim: In semine tuo bñdicentur omes
Gala. 3. gentes, quod vtiq; Christus est. **qm̃ ipsi non permanserunt in meo testamento, & ego neglexi illos, dicit dominus.** Vides quẽadmodum mala quæq; à nobis initium deducant: Ipsi (inquit) non permanserunt, propterea eos neglexi. Et bona à deo & bñfacta sumunt originẽ. Cur vero id agat, perinde ac sciscitanti cuiq̃ ita respondet: Hos equidẽ eorum ob inconstantiam dereliqui. **Quia hoc est testamentũ quod disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus.** Post dies illos, q̃snam hos dicit? Ferunt nonnulli hos eẽ, in quibus ex Aegypto abeuntibus Hebræis, lex ẽ per Moysen tradita. Mihi vero videtur de his diebus nũc dicere, de quibus & superius dixit, Ecce dies veniunt. Cum itaq; inquit, hi dies aduenerint, testamentum disponã, cuiusmodi audies. **Dando leges meas in mente eoꝝ, & in corda eoꝝ superscribam eas.** Prodeant nunc Iudæi in medium, & ostẽdant quo vnq̃ tempore legem sine scriptis acceperint. nã vel post ex Babylone regressum, literis exarata lex illis p
2. Esdr. 8. Esdrã illum imposita est. Constat tñ apostolos in scriptis
Actu. 2. nil accepisse, sed spiritus legem cordibus admisisse, & ideo

CHRIstus his vsus est verbis, Paracletus veniens sugge- Iohan 14
ret vobis omnia, & docebit vos omnia. Et ero illis in
deum, & illi erunt mihi in populum. Id sane per euã-
gelium effectum est. Nam qui antea deos colebant, ido-
lorum erant seruituti addicti. Nunc veri dei habita notione,
illi in populum concesserunt. Et non docebit vnus-
quisque proximũ suum, & vnusquisque fratrem suũ,
dicens: Cognosce dñm, quõ omnes scient me a mi
nore vsque ad maiorẽ eorum. Doctrinã hoc loco eã
dicit, q̃ ad alios instruẽdos plus insumit laboris. Licet em̃
nobis perspicere, haudquaq̃ pluribus verbis nos indigere
ad eos qui mente valent persuadendos, vt Christi fidem
excipiant & credant. Atqui lex quidẽ Iudaica in vno ali-
quo recondit angulo, delitescitque adeo, vt paucis innote-
scat. Apostolorum vero clãgor, & vox illa sonora, terras
oẽs peruasit. Quinetiã cum deus ipse carne assumpta ver
saretur in terris, & naturã hanc induens nostrã, diuinitatis
fecisset participem, illuxit tunc sane omniũ animis splen-
dor ille veræ dei cognitionis, & velut quædam agilitas &
aptitudo est à gratia illa diuina naturę humanę imposita,
vt dei verã habeat notionẽ. quia propitius ero iniqui
tatibus eorũ, peccatorũ eorum & nequitiarũ non
recordabor. Baptismo nanque nos ille & commissorum
sordibus abluendo, nil vltra eorum quæ eo sunt semel laua
cro diluta, reminiscit deus. Dicendo aũt nouũ, vete-
rauit prius. Interpretat̃ propheticũ dictum, cũ testamẽ
tum hoc nostrũ, nouum prorsus appellat, arguit plane pri
us illud vetus videri. Quod autẽ antiquatur & sene-
scit, prope interitũ est. Redditus per prophetã fidenti-
or, legẽ carpit, arguens nostrã nunc germinasse & floresce
re magis indies. Ex prophetæ itaque dictis, vetustatis no-
men accepit. à se autẽ ipso senectutis adiecit, & legi demũ
deberi adiunxit interitum, subinde id inquiat: Non enim
non oportune nouum hoc nostrũ sustulit vetus, sed sene-
ctutis & vetustatis grã cessare coegit, quia infirmũ esset &

plane inutile, sicuti & alibi dicit: nã impotentia legis, in q
Rom.7. infirmior est, per carnẽ. Caput IX.

HAbuit quidem prius iustificationes cultu ræ. Ostendit per sacerdotem quod dixerat, sacerdotiumq̃ & testamentũ fore, vt in Christo eadem hæc terminent, idipsum & nunc ex ipsius tabernaculi figura demonstrat. Tria itaq; erant tabernaculis loca: Exterior quidem omnibus, vt Iudæis, ita & gentilibus destinatus. deinceps & velum secundo in loco obtendebatur, q̃d sacerdotes ingressi, sacrificijs & diuino cultui quotidie intendebant. hic locus Sancta appellatur, quæ formam veteris præferrẽt testamenti, q̃a ibi immolationes perficerẽtur. Erat & sancta, interior locus, quæ nos sanctorum sancta nunc dicimus, & præfigurabant mysterium. Habebat itaq; inquit prius. i. vetus testamentũ, iustificationes, id ẽ, symbola vel statuta vel leges, q̃ etsi olim habuerat, in præsenti tñ his caret. quandoquidem irritum illud sit & supuacaneum per nouum hoc redditum. ⁊ sanctum seculare, Seculare dicitur, quia ab omnibus adiri permittebatur, & vulgatior esset hic in tabernaculo locus & notior, vbi & Iudæi, & Nazaræi, & Proselytæ, & Græci consisterent. Et quoniam & gentibus, id est, seculi hominibus patebat accessus, seculare hoc dicit. Tabernaculum em̃
Exo.40. factũ est primo, in quo erant candelabra, ⁊ mẽsa, ⁊ propositio panũ, quod dicitur sancta. Primũ hoc dicit, quo ad sancta sanctorũ tabernaculũ, quia alias intermedium erat. Ante hoc em̃ æreum holocaustomatũ altare sub diuo erigebatur, deinde velo obtenso & tabernaculo intersepto sequebat̃ & medium illud, vbi & cãdelabra, & mensa, & propositio panũ statuebantur. post velamen aũt secundũ tabernaculũ, quod dicitur sancta sanctorum. Vides fuisse & aliud quoddam velamẽ, q̃d epispastron idcirco appellat scriptura, quia auellat, & separet, distrahatq̃, quod arcã seiungebat, quã indifferẽter adirent, qui vellent, in qua sacrificia offerebant, ex aduer-

so æreì altaris tabernaculo, quod quotidie sacerdotes excìperet sacrificãtes. Vbi vero hoc prçterieris, offerĩ secundum aliud velum, post hoc, tabernaculũ aliud quoddam aditur, quod sancta sanctorũ denominaĩ, quod alius nemo, nisi põtifex solus inibat, & is quidẽ in annos singulos semel. σκηνὴν autem (id est, tabernaculum) vbiq; de noĩa uit, ex eo quod ibi deus inhabitaret. aureũ habẽs thuribulum, ⁊ arcam testamenti circuntectã ex om̃i parte auro. Arcam testamẽti appellat, quia tabulas seruaret, quibus lex oĩs contineretur, quæ à deo fuissent Hebræis per Moysen tradita. in qua vrna aurea, habẽs manna, ⁊ virga Aaron quæ fronduerat, ⁊ tabulæ testamenti. Hæc hauddubie cuncta Iudæorũ sunt ingratitudinis monumenta. Nã ꝙ in vrna manna illud asseruaretur, quo illi quondã cum alerẽtur, obmurmurassent, eo est cõstitutum, vt huius rei fama transiret ad posteros, & quemadmodũ illi deum exacerbassent, memoriæ proderetur. Aaron aũt virga, vt illorũ contumacia innotesceret, & quemadmodum ipsi Aaron iã obstitissent. Tabulæ vero testamenti, illos infidelitatis coarguunt, & inconstantiæ, vt quorũ de causa illæ attritæ sint, quia vitulum sibi cõflassent, & idolis inseruirent. Quæres fortasse, cum cõstet in libro Regum literis proditum, nil aliud fuisse in arca ꝑter tabulas conditũ, cur nunc & vrnã adiũxerit Paulus, & Aaronis virgã illa cõcludi? Eo forte id dixit, quia vt à Gamaliele instructus, optime Hebraicã callebat historiã, & natu maiorum traditione, rẽ ita se habere acceperat, præsertim cũ ex Hebrçis qui pharisços sectanĩ, idipsum & sentiunt & profitenĩ. Nec tamen in ipsis primordijs, sed longo post tpe cum esset necesse, vt Ieremiæ temporibus arca occultareĩ, in ea & vrnam dicunt fuisse & virgam recõditas. super quã, Id est, arcã. etiam erant Cherubin gloriæ, Vel gloriosos angelos dicit, vel quia ad dei gloriam sint ad id ministerij instituti. Quos tamen de industria intulit, vt arguat nostra longe præcellere. obumbr-

Exod. 30. Exodi. 16. Num. 17. Exodi. 32 3. Reg. 8. Actu. 22.

brātia propitiatorium, Propitiatoriū erat arcæ operculum, vt fieri ex sacris literis certior poteris, cauendumq́ue
Roma.8 ne id præter aliud esse existimes. Hoc autem Christū præfigurabat, qui nostrorum est prauorum facinorum conciliator effectus. Is præterea, qui vetus & testamētum cōplectitur, & obsignauit, & reddidit tutiora. De quibus non est modo dicendum per singula. Patefacit hoc loco, non oculis solum & obtutu hæc terminari, præferreq́ue duntaxat quod esse videntur, sed ænigmata quędam esse & argumenta, ad quæ contemplanda perspiciendaq́ue, longiori sit opus tempore. His vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummātes. Erant quidem hæc (inquit) sic instituta, cum nulla tū esset Iudæis istiusmodi percipiēdi facultas, vt q à velamine interiecto secluderētur, sed nobis hæc seruabant, quibus &
Exodi.30 prophetata sunt & pdicta. in secūdo aūt, semel in anno solus pontifex. Vides quemadmodum vel á principio sint figurationes & figuræ pmissæ. Et ne illud forsan obijciant quidā, inquiantq́ue: Cum semel constet secūdum Christum fuisse sacrificatum, qui fieri potest, vt cunctos ille vno hoc sacrificio sanctitate donauerit? Quia á prioribus seculis fuerat Christi hoc sacrificiū destinatum, quod omibus esset saluti futurū, tametsi sanctum illud & tremēdum fuisset, quod á pontifice semel in annos singulos offerebatur. nō sine sanguine, Cum itaq́ue sacrificium crucem dixisset, quæ nec ignem haberet nec ligna, nec sæpius fuisset oblata, ostendit hanc semel immolandi & in sanguine priscā consuetudinem, vel crucem hancipsam prę-
Exodi.30 ferre. Quæsiuere nonnulli, quo pacto cum in exodo scriptum comperiumus, incensum adolebit super aureo altari, quod videlicet in sancta sanctorum fuisset, (Aaron enim inquit, incensum compositionis suaueolentis diluculo cum lucernas componit, offerat super illud: & cum accenderit Aarō lucernas, adolebit incensum. Vnde con-

ſtat diebus ſingulis vt incenſum hoc adolerent, & ſancta ſanctoꝝ bis pontificem adijſſe, nō ſemel: Siquidem vnus eſſet ad incenſum adolendum locus, non multa) cur ergo Apl's dicit in anno ſemel pontificē ſancta ſanctoꝝ inijſſe? Huic quæſtioni ita occurrit, cum ſanguine ſemel Aaron, bis vero cum incenſo ſanctoꝝ ſancta ingrediebat. **quem offert pro ſua ⁊ populi ignorantia.** Rurſum pro ſeipſo dicit. Nam legis pontifex inqt, ꝓ ſe offerebat, Chriſtus vero longe ſecus. Cur eñ illud egiſſet, q̄ à p̄ctōribus eſt longe diſiunctus, nec vnq̄ deliquerit? Quo fit, vt pluri mum hic à legis pontifice differat. Ignorantiam aūt dixit, non, vt per eã p̄ctã exprimeret, ſed vt maiorem terrorem incuteret, cum olim Iudæis, tū cæteris q̄ Chriſti fidē ꝓfiterent, & multoꝝ frenaret ſuperbiã: perinde acſi dicat, Si eñ nō ſpōte, ſed inuitus deliq̄ris, ignorātiæ argueris. eiuſmōi criminis nemo eſt, ꝓfecto immunis, Nonnulli vero hęc di xiſſe Apl'm credunt, vt ſacrificij q̄d ſcd̄m Chr̄m offerī, & legis immolationum differētiã ſignificaret, perinde legis oblationes hmōi, ignoranī duntaxat cōmiſſa remitterēt. Chriſtus vero iã immolatus, vel ſcienī delinquētibus par cat. **hoc ſignificante ſpiritu ſancto, nōdum propalatam eē ſanctorum viam, adhuc priore taberna culo habente ſtatum.** Aggredit̄ demum anagogice cō templari quæ ad tabernacula ſpectãt, aitq́: Q̄d eñ ad ſan cta ſanctoꝝ tabernaculū ſacerdotibus cæteris minus pateret acceſſus, per ſancta hæc, cæli præferī figura. Taberna culi vero locus ille anterior, q̄ erat ſacerdotibus legis acceſſibilis ſemꝑ & patens, legis cultū præfigurabat. i. q̄diu ſtaret hoc tabernaculum, & lex ipſa dn̄aret, iuberetq́, & ꝓ eius inſtituto & cultus & ſacrificia fierent, neq̄q̄, ꝓ legis ritu ſacrificantibus, ſanctoꝝ ſancta patere. i. cæloꝝ aditum eſſe his interclusum, q̄d tn̄ Chriſto ſit à ſeculo deſtinatum. **Quæ parabola eſt temporis inſtātis, iuxta quod munera ⁊ hoſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt ſe cundū conſcientiam perfectū facere ſeruientem.**

eo hæc redit oratio, q̃d superius dixerat: Non em̃ effectus pontifex dixit, sed assistens, hoc est huius rei grã venit, cũ nondum alias se antehac contulisset, sic institutus est pontifex. Eius tñ mens & cogitatio, vt ad terras descenderet hmõi fuit, vt pontificatum iniret. Nec quidem sacrificantium dixit pontificem, sed futurorũ bonorũ, tanq̃ nequiret diligent̃ hæc explicari, sed simplicit̃ & confuse expressit, q̃ fuissent in nosipsos collata. Verũ futura hæc dixit q̃ ad legis tempus. Nam vt hoc instãs vocauit, sic futura q̃ Christi sunt nuncupat, si cum ipso hoc tempore vel mometaneo comparemus. vel futurorum dicit mysteriorum videlicet, quæ in futurum nobis reuelabunt̃. **per amplius & perfectius tabernaculum.** Carnẽ hoc loco tabernaculum dicit, quæ amplior quidem eo habet̃, quo deus verbum hanc ipsam assumpsit, quod omne & spũs sancti sit opus. Et perfectius dixit, quia perfectiora perficiat. **nõ manufactum, id est, non huius creationis.** Huc ꝓsiliunt hæretici oẽs, dicuntq́ cæleste esse & aerium. i. Christi corpus, idipm̃ & Paulum sentire hoc loco fatent̃, alioquin quo pacto asseueraret inq̃t, non huius hoc esse creationis? neq; em̃ à creatis excipit̃ cælũ, q̃ppe q̃d vtiq; & conditum sit. Nam quid sibi vellet q̃d dicit hic idem, vetus q̃dem tabernaculũ, q̃d circa Veseleel erat, hi construxerũt. Dei vero & verbi tabernaculum spũs sanctus composuit. Hac igitur de causa Paulus dixit, nequaq̃ Christi carnem huius esse creationis. i. non harum creaturarum in modũ creatam, sed spiritalem esse & diuinam. Eorum nanque quæ condita sunt, nil habet in se deus verbum subsistens, sed caro hæc substantialiter est Christo vnita. Secundum itaq; materiam ipãm domini corpus, nostram & conditionem & humanitatem accepit, nobisq; & consubstantialis fuit hæc caro, vt ex sanguine purissimæ virginis compacta, pro modo tamen eius essentiæ supra nos est, & humanam excedit naturã. Tum etiam quia per subsistentiã vnita sit deo verbo: vel quia materia omnis veteris taberna

Exod. 36.
Luc. 1.
Exod. 36

culi pellibus & lignis constabat, quæ auro erat aut ære vel distincta vel intertexta. Idipsum cũ aduerteret Paulus, nõ huius dixit creationis, cuius vetus illud tabernaculum indigeret. Huius aũt hæc oĩs ratio cõparationibus quibusdã transfigit, & demonstrat Christi carnis præstãtiam. Vocat prçterea & Christi corpus tabernaculũ aliq̃d, vti hoc loco facit, vt q̃d vnigenit' ipse inhabitet. Insup & velamẽ appellat, vtpote q̃d in se diuinitatẽ occultet veletq́;. Et his ipsis nõibus, vel cælum tabernaculum nuncupat, perindę hoc ipso resideat, pontifex Christus: idip̃m & velum dicit, quia sanctis sit mœnium instar obseptum. Neque p sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem. Atqui lõge secus se habẽt res Christi, q̃ legis pontificum, & eo excellunt & incomparabilitẽ præstant. Qm̃ beluarũ sanguis, quẽ illi tabernaculum oblaturi adibant, neq; prsus cum sanguine illo diuino conferri. introiuit semel in sancta. Id est, in cælũ. æterna redemptione inuenta. Non eñ breuem & momentaneam aliquã purgationem illorũ more inuenit, sed perpetuã delinquentibus animis libertatẽ. vel q̃a semel ingrediens & vnico aditu bñficium nobis in æternum persoluit. Aduerte aũt queãdmodum cum inuenta dicit, spem prætrẽ obuenisse demonstret. Nihil eñ nobis erat de nr̃a liberatione & salute cõpertum, nisi ille hãc inuenisset. Si eñ

Leuit. 16. sanguis hircorũ & taurorũ & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationẽ carnis. Quia incredibile forsitan multis id videbat, vt p hostiam vnã & vnius hoĩs sanguinem, afferri posset redemptio, confirmat hocip̃m, redditq́; verisimillimum & certius facit ex Iudæorũ opinione. Hi eñ vos (inq̃t) vituli cineris aspersione & ex taurino hircino ve sanguine, creditis vos sordibus iri ablutum, q̃ pacto & Christi sanguis, non animas ip̃as pc̃tis absterserit? Erat eñ apud priscos Iudæos consuetudo, vt vituli cineres asseruarẽt, cuius postmodum aspersione, inq̃natos quosq; & infectos purgarent,

Si igit inqt, vel hirci pulvis in eā vos credulitatem induxit, longe magis credetis, Christi hunc sanguinem sanctimoniā allaturū. Si em aūt, non eo dixit, vt ritus Iudaicos comprobaret, qppe q mox illud subiecerit, ad carnis purgationē fuisse hos institutos. Nec sanctificat dixit, qꝫ sanctimoniā sibi hi per beluarū sanguinem vendicarent, sed qa carnem purgabant, non animā. **quanto magis sanguis Christi, qui per spm̄ sanctum semetipsum obtulit inmaculatum deo.** Non em̄ pontifex aliquis obtulit Christum, sed à seipso oblatus est. Nec per ignem, vt vituli offerunt, sed per spm̄ illum æternum. Sic quidem & gratiā & redemptionē reddidit sempiternā & immaculatā, id est, pcti expertem. Nam & in veteri testamento buccula in sacrificiū quærebat, quæ maculis, prsus careret. **mūdauit conscientiam ab operibus mortis.** Ibi qdē vt sanctificet dixit, & ad carnis tn̄ adiecit purgatiōem Hic vero purgabit inquit, hoc est, interiorem hominem reddet hic puriorē, qd sane ibi videbat deesse. Ibidē prçterea qui morticinum aliqd & cadauerosum attigerat, purgabat. Hic vero mortuorū operū purgatio fit, quæ pn̄t haud dubie hoīem inquinare, & morti obnoxium reddere. **ad seruiendum deo viuenti & vero?** Qui ergo operibus mortuis incubuerit, haudqq̄ deo viuo & vero inseruiat, qn opera ipsa quæ sibi spectāda elegerit, ꝓ deo habebit & colet. Sic em̄ q gulæ sunt dediti, ꝓ deo ventrem constituent. Sic inq̄ & cupidus idolis fuit. Sūt itaqꝫ istiusmodi opa mortua appellāda. Nec solum qa sint à vita ꝑpetua aliena, sed qa cum hæc exercent, abominādā reddunt & fallacia qdem, qa nos vbi illexerint, capiant, & videant suauia cum minus sint. **Et ideo noui testamenti mediator est.** Quod deterrere qplurimos videbat infirmiores, qa illud sæpe ac multum vsurparent. Si Christus obijt mortem, q pacto daturus est qd ꝓmiserat? Idipm̄ nunc Paulus leniens, ob id arguit Christi ratum esse, & firmius testamētum, qa mortuus sit. Neqꝫ em̄ dum superstites sumus, te- Nume.19.

ftamenti nomen illud fortit,q̄d teftādo nos inftituimus. Vt igit(inquit)puriores nos redderet,mortē fubiuit,& teftamēto nobis pctā remifit,& cæleftium reliquit bonorū fruitionē,nos int& patrē mediator effectus,cū prī haudq̄ q̄ in aīo effet,nobis hæreditatē relinq̄re,vt qbus acrit fuccenfebat,& erat iratior,tanq̄ liberis à fe alienis,Chrs itaq̧ interceffit,& patrē nobis cōciliauit. Quo mō? Id nāq̧ q̄d erat nobis ferendū,vt contumacibus,ille iā tulit,& mortē quæ fuerit per nos fubeunda,p nobis fubiuit,effecit q̧ hæreditate hac dignos. Eft igit & teftammentum,hoc p filij mortē iā confirmatū,quod minime vt ad indignos hæreditatē trāfmifit. Habet p̄terea & teftamentum hæredes.
Iohan.12 Sic em̄ ingens teftatus eft Chriftus, Volo pat vt vbi fum ego,illic & miniftros meos effe.Quos vero exhæredauerit ille,fic exprimit:Non p omnibus peto,fed pro his qui
Iohan.17. me & profeffi funt & crediderunt. Habet infuper teftamētum & teftes,vt patet ex his,Teftimonium autem perhi-
Iohā.5.15 bet de me qui mifit me pater, et paracletus teftimonium perhibebit de me, et vos teftimonium perhibebitis.

Vt morte intercedente in redemptionē eap præuaricationum quæ erant in priori teftamento. Vides quemadmodū vt nos redimeret Chrs, obierit mortē q̄ ergo pacto vel ex imbecillitate,et impotentia effectū id effe exiftimas? Q̄nquidem Chrifti mors tā efficax fuerit et valida,vt per eam legis præuaricatio omnis ad fanitatē redierit. Cur igit ad legem confugis,quę tam impotens fit et imbecilla,vt quod vel in fe fuerit præuaricatum,corrigere nequeat? Nec tñ id eo fit,quia illa iniquior,fed qa infirmior fit. **repromiffionē accipiāt qui vocati funt æternæ hæreditatis.** Ni em̄ inqt Chrifti nos obitus à pctis et facinoribus exemiffet, quibus patrem iam hoftē reddideramus,quo pacto effemus diuinā hanc adepti hęreditatem? Cum vero vocati dicit, oftendit quemadmodum initio deus erga nos vt pater fe in liberos gefferit. Nam cum effemus iampridem in hæreditatem acciti,nos

tamen ipsi indignos hæreditare hac fecimus, nisi filius intercessisset, qui nos in hæreditatē restituit. Ubi em̄ testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatū est. Haudquaq̄, inquit, vos Christi mors terreat. Nam si naturæ ille non concessisset, quō ipsi hęredes efficeremur? (Constat em̄ et testamentum post testatoris excessum, et vim habere et firmitatem.) Vel quo pacto digni huiusce essemus hęreditatis, si nondum fuissent nos inter et deum sublatæ inimicitiæ? alioquin num valet dum viuit qui testatus est? Per interrogationem, id et lege et intellige. Unde nec primum quidem sine sanguine dedicatus est. Non em̄ solum Ap̄ls quæ diceret ex cōmuni quadam consuetudine cōfirmabat, sed vel à rebus ipis quæ in veteri contigissent. Q̄d sane Iudæos ad credulitatē magis inducit, et fidē vt sibi adhibeant admonenti. Unde inq̄t necessariū est, vt mors testamentū præcedat. Unde fuit necesse, vt prius illud testamentum non sine sanguine fuerit dicatum. Sanguis vero mortis est argumētum, sed vetus illud per agni sanguinē figuram prætulit noui, in q̄ dei filius in carne mortuus est. Verū quid illud designat, cū testamentū inquit fuisse dicatū? Id quidē. Quia hoc ip̄m principium sumpsit confirmationis et roboris. Neq̄ em̄ aliť peragēdi sumpsisset initium, nisi sanguinis effusio p̄cessisset. Lecto em̄ omni mandato legis a Moyse vniuerso populo. Scd̄m legem .i. q̄d lege cautū erat et constitutum. accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cūm aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoq̄ librum & omnem populum aspersit. Quāobrē et liberi et pp̄lus aspergūt? Nimirū vel p̄tiosum sanguinē p̄figuret, q̄ sumus ipsi et corda hæc nr̄a aspersi, q̄ p̄fecto nobis p̄ codicibus insunt, vti et superius dixit: Dedit leges in cordibus ipoꝝ. Vel baptismi aquam designat. Hunc em̄ et sanguis et aqua conficiunt, et ex duobus his alteris cōstat: seorsum tn̄ baptismus, qui etiam cū p̄ aquā

Exod. 24.

Supra. 8

conficit, dñi mortem denuntiat, quã sanguinis demõstrat effusio. Hyssopum vero intelliges eo inductũ, qa & densius fit & bubulum magis, & liquore quis perfundit. Nec secus & lanã, vel qa & eius nomẽ sortitus est Christus, vt luti ex parte totum acceperit. Est nanq; & agnus denoïa-
Iohan.1. tus & ouis, quæ hisce velleribus obducunt & lana. Quin-
Isaiæ.53 etiã & coccineã dici hanc volunt & rubram, qa colore ipo figurã sanguinis præferat. **Dicens. Hic sanguis testamenti quod mandauit deus ad vos.** Christus sa-
Matth.26 ne sic inquit: Hic sanguis noui testamenti in remissionẽ pctõꝝ. In veteri vero nec nouũ dicit, nec pctõꝝ remiss.o. Vides vt sanguinem dixerit testamẽtum? Necesse est igit vt Christi mortẽ intelligas, vbi testamenti fit mentio. **Et tabernaculum & omnia vasa ministerij, sanguinẽ similiter aspersit.** Vel hoc quidem nostri præfert figu-
Leuit.26. ram, q et tabernaculum sumus. Ait nanq;: Inambulabo in
2.Timo 2 eis et inhabitabo. Et alibi: Vasa aũt magnæ domus dei, q̃-
Roma.6. dam aurea sunt, quædam argentea. Sumus itaq; nos vero Christi sanguine respersi, & sanctificationẽ adepti, qñ quidem & in eius fuerim9 morte baptismo abluti. **Et omnia pene in sanguine mundantur secundũ legem, & sine sanguinis effusione non fit remissio.** Cum eñ pene illud proposuit, qa vetus lex illa nec purgationẽ q̃dem perfectã, nec remissionẽ põt afferre: quippe quæ nec pctã dimittit, nec delet. **Necesse est ergo exemplaria quidem cælestium, his hostijs mundari.** Cælestiũ exemplaria, nostram ecclesiã dicit. Habita est eñ superi9 mentio, quemadmodum cælum ecclesiã præferat. Horũ itaq; & argumenta prætulerant, & figuras Iudaici ritus, eoq; & vituloꝝ sanguine purgabant olim Iudæi, & bucculæ cinere siue hirci, & hmõi vilioribus. **Ipsa autem cælestia.** Id est, quæ ipsius ecclesiæ sunt, nr̃a. **melioribus hostijs quam ista.** Cũ itaq; longe sint nr̃a Iudaicis potiora, & tm̃ excellãt, quanto cælum est terræ præstantius: Siquidẽ illoꝝ terrena sunt bona, nobis vero in sortẽ cesse-

rit cælum, iure ipsi videmur maiori q̃dam immolatione dignati, dei. s. filij sanguine, qui nos penitus repurgauit: Est ergo non solum perfectior mors Christi, ob testamẽtũ iam affirmatum, effecta, sed qui animã ipsam hauddubie quauis labe abstersit. Eo igit mortis huius cõmemorat Paulus bñficia, & vti debet illã extollit, quia & turpior sit & ignominiosa q̃ pluribus visa, quippe quã in patibulo & cruce subierit Chrs, q̃d plane apud veteres illos detestabile erat, & fœdius tormenti genus. Non em̃ in manufacta sancta introiuit Iesus expalaria verorũ, sed in ipsum cælũ, vt appareat vultui dei pro nobis. Plurimi quidẽ templum existimabãt Iudæi, q̃d Ierosolymis erat, vtpote cui nusquã terrarũ aliud vllum par esset, cum pulchritudine, tum & ornatu, tum ædificij varietate & sumptu. Et qm̃ præsentibus & corporalibus bonis hi traherentur, iniũxerat deus vt pmagnificum illud cõstrueret, vnde vel ab vltimis terræ finibus tẽpli hui᷒ visendi gratia, Ierosolymam homines confluebãt. Paulus itaq; quemadmodum in hostijs & immolationibus egerat, q̃s penitus ex Christi morte inductione sustulerat: ita hoc loco, cum templo cælum opposuisset, arguit quanto vtraq; hæc inter se differant interuallo. Proinde legis pontifices dicit, sancta manufacta adijsse, quæ proculdubio certiora quædam & vera præfigurarẽt, id est, cęlum ipsum. Hoc enim certo hæc præferũt sancta. Christũ vero cælum hoc fuisse ingressum, tametsi per se oĩa teneat, ac præsto vbiq; sit ille, id tamen humanitatis gratia dixit & carnis assumptæ. Nec solum ex his differre à pontificibus legis Christum demõstrat, sed hunc ipsum nostrum pontificem deo fatetur propinquiorem. Nam etsi prisci pontifices illi per signa quædam deum videbãt, at Christus hunc ipsum spectat & intuetur, & præsens alloquitur, & in faciem illi & vultum apparet. Verum quid illud pro nobis cum inquit designat: Quia pro nobis cum hostia & immolatione est cælũ ingressus, quę valeant cũ patrem nobis propitiũ red

dere,tum angelos ipsos conciliare. Nam & hi quidem in nos,tanquam sui domini infensissimos hostes, inimicitias exercebant.Nunc vero pro nobis vel dominus ipse intercedit. Quod autem fit ille cælum ingressus, id conciliandi nos gratia fecit. *Neque vt sæpe offerat semetipsum,* Neque enim eo in cælum se contulit,vt alias sæpe eodem se conferat. *quemadmodum pontifex intrauit in sancta per singulos annos,* Aduerte quã lõge plurimum CHRISTVS legis pontifices antecedat. Illi nanque in singulos annos & semel duntaxat sancta sanctorum adibant,Christus vero seipsum & semel recepit.*in sanguine alieno,*Pontifices scilicet istiusmodi in alieno cruore,taurorum videlicet & hircorum, ingrediebantur hæc sancta, CHRISTVS vero proprio inuectus est sanguine.*alioquin oportebat cũ frequenter pati ab origine mundi.*Si enim inquit,seipsum esset sæpius oblaturus, & vt mortem subiret frequentius fuisset necesse: quandoquidem per proprium sanguinem esset oblationem facturus. *Nunc aũt semel in consummatione seculorum ad destitutionem peccati,per hostiam suam apparuit.*Hoc loco quoddam reuelat mysterium. Verum cur in seculorũ consummatione, & post multa peccata,& nõ statim in ipso principio se obtulit dominus? Si enim cum diffusa adeo scelera nondum essent, mortem Christus obisset, & in hunc postmodum nemo mortaliũ credidisset ,nonne secundo fuisset illi mors obeunda? Nonne & inutiles plane omnes eius fuissent conatus? Nunc vero cum demũ magnũ in modum praua hominum increuissent facinora,iure optimo deo se obtulit, & in eius conspectu per hostiam suam & mortem apparuit. In ipsa seculorum consummatione & fine,cum tempus iam aduentasset,quo prophetarum dicta adimplerentur,& deperdita hominum nequitia ad summum iam euasisset, vt ἀθέτησει ,id est, vt peccatum deuincat,& omnẽ illi demat fiduciam,suiipsius oblatione & hostia,hoc est, p suæ

carnis interitum. Idipsum fere & alibi dixit, cum inquit: Vbi enim abundauit peccatum, superabūdauit & gratia. Roma. 5 Demitur em̄ tunc peccati fiducia, cum hi qui peccata commiserint, per gratiā impunes missi sunt facti. Nā pœna delicti, peccatum .i. diabolum facit fidentiorem, vt hoīes ad peccandum magis instiget, vnde hos sentiat perditū iri. Quærit Gregorius Nysses, cur in seculi consummatione carnē assumpserit filius, aitq́: Quemadmodū em̄ peritissimi medici, febre adhuc in præcordijs permanente, & ægroti corpus acrius diuexante, & ægritudinis fomentis adaucta magis incensaq́, nullā afferunt languenti medelā, quę languoris causas tollat, sed vt morbus increscat opperiuntur, sic & nobiscū agit animarū medicus ille. Expectat em̄ vt prorsus oīs retegat nequitia, vt nihil maneat ex his quę recondita sunt incuratū, sic demū retectis ille & patētibus malis medebit. **Et quemadmodū est statutū hominibus semel mori, post aūt hoc, iudiciū.** Nūc & causam explicat cur semel obierit Chr̄s, quia vnā inqt mortē redemit. Erat nanq; hoībus sic p̄stitutum, vt semel morte naturæ concederēt, vnde & semel ille pro cūctis ē mortuus. Quid ergo inquiet aliqs, nōne & hoc tpe morimur? Ita quidē. Haud tñ vllū habet, vt quondā, in nos mors ipsa imperiū. Quin potius resurrectionē speramus, ad quam præuiū se nobis & ducē moriens Christus exhibuit. Nec mors quidē eiusmodi, ꝑ morte habetur, sed pro somno potius ducitur. Et qm̄ vniuersos erat mors complexura, propterea ille ē vita excedere voluit, vt morte nos liberaret. Vel forte significare hic nititur Paulus, cā Christū fuisse mortem perpessum, quæ nobis esset in supplicium debita. Veruntamen, cum illi in deo accederet vera humanitas, quemadmodum semel hoīes moriuntur, deinceps & iudiciū sequit, sic & ille semel est vita ꝑfunctus. Sed audi q̄ insequūtur: **Sic & Christus semel oblatus est,** A quo nam ille oblatus est? A seipso, non ab alio quouis hominum, Qui etsi pōtifex sit, hostia tamen ipsemet est & ob-

latio. ad multoꝝ exhaurieda peccata. Quemadmodum enim cũ rem diuinã exeqmur, & sacrosancta illa administramus mysteria, cõmissa commemorando precamur, siue vltro delinquentibus nobis, siue minus, veniam dari, hoc est, prius delicta meminimus, mox illa nobis re-
Iohan. 17 mitti deposcimus: sic & ille hmõi affatus est patrem, Pro his pater meipsum deuoueo. Vel peccata ab hoĩbus ipsis exhausta detulit patri, qui illa dimitteret. Verũ cur multorum dixit, non omniũ? Quia nequaquã cuncti credidere mortales. At Christi mors omniũ æquauit perditionẽ. i. satvaluit ne oẽs perderent, & pro cunctoꝝ salute depensa est, & quantũ in eo fuit, pro cunctis est mortuus. Nec tamen omniũ, quia illi reluctarent, peccata exhausit. Vñ inutilẽ sibi hi prorsus Christi mortẽ hãc reddidere. Quod sane horrendum est dictu, & admodum deplorãdum, cum multis illa salutẽ attulerit. In hunc sensum & Basilius ipse
Matt. 20. concedit. Reperimus tñ in euãgelio, ꝙ traderet animam suã in redemptionẽ pro multis, pro omnibus interpretatum. Multi enim plerunq; vniuersos designant. secũdo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem per fidẽ. Mortuus inquit est ille, nostris onustus criminibus, & eadẽ deo offerens patri, vt deleat obliteretq́;
.2 Cor. 5. quoꝝ gratia mortẽ sit ipse perpessus. Eum nanq; q̃ peccatũ nullum patrarit, sontẽ effecit pater, tanquã qui nostra in se consciuisset facinora. Apparebit tñ secundo, nil vltra deferens peccatorum, pro quibus nõ iterato erit huic moriendum, qui semel obiuit, sed vt iudex aduenient, saluti futurus se expectantibus. i. in se cum spem, tum fidem habẽtibus, opperientibus illius aduentum, pro cuius dignitate duxerint & vitam. Nec solum in salutem venturus ẽ ille, sed in suppliciũ minus credẽtibus & peccatis obnoxijs.

Caput X.

VMbram enim habens lex futurorũ bonorum, Id est, forma existens bonorum, quæ ꝓ noui testamenti promissis, in futurum à Christo hos ma

nent qui illum expectant. non ipsam imaginem rerum, Id est, non veritatẽ ipsam. At quas dicit hic res? Immolationis nimirum & remissionis. Vmbratuli eñ scripturæ, vetustiora illa simillima videbant: quandoquidẽ subobscura essent, nec satis patẽtia. Noua vero imagini. i. veritati, vtpote quæ clare subsistunt, & finem sunt nacta. Accedit etiã, quod magnus ille Basilius plerisque in locis de hac apertius disserit, inquiens: Legis pascha & audio & confiteor figuræ fuisse subobscuriorẽ figurã. Vnde datur intelligi, vmbram quidem sermonem dici apud Apostolũ, imaginẽ vero, quæ nũc in nostra ecclesia peraguntur, tanquã & reliqua fore perfectiora argumento sint, quæ in futuro seculo perfruent, qui digni his videbuntur. Quæ quidem & res nunc dicit Apostolus, hoc est, futurorum bonorũ. Nã vt imago à quo fuerit desumpta, differre nonnulla in parte videbit, sic & præsentia mysteria hæc, in seculo illo futuro, à rebus illis perfectioribus, haud paruo interuallo distabunt. Vt que ipsa imagine adumbratio quæ proxime fingitur inferior est, sic & vetus illud à nouo hoc superatur. per singulos annos eisdẽ ipsis hostijs, quas offerunt indesinenter, nunquã accedentes possunt perfectos facere. Talis est huiusce orationis contextus sententia: Si enim hmõi legis immolationes & hostiæ, aliquid essent viriũ nactæ, nequaquã continent adeo offerrẽtur, quippe cum semel oblatæ aliquid profuissent, & offerri præterea desiuissent. Nũc vero cum singulis annis & persæpe illa fieret oblatio, perspicuum est, hostias hasce ad perfectionem volentibus afferendam, fuisse infirmiores, eo que post primã oblationẽ, & secũda deinceps, & alia itẽ atque alia sequebatur. nam & inter medelas ea dicitur & valida esse & efficacior, quæ semel vel imposita vel hausta, curat & sanat. Quod vero sæpius & varie immutatum imponitur, vim medẽdi nullã habere arguitur, nec prodest languenti. Quæret aliquis, Nũ & ipsi sine sanguine immolamus? Ita quidem, sed Christi tũc reminiscimur

obitus,& vna nobis est immolatio,non multæ,quandoquidem est & ille semel oblatus.Eundem em̃ semper offerimus,quin potius oblationis illius memoriã facimus,perinde acsi esset hoc tempore immolatus. Quocirca cõstat vtiq; vnum esse nostrum hoc sacrificium,legis vero multiplex:tametsi(vt dictum est supra)eo frequentius offerebatur,vt plurimũ ac multis prodesset, quod tñ lõge secus se habet.Nostrum vero(vt diximus) vnicum est & semel oblatum,& tum in hac vita,tum in futura integrũ manet, & perfectius est.Nã & vnus est sanguis, & semel effusus, & vnum est corpus,q̃uis fuerit pro multis oblatũ:nõ multa,& itẽ vna est q̃ offerĩ hostia.Hanc nanq; semper vt præsentem offerimus.Exempli gratia:Oblatus est forte pridie agnus,alterũ hodie immolamus,nec tñ vt pridiani illius vllam faciamus memoriã,hodiernus vel cęditur vł offerĩ,sed præsens iste per se sacrificiũ peragit, non præteritum refert. Verũ cur Apostolus eisdem ipsis hostijs dicit? Quia non absimiles hostiæ erãt,sed eiusdẽ generis animãtia cædebantur,hodie.s.agnus,& in crastinum agnus, diuersæ tñ numero hostię eraut.Nonnulli vero eisdem pro modo immolãdi interpretati sunt,hoc est, vel cũ mactari hostiæ viderentur,vel igne consumi , specie tñ diuersæ, vtputa ouis,bos,turtur,columbus.Nunq̃ possunt perfectos facere.i. cum futurorum bonorũ vmbrã lex habeat, nequit eos qui ei adhæserint,ad perfectionem deducere: nec qui hostias offerunt,reddere ex om̃i parte pfectos vł sanctos poterunt ad se concedentes. Alioqui nõne cessassent offerri?ideo quod nullã haberent conscientiã peccati cultores semel mũdati. Si em̃ inquit peccare desijssent,nonne & hostiæ desiuissent offerri,cum illi istarũ ope nil egerent?Quia satis iã profecissent,& nullorũ sibimet essent prauorũ facinorum cõscij,quibus mederi esset necesse,cum semel purgati fuissent & abstersi criminibus.sed in ipsis cõmemoratio peccatorũ p singulos annos,Nil aliud inq̃t efficiunt hostiæ,nisi q; pec

cata cõmemorant, arguuntq́. Non em̃ commiſſorũ pręſtant remiſſionẽ, ſed plane oſtendũt oblatione aſſidua minus eſſe populi peccata ſoluta. Nã ſi ſoluta iã eſſent, quid vltra immolandũ fuiſſet? Commemorationẽ vero cũ inquit, vt intelligas facit, non mõ futurorũ gr̃a delictorum, ſed præteritorũ ob cauſam hoſtias ab his immolari, quia haudquaq̃ ſint p̃terita illa dimiſſa. Eſto ſingulis annis vituli ſanguis offerebatͬ pro populo, fit tñ vt eiſdẽ delictis ꝑmanentibus, necdũ abolitis, idipſum ſacrificiũ offerretur. Non itaq; eadẽ erit futurorũ ſcelerũ ratio, ac p̃teritorum habẽda, ſed cõſtat priora illa inſoluta manere, vnde & eãdẽ ſemper oblationẽ fuiſſe arguit. Nec ſecus q̃ cũ vna ſemper languenti apponitͬ medicatio, argumẽto eſt hunc ip̃m morbo eodẽ aſſiduo laborare. Impoſſibile ẽ em̃ ſanguine taurorũ ⁊ hircorꝫ auferri peccata. Ex oblatorum hac vilitate, & morbi ipius magnitudine, dicta ſua confirmat, perinde ac ſi quiſpiã medendi peritus, ſi elephãtico morbo affecto cuiquã in medelã dari linozoſtã herbam perſpexerit, dicat neceſſe eſt, nequaq̃ hanc herbam elephãtico illi reſtituere ſanitatem. Ideo ingrediẽs mũdum, dicit: Chriſtus ſiquidem in mũdum humano corpore veniens, per Dauid inquit: Eſt aũt Apoſtolo mens iſtiuſmodi Nam cum illorũ immolationes & hoſtias inualidas eſſe & plane inutiles coarguiſſet, ne quis id quærat, cur ergo has ipſas Iudæi exercent? Extabat enim adhuc illorum & templum, & quæ legis erant om̃ia illi exequebantur, cur inquam hæc facere non deſiſtunt? Vnde & rei huiuſce cauſam aperit, aitq́: Deſitæ ſunt quidem vt deo placitum eſt immolationes huiuſmodi, alioqui cum conſtet Iudæos peruicaces eſſe & contentioſos, & ſancto ſpirituí reluctantes, adhuc his detinentͬ, incũbuntq́: Oſtendit præterea quemadmodum vel ante domini incarnationem deus reieciſſet Iudæos. Attende autem, cum ingrediens inquit, quẽadmodum vel ante eius ingreſſum odiſſe hunc Iudæos oſtẽdit. Hoſtiã ⁊ oblationem nolui- *Pſal. 39.*

sti. Quæ lege. s. sunt institutæ. Et si satis fuisset hostiã dun taxat dixisse, nihilo minus vt ipse existimo, eo & oblationem adiunxit, vt sanguinis expers sacrificium designaret. **corpus aũt aptasti mihi.** Perinde acsi dicat: Cum em̃ corpus hoc meum, consummatã perfectamq́ hostiã fore iã à seculo destinasti. **Holocaustomata & pro peccato tibi non placuerunt.** Nec holocaustomata hæc, quæ. s. igne conficiuntur sacrificia, tibi placuerunt. i. noluisti, nec in acceptum hæc retulisti, neq; q̃ essent de peccato
Leu.1.2.5 oblata. Erat quidẽ vt diuersis de causis, ita & diuersum sacrificijs impositũ nomẽ. Nã alia quidẽ pro cõmissis offerebantur, nonnulla pro negligentia, quædã etiam salutaria dicebantur, & conciliatoria quædã, alia insuper peccatoria, alia demum purgationis gratia offerebantur. Quæ tñ eo sunt prorsus sublata, quia sacrificium & oblatiõem noluisti. **tũc dixi, ecce venio: in capite libri scriptũ est de me, vt faciã deus voluntatem tuã.** Vides quẽ admodum vel anteq̃ dñs carnẽ assumeret, eiecta sacrificia fuerunt & repudiata. Nã & post sublatos sacrificãdi pristinos ritus, tũc Christus ipse professus sum inquit, ecce venio tuæ exequendæ gratia voluntatis. Patris vero voluntas hmõi est, vt filius immoletur pro mundo, & homines iustificentur, nõ in sacrificijs, sed huius in morte. Annũtiaui enim (inquit) iustitiã in ecclesia magna. Et deinceps illud est interiectum, In capite libri scriptũ est de me. Librũ aũt, lapideas tabulas dicit, quibus lex fuisset inscripta, vel vetus testamentũ, perinde acsi dicat: In omni scriptura de meo aduentu facta est mentio, & quemadmodum ipse essem offerendus pro mundo. Vel caput, veteris testamenti principiũ, interpretatur. Nam & in ipsius Moysi libri primordio, cum hoĩem inquit, faciamus ad imaginẽ & simi
Gene.1. litudinem nostrã, suę diuinitatis cognitionẽ aperit deus. **Superius dicens, Quia hostias & oblationes & holocaustomata pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundũ legem offeruntur, tunc**

dixi, ecce venio, vt facia deus voluntatem tuam. Enodat Paulus Dauidicum dictum. Sed quæres fortasse, quid ergo? Num legis ipsius oblationes & sacrificia haudqq ex dei voluntate, pdierant? Voluntate quidē. Sed duplex est voluntas hmōi. Vult em̄ quispiā præcipuū aliqd, queadmodū Paulus, Volo aūt oēs hoīes esse vt ego sum.i.solutos & nuptiaꝝ expertes & cælibes. Præterea altera q̄dam voluntas, vt alioꝝ condescendat libidini, prōptior: vt Paul⁹ idem, Volo iuniores viduas nubere, quod tñ eo se velle affirmat, ne de Christo querāt, & idcirco hoc illis permisit. Sic deus principio nidores & sanguinem respuebat. Vbi vero cōpertum habuit Iudæos dæmonibus immolare, sacrificijs & immolationibus hisce plurimum detineri, assensus est vt in sui honorē hostias illi offerrent. Veꝝ cur Paulus, cū infinita haberet ad eā rem testimonia, hoc vno est vsus, & in mediū ,ptulit? Id sane ob Iudæoꝝ impudentiā egit, iactantiū veterē illā idcirco desitam esse immolādi consuetudinē, nō ꝙ inutilis esset, sed q̄ a facinorosi fuissent q̄ hostias illas offerrēt, & Isaiā ,pducunt hoꝝ incusantem pctā, dicentēq;: Manus vestræ sanguinis plenæ. & Dauid præterea hmōi ,pclamantem, Non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregib⁹ tuis hircos. & illud: Quare tu enarras iustitias meas? Hæc itaq; vel hmōi contentiosis Iudæis obijcientibus, testat nunc Paulus certioribus argumentis, pristinos illos immolādi ritus, eo fuisse à deo reiectos, q̄a nec integritatē nec perfectionē præferrent. Non ob populi ipsius pctā, vt illi assererent. Nō em̄ in nono & tricesimo psalmo, vnde id ,pductum est testimonium, populi scelera ,ppheta cōmemorat. Qd autem idcirco hoc Paulus vsus sit testimonio, audi quæ insequūtur: aufert primū vt secundū statuat. Qd illud ē primum? Sacrificia & immolationes. Quód vero scdm? Patris volūtas.i. Christi corporis per crucē immolatio. Eijciunt itaq; priora illa, vt confirmet quæ fit per Christi mortē oblatio, quā voluit qdem & acceptā habuit pat. Fit igi

1. Cor. 7

1. Timo. 5

Isaiæ. 1

Psal. 49

tur,vt neq̃q̃ vllo offerentiũ crimine, sed sua imꝑfectione repudiata sint, & eiecta hæc sacrificia. **In qua voluntate sanctificati sumus per oblationẽ corporis Iesu Christi semel.** In q̃ patris scilicet voluntate, ꝑ Christi corporꝭ oblationẽ sumus sanctificati, q̃ semel effecta sit. Credẽtes nãq; nos & fideles ex vnigeniti oblatiõe sanctificati, hanc ipsam sumus patre volẽte sanctificationẽ adepti. Haud itaq; legis veteris instituta dei præferũt voluntatẽ, sed Christus oblatus, & quæ ex eius oblatione ꝑfecta est sanctitas. **Et omis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ nunq̃ possunt auferre peccata.** Astare ergo, ministrãtis officiũ arguit, sedere vero Christum dicimus, cui assistit & ministeriũ id exhibet. **Hic aũt vnam offerens pro peccatis hostiam in sempiternum.** Ipse vtiq; Christus inq̃t, vnicã duntaxat & semel obtulit hostiã, corpus videlicet suũ, ꝓ nostris delictis ad salutẽ nobis perpetuo valiturã, & ita vt secũda nil egeamus. **sedet**
Psal.109 **in dexterã dei, de cætero expectans donec ponãtur inimici eius scabellum pedum eius.** Est itaq; hic non pontifex solum, sed deus. Postq̃ vero opus illud absoluit, q̃ fuerat pontificis nomẽ sortitus, consedit tandẽ vt deus, opperiens eius vt hostes pedibus sibi subijcerent. Huius autẽ inimici cum infideles sunt oẽs, tum dæmones ipsi qui & demum subdent. i. eoꝝ cessabit nequitia. Nec vltra obesse poterunt, & in ignem illum inextinguibilem detrudent. Paulus tñ infideles Iudæos eos nũc Christi inimicos appellat, vt cõsoletq ex Iudæis crediderant, q̃ malis innumeris à perfidis illis afficerent, perinde ac si dicat, Nolite animo ipsi concidere: futuꝝ est em̃, vt qui in præsenti vos vrgent superbiendo, nõ modo subijciant, sed q̃d grauius est, & pedibus conculcent. Cui rei argumẽto est, Christum ad patris dexterã consedisse. Quod quidem & si ita se habere ꝓ indubitato tenemus, & illud ꝓ Dauidicis dictis fiat necesse est. Dicet aliquis, Cur non statim hu

ius sunt pedibus illi suppositi? Hoc est, quamobrem non sunt è medio cõfestim sublati? Eorũ quidẽ causa dixerim, q ex his essent adhuc ꝓfuturi fideles, vt è sentibus suauissimi flores. **Una enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos.** Prorsus inquit, & à pctõrũ seruitute exemit, & q sanctiores essent iam redditi, & suo fuissent delibuti iam sanguine, qñquidem essent illius in morte & sanguine baptizati. Oẽs nanq; qui hmõi sunt baptismo abluti, & complantati mortis huiusce similitudine, ꝑspicuum est per eius eẽ cruorẽ sanctificatos. **Contestatur autẽ et nos spũs sanctus.** Quidnã ille inqt, testificatur? Quia vel vnica oblatione à pctõrũ nos ille exemerit iugo, & ita, vt secunda nobis minus sit necessaria. **Postquã enim dixit, hoc est testamentum, quod testabor ad illos dicit dominus, post illos dies, dando leges meas in cordibus eorum, et in mentibus eorum scribã eas, et peccatorum et iniquitatũ eorũ iam non recordabor amplius.** Vides quẽadmodũ testificet his deus delictorũ se contulisse remissionem, cum nouum traderet testamentũ, quod sane per eius filij mortẽ & tulit & confirmauit, vt supra iam patefecimus. **Ubi autem horum remissio, iam non oblatio pro peccato.** Si enim pctõrum remissio vna oblatione permissa ẽ, qd vltra est opus secunda? Liquet itaq; vna duntaxat Christi oblatione perfectiores nos eẽ effectos, accepta prauorum facinorũ remissione, nec alio sacrificio indigemus. Sunt itaq; Iudaicæ immolationes illæ superuacaneæ, tãet si Iudæi plurimum altercãdo contendant. Qñquidem iã pridem inutiles fuisse coarguunt. **Habentes itaq; fratres fiduciam.** Cum magnitudinem prætulisset, qua & noster pontifex Christus legis veteres pontifices illos ꝑstaret, & quantum testamentum nostrum hoc nouum, vetustum illud excedat, quam velegis immolationibus & sacrificijs præstet Christi oblatio, per quam sumus & ipsi pctõrum, iugo & põdere liberati, definit iam de dogma-

Roma. 6

Ieremi. 31.

Supra. 8

te disputare,& peroportune ad mortalitatẽ pertransit,& spatium præbet auditoribus sese colligendi. Nã cũ de remissione disseruisset,cõmonefacit demũ ne rursum in cõmissa olim facinora relabant,Habẽtes inqens fratres fiduciã,q nobis scilicet sint pctã dimissa. quẽadmodum enĩ pudore affert pctm̃, cogitq; ne qs audeat q eo obstringit ꝑdire in publicum,sic remissio ipa animos facit,& fiduciã prestat. **in introitu sanctorum.** Cũ itaq; nobis remissa sint scelera,confidimus semp sancta illa nos adituros.i. cælũ. **in sanguine Christi.** Id est,per sanguinẽ. Per crucẽ nanq; & Christi sanguinẽ veniã meriti, fidentiores efficimur. **quã initiauit nobis viã nouã & viuentem.** Quã scilicet in sancta introitũ initiauit.i.dux ipse ad ingrediendũ & præuius fuit,& prior hãc ipe viã aggressus est & incessit. Nouã aũt dixit,q nup & nr̃is tpibus id iter innotuit. Qđ vtiq; nobis ad gl'iam cedit,vt hisce rebus qbus nec Abraam ipse dignatus sit,nos simus digni effecti, vtpote qbus iã pateat cælũ. Viuentẽ aũt dicit prioris viæ respectu, q̃ fuerat mortifera,& ad legis sancta ductabat. Neq; enĩ illud pristinũ iter locum habet vllũ salutis,q̃n & in exitium trahit se adeũtes. At nr̃m hoc ita ad vitã deducit,vt & ipm viuens & perpetuũ sit,q vitã præbeat sempiternam. Vel viuentẽ nouã viã intellige,& florentẽ, ad veteris illius & obsoletæ iã differẽtiã,q̃ in sancta ibat,q̃ ꝑculdubio mortua est. **per velamen,id est,carnem suam.** Innouauit hãc ille nobis in cælũ viã per eius carnẽ, quæ vtiq; cũ esset in cruce sublata,& deinceps ad cælos euecta, tunc sane & nobis cælestia reserauit. Vnde & apte velamen carnem hanc dixit. Cum enim fuerit velamen detractum, quod intus latuerat reserat. **sacerdotem magnum sup domũ dei.** Habẽtes scilicet & sacerdotẽ Chr̃m quidẽ sup dei
Leuit.26. donum.i.fideles,q dei sunt templũ & habitaculũ, vt illud est,Et inambulabo & inhabitabo in eis. Vel q̃d verius dixerim,cælum ipm. Illud nãq; sancta appellat,& in eo suo perfungi munere pontificem dicit,ꝓ nobisq; intercedere,

accedamus. Ad quē? Ad fidē videlicet, & cultū hūc spiritalem, Vel ad cęlū præterea, vbi noster pontifex residet, cū vero corde. Hoc est, q̄d careat dolo & apertū se erga f̄res exhibeat, nec hæsitās sit, & de futuris subdubiū, vñ & in desperationē aliquā recidat. in plenitudie fidei. Cōmonefacit hoc loco, queādmodū minime nobis in desperationē sit cōcidendū, si fidei fuerimus plenitudinē consecuti: hoc est, si fidē sumus certiorē adepti, q̄uis ex parte pfectā. Pōt em̄ qs credere, fidei tñ carere hac plenitudine, si cuti & illud in ore hn̄t plerięꝫ. Nō æque om̄es resurrecturos. i. non singulos habituros resurgendi licentiā. Qui isti u̓smodi sentiunt, haudq̄q̄ igit̄ plenam sortiti sunt fidē, sed manci hauddubie in ea sunt isti & imperfecti. Accedamꝰ itaqꝫ ad fidei hāc plenitudinē, cū nihil offert̄ q̄d cerni oculis possit, nec templū hoc q̄d cælū pfert, nec pontifex ipse. Quippe q postq̄ sancta illa. i. cælū ingressus ē, nō vltra humanis obtutibus patet. Quocirca opus est fide, & abundātiori quidē, & nihil subdubia. asperſi corda a conſciētia mala. Cū de fide disseruisset, ōn̄dit nūc nō fidē solum, sed vitā etiā virtute excultā reqri. Atqui Iudæi corpore & carne aspergebant̄, nos corde & aīo, & ita vt nīl nobis simus neqtiæ cōscij. Respergimur etiā virtute ip̄a vel sp̄us gr̄a, q nobis in lauacro reliquit pc̄tā & fortitudinē condonauit. Quo fit, vt si studio fuerimus & diligētia vsi, futurꝫ sit, vt nil vltra in pristina recidamꝰ cōmissa. & abluti corpus aqua munda. Baptismi scilicet aqua. Mūda verō qa puros efficiat, abstergat'qꝫ a labibus: Vel qa nihil habeat sanguinis intermixtū, vti & apud veteres illos cinis sanguine erat respersus: Vel munda dicit, qa in lauacro ipso sp̄us gr̄a aīas mundet, & nitidas reddat. Visibilia tñ cum inuisibilibus cōiunxit Ap̄ls. Nā corporis abluendi gratia aqua desumit̄, tāetsi duplex purgatio fit, vt ipsi duplices sumꝰ. i. vt corpore cōstamus & aīa. teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem. Hoc est, quam professi nos sumus, spem teneamus stabilem & immo- Nume. 19.

tam. Sperauimus nãq; in fidei susceptæ primordijs ingressuros nos in cælum, deinceps & illud sumus cõfessi, resurrectionem nos credituros futuram, & vitam illam perpetuam habituros. Id quidẽ est nobis cum fide conuentũ, & sic licuit depacisci, q̃circa hæc nobis tenenda cõfessio est. **Fidelis est em̃ qui repromisit.** Vires scilicet ille suppeditat, quatenus spem hanc inconcussam seruemus, & firmam. Quod sane futurũ est, si fidem nouerimus pollicentis. Fidelis est em̃. i. veridicus Christus, & certiora sunt ei⁹ promissa, ait nãq;, Vbi sum ego, illic & meus erit minister.

Iohan. 12 **Et consideremus inuicem in prouocatione charitatis & bonorum operum.** Quod vtiq; perfectius est, charitatem adiecit. Ait itaq;, Cõsideremus. i. diligenter & enixius aduertamus, vt virtute præditos pernoscamus, vt hos imitemur, non tanq̃ liuore capti, sed laudabili quadã æmulatione & ipsi illorũ operibus prouocati, quæ ijdem gesserint, factitemus. Cuiusmodi prouocatio charitatiẽ, non inuidiæ argumentum. Nam vt ferro acuit ferrum, sic & animus qui cum animo conflictat bene instructo, magis ac magis ad bonum accendit. Vel forte hæc in prouocatione dixit hic charitatis, vt illos hortetur, perinde ac si inquiat, Vnum sentire inuicem, vt ad mutuam accendamini charitatem. **nõ deserentes collectionem vestrã.** Callebat hic sane ex conuentu huiusmodi gigni beneuolentiam, & ideo monet ne conueniendi inter se deserant consuetudinem. Neq; ad secessus aliq̃s studeant vel diuer

Matth. 18 ticula se conferre, ait nanq;, Vbi duo fuerint vel tres in nomine meo cõgregati, ibi & in medio eorũ sum ipse. Quin etiã ecclesiæ preces. i. fidelium congregatio, precando Pe

Actu. 12. trum vinculis soluit & carcere, vbi erat catenis cõstrictus, exemit. **sicut est consuetudinis quibusdã.** Hoc loco quosdam incusat, qui ab ecclesiæ conuẽtu secederent. **sed consolantes.** Hoc est, alternis vos cõsolamini, alternis

Prou. 18 commonefacite instruiteq;. Fratẽ em̃ inquit, à fratre adiutus, erit vt ciuitas communita. **Et tanto magis quãto**

videritis appropinquare diem. Consummationis videlicet seculi, vel quo ex hoc seculo excedēdum sit, quod est ab inuicem abeundū. Id sane dictum plurimū hos consolatur, qui spem oēm ex multis tentationibus amisissent, quemadmodum & alibi dicit: Dñs prope est. nihil em̄ solicitii sitis. Voluntarie em̄ peccātibus nobis. A potioribus hos supra hortatus est, cum dixit: Fiduciā habem⁹, q̄a sumus peccatorū remissione dignati: Nūc vero eosdē à tristioribus terrefacit, & mœstis. Attende qua sit iste clementia. Voluntarie em̄ inquit peccantibus, tanq̄ si haud sponte deliquerint, spes aliqua sit moderatioris veniæ assequendæ. Peccantibus vero dicit, quos nil vnquam pœnitet commissorum, perinde ac si dicat, Nolimus immorari peccatis, sed pœnitentiam præferamus, sic facile consequetur venia. post acceptam notitiam veritatis. Vt Christi videlicet accepta cognitione, vel dogmatum. iā non amplius pro peccatis relinquitur hostia. Non vt pœnitentiam tollat, hoc intulit, quemadmodum huius contentus sententiā deprauarūt nonnulli, sed vt arguat baptismum iterari non posse, Nec scd̄m aliquod esse baptismatis lauacrū, eoq̄ nec scd̄o Christum mortē subire, quē hostiā dicit, vt patebit inferius, cum inquit: Vna em̄ hostia finita est in perpetuū. Baptism⁹ em̄ hic noster, mortis Christi p̄fert imaginē. nā quēadmodū vnus est Christ⁹, ita & vnum est baptisma. Quid igitur imprudenter adeo laberis, si nihil speras per baptismum vel vllo labore abolere te posse pc̄tā? Sunt itaq; & vobis ait, recta opera comparanda. Terribilis nāq; est quædā expectatio iudicij dei, & ignis æmulatio quæ consumptura est aduersarios. Excipit em̄ inq̄t, terribile nos iudicium illud, & ignis zelus. Aduerte vt perinde animatū effecerit ignē. Nā vt belua aliq̄ irritata non ante sæuire desistit, quā aliquem arripiat laceretq;, & vorans expleat iram, sic & ignis æmulatione dictus & zelo vlciscendi mandatorum trāsgressus, ob idq; desæuiēs quēcunq; corripiat depasci-

Philip. 4.

Supra eodem.

tur semper. Aduersarios vero non infideles mō hic dicit, sed eos etiā, q & si fuerint fidē adepti, factitāt tñ quę Christi iussis aduersant. **irritā quis faciens legem Moysi.** A minorib' arguit nō iniuria in eos id futurū suppliciū,
Deut.17 vt maiorē his verbis faciat fidē. Moysi aūt legē dicit, quia multa admodū ille instituit. **sine vlla miseratione, sub duobus vel tribus testib' moritur.** Sic cōtextus iste cōstruit. Quis irritā Moysi faciēs legē, sub duobus vel trib' testibus sine vlla miseratiōe morit, hoc est, si duorū vel trium testimonio pateat mandata hūc fuisse transgressum. **multo magis sciatis deteriora mereri supplicia, qui filiū dei conculcauerit, & sanguinē testamenti pollutū duxerit.** Iudiciū illis permittit, q̄d facere cōsueuimus in rebus certissimis, vel cū auditores ipsos iudices facimus. Cōculcauerit vero .i. contēpserit. Nā quē admodū nullā habemus eorū q̄ pedibus suppressimus rationē, sic & Chrm nihil ducimus, cū ad peccandū ꝓuehimur. Et sanguinē testamēti pollutū duxerit .i. ꝗ nihil cæterorū sanguini præstet: sic græce. Vel pollutū, vt tanq̄ inquinatū hunc ducat & aspernet. Testamēti aūt dicit, qa per dei filiū confirmatum est testamentum, q nobis concessit hę
Supra.9 reditatē, vt dictum est supra. Hæc quidē de mysterij ipsi' perceptiōe dicunt. Cum eñi immaculati corporis illius & sanguinis cōmunicādo participes fuerimus, carnē hanc ipsam, quæ corpus id et sanguinē sumit, si cœno impuritatis & luxus, & veneris sordibus inquinamus, nonne dei filium cōculcamus? Nā cœnum hoc & terreum lutū haud q̄q̄ adeo est diuino corpore illo indignum, q̄ nostri corporis labes et immunditia. Videt autē id dictum facere contra Nestorianos, opinātes Christi sanguinē nil quicq̄ à cæterorū animātium cruore differre. **in quo sanctificatus est.** Ingratitudinis hoc loco et stultitiæ arguit, qui Chri sanguinem nil veneret, à q̄ et sanctitatē acceperit. **& spiritus gratiæ contumeliam fecerit.** Qui eñi accepta bñficia non recta dispēsat, bñfactorē ꝓculdubio affi

cit contumelia. Dei te filium ille effecit, tu vero es, proh vitiorum seruituti obnoxius. Venerat ille apud te mãsurus, tu vero pro eo diabolum admisisti. Est ergo spũs grãe iniuriã inferre. Scimus enĩ qui dixit, Mihi vindictam & ego retribuã. Et iterum: Quia iudicabit dñs populum suũ. Et, Horrendũ est incidere in manus dei viuentis. Hæc quidem subiunxit, vt orationis seriem prosequeretur, ostenderetq́ dñm sumpturæ aliquando de peccatoribus pœnas, quamobrem & hmõi per prophetã dixit. Consolaĩ prÿterea & hos qui nõ ÿquo animo ferrẽt pressuras, cum à Iudæis & infidelibus opprimerenĩ, subinde istiusmodi inquiat: Nolite concidere animo: habetis nanq́ qui illatas vobis iniurias vindicet, & ꝓ meritis reddat vnicuiq́ præmia, & ꝑpetuo viuit, ita vt effugere haud nequeant hi, qui vobis mala ingesserint. Et vos quidem illorum in manus concidistis, q̃ mortales habentur. Ipsi vero in eius manus deuenient, qui vitam perpetuo ducit. Quo fit, vt declinare hũc nequeat quispiam, aut demeritas pœnas desugere. Rememoramini aũt pristinos dies. Neq́ enim dictũ ẽ frustra, Mihi vindictam & ego retribuam. Cumq́ latenter esset hos antea cõsolatus, nunc eos & alloquitur palam & cohortatur, ne à dei deficiant tolerãtia, aitq́: Nolite alios imitari quoscunque, sed ipsi vos imitemini, qui ab ipsis fidei susceptæ primordijs decertastis. Velim tamẽ vestrum hoc occeptum certamen, animo & cogitatione versetis, ne per ignauiam atq́ socordiam labores quos olim tuleritis, amittatis. Aduerte q̃ prudenter & spiritaliter hæc dixerit Paulus. Cum enim prius eorum animos gehennÿ memoria obturbasset, nunc lenit & consolatur. Nec blandiens quidem, sed ex his quÿ antea tolerassent, facit fidentiores, hortaturq́. Vẽdicat enim sibi proculdubio fidem, qui cuiq̃ consulit, impellitq́ vt seipsum quæ antea gesserit imiteĩ. in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum. Aut enim ob baptismum hos dicit fuisse illumina-

Deut. 32

Psal. 134.

tos, vel simpliciter mysterij notionem, & bonorũ ęque ad fideles sunt consecuti. Luce nanq; futurorũ cognitionis accepta, oĩa tolerastis. Nec tentationes, sed certamen dixit. Quod vtiq; animi & magnitudinem præfert & tolerantiam, & hanc quidem præcipuã. **in altero quidẽ opprobriis & tentationibus spectaculũ facti.** Vide quales in hos cõgerat laudes. Est sane magni & excelsi animi ferre cõuitia, sicuti & propheta ipse testat. Obortæ mihi sunt
Psalm.41 lachrymæ, cum mihi obijceretur, Vbi est deus tuus? & ali-
Psal.54. bi, Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtiq;.
Psal.38. &, Opprobrium insipiẽti dedisti me. Iob prętererea, etsi ini-
Iob.6. quo animo contumelias tolerabat, cætera tñ adamãtis in morem, forti & valido. Quod si in propatulo & om̃ium in conspectu inferatur iniuria, eo maior & virilis requirit ad tolerantiam animus. Quod sane hic significat Paulus, cum spectaculum inquit, estis effecti. Cõtemplare itaq; q̃ essent hi magno & præstanti ingenio viri, qui Christi ob gratiam, & gloriam simul & opes contempserint. Contumelijs deinde affecti, cum spectaculo & derisui essent, nec secus q̃ qui in theatro exibilantur & illudũtur, vel à tenuioribus & abiectis illatas iniurias tolerabãt. **in altero autem socii conuersantium taliter estis effecti.** Non modo inquit, vestras pressuras tulistis, quæ non vltro videntur inferri, sed viriles adeo vos præstitistis, vt comites sitis apostolorum taliter conuersantium, hoc est, in pressuris degẽtibus & cõtumelijs, spõte ipsi vos subiecistis, vt cũ simul perpeti mala velitis, & passionum eẽ participes voluistis. **Nam & vinculis meis compassi estis.** Nõ modo inquit, vestris in malis consolante nemine indiguistis, sed & alijs consolationi fuistis, & mihi cõiecto in vincula. **& rapinã bonorum vestrorũ cũ gaudio suscepistis.** Dixerat quemadmodũ alijs essent in malis perpetiendis societate coniuncti. Nunc vero & quæ in sese fuissent ingesta, æquo animo tulerint. Aitq; bonorũ direptionẽ hmõi, magnum fuisse eorum fidei magnitudinis argu-

mentum. Nam eo inquit, vestra oĩa in prędam cessere, q̃a in fide suscepta stabiles persistitis. Licebat enim & vobis, si libuisset, minus illam suscipere. vbi vero hãc suscepistis, voluntariam proculdubio indicat tolerantiam, & q̃ bonis fortunæ Christum non inuiti præponitis. Et cum gaudio inquit, eos direptionem hanc suscepisse. Reddit vtiq; apostolis pares, qui gaudentes redirent, q̃ pro Christi nomine contumelijs essent affecti. **cognoscẽtes vos habere meliorem in cælis substantiã & manentem.** Acta.5.
Vel id inquit, certiori quodam iudicio ac fide vos agitis. Nostis em̃ meliorẽ vos eẽ in cælis adepturos substantiã, & diutius permansuram, q̃ ea fuerit cuius nunc iacturam feceritis. Illa nãq; & certior est, nec amitti vllis hoĩm insultibus potest. **Nolite itaq; amittere confidentiã vestram.** Cũ nolite inquit amittere, ostendit nondũ hos fuisse collapsos, eẽ tñ & confirmãdos, & de bonis futuris certiores reddendos. Confidentiã aũt dicit, quia qui talia tulerint dei ob gratiã patientius, plurimũ in deo confidunt. **quæ magnã habet remunerationẽ.** Subinde inquiat, Vos quidẽ testimonio estis, qui nõ ignoratis potiores habituros in cælis in posterum facultates. **Patiẽtia vobis necessaria est.** Nulla enim re alia indigetis, nisi sola hac tolerantia. Nam cætera ita estis iã assecuti, vt addi nil queat. **vt voluntatem dei faciẽtes, reportetis promissionẽ.** Constat sane deũ id apprime velle, vt omibus in rebus perpetuo pręstet hęc patientia. Ait nanq;, Qui ad finẽ vsq; perseuerauerit, hic saluus erit. Nec secus hos monet Apl̃us, ac faceret quispiã certatorem aliquẽ conspicatus, deuictis superatisq; aduersarijs, qui nil vltra nec æstũ ferat, nec sitim, & vt moræ impatiẽs, nec emeritã expectet coronã è medio protinus abeuntem, his dictis prosequẽdo hortet, Perfunctus iã tuo munere es, & egregie decertasti, & ita vt palmam retuleris, paululum obsecro oppetire, vt coronas in præmium referas. Contende vt quoad præmia deferant, teipsum vincas, & patienter id morę fe- Matth.10

ras. Adhuc enim modicũ aliquantulumq́, & qui vẽturus est veniet, & non tardabit. Producit prophetã
Abacuc.2 Abacuc ita dicentem, In proximo est iudex pro meritis & præmia redditurus. Quod aũt Abacuc tũc dictitaret, paulopost qui vẽturus est veniet, statim hunc concessum demonstrat: Cum vero aliquantulũ dicit, breuem admodũ aduentus moram ostendit. Iustus aũt ex fide viuit. Quod si subtraxerit se, nõ placebit animæ meæ. Habenda ergo est fides, si iustiores sumus futuri. Quod si se subtraxerit iustus. i. si subdubius in fine reddatur hæsitetq́. Vel se subtraxerit. i. si à tentationibus opprimet, erit id plane animæ meæ nil gratũ. Cuius aĩæ? Dei videlicet, secundũ scripturæ cõsuetudinẽ, vt illud, Dies vestros festos
Isaiæ.1. odit aĩa mea. Vel de Christi etiã dici aĩa potest. Nos autem non sumus subtractionis filij in perditionẽ, sed fidei i acquisitionẽ animæ. Cũ enim terrorẽ his incussisset cum diceret, minus placebit aĩę meæ, nũc ait: Nõ enim ex perditorum numero sumus, vt subterfugiendũ sit nobis, vel per ignauiã & socordiã vita degẽda, vel sit aliquo pacto subdubitandum, sed ex his ipsi constamus, qui in fide sunt stabiliti, vt aĩas acquiramus, hoc est, cõparemus, tuemurq́ & saluas reddamus. Caput XI.

Est autem fides sperandarũ substantia rerum. Diffinit itaq́ nobis hanc fidẽ, aitq́: Fides quidem eorum substantia est, quæ nondum subsistũt: qualis est resurrectio, quæ nondum fuerit, sed fides hãc facit vt futura credatur, & hãc nobis tanq̃ præ oculis ponit. argumentum non apparentium, Argumẽtum, id ẽ, demonstratio & manifestatio quędam incertarũ rerum, nec apparentium, hoc est, in conspectum non veniẽtium, sed fides facit, vt res eiusmodi mẽte spectemus tanquam præsentes. Si hanc igitur habet vim fides, quid ipsi hęc vultis re ipsa perspicere, quæ sunt omnino ventura vt excidatis à fide? Nã nil aliud videremini vos ipsi eniti, q̃ à vestra
Abacu.2. iustitia & labi & cadere. Iustus nãq́ ex fide viuit. In hac

enim teſtimoniũ conſecuti ſunt ſenes. Id eſt, in ipſa fide teſtimonium excepere tantopere priſci omẽs, vt pro confeſſo habitum ſit Chriſto morem geſſiſſe. Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. Cum enim fides ab his obtrectetur, q̃bus eius ſunt vires incognitę, rem omnino eſſe indemonſtrabilem aſſerentibus, & circunuentionẽ apertiſſimam atq; fallaciam, eo nũc Paulus vel maxima quæq; per fidem oſtendit fuiſſe effecta, non ex cogitatione vlla humana vel ſenſu. Nam quod deus ex nihilo vniuerſa cõdiderit, quibus poteſt argumentis tam ingens facinus explicari? Nullis certe, ſed ſola fide, cum deo credimus nihil factu eſſe difficile. Fide itaq; nouimus & ſecula fuiſſe aptata, id eſt, verbo effecta. Verum cur fide? Quia ex his quæ nuſquã apparent, ſunt hæc quæ viſuntur cõfecta, quod ſane indiget fide, vt factum ita exiſtimemus. Vel ita: Verbo dei condita ſunt, quia ex his quæ haudquaq̃ conſtarent, quæ extant, ille produxerit. Cum ſecula audis, vel quæ ſecula hæc complectũtur, intelliges. Nec ſecus cum tempora dicimus, & quæ temporibus his includũtur, accipimus. Abuſiue tamen & ſecula, tempora ipſa deſignant. Nam proprie vnum eſſe ſeculum conſtat, quod à tempore differt. Fide plurimam hoſtiam Abel quã Cain obtulit deo. Cum enim magni ſit fides hæc facienda, & virilem exigat animum, cumq; & qui ex Iudæis crediderãt, in languorẽ à priſtino ſtudio & deſidiam recidiſſent: q̃ppe qui initio ſtatim fidei plurimum prętuliſſent ardorem, malis tamẽ crebrioribus afflictati, aĩo fere defeciſſent, cõſolatur hos Paulus, cum ex rebus per ſe antea geſtis, tũ ex ſcripturæ dictis, ſic inquiens, Iuſtus ex fide viuet: Tum etiã à rei diffinitione, cum dicit, Fides eſt ſperandarum rerum ſubſtantia. Nunc vero & priſcorum hominum exemplo, hos cohortatur & lenit. Cum enim quis malorum & preſſurarum inuenerit ſocios, reſpirat animo & ſubleuatur. Vnde & Abel illũ producit in medium, aſſeritq; fide plu-

Gene. 1.

Gene. 4.

Abacu. 2.

rimã obtulisse hūc hostiã, q̃ Cain frater obtulerit.i.hono ratiorẽ q̃ fratris esset. At quem is aliū qui fuisset ante se genitus vidit? Num patrem? Num matrem? At deum offenderunt. Nū fratrem? Vel hic quidem deo conuitiatus est. Fit igitur, vt fide ductus q̃ potiora haberet, deo ille offerret, vnde esset & præmia recepturus. **per quã testimoniū consecutus est eē iustus, testimonium perhibente muneribus eius deo.** Abel munera, deus accepriora habuisse & suo testimonio cõprobasse videt, quia sibi bonorum largitori & dño, meliora quidem, quã quę acceplsset ab eo ille obtulerit, cuius hostiã ferunt oblatam, ignẽ è cælo demissum, protinus absumpsisse: vnde & Cain illi innotuisse, Abel sibi fuisse prælatum. qui eñ aliter fieri poterat? **& per illã defunctus adhuc loquitur.** Id est, fides effecit, vt vita adhuc frui Abel hic videatur, & documento omnibus eē, & vocem fere edere istiusmodi, Imitamini me mortales, & morẽ gerite creatori, sectãtes iustitiã. Loquitur igitur & gloria euectus, & fama nominis adeptus celebritatẽ. Nec secus loquitur, q̃ cælū solet, cum à nobis spectatur & cernit. videtur enim illud q̃si profari hmõi, Suscipite me & aduertite, vt sim clarissimis distinctum luminibus, vt me incredibilem in modū ornauerit deus. Neq̧ Abel adeo huius verba proficiunt, quam ea quæ est ipse perpessus. Hæc autem dixit, vt his patefaciat, qui forte nec mala patientius ferrent, nec satis deo confiderent, vel in hac vita iustos crederẽt honoribus frui, pinde acsi dicat: Et vos insuper his estis vel in hoc seculo fruituri.

Gene.5. **Fide Enoch translatus est ne videret mortẽ, & non inueniebatur, quia transtulit illū deus. Ante translationem eñ testimoniū habuit placuisse deo.** Maiorem hic quã Abel de se præstitit fidẽ. Nã quæ Abel ipsi obtigerant, sat sunt, vt huius ostendere

Gene.4. animū queant. Qñquidem & si iustior esset, à fratre tñ obtruncari permissus est. Ob cuius cędem, si carnifex ille pœnas luit, & in vltimas terras abscessit, quid mortuo pfue-

re fratris supplicia? Magnã itaq; Enoch constat præ se fidem tulisse, quia certo crederet pro meritis deum, & si nõ in præsenti, in futurum tñ mercedem cuiq; redditurũ, quia fide hic placuit deo, & cum placuisset, transuectus est. Est ergo fide translatus, hoc est, fides ipsa hunc alio transtulit, qua & placuisse est visus. Qđ aũt Enoch viuẽs traductus sit, vitamq; ad id temporis ducat, nihil ambigimus. Quo vero sit ille traductus, aut quemadmodum agat, incertũ est, scriptura nil vltra significãte. **Sine fide aũt impossibile est placere deo.** Nisi enim futuram bonorũ malorumq; remunerationem crediderit quispiã, placere deo nil potest. Nam quo pacto laboriosum illud virtutis iter adierit aliquis, ni multiplicia speret p̃mia & firmiora? Sed audi quæ insequuntur: **Credere enim oportet accedentem ad eũ quia est, & inquirẽtibus se remunerator sit.** Deum autem eẽ & fore, vt pro meritis hic faciat satis, per fidem tenemus. Sed qualis illius substantia sit, ab his comprehendi animo nequit, qui terrena hæc sapiunt. Verum quid illud designat quod ait, se inquirentibus? Id sane hos præfert, qui optimis vitæ actionibus deo se gratos exhibere contendunt, non illos qui per exteriorem hãc sapientiam, summa cum cura diuina scrutantur. Vide quã prudenter Ap̃l'us remuneratorẽ deum frequẽter commemoret, vt ex Iudæis fideles in fide stabiliat, qui mala ingesta pusillo aĩo ferrent. **Fide Noe responso accepto, de his quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcã in salutem domus suæ.** Gene. 6. Accepit Noe à deo ex fide responsum, hoc est, instructus à deo fuit de rebus incertis, nec tñ ille dei verbis diffisus est, tãet si in tranquillo omnia agerent, & cuncti homines delicijs & voluptatibus operã darẽt, & nihil graue expectaretur. Neq; eñ fuerat istiusmodi aliquid ante conspectum, nec in mentem cuiquam veniebat, vt mundus aquis deperderetur. Alioqui credens hic deo, futuri diluuij formidine percitus, parauit arcam & extruxit, quæ vniuersis quos

domi haberet,& animantibus cæteris saluti fuit. Aduerte quemadmodũ & deus responsa det,& spũs ipse, secũdum

Lucæ.2. illud quod est de Simeone conscriptum, Erat illi responsum à spiritu sancto. Quo fit, vt deus sit spũs. **per quam damnauit mundũ.** Hoc est, coarguit homines dignos supplicio, cum tamdiu parari & strui arcam spectarẽt, nil prorsus intellexere, nec futurum diluuium crediderunt. **Et iustitiæ quæ secundũ fidem est, hæres est institutus.** Id eñ Noe retulit lucri, vt apud deum iustior videretur. Quod vtiq; iustitiæ nomen, fides illi largita est. **Fide**

Ge.12.13. **vocatus Abraã, obediuit in locum exire quẽ accepturus erat in hæreditatẽ.** Cum eñ Abraã & reliquos patriarchas contẽplarentur, qui ex Iudæis crediderant, bonis fuisse innumeris fretos, ostensurus est Paulus hoꝝ adhuc neminem cõmodi aliquid retulisse. Ait itaq;, si de Abraã iussus vt patriam relinqueret, obediuit. Quem eñ maiorum hic aliquem viderat, cuius sequeretur vestigia, & cum pater fuisset idoloꝝ seruituti addictus, nec vllos auditu percepisset prophetas? Quo fit, vt ex fide illud prodiret, vt iubenti deo obsequeretur, cuius esse certiora promissa iam nosset, & ea desereret, quæ inter manus haberet. **Et exiuit nesciens quo iret.** Num enim vel scientẽ quo esset mox abiturus impulisset quidpiam, vt præsentibus & paratis desertis, futura & imparata persequeretur? Sed Abrae terra illa vel regio erat plane incognita ad quã

Gene.15. vocaretur. **Fide demoratus est in terra promissionis tanquã in aliena.** Terrã quã sibi & semini eius da-

Gene.23. tuꝝ se deus erat pollicitus, vt alienã incoluit. Sed cur alienã dicit? Quia illã pretio accepisset, vbi Sarram humaret vxorẽ. nec tñ aut hæsitans fuit aut subdubius, factuꝝ deũ quod promisisset, vel minime: q̃n fidens credidit, nec mentiri hunc posse existimauit. **in casulis habitãdo,** Et eousq; quidem hic fide processerat, & adeo terrã hanc vt alienam inhabitauit, vt in ea nec domum haberet, sed in tabernaculis diuersaretur. Quod facere alienigenæ solent,

vicatim se transferētes, q͞a nondū sint ꝓprium aliq̄d asse cuti. **cū Isaac ⁊ Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem.** Quinetiā Isaac ipse & Iacob, vt alienam hācipam coluerunt. Isaac eṁ, vtpote cui à Philistæis inuideret, & pueri sunt ab Amalechitis subtracti, & vxor erepta: Iacob vero nō solū q͞a Esau fratris ingenti esset p̄cul sus formidine, sed q͞a vbi à Mesopotamia rediisset, locū p̄tio emit, in q̄ & tabernaculū statuit, & tanq̄ vagus & in accolæ morē in Bethleem mō, & in Effrata alias commigrabat. Alioq̄ erāt & hi ꝓmissionis hæredes, vtpote & q̄bus fuerat p̄dictum, Sum eq̄dem tibi & semini tuo datur⁹ hāc terrā. Nil tñ & hi cū variis modis diuexarent, diuinis sunt dictis diffisi. **Expectabat eṁ fundamenta habentē ciuitatem.** Eo inq̄t in tabernaculis habitabāt quæ min⁹ subsisterēt, q͞a cæleste̅ ciuitate̅ opperiebant, quæ veris eēt fundamētis & validis ac perpetuis stabilita & firmior, & nullo vnq̄ situ vel putredine collapsura. Vñ & deus hos conspicatus parui ducere terrena ꝓmissa, vt maiora illis pararet, hæc in posterū distulit, & his ipis cōdigna non his terræ bonis elargiret. Illi nāq; lōgo post tpe, terrenis hisce acceptis ꝓmissionibus, haudq̄q̄ magni has faciebant, sed cælestiū cupidine tenebant: cū vos Christi iā fide suscepta æternorū bonorū accipiētes ꝓmissione̅, terrena hæc, & imprudent adeo enixe̅q; cōcupiscitis, nec pudet tñ. **Cuius artifex ⁊ conditor est deus.** O quāta supnæ ciuitatis illius est dignitas, vt deū habeat cōditore̅? **Fide ⁊ ipsa sterilis Sarra.** Perinde ac si dicat, mulier credidit, & deo confisa est, nil ergo pudebit si fœmella hac coarguamini animi magnitudine & fide inferiores? Verū q̄ pacto credere potuit, quæ dei dictis arrisit? Arrisit quide̅, sed demum tñ cōuicta extimuit, q̄d vtiq; præstitæ fidei est argumentum. Liquet eṁ hāc credidisse, magnū alique̅ & minus humanū hūc esse, q se alloqueret. **virtutem in conceptione seminis accepit.** Hoc est, vires assumpsit, & aptior reddita est, vt viri exciperet semen. **⁊ præter tempus æta**

Gene. 26

Ge. 32, 33.

Gene. 17 & 18

tis peperit. Dixerat supra fuisse hãc sterilẽ, nũc vero prę ter ætatis tp̃s peperisse hanc dicit: Quo fit, vt duplicit̃ fuerit hæc infœcunda, sterilitate & senio. qm̃ fidelem credidit eẽ eum qui repromiserat. Fidelem, hoc est, veri dicum & non mendacem. Fuerat eñ hmõi pollicitus deus, tali tempore sum ad vos rediturus, & erit Sarræ filius. Propter quod & ab vno orti sunt, & hoc emortuo tanquã sidera cæli in multitudinem, & sicut arena quæ est in littore maris innumerabilis. Nec solum vt partum ederet Sarra, eius fides effecit, sed multum

Nume.13 adeo & abundantẽ, q̃lem nec fœcundissima mulier edidisset.

Deute.9 Verũ quõ innumerabiles dicit Sarra hac emanasse, cũ recẽsiti sint sæpe & numerati? Aut eñ vt illorũ exprimeret infinitã pene multitudinẽ, dixit innumerabiles, pro sacrarũ literarũ cõsuetudine, vt illud: Vidimus ciuitates ad cęlum vsq; sublimes. Vel q̃a semper alij itẽ atq; alij nascerẽtur. Secundum fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus. Duo quædã quæri hoc loco p̃nt. Primum, q̃ pacto cũ dixerit Enoch fuisse translatũ, necdum mortẽ obijsse, nunc dicat vita hos oẽs fuisse p̃functos: Secundo, cur inq̃t nulla eos accepisse p̃missa, cum & Abel loq̃ adhuc dixerit, ob eius noĩs celebritatẽ, & Enoch alio fuisse transuectum: nec Noe accepisse mercedẽ, q̃ saluus sit cũ domo vniuersa effectus, & iustus sit appellatus: & Abraã ex Sarra filios suscepisse. Q̃d autẽ hi mortui sint, om̃es intellige excessisse è vita, vnum præter

Gene.5 Enoch, qui mortẽ nõ vidit, Eliãq;. Q̃d vero promissiones

4.Reg.2 nullas acceperint, constat sane de oĩbus dictũ. Neq; enim his solum bñficentissimus deus p̃ maximis susceptis in fide laboribus, mercedẽ persoluit, vt Abel illi noĩs celebritatẽ, Enoch transuectionem, Noe in cataclysmo salutem, Abrææ liberorũ p̃creationẽ: sed p̃spicuũ est, p̃gustationes hæc & signa quædam fuisse veræ p̃missionis, in sanctos collatæ: & nostri ob gratiam, q̃ pusillo animo sumus, nec toleramus aduersa, vt ex præsentibus hisce & futura cre-

damus. Quibus præterea sanctis & alia quædam, & quæ in hoim corda non veniunt, parata sunt, necdum tñ hæc acceperunt: sicuti & in euangelio dñs, in hoc mundo centuplum asserit acceptu℞, q̃ mũdo renuntiauerit, & in futuro vitã æternam. **sed a longe eas aspicientes & salutantes.** Hoc loco ostendit eos de cælo, deq; cælesti imperio, resurrectionẽ, & inuisibilium bono℞ accepta mysteria, & cognitione tenere & consalutasse: hoc est, lætiores & hilares impartita salute appellasse, nauigantium more vel è conspectu desideratissimas vrbes ꝓspiciẽtium, quas prius q̃ adeant, anticipantes appellant lepidius & sibi asciscunt. Vel eos nunc dicit, qui apud Abraam essent, nequaq̃ accepisse promissa, quibus terra destinaretur. Longius tamen hanc prospexerunt, id est, antequam quarta subsequeretur hos generatio. Futurum quippe sciebant, vt eorũ nepotes, vbi se ex Aegypto reciperent, hanc ipsam hæreditarent. Hæc tamen posterior expositio, nihil est superioribus consentanea, cum isti omnes Paulus inquit, sed his qui Moysi temporibus extitere, videt magis congruere. **& confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram.** Nec solum peregrinos & hospites terræ ꝓmissæ, sed terra℞ hospites se profitentur. Quocirca hanc ipsam accipere precabantur. Non enim hac erãt, sed cęlo digni. Illo℞ tñ nepotes & posteri hãc acceperunt. Hi nãq; terram promerebant. Peregrinum vero se eẽ & incolam ꝓfessus est apud Hebræos & Abraam ipse, alioqn hmõi erant & cæteri oẽs. Quod vtiq; & Dauid testificat, cum inquit: Incola ego sum in terra, sicut omnes patres mei. **Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere: et si qua eos patriæ eius incesseret recordatio de qua exierunt, habebant vtique tempus hanc repetendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est, cælestem.** Cũ eñ se pegrinos appellant, arguunt plane patriã quærere. Aduertamus aũt qualẽ hi patriam quærãt, num terrenã quam reliquissent, vt Abra

Matt. 19

Gene. 15

Gene. 23

Psalm. 38

ficeret,& p Isaac vitæ redditum, eius & semē incresceret. Verū cur Isaac vnigenitū dicit, qñ & Ismaelē haberet ille ex ancilla susceptum? Isaac q̄dē ꝓmissionis rōne vnigenitus dr̄, q̄ verū & ꝓprium p̄ferret Abrææ semē. Ait enim, In Isaac vocabit̄ tibi semē. **Unde eū ⁊ in parabolā accepit.** In parabola .i. in figura & argumēto, scd̄m Chr̄m, mysterij. nā quēadmodum olim dimissus est Isaac, & aries vepribus hærēs, p eo mactatus, sic Chr̄s vnus, deus itē & hō existēs, scd̄m humanitatē ꝓ nobis ē immolatus, nil ꝓrsus diuinitate offensa. Vel alit̄: Abraā q̄dē dei & patris figurā ꝑtulerat, Isaac vero filij dei. Cum itaq; magnum hoc deus & supra hoīm mentē esset mysterium dispēsaturus, futurumq; vt nr̄i ob grām, qñqdem erga gen⁹ humanum charitate ingēti afficeret̄, vt vel filium traderet immolādum, nec id placuit tanq̄ de se videret̄ gratiā elargiri, sed vt debitum soluere, subinde hæc inqat deus: Nihil nouum humanæ naturæ eius ob gratiā ip̄e cōcesserim, filium meum immolādo. Abraā siqdem vt mihi obtemperaret, filium in victimā obtulit, Quo fit vt debitum ip̄e dependā, nō gratiā faciā. Vel in parabola .i. ꝓ ariete Abraā filiū tulit, q aries Isaac figurā ꝑtenderat, hoc est, ꝓ Isaac occisus & immolatus est. **Fide ⁊ de futuris benedixit Isaac Jacob ⁊ Esau.** Quo em̄ pacto, q in terra consedisset aliena, tot bona filijs polliceret̄ optaretq;, nisi ꝓmissa datorū deū fide indubitata sperasset? De futuris vero cū dicit, vel bona q̄ in futurū nos manēt demōstrat. Nā & resurrectionē tenebāt maiores illi, & spiritalia erāt eorū bñdicta hmōi. Vl̄ de terrenis his bonis nunc differit, q̄ erāt hi accepturi. Vl̄ eos etiā cum de futur; inqt ꝑtendit, q essent in posterū ab his oriundi, q terrā à deo ꝓmissam hæreditarunt. Præponit autem Iacob Esau fratri, qa virtute p̄staret, & primogenita accepisset, & q̄d iure deberet cæteris fr̄ibus anpo ni. **Fide Jacob moriens, singulos filiorū Joseph benedixit, ⁊ adorauit fastigiū virgæ eius.** Ioseph filij Manasses & Effrem. Manasses prior est genitus, poste

Iohan. 3

Gene. 23

Gene. 27.

rior Effrem. Alioq Effrem illi Iacob bñdixit, & maiorib⁹
bñdictis, & dextera manu illi imposita, vñ à deo ille opti
mos habitura euentus bñdicta hęc credidit. Et queadmo
dum Effrem tribus illa regno eēt & imperio potitura, vti
& re ipsa & opere patefacit. Nã cum Ioseph illi venerabũ
dus iã inclinasset, vel ppl'o vniuerso venerationi hunc fo
re ostẽdit. Verũ quõ hic veneratus est? In virgæ fastigio.i.
qa senior esset, virgæ innixus. Vel in virgæ fastigio, vt võ
lunt nõnulli.i.ipsius Ioseph virgã hic adorauit, perinde ꝑ
sceptrum, regium illud insigne, adorandũ hunc esse argu
Gene.50 eret. **Fide Ioseph moriens, de profectione filiorũ
Israel memoratus est, & de ossibus suis manda-
uit.** Adeo em̃ hic credidit liberãdos aliqñ ex Aegypto Isra
elitas esse, & alio eē his demigrandũ, vt eos sit obtestatus;
qtenus eius vt ossa secũ & cineres tunc asportarent, cũ eēt
inde his abeundum. Neq; eo id egit, vt sepulchri eum cu-
ra teneret (q̃ em̃ pacto, q sapientia tm̃ præcelleret, dei esse
terras omnes nescisset?) sed vt certiorem populum face-
ret, ad exitum peruentura oĩno dei promissa, eũdem'q; po
pulum ex Aegypto ascensurũ. Id'q; & deo tãtopere esse ãĩo
crederet, vt nec sibi libeat eius ossa recõdi seruari'q;. **Fide**
Exodi.2 **Moyses natus, occultatus est mẽsibus tribus
a parentibus suis, eo quod vidissent elegantem
infantem, & non timuerunt regis edictum.** Cũ sum
mos hic viros dicẽdo enumerasset, qui fide oĩa quæ fece-
rãt, peregissent, differit & de Moysi ipsius parẽtibus, ignõ
bilibus plane & gñe infimis. Quod eo facit, vt fideles hos
pudeat saltem animi abiectioris & effœminati, qui min⁹
patienter ferant aduersa, sed sese his reddant infirmiores,
qui Moysen genuissent. Quorum genus non modo ob-
scurius sit, et vt in sequentibus patebit apertius, scortorũ
petulantia dehonestatum. Ait igitur, Cur Moysen hunc
Exodi.1 menses tres occultassent parentes, præsertim cum esset re
gio edicto iniunctum, vt mares qui nascerentur, genito-
res ipsi necarent? Cur inquam seruari clam eum nequaq̃

reformidarunt? Id ſane liquet. Credidere nanq; hunc ſaluum fore. At vñ hãc accepere fidem, qui infantẽ vidiſſent prodeuntẽ è vulua, ſtatim feſtiuum & arridentẽ, & facie elegantẽ et iocabundũ? Quod vtiq; argumẽto his fuit, acceptũ hunc deo fore: vtpote in quẽ vł ab incunabulis ipis et ortu eius grãm cõtuliſſet. Ferunt præterea quidã, Moyſen vt exponeretᷣ iã traditũ, geſtãtibus mox alluſiſſe, vultuq; lætiori et feſtiuo illos ad cõmiſerationẽ flexiſſe, vt eũ fuarent. **Fide Moyſes grãdis effectus, negauit ſe eẽ filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cũ populo dei, quã tpalis peccati habere iucũditatẽ.** Vt hos ſolaretᷣ, ab eo cepit exemplũ, qui eis admodũ familiarꝫ eẽt et grat⁹. Vñ et in Moyſi huius, vel accepta à deo grã, vel rebus geſtis amplificãdis, diutius immoratᷣ, negaſſe Moyſen aſſerens filiæ Pharaonis ſe filiũ eẽ, Tũc tñ negauit, cũ grãdis eẽt effectus. i. cũ in viꝝ iã euaſiſſet. Clare eñ ꝓſpiciebat maiora quædã ſe accepturũ. Negauit aũt cũ inquit, acerrimũ eius et ingenitũ erga Pharaonẽ odium patefacit, et ꝙ fuerit ab eo natura alien⁹. Aduerte aũt quẽadmodum pctm̃ appellat nõ ſimul cũ fratribus affligtari et mala ppeti. Idipm per ꝓphetã ſic exprobrat de⁹, nil in quiens, perpeſſi ſunt in contritione Ioſeph. Et in Iezechiele plorãtibus datum eſt ſignum, et qui nihil hmõi pateren- tur, concidere iuſſi ſunt angeli. Quocirca qui non vltro cũ mœrentibus et afflictꝫ affligitᷣ, ſcelere obſtringitᷣ et peccat. Quid erit ergo de his exiſtimandum, qui et ingerunt mala, et alios vexant? Temporalem autem et momentaneã appellat iucunditatem, regij luxus participationem. **Maiores diuitias exiſtimans theſauro Aegyptij improperium Chriſti.** Non enim cæleſtia bona dixit, ſed vt Moyſi aperiret virtutem, q; et Iudæos ſeruitio exemiſſet, Chriſti improperium dixit. Nam quemadmodum longe poſt CHRISTO, qui fuiſſent ab ſe beneficijs multis affecti, conuitiabantur, et tandem patibulo ſuffixere, ſic olim illi et Moyſi obmurmurabãt, de quibus fuiſ-

Exodi.2 *Amos.6* *Iezech.9.*

ſet is optime meritus. Nã & Hebræus ille, q reus fuerat, ab ſe ex Aegyptij manib' erutus, in craſtinum ſibi & paulo poſt in faciem iurgat' eſt, inqens: Quis em̃ principem te & iudicem nrm cõſtituit, num vis et me è medio tollere, vt heri et Aegyptium ſuſtuliſti? Cõſtat itaq; q̃dcunq; vl à domeſticis ipis, noſtro q̃uis bñficio obſtrictꝫ nobis inferẽ, in Chriſti cedere contumeliã. Et q̃uis etiã fuerit bñmerenti illata iniuria ſiue inſultus. Chriſto videẽ inferri: qppe q et
Lucæ.7 maledictꝫ affligebaẽ et contumelijs. Nã et publicanoꝝ illi amicitia obijciebaẽ, vtpote qbus et conueſcereẽ, q̃d tñ illoꝝ ſalutꝫ gratia faciebat, non ſibi. Vt itaq; pctõres otium ſp et pſperitas conſequiẽ, ſic Chriſti opprobrium iuſtos pſequiẽ, vtcũq; fuerit illatum. Ait igiẽ, cum em̃ et vobis moleſtos ſe pbeant veſtri gñis hoĩes, ſi Moyſen hunc clariſſimum viꝝ aduerteritꝫ, vl q̃d maius eſt Chriſtum, cui cum vobis, tum ceterꝫ illatæ iniuriæ aſcribunẽ, æq̃ aĩo oĩa ferre cenſebitꝫ. Reſpiciebat em̃ in remunerationem dei. Fidei ſcilicet oculos in hãc intẽdebat. Fide reliquit Aegyptum, non veritus irã regis. Quid ais inqet aliqs,
Exodi.2 nonne in Exodo ſcriptum eſt, timuit Moyſes, qa vulgatũ eſſet iã verbum? Seceſſit hic qdem, qa regis irã extimuit, ſed rurſum poſt facin' illud patratum, in Aegyptum ſe cõ
Exodi.4 tulit, puinciãq; illã ſuſcepit educendi ex Aegypto Hebræos. Timiditatis qdem arguereẽ, ſi nec reditũ in Aegyptũ tentaſſet, nec exeq perſeueraſſet, q̃ añ acceperat. Qd vero iterato redierit, argumẽto eſt, deo ſe credidiſſe. Veꝝ quo pacto non in Aegypto permãſit, ſed inde longe abſceſſit, ſi nulla (vt Paulus aſtruit) formidine tenebaẽ? Quia hiſce q̃ in promptu ſunt offerre periculis, dicereq; ſaluum me factur' eſt deus, tentãtis eſt deum, non confidentꝫ, et dæmonicum opus: nec plane abſimile diaboli verbis, Chri-
Matt.4 ſto perſuadentis, vt ſe deorſum pcipitaret. Vl nihil verit' irã regis, ita intellige, perinde idcirco ſit ille affectus formidine, qa non deſperaſſet ſe euaſuꝝ. Nec ſane ira percitus rex hunc eſt inſectat', vl ſi inſectat' fuiſſet, in ſpem ve-

cerat is, nunq̃ se posse comprehendi. Quod vtiq; vel illud maxime arguit, quia non longe ille secesserat, sed propinquis in locis sibi duxerat diuersandum. Quod sane fidei erat præcipuum argumentum. **Fide celebrauit & pascha & sanguinis effusionem, ne qui vastabat primogenita, tangeret eos.** Vbiq; Paulus aliquod interserit sacramentum, vti hoc loco: vbi sub quodã hos cõsolandi prætextu, paschatis mysterium explicat. Nã sanguinis illius effusio, hoc est, liminum & valuarum inunctio, Christi effusum sanguinẽ præfigurat. Quo ipsi obliti, declinamus in vitæ huius tenebris primogenitorum exterminatorem, qui hoc nõ sunt sanguine obsignati. Moyses itaq; cum credidisset, seruaturã omnino primogenita sanguinis vnctionem, populo vt ritum hunc perpetuo obseruaret, mãdauit: tãetsi agni esset hic sanguis, alioquin quia Christi sanguinẽ præferebat, tutandi Hebræos vim habuit, vos aũt qui vero estis sanguine delibuti, nonne confiditis hoc ipso sanguine cõmuniri? Ita quidem. Et pascha inquit celebrauit, hoc est, agni & azymorum & lactucarum agrestium esum, & credidit ex Aegypto egredientem populum saluum fore. Erat nimirũ cœnæ illius modus, demigrantibus accommodatus & congruens. **Fide transierunt mare rubrũ tanquã per aridam terram.** Exodi 14 Ne forsan his dictis illi occurrant, quid em̃ viros producis in mediũ, nobis non imitabiles? populum detulit vt esset exemplo, hunc inquiens imitamini, q̃ tanta multitudine credidit haudquaq̃ sese iri fluctibus interclusum. Vnde & hĩ tã multi ausi sunt incredibile facinus, vt mare medium ad vnum omnes traiicerent pedibus, deo confisi, nec secus q̃ terra, iter se fluctib⁹ habituros. Sic fides ipsa, facta cuncta reddidit facilia, q̃ fieri natura nil posse videntur. Nec vobis itaq; est diffidendum, quin fide certiore tenẽdum, euasuros vos tandẽ hæc mala. **quod experti Aegyptij deuorati sunt.** Neq; enim quis obiicere poterit, præstigiis illud nonnullis fuisse effectum, vel aquas illas nequaq̃ fu-

isse. Nã & illud pelagus fuisse & mare, Aegyptij sunt testimonio, q illud transnare conati, absorpti mox sunt, coeũtibus aquis, q paulo ante traijcientibus Hebræis in muri

Daniel.3. speciem constitissent. Quemadmodũ & flãma tribus pueris iniecta, flagrantissima fuisse arguitur, quia sit Babylo-

Danie.6. nios illos depasta. Itẽq & Danielis leones, feri fuisse sunt crediti, quia calumniatores illos vorassent. **Fide muri**

Iosue.6. **Iericho ceciderũt circuitu dierũ septem.** Deo ẽm iubente disiuncta sunt Iericho mœnia, cum Iesus Naue & populus dixere, Quid illud? num tubarũ clangor disturbare lapides valet & munimẽta? Credidere tñ sic fore, & pro

Iosue.2. ipsorũ peractum est fide. **Fide Rhaab meretrix non perijt cũ incredulis, excipiẽs exploratores cum pace.** Ecce quod superius dixerã, nullis prorsus affectam honoribus personã producit vt illos cogat vel ex eo pudere, si hac meretricula appareãt inferiores. Simul etiam vt fidei vim patefaciat, q proculdubio ingẽs sit. Qñquidem in his quæ ab hoĩbus improbant, talia conficit. Fidẽ itaq & illa tum præ se tulit, cum viros quos explorandi gratia venisse hauddubie credebat, diligentissime cõquisitos occultauit. Nec sane hos occuluisset, nisi certior effecta, crederet fore vt ciuitas diriperetur, in qua habitaret. Sic ẽm illa effata est, Scio capturos vos ciuitatem: audiuimus ẽm opera vestra. Vnde quæ audiuit, hęc vtiq credidit. Qui vero nullã dei mirificis factis fidem adhibuere, perditi sunt. **Et quid adhuc dicã?** Cum in meretrice de fide disserẽdi finem fecisset, satisq esset à personæ conditione hos cõsolatus, demum compendij gratia & breuitatis, priuatim nihil edisserit, ne forsitan in dicendo videret effusior. Attamen nec prorsus hæc silentio præterit. Et cum videatur pleraq intermisisse, nihil omisit. Hoc pacto nec auditori parit fastidiũ, & alioqui confirmat multis quod aĩo inest. **Deficiet ẽm me enarrantẽ tempus.** Quod tempus? Vel omne tẽpus. Quod & nos vsurpare consueuimus, cũ rei magnitudinẽ volum⁹, q de dicturi sumus, exprimere.

Vel tēpus dicit se defectum, quod conscribendæ epistolæ sat videat. De Gedeō, Barac, Samson, Jephthe, David quoqȝ & Samuele & alijs prophetis, Quærunt nonnulli, cur Iephthe, Samson, & Barac illum inducit hoc loco? quid vero hi quærunt? Qui em̄ meritricē induxit, nōne & istos adijceret? Non em̄ hom nunc differenda est vita, sed vtrum fide claruerint necne, cogitandū. Fidei nanqȝ, non vitæ argumēta disquirit hoc loco Apostolus. qui per fidem vicerunt regna, Hi. s. qui sub Gedeone duce militiā exercuerant. operati sunt iustitiam, Quinam sunt isti? Nimirū Samson & cæteri quos dixerat supra. Hi nanqȝ sui gn̄is, & propinquorū vindicarunt iniurias, quos haberent infensos. Et erga iustos clementiores sunt visi, iniustis vero vt hostibus obuiā se obtulere. Illud em̄ æquitatis est proprium, vnicuiqȝ pro meritis bona mala'qȝ impartiri. adepti sunt repromissiones, Qualis & Dauid fuit. Iurauit enim dominus Dauid inquit, De semine ventris tui ponam super thronum. Quod vtiqȝ habuit sensibiliter in Salomone euētum, spiritaliter vero in Iesu domino. Qui vero Salomon est & pacificus erit, & pax in eo versabitur. Salomon nanqȝ pacificus interpretatur. obturauerunt ora leonū, Quemadmodū Daniel & Samson ille. extinxerunt impetum ignis, Quales tres pueri illi fuere. Nec ignem dicit hos extinxisse, sed ignis impetum, quod plane difficilius est. Ignis enim ille, & si flagrantissimus erat, haud tamen his potuit quoquam pacto officere. effugauerunt aciem gladii, Vti Iezabel Elias, & Dauid qui Saulis defugerat gladios. conualuerunt de infirmitate, Vt qui ex Babylone redierant. Nihil enim (vt in Ezechiele legitur) à demortuis ossibus differebant. Ezechias tamē in languorem incidens, vitæ accessionem accepit. fortes facti sunt in bello, castra verterūt exterorum, Hæc eadem vel ipsis ex Babylone redeuntibus congruunt. hi nanqȝ, cum proximæ nationes sibi inuiderēt, atqȝ his insultarent, dei virtuti per fidem

Iudic. 6. Iudic. 15. Psal. 131. Daniel. 6. Iudic. 14 Daniel. 5. 3. Reg. 19 1. Reg. 19. Ezec. 37 4. Re. 20 2. Esd. 4.

confisi,hostes importunissimos debellarunt. Possunt hęc & Sãsonis gestis accõmodari. acceperunt mulieres
3.Reg.17 de resurrectione mortuos suos. Vt Saraptæa illa per
4.Reg.4 Eliã,& Sunamitis per Eliseum. Alij aũt distenti sunt.
Matt.14. Id est,præcisi capitibus,quemadmodũ Iohannes & Iaco-
Actu.12 bus Zebedæi. Nonnulli vero distentos dixere,fustibus cæsos. non suscipientes redemptionẽ, Poterant quidẽ hi abstinere,ne alios castigarẽt sermonibus,& hũc in modum ab illatis supplicijs erui,haud tñ id voluere. vt meliorem inuenirent resurrectionẽ, Meliorem q̃ cęteri
1.Thes.4 hoĩes. Nã sancti claritate immensa in aerẽ & nubẽ sublati,prodibunt obuiam dño(quod alibi iteratã resurrectionem appellat)& in vitã sunt illi perpetuã resurrecturi. Cęteri vero mortales in terris manebunt,& his erit ad æter-
4.Reg.2. na supplicia resurgendũ. Alij vero ludibria, Vt Elise-
Iudicũ.16 us,cui à pueris minutioribus illudebat: Siue vt Sãson ipse ab alienis fuerat illusus,postq̃ sibi effossi sunt oculi. & verbera experti sunt, Vt plurimi propheta℞,& Petrus ipse,
Act.4.5 & Iohannes,& alij pleriq;. insuper vincula & carce-
Iere.20 res, Vt Ieremias ille & Micheas,& in posterum apostoli
3.Reg.22 ipsi. Lapidati sunt, Vt Nabot ille & Stephanus. secti
3.Reg.21 sunt, Vt à Manasse Isaias,quem & lignea serra sectum fe
Actu.7 runt,vt eo acrius esset illi suppliciũ,quo diutius excruciaretur. in occisione gladij mortui sunt, Vt Micheas il-
2.Par.24 le & Zacharias,Iohannes insuper & Iacobus. Aduerte au
Matt.14 tem ex fide nonnullos gladij aciẽ effugisse,nõnullos gla-
Actu.12 dio transuerberatos vel cæsos mortẽ oppetijsse. Tãti est fides,quæ vt magna molit̃,ita & maxima quædã & ingẽtia tolerat,& nil credit se sustinere. Quo igit̃ pacto & vos,
4.Re.14 cum nihil hmõi inquit estis perpessi,aĩo concidistis? circuierunt in melotis & caprinis pellibus, Qualis Eliseus fuit,& qui secum diuersabant. Tã prorsus hi erant præsentium bono℞ experres. De apostolis Paulus nil hic meminit,quia nondum aliquã de his fideles Iudæi p̃sumpserant sanctitatis opinionẽ. Vnde vt de his faceret men

tionem fuit necesse, quorum valeret plurimum apud hos autoritas: quorũ Elias fuit propheta clarissimus, qui fuerat quondam in igneo curru arreptus. Cum aũt inquit circuierunt. plurimum hos diuexatos fuisse designat, & nusq̃ potuisse consistere. quippe quos praui insectarentur. Melota vero ouis est pellis, qua sancti illi & prisci viri, vt carnem tegerent, vtebantur. **egentes**, Vti Elias fuit & Eliseus, quos alerent mulierculę. **angustiati, afflictati**, Nõ enim parũ Eliã Iezabel insectata afflixerat. **quibus mũdus non erat dignus**. Non enim illud potestis obijcere, eorum sceleribus fuisse eos mala perpessos. quippe tales erant, vt maioris essent q̃ mũdus, vt qui cælo essent, nõ mundo digni. Mundum autem hominum nũcupat multitudinem: & terrarum orbis structurã hanc dicit scriptura, & vtrunq; id hoc loco complectitur. Nã si mundi hãc machinam omnem & homines vniuersos ex altera parte astituas, nihil inuenies quod horũ virorum æquiparet dignitatem. Excitat itaq; Paulus fidelium animos, vt eorum nihil conquirant, quæ mundo insunt. Quandoquidẽ nequaq̃ hic sanctis sit dignus, perinde ac si dicat: Est em̃ vobis ad iacturam & iniuriam concessurum, si quod in hac vita præmium acceperitis. Id nanq; & plane argueret, nullius momenti rebus dignos vos eẽ. Nam si vel vniuersus hic mundus nequaquam est vel viro aliquo vno, qui sanctimonia polleat, dignus, quas huius partes expetendas existimabitis? **In solitudinibus errantes & in montibus ac speluncis & cauernis terræ.** Sicuti Elias & prophetæ pleriq;, q in speluncis seorsum, & locis abditioribus alebantur. Cuiusmodi loca nec per quietem licebat incolere. Quin ex his etiã tanq̃ e latebris, alijs persequentibus & intentantibus mortem, fugabantur. Et modo hac, modo illac diuagantes, longis erroribus vexabantur. His tamen malis affecti, in certiorem spem venerant, adepturos se tandem bona perpetua, & idcirco errores huiusmodi animo æquiori tolerabant & pœnas. **Et bi**

4.Reg.2. 3.Reg.17. 4.Re.4 3.Reg.19 3.Reg.19

omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem. Cur inquit pusillo animo estis, si certando exagitati, nōdum sitis pro susceptis laboribus mercedem adepti? Q̄nquidem quos diximus sancti, & si testimonium per fidem sunt nacti, deo perplacuisse, nil tamē adhuc cælestium promissoꝝ sint consecuti: tāetsi fuisse cōstat nonnullos, vt Dauid regem, his terrę bonis affectos, haud tamen præsentia hæc ipsi requirimus, sed q̄ in cælo sunt, certiores & veras promissiones. Deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non sine nobis consummarentur. Hoc est, vt non sine nr̄o honore & gloria. Vt em̄ ne nostra videant hi vendicare, si coronent priores, vnū omnibus coronandis statuit tempus. Nec quidem ne coronarent dixit, sed ne consummarentur. i. vt pfectionem acciperent. Quo fit, vt perfecti tunc eē appareant, cū coronas & palmā acceperint, habēt tn̄ interea honoris & gloriæ certissimum pignus. Quęret aliquis, Si em̄ hi nondum sunt perfectionem adepti, & coronas illas pmeritas cōsecuti, vnde hæc illis opem vt ferant alijs se inuocantibus, opitulandi tā prompta virtus obuenit? Vnde inquis? Nimirū ex fidutia certiori quā habent apud deum intercedendo. Perfectionem tn̄ & præmia cum cæteris sunt accepturi. Nonne erga hos nil æquum deus se exhiberet, & his ipsis videretur inferre iniuriā, siquidem q in tolerandis laboribus priores fuissent, in coronis tamen et præmijs capiendis, nos opperiantur necesse sit? Atqui pgrata illis istiusmodi est expectatio, vt cū fratribus perfectionem & gloriam adipiscantur. Nam & corpore vno omnes constamus, & ingens sane corpori ex tam multis compacto affertur cū coronatur, voluptas. Est em̄ deus erga genus humanū charitate summa deuinctus. Hic varios suscepit & liberos, quorum alij cōfectis operibus ex agris ad patrem se quantocyus receperūt, alij adhuc operantes foris versant, obtulit pater his qui prius operi insudassent, aliquid degustādum, opperiri hos interea iubens

& fratres alios, vt vna cum his opipare & hubertim vescantur. At hi vt fraterna charitate tenentur, læti expectãt, vt inter epulas illas instructiores gaudio inter se ineffabili expleantur.

Caput .XII.

IDeoque & nos tantam habentes impositã nubem testium, Non enim obuolitantem, sed impositã dixit. i. vndiq; nos amplectentem. Testes aũt non solũ noui testamenti appellat, sed veteris etiã, quando & illos diuinæ constat perhibuisse magnitudini testimoniũ; quẽadmodum tres illi pueri, Daniel, & prophetæ cæteri. nec quidem multitudinem dixit, sed nubem, quod magis est præsenti materiæ accommodatum. Nam cũ hi pressurarũ æstu flagrarint, refrigerabit nos inquit, hæc testium multitudo, qua vndequaq; obducimur, tanq̃ nubecula aliq̃ro scida æstuantibus circunfusa. Deponentes omne pondus, Id est, terrenorũ onus, & curarũ ac studiorum deponentes hanc molem, quæ præsentibus rebus impensa, nil præfert prætẽ grauedinem & inanem tumorẽ. Cur ergo grauiter fertis, vt ab hmõi liberemur? Et facile circundans nos peccatum, Sic Græcũ, hoc est, q̃d haud difficulter nos circunsistit, vel quod facile põt discrimen subire. Est nanq; haud difficile, si modo libeat, praua quæq; superare facinora, quibus leuiẽ discrimen incurrimus. Per patientiã curramus ad propositum nobis certamen. Non eñ rem pugnis geramus dixit, vel inucẽ colluctemur, sed q̃d leuius est, currendi imponit officiũ. Nec ad cursum eiusmodi addamus aliq̃d intulit, sed in eo pseueremus, & ad propositũ nobis certamẽ, cursum hũc intendamus, q̃d fieri p patientiã poterit. Siquidẽ per continentiã alij, per eleemosynã multi & diuersas virtutes debent hũc cursum tenere. Vos vero per tolerantiã, q̃ vtiq; vobis præcipue est (vt diximus) necessaria. aspicientes in auctorem fidei & consummatorẽ Iesum. Si enim inquit perdiscere volum⁹ per patientiã decurrẽdi hunc mundũ, Dani. 3.6.

Iesum haud secus spectemus, ac solet qui opificij alicuius fieri volunt peritiores, opificem ipsum vel operantẽ attẽtius intuent. Quod profecto & Iesus dicebat, Discite à me
Matth.11 quia mitis sum & humilis corde. &, Non est discipulus su
Matth.10 pra magistrum. Autor aũt & cõsummator ideo dicitur, quia vt à principio nobis & fidem ipse ingessit (non enim
Iohan.15. vos inquit, me elegistis, sed ego elegi vos) ita & finem est ipse impositurus. **qui proposito sibi gaudio sustinuit crucẽ, confusione contempta.** Poterat nec perpeti quod passus est, nec crucẽ subire. Quippe qui peccati esset prorsus immunis. Vñ nec morti erat obnoxius, quod
Iohan.14 & ipse testatur, Venit (inquiens) princeps mundi huius, & in me non habet quidq̃. Non eñ̃ si libuisset, patibulo fuisset ille suffixus: quod vtiq; & ipsemet fatebatur, Potesta-
Iohan.10 tem habeo (dicens) ponendi animam meam, crucem tamen ipse sustinuit. Nec mortẽ simpliciter, sed ignominiosam & fœdam, contẽpsitq; mortis huiusce cõfusionem & ignominiã. Nec tristitiam inquit, hic paruifecit, cũ minus hæc inuitus & mœrẽs, sed volens & gaudens tulerit. **atq; in dextera dei sedet,** Vides quo patiẽtiæ finis euaserit. Quod & alibi dicit, propterea hunc deus exaltauit, cũ de
Philip.2 eius carne loqueret assumpta. quę cum ita se habeant, põt hic quidem pro his quas nunc toleratis pressuras mercedem depẽdere. Cum vero patri ad dexteram assidere hũc dicit, patri arguit parem. **Recogitate enim eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem.** Si conseruorũ tormenta quis secum animo reputet, in suis maxime quæ sustinet consolatur, quanto magis si domini repetat contradictionẽ: id est, irrisiones, opprobria, & faciem cæsam, & quæ illi bene monenti obijciebantur, & in conspectu Pilati populum aduersum hunc clamitantem, & crucem demum, quam subijt volens. Cum autem talẽ dicit, rem magis explanat, perinde ac si dicat: Tã vehemens erat istiusmodi contradictio, vt ad mortem vsq; traduxerit, quam à peccatoribus,

hoc est, gentilibus & Iudæis illatã, cũ noxijs & latronibus tulit, tã fœdo mortis gñe affect⁹. **vt non fatigemini aĩs deficiẽtes.** Chr̃m nãq;, & eius tormẽta mẽte pũoluere, aĩm vobis corroborabit, nec flaccescere sinet, neq; dissolui nec, prsus cũ afflictat, in desperationẽ concidere. **Nondũ eñ vsque ad sanguinem restitistis aduersus pctm̃ repugnãtes.** Duo qdem cũ afferunt, præcipue nos consolant, cum grauia dicimur fuisse perpessi, & cum nondum magni aliqd arguimur tolerasse. Vtrisq; his itaq;, vt hos consolet, vtit Paulus. Nã cũ dixisset superius, q̃ multa hos certando sustinuisse, essetq; eos hortatus, vt seipm̃ imitarent, nunc longe alit facit. Oñdit nanq; nondũ hos memorandũ aliqd & egregiũ facinus subijsse. Qd eo intulit, ne efferant & insolescãt. Sed q̃ prudent id agat aduerte. Cũ eñ veteres illos cõmemorasset, q̃ sanctimonia fuere præclari, & mala ingẽtia tolerassent, & Christi dñi mentionẽ fecisset, tuncdemum aperit, nullius eẽ momẽti, q̃ ipsi tulerint mala: vtpote per q̃s nondũ ad mortem vsq; & sanguinẽ sit peruentũ, sic persecutiones duntaxat hos sustinuisse, & pñtium bonoꝝ direptionẽ. Chr̃m vero, eo tandẽ, puectũ, vt & mortẽ obierit. Cũ aũt restitistis inqr, pctã arguit acerrime hos impugnasse, & nondũ ab oppugnando desistere. Hos vero & si aliquãto summotos, vrgeri quidẽ certãdo. Nondũ tñ mortiferis, sed leuioribus q̃busdã affectos eẽ vulneribus, **⁊ obliti estis consolationis.** Adeo (inqt) estis in segnitiem & torpedinẽ resoluti, vt vel verboꝝ vos obliuio ceperit, ad anĩ fuandã magnitudinẽ cohortãtium, tãetsi nõdum graue aliqd sitis & vrgens malũ perpessi. Solent eñ cruciatus immẽsi præ acerbitate nimia & dolore intolerabili, vel eaꝝ reꝝ memoriã tollere, q̃ magnũ in modũ cõducerent. **Quæ vobis tãquã filijs loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere disciplinã dei.** Non mõ eñ filios inqt his Salomon verbis alloquebat, sed vniuersos q̃ possent eius dicta pcipere, & vosipsos pcipue his monitis castigabat vt filios. *Prouer.3.*

Supra.10

neq; fatigeris dñ ab eo argueris. Ingerunt ergo & à dño tentationes, sed nobis vt psint, non vt officiāt. Nam idcirco tētari plerūq; nos finit, vt & nrām tolerantiā peri clitet, & coronis tandē cōdonet. Quē eñ diligit deus, castigat. Flagellat aūt oēm filium quem recipit. Fieri eñ non pōt, vt quispiā sit & deo acceptus, & vacet pressuris, & nihil patiat aduersi. Dicet aliqs, Nonne & prędones & pditi hoïes affligunt, erunt ergo & hi dñi filij? Ne qq̄. Non eñ oïs q flagellat, inqt, est filius: sed filius oïs q & varijs modis tentat, vel flagris afficit. Latrones itaq; nō tāq filij affligant, sed qa perniciosi sunt, crucianł. Hic Paulus priori loco castigat posuit, deinde flagellat subiunxit, vt in disciplinā intelligas filijs hæc adhiberi, nō in odij & malignitat[is] vindictā. Si disciplinam sustinetis, tanquam filijs vobis se offert deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulterini estis, non filij. Vel ex his quidē, quæ illi argumēto esse existimabant, sese fuisse à deo iā destitutos, ōndit curæ hos deo esse. Si eñ essetis ingens, pressurarum expertes, videremini hauddubie adulterini & nothi, non filij. Quis eñ parens illegitimis filijs erudiendis ornā dis ve studet? Vos itaq;, cum his estis malis oppressi, id sane ex his lucri obuenit, vt vitā hanc non effuse & indecore degatis, nec secus quidem quā iustiores illi & sanctissimi viri, quos paulo ante memorauimus, qui & dei dicti sunt filij, et comprobati, Illud igił perspicuum erit, nec poterit quoq̄ pacto refelli, deum et vobis sese vt filijs obtulisse, habereq; item vos curæ et menti, ne praui euadatis et nil eruditi, eoq; et exhæredet et tanquam adulterinos eijciat. Deinde patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & venerabamur eos. Num multo magis obtēperabimus patri spūum & viuemus. Ex his rursum quæ nobis natura suggessit officijs, arguit habendā oīno esse hanc tolerantiā. Cum enim

inq̄t, à parētibus ipsis, q carnem hanc genuere, erudimur, haud mediocrit̄ istos reueremur, & castigātibus obluctari haudq̄q̄ fas ducimus: q̄n potius illorum autoritate & reuerentia ducti, aīo æquiori & placido quæcūq; intulerint sustinemus: quanto magis erit necesse, vt castigantem deum feramus: Aduerte aūt queādmodū non sustinebim⁹ dixit, sed subijciemur, vt græce habet, arguens subsistentis esse & deo aduersantis, nolle æquo animo pati pressuras. Patrem aūt spirituum vel donorum dicit, vel potestatū quæ corpore carent, vel q̄d ꝓprius est animarum. Nā vt carnis genitores seiungeret, spm̄ patri subiunxit. Et viuemus adiecit, vt ostendat inobedientem & contumacem, nec viuere quidem, qui à deo sit alienus, qui vitam largitur. **Et illi quidem in tempore paucorum dierum.** Non enim carnis, inquit, parentes ad perfectionem vsq; erudire nos possunt, quandoquidem vel horum interitus, vel filij ætas prouectior, vel eorundem contumacia sæpe & morum peruersitas castigationi factura sunt finem: At deus, quia est sempiternus, perfectiores potest castigando efficere. **secundum voluntatem suam erudiebāt nos.** Non em̄ q̄dcunq; patris arbitrium conducit & liberis, Nā & ad malas artes hos plerunq; erudiunt genitores. **Hic aūt ad id quod vtile est in recipiendo sanctificationē eius.** Deus nāq; nobis, vt cōferat castigationē inducit. Nec à nobis sibi vt aliquid vendicet, sed potius suā vt impartiat sanctitatem, hoc est, puritatē, vt ad ei⁹ bona excipienda aptiores reddamur. Est igit̄ nil aliud diuina hæc eruditio, nisi sanctitatis participatio quædā: quā qui fuerit adeptus, non solum sibi, sed alijs prodest. Animas nāq; factis dictisq; ad deum retorquet, nihil has sinens terrenis in rebus demergi. **Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non eē gaudij, sed mœroris.** Rursum à communi hominū opinione causas eruditionis desumpsit, aitq;: Omnis quidem disciplina, vt diuina, sic & humana, non gaudio videtur afficere, sed mœ-

rore. Recte aũt videt dixit. Nõ eñ verù affert illa mœrorẽ, sed apparentẽ. Qui eñ fieri id posset, qñ iucunditatẽ in posterù pariat? Sed nostri grã (videt) apposuit, q ægre discipli nã hãc ferimus. postea aũt fructũ pacatissimũ exercitatis per eã reddit iustitiæ. Quidnã sibi vult cũ pacatissimũ dicit? Nimirù nõ turbulentũ, sed suauẽ & leuem. Nã q mœrore afficit, & aĩo obturbet necesse est: qui vero gaudio, & lenitatẽ assequit, & tranqllior est. Fructus vero hmõi iustitiæ erit. Deus eñ cum iustitior sit, his, pculdubio q in hac vita mœrore & malis afficiunt, in futura quietẽ est allaturus. Aduerte aũt queadmodũ exercitationẽ, quandam disciplinã appellat: vtpote q̃ fideles ipsos tanq̃ athletas quosdã obfirmet, & validiores efficiat. Cur ergo inqt, hãc vos declinatis, q̃ animis vires adijciat? Propter qd remissas manus & soluta genua erigite. Haud secus ac apud athletas aliqs cõcionaret & certatores, ex Iudæis fidelib⁹ ista pscribit. Et in his sane Isaiã hic imitat, arguens à pprioribus mẽbris cẽ hos aĩo resolutos. Manus siquidẽ actionũ præferunt argumentũ, pedes motus. Desperãtis itaq;, in primis animi organa dissoluunt, deinceps & corporis, q̃ vt attollãt hortat, & nil prsus desperent. et gressus rectos facite pedibus vestris, vt nõ claudicãs quis erret, magis aũt sanetur. Hæc quidem tanq̃ ad cursores aliqs disserit, sicuti & superius dixit, Per patientiã curramus. Inqt igit, rectas facite τροχιάς, q̃d gressus dixit interpres. Græce tñ τροχιὰ vel currus impressum humi vestigiũ ẽ, vel tellus ipa cursorù pedib⁹ cõculcata: pinde acsi inqat: Sint velim viæ vr̃æ leniores & planæ, hoc ẽ, nihil q̃d durù tristeve sit & tortuosum, animis vestris insideat, sed leni gradu & neminẽ offendente decurrite, ne qs claudicãs erret. i. nemo vestrũ aĩo fuerit pusillo & intolerãti, cũ à Iudæis ducatis originẽ, q istiusmodi sunt. Vel ne scilicet circa futurorù bonorù spem & fidẽ è vobis quispiã sit incõstantior, & obliqs distortisq; incedat pedibus. Nã si aliq̃ cuiq̃ fiat ad ingenitã timiditatem accessio, ita vt nec

Isaiæ. 1.

seipm sustineat, sed diffidētiæ se totū pmittat, oīno clam nescio q̄ pacto, pcumbens, in desperationis sese pręcipitiū adiget, vñ erui haud facile poterit. Quin potius ita incumbite inqt, vt ad sanitatē redeat quodcūq; in vobis mancū fuerit & claudicans. i. corrigite si q̄ inerat vobis ad id tpis diffidentia. Nō em̄ pōt in eo qui tolerant̄ ferat aduersa, incredulitas residere. Pacem sequimini cū omnibus. Qđ antea hosipos monuerat, nolite inqens cōgregatiōes vestras deserere, idipm & hoc loco cōmonefacit, vt inter hos mutuā conciliet charitatē. Quā vt non solū in domesticos & bñuolos fuent hortat̄, sed cū alienis & hostibus pacatiores sint admonet. Ait itaq;, cū oībus gētibus scilicet & Iudæis, vel hisipsis quos habet infensos: perinde ac si dicat, Quantū vestra intererit, cū vniuersis hoībus pacē fuate. Hac em̄ si mente fueritis, nil ,prsus aio concidet cū mala vobis intentabunt. Aduerte aūt cū seqmini inqt, illud præferre, vel si longe pax ista abfuerit, vt hāc cōprehē datis enixe contendite, & sanctimoniā. Id est, puritatem & cælibatū, siue qs vxore caruerit & virginitatē tuetur, siue hāc habeat & continentiā fuet. Nec qa ,p sanctitate nuptiæ habeātur, sed qa sanctimoniā sit per baptismū adeptus ineluibilem, ob legitimā copulā. Sunt quidē honorabiles nuptiæ, non tñ sanctimoniæ fuatrices. sine qua nemo videbit deum. Non em̄ aut fornicatores aut adulteri, aut molles, aut marium concubitores, regnum dei hęreditabunt. Et dñs in euāgelio, Beati mundo corde, qa ipsi deū videbunt. contemplantes ne quis desit gratiæ dei. Tanq̄ hos peregre & longius, & maximo cum comitatu, pficiscentes alloquitur, & sic inquiens, cōmonefacit, Cauete ne q̄d per vos reliquum fiat, vł aliqd ad iter necessarium relinqtur, vel quispiā pficiscētium restet. Non em̄ id solum deposco, vt ipsi quo tēditis, tuto perueniat, sed vt comites etiā obseruetis, perdiscatisq; vtrū vobiscū iter faciāt oēs nec ne. Qđ plane solēt imbecillioribus euenire, q præcedentiū vestigia persequi nequeunt. Contēplami-

Supra. 10
1. Cor. 6
Matt. 5

ni itaq; inq̄t,& oculis collustrate,& si quē cernitis post ter ga relictū,neq̄q̄ hūc negligatis. Gratiā aūt dei,fidē dicit,& optimū viuēdi modū,& bona futura. Hęc nāq; oīa p Christi gratiā comparanī. **ne qua radix amaritudinis sursum germinans,impediat vos.** Idipm & in Deuteronomio positum est,q̄d ē quadā plantaꝝ est desumptū metaphora. Itidē fere & alibi scribit Apl's,cū inq̄t: Fermenti pusillū totā massam corrūpit. Qd dicere & hoc loco videtur,subinde inqat. Nemo permittaī in alioꝝ perniciē praue agere,sed præcidenda est amaritudinis radix. i. pcti,ne pducat ramusculos,hoc ē,ne alios sui similes reddat. Qd aūt sit pctm̄ amarius, vel potius,q̄ nil magis q̄ hoc amarescat,compertum habēt & exploratum: qui vbi illud cōmiserint,à conscientia & macerantur & corroduntur. Aduerte autem,quemadmodum non radicem dixit amarā, sed radicem amaritudinis. Potest nanq; vel radix amarior suaues fructus producere. **& per illam inquinentur multi.** Nam viros sceleratos, cum segniores quidā & ad malum procliues spectarint prauis incumbere facinoribus,hos imitari admodum concupiscunt. Hoc pacto, eorum inquinant animos. Quocirca,ne id eueniat,succidendæ sunt radices hmōi. **Ne quis fornicator aut prophanus,vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primogenita sua.** Arguit hoꝝ nonnullos fuisse in fornicationē prolapsos. Nec tñ hos retegit,q̄n potius eius rei ignaꝝ esse se simulat,vt corriganī nondum patefacti. Vī pfanum dicit,vt Esau,quasi ventri deditum, & huius seculi rebus addictum,& inquinantem quæ spūs sunt & cōculcantem. Esau nanq; delatum sibi à deo primogenituræ honorem,alteri cibi gr̄a contulit. Est aūt istiusmodi inquinatio,diuinoꝝ contemptus. Ondit præterea q̄ sit voracitas improba,& mala segnities. Siquidem qui primatū obtinuisset,sit inferior redditus: quia ferre nequiuerit cibi cupidinem,& prsus eiusmodi obstiterit voluptati. **Scitote enim qm̄ & postea cupiens hæreditare bene**

Deute. 29

I. Cor. 5

Gene. 25

dictionem, reprobatus est. Tunc enim Esau fuit reie ctus, cum istiusmodi locutus est pat, si dñm tuum illũ con stitui, tibi quid faciã fili? Nõnulli vero à deo fuisse reproba tum hunc dicunt, qa dei instinctu deceptus sit Isaac, vt Ia cob illi bñdictionem prius impartiret, & sic Esau reproba ri sit visus, qui eadẽ illa paulo post efflagitarit à patre, vel à deo & p̃re. Est em̃ pspicuum Isaac patrẽ, Esau filiũ, pro dei arbitrio reprobasse. Non em̃ inuenit pœnitẽtiæ locũ, quanquã cũ lachrymis quæsiuisset eam. Di cet aliquis, tollit ergo è medio pœnitentiã Paulus? Neq̃q̃. Cur igit (inqt) pœnitentiæ locũ nõ inuenit, quãuis lachry mãs q̃siuisset? Primũ intelligas velim pœnitẽtiã hoc loco bñdictionẽ significare, deinde bñdictionem hãc petijsse, hũc quidẽ fateri Apl'm, sed modum in ea petẽda nullum fuasse. Qd em̃ esse poterit pœnitẽtiæ argumentũ, cũ Esau ipse hæc iactet, Appropinquet luctus dies patris mei, & interficiã fratrẽ meũ? Ob id itaq; pœnitentiã non inuenit, qa nõ vt oportuit, depoposcit. Nã etsi lachrymas fuderat, haud tamẽ erãt pœnitentiæ lachrymæ, sed liuoris & odij, & animi exacerbati, q minus æquo animo toleraret præ ferri sibi germanum. Quemadmodum nec mœror quidẽ quẽ Cain ille vultu prætulerat, pœnitẽtis fuerat, sed inui dentis. Vel forte pœnitentiæ locum non esse, prudenter Paulus dixit, vt eos qui nondum essent in aliquod scelus prolapsi, terreret, cum inquit: Nullum esse grauioribus de lictis pœnitentiæ locum, dispensatione quadam id agẽs, vt in timore saltem hos ipsos fideles contineat ne labant. Etsi forsitan lapsos pspexerit aliqs, à lapsu reuocet, ne r̃r sus desperent, sicuti & ad Galatas, Filij mei inqt, quos ite rum parturio, quousq; formet Christus in vobis. Non ita q hoc loco Paulus reijcit pœnitentiã, qppe quã sæpe ali as pdicarit, sed fidentiores reddit ex Hebræis, qui fidẽ acce perãt, ne in posterũ cadentes pcumbant. Non enim ac cessistis ac tractabilem et accessibilem ignem, et turbinem, et caliginem, et procellam, et tubæ so-

Gene. 27
Gene. 27.
Gene. 4
Gala. 4
Exodi. 19. & 20

num. Oñdit hos maioribus esse malis obnoxios, si minus se præbeant patiẽtes, & pollicẽti deo haud secus diffidãt q̃ prisci illi & veteris testamẽti sectatores. Aduerte autẽ, vt nr̃a hæc veteribus cõparet, ,pbetq; magis. Nã postq̃ hoc nr̃m, vetus illud excedere magnitudine pluribus patefecit, inducit nunc q̃ & magna & mira videãtur, si priora illa spectemus. q̃ & in Sina monte sint gesta, decernitq; hæc pusilla admodũ fore, & infima quædã, si nouum hoc spectes. Illis nãq; multæ & variæ inerãt rerũ imagines, vt harum cõtemplatione obstupesceret populus ille infanti similis. nã ignis eo offerebatur, vt legumlatoris indictas p̃ ferret pœnas, & terrorẽ statim incuteret. Nebula vero & caligo, testamẽtum vetus illud pręfigurabat, opertum ad huc permanere, necdum fuisse tunc tp̃is reuelatum. Nam cum figurã noui præferret, liquet sane adusq; veritatis & Christi aduẽtum, subobscuras fuisse significationes, illas formas. Et cum nondum essent pro earum significantia intellectæ, vt q̃bus quod deerat, occultum, hauddum ocu
Psal.17 lis pateret humanis, portẽdebatur. Caligo eñ (inq̃t) sub pedibus eius. Atqui procella excitabat Hebręos, qui tardi ores essent, vt dei dictis & rebus mirandis intẽderent animos. Tubę vero adesse regem & deum significabãt, quod
1.Thes.4 ip̃m erit & in secundo Christi aduentu futurũ. **Et vocem verborum: quã qui audierunt, excusauerunt se ne eis fieret verbum.** Deus eñ loquẽs exaudiebatur, vt fides latis iã legibus fieret, nec crederẽt Moysi verba eẽ & viri mortalis. Deo nãq; vox inerat horribilis quædam, sonora & tonãs, Moysi vero gracilis & exilis. Vñ & vocẽ
Exodi.4 illi hm̃oi reformidãtes, deum se nolle loquentem audire fatebantur, & Moysi dictitabãt, Loquere tu ad nos, & nõ
Exo.20 deus nobis loquatur. **Non enim portabant quod dicebatur.** Hoc est, quod à dei ore prodibat, quod eẽt horrisonum, nequibãt auribus sustinere. Causam ergo hi obtulere, vt deus appareret in carne, vt p̃cipi posset ab his & intelligi. **Et si bestia tetigerit mõtem, lapidabitur: ita**

terribile erat quod videbatur. Demonstrat hoc loco noui excellentiam testamẽti. Vetus nanq;, etsi nihil haberet quod sui præcelleret magnitudine, nec simile quiquã quo nouum hoc potiretur, formidini tñ erat & terrori, et adeo, vt nec beluas fas esset mõtem attingere. i. bruta animantia, quæ populus possideret. Nouum vero cum perfectiora contineat, nihil præfert quod horridum sit, sed in eo cuncta sunt mitia & periucunda. Moyses dixit, Exterritus sum & tremebundus. Si Moyses (inquit) qui sub caligine subijt montem, ita extimuit, cur non debuit populus terrore comprehendi? Sed accessistis. Illi quidem monti nihil appropinquarunt, sed procul astabant. Vos vero ad hunc iã accessistis. Videtis ergo quanto hos interuallo præsteteris. ad Sion montem, & ciuitatem dei viuentis Ierusalem cælestem. Hoc est, ad Sina montem, qui & mente concipitur: & ciuitatem habemus, quæ item & animo potest & sensu complecti, hoc ẽ, cælum ipsum, nõ eremum aliquã vt illi, adiuimus. & multorum milium angelorum frequentiam. Pro populo. s. angelorum nacti iã sumus innumerabilem comitatum: & pro timore, sumus lætitiam assecuti. Id nanq; cũ frequẽtiam inquit, expressit. Nam vbi vel hominũ aderit multitudo, ibidem & hilaritas adsit necesse est. Erit itaque dies hic celeberrimus, qui tot angelorum frequentat præsentia. & ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cælis. Primitiuos fideles appellat, qui vt deo iam dedicati, sanctiores etiam euasere, quorum nomina in libro vitæ conscripta sunt, sicut & dominus dicebat discipulis, *Lucæ.10.*
Nomina vestra scripta sunt in cælis. Et quoniam deus est omnium parens, huius & homines communiter vniuersi sunt filij, cuius & primitiui (id est, primogeniti, q̃d græce habetur) erunt fideles, digni quidem secundum prædestinationem asciri in filios. Vel etiam credentes om̃es dici filij poterunt: primogeniti vero, qui deo & patri gesserint morem, & apud eũdem sunt cum verbo tum vita, in-

gẽtia dona promeriti. ⁊ **iudicem omnium deum**, **Vel** hoc loco eos perterrefacit, cum inquit, Omniũ esse, nec Iudæorꝫ modo, sed fideliũ etiam futurꝫ hunc iudicẽ. Quocirca & vobis cauendum erit. Ostendit præterea ꝙ ipsi priscos illos antestent, cum illi nec deũ quidem loquentẽ potuerint sustinere, nec propius montem accedere. Ipsi vero vel iudicem ipsum. i. Christum adierint. Pater quippe iu-
Iohan. 5. dicat neminẽ, sed filio iudiciũ omne permisit. ⁊ **spiritus iustorũ perfectorum**, Id est, proborꝫ animas q ad perfectionem euasere per fidem. His eritis & vos hauddubie æternæ felicitatis consortes, si eorum fueritis vitã sectati. ⁊ **testamenti noui mediatorem Jesum**, Non enim Moysem, q fuit seruituti obnoxius, vos adijstis, sed Iesum dominum, qui noui mediator est testamenti. ⁊ **sanguinis aspersione**, Hoc est, purificatione. Christi enim nobis sanguis aspersus, & labibus plane detersit, & sanctos effecit. **melius loquentem quã Abel.** Abel nanqꝫ illi
Gene. 4. us effusus sanguis, hunc est in modum locutus: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vel vt diximus
Supra. 11. supra, & nunc sanguis hic loquitur, quia fama apud omẽs & nomine celebratur. Sed dñi sanguis vocem clariorem emittit, & maioris significãtiæ, cum ipsis ex rebus vniuersis inclamet se sanctitatem largiri. Vel alias quidem vocẽ hic edidit, cum mentem inuadit, quam integram reperit, eandemqꝫ excitat & loqui compellit, spiritus per gemitus
Roma. 8. quosdam loquitur ineffabiles & suauissimos. Vel etiã vt nonnullis videtur, Abel sanguis in germanum occlamitabat, Christi vero pro nobis patrem affatur. **Videte ne recusetis loquentem vobis.** Tunc enim videmini loquentem hũc recusare, cum eius promissis nullam fidem præstabitis, & omnem spem amiseritis. Quis enim loquitur nisi Christus ipse? Nam eius si sanguis verba fecerit, lõge magis & viuere is arguetur. **Si enim illi nõ effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur**, Quid illi non effugerunt? Supplicium certe & perdi-

ctionem. Super terram autem loquentem Moysi dicit, vel deum ipsum descendentem è cęlo, sed per MOYSEM ad populum cōcionantem. Est nanque in Sina monte locutus, id est, quid esset Hebræis agendum, loquendo iniunxit. **Multo magis nos qui de cælis loquentem nobis auertimus.** Christum videlicet de cælo nobis loquentem, id est, qui vbi fuit assumptus, legem nobis per spiritum dedit. Nec quia discrepantem aut diuersam tulerit legem, hæc PAVLVS dicit, perinde aliam quandam nobis, vbi est in cælum sublatus, statuerit legem, sed modus ipse hanc statuendi videtur differre. Illam siquidem cum esset in terris induxit, hanc in cęlum subuectus, vt diximus. Quo fit, vt magis sit ille extimescēdus. Quod autem minus fuerit prior lex illa ab insequenti diuersa, audi quæ insequuntur: **cuius vox mouit terram tūc,** Vides ne eundem fuisse, qui tunc loquebatur, & qui nunc nobis è cælo profatur? Vox em̄ eius tunc temporis cum lex ferebatur, terram cōcussit. **nunc autem pollicetur dicens, Adhuc semel & ego mouebo terram, non solum terram, sed & cælum.** Bis terram apud sacras literas legimus fuisse succussam. Primum cū in monte Sina lex ferebatur: Nā & terram contremuisse Dauid testificatur, cū inquit, Terra tremuit: Secundo, cum carnē Christus assumpsit, & venit in mundum. Commota est em̄ (inquit) omnis Ierusalem, & quatiebantur manufacta Aegypti, id est, sublata sunt, ne suos fallant cultores, & deiecta est illorum potentia. Cum autem semel dicit, post secundam arguit & tertiam fore terræ quassationem, hoc est, cū seculum hoc euertetur, cum immutata omnia, à corruptione ad immortalitatem deniq; trāsferentur. **Quod aūt adhuc semel dicit, declarat mobilium trāslationem, tanquam factorum.** Hoc est, corruptibilis naturæ immutationem, quæ mobilem in se naturam tanq̄ factorum, id est, quæ vt aliquid esset, principium sumpsit, vnde & necessario finem sit habitura. Quodcunque enim

Agge. 2.
Exod. 19. 20.
Psal. 75
Matth. 2.
Isaie. 19.

conditum est,liquido patet aliqñ cœpisse.Quocirca, q̃ ad eius naturã,& finem habet. Siquidem & angeli ipsi neq̃q̃ sunt natura perpetui.quippe qui nec principio careant, p gratiam tñ sunt immortalitatem adepti. **vt maneāt ea quæ sunt immobilia.** Id ē,bona futura. Cũ em̃ corruptibilia ista immutabuntur,quæcunq; tamen sunt sanctis futura,nec corruptionē admittent,nec motum:quippe q̃ nullam sunt vel translationem vel mutationem aliquando subitura. **Itaq; immobile regnũ suscipiētes, habeamus gratiam.** Cum itaq; inquit,tot bonis dignabi-
Iacob.1. mur,quæ nec transferri possunt nec immutari,& spiritalibus donis in pignus acceptis,immobile regnum suscipimus,habeamus gratiã,hoc est,patiēter aduersa feramus, & nullus nos subeat dolor,si quam sumus in rebus externis iacturã perpessi,sed gratias illi dicamus,qui bona nobis hæc cõtulit,& maiora est propediem collaturus. **per quã seruiamus placentes deo,** Per quã,gratiam scilicet,cum gratos nos præstiterimus,tunc nostra deus oblectabitur seruitute,sciemusq; eundem esse nos & dominum consecutos.Sin autē nullas illi, vti pro otio & rebus quietioribus,ita & pro aduersis & quietem nostram turbãtibus egerimus gratias,nec eum colere nec placare poterimus.Idipsum fere & Paulus idem alio in loco comme
1.Cor.10. morat, cum nolite inquit obmurmurare. Etrursum:
Philip.2. Omnia facite sine murmuratione.Quinetiam Israelitę il
Num.16. li,quia in deum obmurmurassent,vt impatientes & que-
Iudith.8. ruli,in eremo conciderunt. **cũ metu & reuerentia,** Nil inquit vel imprudenter vel petulanter loquamur: qn p̃ferat velim,exterior facies erga hoĩes verecundiã, & in deum reuerentiã & pietatē. **Etenim deus noster ignis**
Deut.4. **consumens est.** Cum enim veteris testamenti vniuersa dixisset formidinis esse & terroris plena,noui vero lon ge secus,ne mansuetudinem negligant,cum metu & reuerentia,deo inquit,per nos agendæ gratiæ sunt.Siquidem qui pressuris & malis afflictatur animus,si prorsus despe

ret,facere impudenter videbitur. Vel vester in deum cultus,vt verecũde & reuerẽter exhibeatur,necesse est. Deus nanq; hic noster,cum ignis sit subinde cõsumens,erit à nobis omnino verendus,ne veluti contemptores & sui nullam habentes rationẽ,tollamur è medio hoc igne absumpti.his præterea dictis & hos consolatur,subinde diceret, talem sumus dominum assecuti,q possit aduersarios nostros vt ignis absumere. Caput XIII.

Charitas fraternitatis maneat i vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. Non enim hęc vobis dixit comparate.his nanq;,vt apparet,potiti iam erant. Sed cum frequentioribus vrgerentur pressuris,in discrimen propemodum veniebãt,ne decætero virtutes huiusmodi negligentius exercerent. Inquit igitur, maneat fraternitatis & charitas, & stabilis sit, nec abscedere à vobis hanc sinite. Haud secus & hospitalitatis nolite obliuisci. Fieri enim poterat,vt hi cũ bonis fortunæ essent priuati,parcius forsan & raro,hospites & peregrinos exciperent. Et eos hortatur,vt prius cœperant,hospitalitatẽ hãc prosequãtur. Per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis. Ignorauerunt Græce habetur. Eo nãq; processit hospitalitatis inquit officium,& libera peregrinorum susceptio,vt vel Abraę ipsi & Lot occasionẽ præbuerit vel ignorantibus,vt angelos domi exciperent. Non enim sciebant angelos esse qui fuissent per se excepti hospitio, alioqui honorifice hos excepissent. Quod sane factum illos prouexit. Nam si non ignari hospitio angelos admisissent,non eo fuissent magnitudinis euecti. Mementote vinctorum tanquã simul vincti. Qui enim cuiq̃ vinctus est charitate & fide, vel volẽs obliuisci non potest initæ necessitudinis. Vel vinctorum dicit,qui Christi ob fidem vel in carcerem essent coniecti, vel aliis quibusuis malis afficerentur. & laborantium, tanquam & ipsi in corpore commorantes.. Laborantes siue in carcere,siue esurie,siue alia quauis pressura.

Gene. 18. 19.

nam q̃ reputauerit ẽ patibuli carcere ſe eẽ abductum, ab eiuſmodi ſeſe eximet malis, ſi proximũ fuerit cõmiſerat⁹. Verebiturq́ne & ipſe in eadẽ illa incidere permittat. **Ho norabile connubiũ in om̃ibus & thorus immacu**
Supra.12 **latus.** Aduerte quoties de continentia hic diſſeruit. Nã & ſuperius cũ ſanctimoniæ meminiſſet, hiſipſis vtitur ver bis: & rurſum vſurus eſt cũ de fornicatoribus & adulteris diſſereret, in om̃ibus inquit. Non quia nuptiæ ætate pro uectioribus minus conueniant, adoleſcẽtulos vero admo dum deceant, ſed cũctis ait honori ſunt. Vel in omnibus, hoc eſt, quibuſuis modis & quouis tpe. Nec quidem quia mœrẽtibus & afflictis connubiũ illud ſit honorabile, oti antibus vero & proſperis in rebus agẽtibus minime. Nec quia alteram in partẽ honoratius ſit, in alteram vero ne quaquã, ſed paſſim & cũctis in rebus honore eſt dignum. **Fornicatores eñi & adulteros iudicabit deus.** Vel hoc loco connubiũ honorem aſſeqtur. quippe quod adulteria interpellet, prohibeatq́. Iudicabit aũt deus, id ẽ, condẽnabit, & merito quidẽ. Nã ſi permiſſæ ſunt nuptiæ, nil poterit fornicarius aliquis vel adulter carnis illecebras excuſare, ſed iure excruciabit. **Sint mores ſine auari tia,** Neq; eñ nolite bona hæc præſentia cõparare inquit, ſed ſi vel hæc eſtis iã conſecuti, haudquaq̃ fueritis illorum ſeruituti addicti: ſed ad liberalitatem bona hmõi habeto te, & ita, vt ſi vel ex his eſt excidendum, nil ægre feratis.
Supra.10 Quod ipſum & ſuperius dixit, direptionem ſcilicet ſubſtã tiæ veſtræ libenter ſuſcipite. Et qm̃ multi, vbi eorum for tunas exhauſerint, iterato ſarciẽdis incumbunt, excuſan tes velle ſe in alios eſſe beneficos, ſic inquit: Sint ſine auari tia mores, vnde & ita ſubiungit: **cõtenti præſentibus,** Oſtendit quemadmodũ hac ipſi poſſimus cupiditate va care, ſi fuerimus ſcilicet contenti præſentibus, ſi nihil præt̃ neceſſaria naturæ quçramus. Nã qui plura q̃ habeat con quiſierit, & acceſſionẽ facere rei familiari ſtuduerit, is pla ne auidior erit & pecuniæ cupidus. **Ipſe eñi dixit, Nõ**

te deserã, nec derelinquam. Non enim (inquit) ille mentit vel fallit. Posset quispiã his dictis occurrere, Quid ergo nobis erit agendum, si necessarijs rebus carebimus? Ait itaq; ad hęc Paulus, Haudquaq̃ ita futurum est. Nam deus per Isaiam sic fatur, Non equidem te derelinquã. facturus est hauddubie quę pollicetur. Possent praeterea ex Iudaeis fideles, ad quos Paulus epistolam scribit, nec iniuria illud obijcere, Dic Paule, quibusnam praesentibus bonis contenti esse iã possumus, qui sumus in praedã dati, vt quibus direpta sunt oĩa, & nihil sit reliquũ? Ait itaq; ad hęc Paulus: Licebit saltem vel satis hęc ducere quę sunt vobis relicta, etsi tenuia sint & angusta, contenti tamen his sitis. Non enim vos ille qui dicit, nequaq̃ te deseram, deserturus est deus. Vel forte Apostolus de rebus ad vitam hanc necessarijs differit. ita vt confidenter dicamus, Deus mihi adiutor est, & nõ timebo quid faciat mihi homo. Cum itaq; istiusmodi sit deus praefatus, certiora erũt om̃ino quae loquit. Is nanq; vobis est prospecturus, si mala illata patienter tuleritis. Mementote praepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum dei. Vel Thessalonicenses talibus cõmonefacit, vt eos vel maximo in honore haberẽt, qui sibi essent erudiẽdis p̃fecti. Et quemadmodum illi euangeliũ sibi praedicando impartirentur, ita & ipsi hos alerent. Id enim pretenditur, cũ mementote inquit. Vel vt illos imitentur, quos habuisse praepositos suadet. quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Hoc est, enixius contẽplantes. Vtq; & pictoris discipulus, in exemplar aliquod sibi propositum oculorum & ingenij intẽdit aciem, sic & vos sedulo exitum considerantes, id est, eorum conuersationem & vitae finem, q ad fidem vos instruũt, quod optimus sit futurus, imitamini illorum & fidẽ. A fide nanq; integer viuẽdi modus emanat. Ni em̃ futuris bonis fidem hi praestitissent, & nil hęsitantẽ, nunq̃ tam integre & sine culpa vixissent, Lenit pręterea & istorũ intolerantiam, vel forte do-

Iosue.1. *Isaiae.41.* *Psal.117.* *1. Thess.5.*

gmatum fidem indicit his imitandam. Subsequitur itaq; Iesus Christus heri & hodie, ipse idem permanebit in secula. Apparet ex his, fuisse nonnullos qui Christi fidem iam deprauarent, afferentes alium quenpiã esse, non Christum ipsum venturum, vel eum quem ad id tẽporis Hebræi opperiuntur. Ait igitur, Christum eundem eẽ heri, id est, præteritis seculis, & hodie, id est, in præsenti, & in futura secula & infinita. Nec alterum quenpiam hũc præter asserit eẽ venturũ. Abijcite ergo errores huiusmodi. Vel quemadmodum ille ductores vestros nunquam deseruit, sed tutatus est maxime, sic & vobis opem est allaturus. Est eñ qui fuerat antea, semper, & in præsenti permanet, & in æternum est permãsurus. Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci: Variæ tũc quidem videntur, cũ ab alijs item atq; alijs afferuntur doctrinæ: peregrinæ vero, id est, à dogmatis rectitudine alienæ. Potest nanq; varia esse doctrina, nec peregrina dici, eoq; nec improbanda. Cum vero variç fuerint, hoc est, aliter atq; aliter illæ ingestæ, & peregrinæ, à varietate scilicet ipsa dimotæ, tunc sane erit magnopere ab ipsis cauendum. Veritas siquidem & simplex est, & in aliquod vnũ intendit. Abduci autem & circunferri, in leuioribus vsurpatur quibusdã, quæ hac illac circunferuntur. Bonum est enim gratia stabilire cor, nõ escis quæ non profuerũt ambulantibus in eis. Hæc sunt profecto peregrinæ illç doctrinæ. Arguit autem eos, qui Iudaicã ciborum abstinentiam & obseruationem induxerant. Estis enim vos inquens gratia (hoc est, fide) stabiliendi, reddendiq; certiores, nil esse prorsus immundum, & per pura esse credenti oĩa. Est itaq; fides hæc, nõ escarum obseruatio, necessaria. Qui enim à cibis præcauerint, id est, qui in eiusmodi escarũ obseruationem semp intendunt, perspicuum est nil hos profecisse: vt qui extra veros fidei terminos diuagentur, & legi inseruiant prorsus inutili. Quid eñ commodi ex ea obseruatione assequebantur? qũquidem adeo essent flagiti-

oſi,vt nequirent ſacrificiorū fieri participes. **Habemus altare de quo edere nō habet poteſtatē,qui taber naculo deſeruiūt.** Quāminus eē cibaria dixerat obſeruāda,ne & nr̄a facile poſſent cōtēni,q̄a nihil hmōi caueāt inſtituta. Et nos inq̄t obſeruationē habemus, haud tñ in eſculentis hiſce,ſed in ara ſiue in hoſtia illa incruēta,& corpori vitā elargiēte. Huius itaq; nil penitus licet ſacerdotibus legis participare,q̄diu tabernaculo ſuiunt,i. legis inſtitutis & figuris iā diſſolutis & ſupuacaneis redditis. Nā iſtiuſmodi aliquid, cum in tabernaculo dicit, prætendit. **Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem, horum corpora cremātur extra caſtra: propter qd & Jeſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt.** Arguit quæ apud Iudæos pro veris credunt,rerū eſſe figuras,quæ ad fidē noſtrā hanc faciant: aitq; nullius fuiſſe momenti hoſtias, quarū populus particeps fieri ꝓhiberet. Noſtri ſacrificij nec legis,participant pontifices ipſi. Nā vetus illud,noſtrū hoc nouum p̄figurabat. Et quēadmodum animantiū ſanguinē, & quæ ꝓ populi delictis offerebant,in ſancta pōtifex deferebat, cadauera vero extra caſtra cōburebant: ſic Chriſtus ꝓ mūdi pctīs perpeſſus,ſanguinem qdem ſuum vt pōtifex detulit patri,corpus vero patibulo eſt ꝓ caſtris & extra vrbē inſutum. Ait igit̄,pontifices veſtri q̄ immolationis hmōi memoriā factitant,dñi ſanguinē in ſancta quæ apud nos ſunt,in arā tanq̄ in cælum importāt,& idcirco legis pontificibus ip̄is haudq̄q̄ fas eſt ex hac hoſtia edere, vt q̄ alienigenæ ſint,& mundi huius curā ſuſcipiāt. Nos vero & mūdum contēnimus,& hunc vt peregrini & aduenæ inhabitam⁹. **Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes.** Cum eī̄ mortē ſit Chriſtus extra portā perpeſſus, concedamus & ipſi ad hunc extra caſtra, hoc eſt, extra mundū, improperium eius portantes id eſt, eadē illa quæ ipſe ſuſtinuit, toleremus. Foris ille vt

Nume. 19.

noxius quidam et latro cruci affigit. Nec nos itaq; pudeat ex hoc mundo excedere, & honores & gloriã quæ mundi sunt, destituere: vel si ad ignominiã nobis id cedere videatur. Simul etiã hos adhortat, vti tolerantius ferãt quæ ab ipsis ingerunt Iudæis: siue contumelias inferãt, siue bona diripiãt. **Non em̃ habemus hic manentem ciuitatem, sed futurã inquirimus.** Queadmodum sit extra portam & mundũ hunc abeundũ, cõfirmat. Non em̃ quẽq̃ habemus in hoc mundo participem, qppe q mansurus non sit. Erit itaq; nobis ex hoc alio concedendũ, & futura ciuitas, cælũ videlicet, conqrenda. **Per ipsum ergo offeramus hostiã laudis semper deo, id est, fructũ labiorum confitentium nomini eius.** Per ipm inqt, tanq̃ per carnalem põtificẽ, offeramus laudis hostiã deo patri, hoc est, gratiarũ actiones. Agendę nãq; per nos sunt gratiæ patri, qa filium eius tradiderit vt nobis sanctimoniã largiretur. Hæc aũt eorũ de causa intulit, q infirmiores essent & imbecilli. Istiusmodi itaq; laudis hostia & actio gratiarũ, labiorũ est confitentium fructus .i. eorũ qui illius nomini confitent. Fit itaq; vt neq; istiusmodi immolationis liceat legis cuiq̃ participem fieri pontifici. Quippe qui nequeat, p Christi sanguine gratias reddere, nec ex illo sint sanctitate donati, qñquidem in incredulitate perpetuo pstent. Aduerte aũt vt ad dicendũ has gratias deo hos ipsos compellat, vt nihil obmurmurent: prohibeatq; vel audax aliquod et temerarium verbum, per impatientiã fundere. **Beneficentiæ aũt & communicationis nolite obliuisci.** Vbinã gentiũ sunt qui paupertatem excusant, & nil quidpiam alijs impartiunt? Intelligant vel summa inopia laborãtibus, & bonis omnibus expoliatis, Paulum suadere, ne alijs bñfacere obliuiscantur, & eleemosynam stipemq; indigentibus tribuant. **Talibus enim hostiis promeretur deus.** Gratiarum scilicet actionis & beneficentiæ. Constat enim eum qui gratus sit, & liberalem esse, vt qui minus declinet conferre in alios bona, quibus

ſit ipſe affectus. Obedite præpoſitis veſtris. Hoc lo co de epis differit. Nã cum prius eos ſic ingens collaudaſſet, Fideles & dignos quos imitent, & eis vt vitę magiſtris intenderent, obedite adiecit. Nũ igit omi erit principi obtemperandũ? Ita quidẽ, vel ſi nequior ſit ille & improbus, mõ ne fidẽ obturbet, vel hãc vt deſeras cogat. In cęteris vero nequitiã exercenti parendũ cenſuerim. Ait nanq;, Quęcunq; dixerint vobis vt faciatis, facite: ſecundum aũt illorũ opera, nolite facere. Idipſum & de his qui corruptiori ſunt fide dixerat Paulus, cũ illud intulit, Doctrinis varijs & peregrinis nolite circũferri. Quid ita? Quia qui praue duxerit vitã, & alios vt nequiter viuant hortabit (pudore ẽm offunditur) ſuorum ſcelerũ magnitudine, vt qui ſua occultare facinora quibus poterit modis nitat, & latere exiſtimat eius flagitia, ſi alios vt ſe imitent induxerit. Fit itaq;, vt qui in fide deliquerit & nequior ſit, aliqd aſſidue moliat quod afferat, vt fidẽ impugnet. Idipſumq; deductũ in medium, populo promulgabit, vt & ille eodẽ implicetur errore. Et ſubiacete eis. Cum ẽm ſubiacete & ſuccumbite inquit, enixe maioribus obſequendũ eſſe demonſtrat, & ad fidẽ nos inſtruentibus. Ipſi enim vigilant pro animabus veſtris tanquã rationem reddituri. Intelligant qui aliorũ ſunt duces & cæteris præſunt: quia quẽadmodum neceſſe eſt, vt populus obſequentem ſe pbeat, & præſidibus ipſis morigerum, ita & ſacerdotem oportet vt aliorũ animas curet, vel noctes ducat inſomnes, vt populi ſaluti inuigilet, vt qui rationem ſit pro populi facinoribus redditurus. vt cũ gaudio hoc faciant, & nõ gementes. Hoc ẽm non expedit vobis. Si præpoſitis inquit, ſuccubueritis & his geſſeritis morẽ, leuabitis quidẽ id oneris quodcunq; ex vři cura ſuſcepta hos pmit. Quippe qui ex vřa hac facili obſequẽtia hilariores reddent. Sin vero cõtumaces vos præſtiteritis, & ſi vobis inuigilare nihil deſiſtant, nec contumaciã hanc veſtram caſtigẽt, ingemiſcendo tamen ad deũ dolendoq; in vos proclamabũt,

Matth. 23

quod sane vestræ saluti minus cōduxerit. Aduertē autem quemadmodum haudq̄q̄ alit̄ sinat q̄ alijs præsunt nisi p̄ lachrymas, subditorū in se vlcisci iniurias: quippe quorū lenitatem & tolerantiā vult culpa vacare. At discipulis ipsis pertinax illa & incastigata inobedientia, maiorē supplicij pyrā succendit, vt q̄ sæuiorē in se concitent iudicē, deū videlicet q̄ acerbiora est supplicia illatur⁹. Quocirca haud quāquā illud est ægre ferendū, q̄d discipulorū contumacia gemitum afferat præceptoribus, & in contemptū his cedat. Sed verendum id potius erit & deplorandū, q̄a deo traduntur hi iudicandi, pœnas demum acerrimas luituri. **Orate pro nobis: confidimus enī, q̄ bonā conscientiā habemus in oībus.** Cū ex Iudæis fidelibus plerique Paulum obtrectarent, q̄a destituendā eē pristinā legē doceret, eo hūc & inuisum habebāt nonnulli, cuius odij grā, nec eius nomen Apl̄us initio epl̄æ huius adiecerat, præsertim cū cōpertum haberet hos ipsos nec auditu quidē eius nomen laturos. Excusans itaque & quasi odium purgās. Primum illis precat̄, p̄ se orent (q̄d vtique & ipsi solemus à bñuolis & fide coniunctis deposcere.) Deinde arguit se eē insontē, nec quidpiā deliq̄sse. In oībus vero, hoc est, nō solū in gētibus ipsis, sed alijs vniuersis. Ait præterea conscientiā se bonā habere, hoc est, purā & nitidā, nec se consciū esse praui his quidpiā cōsuluisse, nec malū aliq̄d attulisse, vel hos improbasse, **beneuolentes conuersa**
Supra.7. **ri.** Hoc est, neminem studētes offendere, nec dissensionū causas serere. Nā & si illud asseuerauerim superuacaneā esse redditā legē, non vt legi infensus id dixi, sed legis potius induco nunc plenitudinem, & quæ illa præfigurasset, finē esse in Christo adepta. Quis ergo q̄d à lege defecerim me iure potest culpare, vel cur nō potius beneficus dicor, q̄ vos ad perfectiora traduco, & ab vmbraticis illis legis figuris abegerim? **Amplius aūt deprecor vos hoc facere, vt quam celerius restituar vobis.** Id sane dictū, vehementiorē quandā præfert Apl̄i in hos charitatē,

ꝙ ita velit, ꝓ se illos ardenter orare & omni studio preces fundere, vt ocyus liceat sese illis restitui adireq́ꝫ, & cũ iisdẽ versari. Simul etiã arguit confisum se cõscientiæ, ꝑcupere hos cõuenire. Qd vtiq́ꝫ haudq̃q̃ optaret, si cuiuspiã sibi eẽt cõscius mali. **Deus aũt pacis.** Cũ prius ab his preces efflagitasset, & honorẽ his ipsis vel ex hoc detulisset, ordit̃, & ipse ꝓ his deprecari, ꝑinde acsi dicat, Cũ eñ cõstet deũ habere pacis vos autorem, neq̃q̃ vos decet inimicitias ex temui auditione conceptas, in me exercere. **Qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium.** De resurrectione factũ apud hos olim cõfirmat ſmonem, ex Isaia propheta dicẽdi modũ hunc sumens. Magnũ aũt dixit, q̃a & esse alios cõstet inferiores, siquidem fuerint instructores pleriq́ꝫ, vnus tñ præceptor sit & magister Christus. **in sanguine testamenti æterni dñm nostrũ Iesum Christum.** Hoc est, ex mortuis hũc excitauit. Qui & mortem obiuit, & eius sanguinem fudit, vt nobis traderet testamẽtum, nõ dissolutum aliq̃d & inane, q̃le legis est factum, sed sempiternæ futuræ. Vel suscitauit eum à mortuis, & in sanguine testamenti æterni. i. illo iã resurgente, eius nobis in testamentum datus est sanguis. **aptet vos in omni ope bono.** Oñdit autem & si bona sint opera iã ipsi adorti, in his tñ vt perfectiõem adipiscant̃, necessarium esse, Quod q̃dem vt assequant̃, his cõprecat̃. Aduerte quemadmodũ nobis necesse sit vt demus ipsi rebus initium, à deo deinceps & finem cœptis his deposcamus. **vt faciatis eius voluntatẽ.** Qui eñ in omni ope bono perfectus dephendit̃, is sane dei exequit̃ voluntatem. **Faciens in vobis quod placeat corã se per Iesum Christũ.** Fit itaq́ꝫ vt cum aliq̃d ipsi q̃d recti⁹ sit operemur, deus in nobis id peragat, per Chr̃m Iesum. i. mediatore & coopatore hoc vsus. Nec miræ q̃dem, si is q̃ ab initio nobis est operatus salutem, in actiõe ipa virtutũ mediator efficit̃, et patris exequit̃ voluntatem, collat ꝫ nobis, vt quæ recta sunt peragamus, & viribus. Cum vero q̃d placeat inq̃t, et se corã, sta-

Isaiæ.26. & 63.

Matt.25.

tim adiecit, Tunc em̄ hauddubie illis placemus, cum in dei conſpectu boni videmur, non hoīm. Quod & Dauid teſtat, ſic dicens: Scd̄m puritatem manuum mearū in cõſpe-
Psalm.17. ctu oculorū eius. Et Iſaias, Auferte iniquitatē ab oculis me-
Isaiæ.1 is. Rogo aūt vos fratres vt ſufferatis verbū cõ-
ſolationis. Vides q̄d nulli antehac ſcripſerat Paulus, im præſentiarū his ſcribere. Nec admonitionis dicit ſmonem, ſed conſolationis verbum .i. exhortationis ad tolerantiā. Quippe qui oppreſſos & malis pleriſq; affectos alloqueretur. Etem̄ perpaucis ſcripſi vobis. Etſi copioſius ſcripſit, perpaucis tn̄ & breuibus abſoluiſſe ſe dicit epl̄am, q̄a longe plura dicere concupiſceret, perinde ac ſi dicat: Et ſi collapſi animo eſtis, ferte tn̄ adhortantē me tolerātius. Neq; em̄ q̄s poterit, & ſi ꝓlixior hæc forte videat̄ oratio, dicta mea hæc refutare. Quod illis videmus contigere, qui moras nequeunt pati, & longiorem orationē faſtidiunt. cognoſcite fratrē noſtrū Timotheum dimiſſum. Eo Paulus his præfert Timotheū, q̄a hunc nihil odiſſent. Dimiſſum aūt dicit, vel q̄a in carcerem fuerat cõiectus, & inde iā liberatus. Vel q̄a ex Athenis vbi antea fuerat, dimiſſus eſt. cum quo ſi celerius venerit, videbo vos. Vel id q̄dem ſat eſſe videt̄ ad illorū ſedanda in Paulū odia, ſi q̄dem promptior ſit cum diſcipulo ſeſe ad eos conferre. Forte etiā fieri id poterat, vt ab vrbe in Iudæā concede-
Actu. 28 ret, cum conſtet hunc fuiſſe dimiſſum, vt primū fuit à Ne-
2 Tim.4. rone cõprehenſus, quēadmodum in epl̄æ huius exordio diximus. Salutate oēs præpoſitos veſtros & oēs ſanctos. Vide quanto hos ꝓſequatur honore, cum per illos & præpoſitis ipſis, & cæteris oībus impartiat̄ ſalutē. Fuiſſet em̄ decentius, vt ſcriptis ad præceptores epiſtolis, horū interuentu reliq̄s appellaret. Hic tn̄ vir prudentiſſimus, vt infirmiores hos & lenit & curat. Salutāt vos de Italia fratres. Adeo vos inq̄t charitate cõplector, vt non ſolū ipſe ſaluere vos iubeā, ſed alios etiam induxerim ex Italia fratres, & ex tanta locorū intercapedine voſ-

ipsos vt colant obseruentq́, & salutem impartiant. **Gratia cum omnibus vobis, Amen.** Cũ itaq; communis sit huiusmodi gratia, cõmuniter etiã tam præsidentibus quã subiectis Paulus hanc comprecat. Gratiã autem cum peccatorũ dicit remissionem, tum animi puritatem, tum ipsam spũs sancti participationem. Verũ q̃ pacto vobiscũ est hæc permansura? Nimirũ si nulli iniuriã intuleritis, si dignam hac gratia ducetis & vitã. Tandiu enĩ hęc apud nos gratia manet, quãdiu operibus bonis incumbimus. Euolat autem statim, & ꝓcul abscedit, vbi eius instituta & leges male viuendo deserimus, qui nobis hanc contulit. Velim itaq; vos istiusmodi gratia vitam ducere non indignam. Nec ad illius iniuriam viuere, qui nos tot bonis donarit: quin recta potius operando eundem collaudare: vt pateat tandem ex nostris optimis actionibus, & illatorũ malorũ in nos tolerantia non ingratis hunc gratiam hanc contulisse. Amen.

FINIS.

Coloniæ impensis honesti viri Godefridi Hyttorpij pridie calendas Ianuarij.